



CENTVRIA DECISIONVM ET CONSILIORVM

ILLVSTRISSIMI CONSILIARII

ANDREÆ CENSALII.

DECISIONES
CIVILES, ET CRIMINALES
ALMÆ ROTÆ LVCENSIS,

Et Selecta Consilia X. pro veritate edita summo cum labore in varijs Causis, post Decisiones impressa,

AVTHORE

D. ANDREA CENSALIO

I.C. VITVL.^NO PATRITIO EX SAMNIO BENEVENTANO;

Primùm in pluribus Regni Neapolitani principalioribus Ciuitatibus Gubernatore, ac Iudice Ordinario; Deindè in Statu Ecclesiastico ad Gubernia Sac. Consultæ adscripto; Rotæ Perusinæ, ac Prouinciæ Vmbriæ Auditore Generali; Postmodùm prædictæ Rotæ Lucensis Prætore, & Auditore; Indèq. insignis Rotæ Criminalis Genuæ Auditore, & Prætore;

ET AD PRÆSENS

PRO SER.^MO PLACENTIÆ, ET PARMÆ DVCE, &c. Gratiæ, & Iustitiæ Consiliario.

OPVS

CVNCTIS CAVSIDICIS, CÆTERISQ. IN FORO VERSANTIBVS, ac Iura profitentibus per quàm vtile, & necessarium;

In quibus quamplures Materiæ, Vltimas Voluntates, Contractus, Iudicia Ciuilia, Criminalia, Fiscalia, Feudalia, Emphyteutica, Dotesq. concernentes pertractantur.

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET LOCVPLETI RERVM, AC VERBORVM INDICE.





PLACENTIÆ in Ducali Typographia Io. Bazachij. 1663. *Superiorum permissu.*



RAYNVTIO II.

PLACENTIÆ, AC PARMÆ, &c.

DVCI SERENISSIMO.

ANDREAS CENSALIVS.

ITerùm ad Tuæ Magnitudinis Templum votiuum calamum sisto, AVGVSTISSIME PRINCEPS. Vindicata nuper à me calumnijs Principum Dignitas, ad Tui Nominis confugit Maiestatem, vt emendatissimi Principis Idæa profligaret liuorem, iactaretq lucem sub Tuo splendore, quam haurire non potuit ex meis atramentis. Hic quoq. Ingenij mei alter Fœtus ex LVCENSI Cœlo Serenissimum Tui luminis suspirat iubar, & in ROTA natus, suam in Te supplex deprecatur FORTVNAM. Et facile erit exorare huic Volumini eam Clementiam, cuius amabili veneficio Me adeò deuinxisti, vt Patriam coegeris eligere Vrbem Tuam, in qua, in Benignissimo Tuo Patrocinio omne Bonum inueni. Quidquid ergo à Me deriuat totum Tibi debetur, qui Dotibus Tuis etiam non subditos Tibi subdis; & ego, qui modo alienigena calami Partus Tibi, velut auspici Gloriæ Numini voueo, in Thalami, quos opto, fructi-

bus.

a 2

bus, verè Tibi fieri subditus auspicor, vt in Filijs meis perennent & Deuotionis Meæ, & Fauoris Tui argumenta. Cooptatus à Te in verum Prudentiæ Areopagum, nempè in Excelsum Tuum Gratiæ, ac Iustitiæ Consilium, vbi Te alterum Sapientia sensi Salomonem, quidni meos Tuo Throno dicarem LEONES? Solemnia sunt Scriptorum vota, vt in Cœlo suis paginis non perituram auspicentur vitam. Hanc Felicitatem lucubrationes Meæ sortiuntur in Tua Regia, quæ tanquam Cœlum, suum in Te iactat Solem, sua in LILIIS exhibet Sydera, cuius non minùs, quàm Cęli, fulgidissimis limina rutilant MARGARITIS. Permitte, SERENISSIME PRINCEPS, nouum Mihi in hanc Faustitatem aditum, & patere, vt mel æternitatis exsugam ex Tuis LILIIS, quorum odor natus venenatis morsibus fugandis, & Temporis (quod Anguis pingitur) arcere poterit à meis paginis venena. Sub multiplicis Tuæ laurus vmbra fulmina Inuidiæ illæsus ridebo: & à PINV mea suum non aberit aureum vellus, quousq. Tuo irradiabit in Nomine. Æternum Vale.



A D

AD LECTOREM.



Ncipiti iamdudum animo fui, Amantissime Lector, nùm meas hasce qualescunq. Decisiones in lucem prodire permitterem, sed tua fretus humanitate, nè rerum iudicatarum memoria deperiret, vt quæ Studiosis de Iure nostro optimè meritis non modicum possint afferre fructum, illas summis cum vigilijs elaboraui; Verùm Ego publicarum, familiarumq. rerum sarcina pressus, easdem in meliorem formam redigere non valui; Attamen Amicorum, quibus eas oculis linceis absq. fuco reuidendas permisi, suasionibus impulsus, vt sic incultæ prælo demandarentur, libentèr morem gessi; Scio enim de more, quòd Iudices multos sumit Is, qui scribit, et Is solus Malignantium linguas euitat, qui nihil scribit, et S. Hieronymus in Prologo Esdræ dicit sæpè Rodentes in publico detrahunt, quod in Angulis libentèr legunt; Detractores igitùr aliorum in puluerem sufflant, et in oculos suos terram excitant: Propterea rogo benignissimos Lectores, vt corripere desinant, vel non incipiant, antequam legant, nè aliàs dijudicentur vti Canes, qui dùm homines mordere non audent, lapides tamen ab eis iactatos dentibus apprehendunt: Nec ex vno, vel altero lapsu Scriptor est damnandus, nisi tota lege perspecta, vt latè dixi in meo tract. ad l. vnic. Cod. si quis Imperat. maledix. §. 17. à num. 25. cum plurib. seqq. Vbi de varijs detractionibus, quibus corripi solent Iuris Professores, et à talibus calumnijs defenduntur: Et nè ibi scripta describam, omnes Detractores ad ibidem exarata remitto; Meminerint tantùm, quòd solùm Diuinum est labe vacare, et secutior est verbi Auditor, quàm Prolator; et si optatis non respondeat euentus, conatus in laude erit. Sat mihi vni prudenti, doctoquè viro placere, et si non placet omnibus, placebit, quod scriptum est Exteris, et si non placet præsenti ætati, placebit sequuturæ; Nec timeo: crescunt laudanda Aduersis, et clarior scriptio est, quæ Æmulum patitur; Nec quorumdam scripta viuerent, si inuida manus, et lingua defecissent. Rogo Te, quæso, vt erratis parcas, quæ in hoc Opere irrepserunt, industriam adhibui totam, vt à mendis Typographorum, qui potiùs sunt timendi, quàm Critici, illud expurgarem: Superest igitur, vt opus æqui, boniq. consulas, quod si ità contigerit, gratumq. tibi cognouerim, ad Maiora, Deo dante, propediem me accingam. Vale etc.



ILLV.

ILLVSTRISSIMO, AC SAPIENTISSIMO

AVTHORI

ANDREÆ CENSALIO

Gratiæ, & Iustitiæ

PRO SERENISSIMO DVCE

PLACENTIÆ, AC PARMÆ CONSILIARIO, &c.

Immortalis obseruantiæ argumenta,
Alienis vt illustraret luminibus; ex vtrisq. Musis
Collectos à se Academicos Flores
Offerebat

ALEXANDER CLAPINIVS I. V. D. PLAC.

LITAT Æternitati Calamus Tuus, SAPIENTISSIME CENSALI. Quò illum explicas, Famæ oculos trahis, vt obseruet securos tramites, quibus ad Gloriæ fastigium ascenditur. Iam miramur, ex Tuis atramentis pretium accrescere publicæ luci; & ex fœcundissimis vmbris suum sibi Solem prodire gratulatur Astræa. CENSALIVM Nomen iampridem sacrum est legibus; Domus enim Tua cum Iurisprudentia nata, cum ea creuit; & pluribus ab hinc sæculis, non interrupta Doctorum serie, suam Vbertatem visa est deuouere Astrææ Felicitati. Nulla huic Deæ adoleuit nobilior Laurus, quàm quæ Tuæ Gentis immaduit sudoribus; neo ipsius Gladio subtilior aquisita est acies, quàm quæ in CENSALIIS emicuit Ingenijs. Tu tamen (ignosce) didicisti vmbras inferre tantæ claritati Tuo splendore; Maioribus quippe Tuis Maior, eos videris deprimere, dum Te eò vsq. erigis, vt Tota Tuæ Domus eminentia à Tuo vno defumatur Ingenio. Sed gloriosa erit Tuis hæc iniuria, quòd ijs contingat celari in Tuo lumine; & dum in Antiquitatis, ac Sepulcri Nocte plura irradiabant Sydera, gestient in vno Postero effulsisse Solem, qui huic Nocti plenissimum lucis substitueret Diem. Quanquàm nequeunt abscondi Tui Maiores, quos omnes in Te vno contemplamur rediuiuos, & quorum Dotibus exprimendis Tua sufficit Virtus. Plures in Te CENSALIOS, nouo Tuarum Virtutum miraculo, viuere credit Italia, dum audit Te suum appellari à Patria, suum asseri à Perusia, suum à Luca, suum à Genua, suum à Placentia. Diuersis in Vrbibus, tanquam Sol in mutatis signis, illuxisti; vbiq. tamen Tuum apud LEONEM vibrasti iubar, vt vbiq. agnosceremus Te in Æstate Gloriæ coruscare.

Trium-

Triumphasti per totam Italiam in Sapientiorum plausibus; ac in Te vt aliquando triumphet Astræa, PINV Tua in Currum conuersa, geminos LEONES inuitat sub iugum. Et triumphabit sanè, quando FARNESIA in Regia suum ei Capitolium inuenisti, in quo non deest in SERENISSIMO RAYNVTIO suus Iuppiter, cui sacret trophæa. Xerse felicior hic Princeps, sine Sapientiæ labe fatetur in Tua PINV virere arborem Regijs dignam amoribus; in ea nempe scit enutriri Prudentiæ Medullam; & meliùs, quàm in Dodonæa Quercu, vera legum seruari Oracula. Ad istius vmbram trahere non dubitaui Musas, quæ amabunt PINVM, cui nouerint arctissimo fœdere vniri Laurus. Tu in tanta Ingeniorum luce permitte patefieri eruditorum oculis obsequium meum; cuius constantiam metiri poteris ex eo, quòd ad Te venit cum ijs Olorum Nominibus, quibus famulatur Æternitas. Vale.

D. ABBATIS

VINCENTII CENSALII

I.V.D. & S.T.P.

AVTHORI GERMANO FRATRI

Immortalitatis Trophæum.

MORS, Liuorq. Tuis damnantur Funere Chartis:
Vtraq. Tu Calamo figere Monstra vales.

Inuidiam exarmas morsu; Mors victa sagittas
Ad PINVS frondes obsequiosa locat.

Monstra hæc sub Gemino pingantur strata LEONE;
Victricesq. ornet picta ruina Feras.

Hinc Fama æternans vitali vulnere PINVM,
Hæc in Fatali cortice verba notet.

SCANDAT VT ÆTERNVM CENSALIVS ÆTHERA, DEMPSIT
TEMPORIBVS PENNAS, INGENIOQ. DEDIT.

DE

ILLVSTRISSIMO D. D.

ANDREA CENSALIO

SER.[MI] PLACENTIÆ, ET PARMÆ, &c. DVCIS

Gratiæ, & Iustitiæ

CONSILIARIO.

CENSALIVM vellet cum mens mea dicere, lingua
CONSVM ALIVM dixit: neutraq. falsa fuit.

Obseruantiæ, ac Deuotionis ergo
Ludebat, ac Plaudebat

Petrus Franciscus Passerinus ex Collegio Iudicum Parmæ, ibiq. Iuris Cæsarei Vespert. Primarius Interpres, ac eiusdem Serenissimi Ducis Consultor, etc.

D. IOAN-

D. IOANNIS NICELLI

Castri Viculi Domini, Cogni, Herbiæ, & Villænouæ Condomini, atq. ex Collegio Iudicum Placentiæ, &c.

AD ILLVSTRISSIMI D.

ANDREÆ CENSALII

Ex Samnio Beneuentano Patritij, & Excelsi, ac Supremi Duc. Consilij Placentiæ, Parmæ, &c. Consiliarij Gentilitiam PINVM, & clarissimum NOMEN.

ELOGIVM.

Haud inuidet Italia Græciæ Platanum suam;
Quandò CENSALIAM PINVM gignit, alit:
Atticæ, non indiga gloriæ ex hac non vana veteris
Philosophiæ iactat arcana,
Sed Iurisprudentiæ, sacra Pacis, hominumq. quietis
Edit Oracula.
Sileat Epirus Dodoneæ quercus miracula;
Iustum enim, & æquum loquitur PINVS hæc nostra,
Quam
SAMNIVM gignit, PLACENTIA colit;
Et nescio an maior gloria genuisse, quàm coluisse.
Stabit tamèn illa vtriq. nobile trophæum.
ILLVSTRISSIME CENSALI,
NOMEN tuum nunquàm morietur;
Quia æternitatis simbolam habes PINVM tuam,
Quæ non patitur tinea corrodi:
Et Terræ natus es beneficio;
Quia Cybele sacer est Arbor tua;
Hanc
Tuis, & FRATERNIS * Iurisprudentiæ decorasti gemmis;
Quibus, & illustrantur tantæ Scientiæ nubes,
Et gemmascunt tanta NOMINA:
Et sanè PINVS tuæ capessis auspicia,
Quæ non dignatur nisi Idæ, Atlantis, Lycei, Simoentis, Othryos,
Mænaliq. Montium cacumina;
Dùm in Supremis solùm sedisti, ac sedes Italiæ Tribunalibus.
Et quandò illa vna se ipsa Maris sternit viam;
Tu OPERIBVS tuis
Principibus, Magistratibus ad euadendas Syrtes,
Ad recti regiminis, & Iustitiæ portum
Tuta præstas latera.
Æternæq. tibi non deerunt tuæ PINVS frondes,
Tui laboris laurus; Non Vatum carmina, & flores;
Non famæ munera, voces, & præconia.
Hæc Astreæ ARBORI
CENSALIO NOMINI, Italicæ Gloriæ
Ex corde vouit, & scripsit,
Tantæ Virtutis, & luminis religiosus cultor
Ioannes Nicellus.

* *Franciscus, & Ioseph Censalij Antehoris Fratres, & Iurisconsulti celeberrimi.*

D. LAVRENTII FRANCISCI VIÆ I. C. ac Nobilis Placentini.

In Opus aureum Decisionum eiusdem Illustrissimi D. Consiliarij ***ANDREÆ CENSALII.***

ODE.

HIC iste Fabra Palladis inclytum
Molimen, Argo terga per æquorum
Insueta latrantum procellis,
Vecta super lege vela, Remis
Absiste: litus raditur: anchora
Trisulca morsus figat aheneos,
Votiua tandem meta, Vellus,
Aspicis? auricomum refulget
Hoc quicquid auri est, fluctibus obrutæ
Si credis Helles, falleris; aureæ
Nam sola Gazæ est architecta
Magna Themis; pretio rapaces
Hortata mentes vbere. Mentibus
Vna rapina est, nec manibus patet,
Seruanda non arca, sed alto
Pectore, & ingenio fouenda.
Non hic agendum sub Iuga flammei
Ahena Tauri, gleba nec osseo
Spargenda Serpentum molari
Horriferum paritura Martem.
Quicquid laborum flagitat ardua
Res, hauriendum, peruigil improbo
In omne nisu elucubratrix
Vis animi vigil insopori.
Noctis vocatrix, Solis & integri,
Nil irrepertum, nil tacitum finit,
Arcana solertem repostæ
Sollicitans Themidis per artem.
Mirata primum est Legiferum Sophum
Sceptris refulgens LVCA perennibus,
Mox IANVENSIS iura dantem
Curia, nil dubitanda sentit.
Illustre demum CONSILIANTIVM
Cepit Tribunal QVINQVE VIRVM, graui
Dicundo Iuri in mole rerum
Pro Duce FARNESIO Tribunal.
Quæ dixit olim Iura, Typis palam
Nunc allaborans edere, Publici
Vult iuris esse; Hoc prostat aurum,
Inq. Tuam flagrat ire gazam.

D. IOANNIS FRANCISCI BONHOMII Bononiensis I. V. D.

PINVS adest, apicem cuius si vincere quæris,
Aut tibi opus studio est, aut opus arte tibi.

Hanc specto; & GEMINO est circum defensa LEONE,
Qui PINVM, vt superes, exsuperandus erit.

Ne dubita, nam certa tibi Victoria Palmam,
Promittit, PINV conciliante decus.

Peliaco quondam prognata in vertice PINVS
Detulit ad Colchos, vellera qui raperent.

Hinc, quoniam abiectos passim sprenere labores,
Effectum, vt Cœli nomen in Astra volet.

Quin videas præstare tibi sua terga LEONES;
Quò propiùs PINVS culmina adire queas.

Carpe igitur, quod Iure petis tibi præmia per Ius,
Quando Tuus Labor hoc Vellere digna facit.

Del Sig. Dottor GIO. ANTONIO ROBILLO.

Dal PINO, e da' LEONI [illegible] dedicati à Cibele si prende motiuo, col paragone dell' vno, e dell'altra, di accennare l'Opere, ch'egli hà dato in luce, le Ruote, oue s'è reso cospicuo, la sua eleganza nello scriuere, e'l merito, che lo porta à qualsiuoglia gouerno.

PINO, e LEONI, ond' hai CENSALE i fregi,
Danno à Cibele; ma Tu [illegible]
Tutti dal seno suo nacquero i Dei,
Parti dal senno tuo nascono egregi.

Ella hà lo Scettro, onde sourasta à i Regi,
Hai Tu la Spada, onde [illegible]
Quattro Ruote i trionfi offrono à Lei,
A Te dan quattro Ruote e glorie, e pregi.

Ella di frutti, e fior ricca tempesta
Sparge sù'l suolo; e Tu, non men feconda,
Fai d'Astrea gli spineti, orti di Vesta.

Ma in ciò Tu sei maggior; che s'Ella à pondo
Porta d'ampia Città sù l'ampia testa,
Tu reggi sol con la tua Testa vn Mondo.

Del Sig. Dottor DOMENICO MARASCA Academico Spiritoso.

S'allude al PINO, & a' due LEONI, che sono nell' Arme dell' Autore.

Sitibonda è la Fama à' suoi languori,
Soccorrete ora voi [illegible]
Nettare distillate [illegible]
Del CENSALE spiegando i bei sudori.

Rinuigorita à sì grati licori
Darà fiato alla Tromba, [illegible]
Del Dotto EROE [illegible]
Recherà con il nome anche gli allori.

Questi che furon già candide lino
Vergati fogli, or'ora spiegati al vento
Vela sian fatti al glorioso PINO.

E'l gemino LEON nel molle argento
Dell' Etra il [illegible]; ò ch'ad Argo vicina
Splenda co' Velli d'oro nel Firmamento.

Del

Del Sig: PAOLO ANTONIO APPIANI ASCOLANO

Academico Scomposto, e Disunito.

SE'L magnanimo Alcide à i dubbj calli
D'vn' ignoto Ocean prescrisse il segno;
Vanne CENSALI, e col sagace Ingegno
Poni del Mar d'Astrea meta à i Cristalli.

Col PIN, che ti donar l'Irpine Valli
Forma à' viaggi tuoi de Tifi il legno,
Nè de gli Euri temàr l'orrido sdegno;
Che siano al tuo valor gli Euri vassalli.

Farai, sprezzando ogni periglio, al fine,
Che de' prischi trofei Giasone ignudo
Il diadema suo ceda al tuo crine.

E perche non ardisca artiglio crudo
Far de gli acquisti tuoi fiere rapine
Due custodi LEON t'arman lo SCVDO.

D'INCERTO.

O Se il labro CONSIGLIA, ò la man scriue
Veggio la Fama ad eternarli intenta:
Che l'Vn fidi Consigli altrui prescriue,
L'altra il Giusto protegge, e'l Reo spauenta.

Quegli l'onde d'Astrea di Sirti hà priue,
Questa di Temi il Mar già non pauenta:
Quegli è legge spirante, e questa viue
Ne dotti fogli, oue non fia mai spenta.

Trionfi illustri! or dimmi, ò saggio ANDREA,
S'hai labro così dotto, e man sì giusta,
Qual de i due fà maggior la giusta Dea?

Maggiore? ah nò: per non mostrarsi ingiusta
Quì sempre li DECIDE vguale Astrea,
Nati à goder l'ombra de' GIGLI Augusta.

Del Sig. GIORGIO IPPOLITO GIORGI.

Che sfortunata è la Virtù, se non si publica.

E con tal motivo si esorta l'Illustrissimo Sig. Consigliere ANDREA CENSALI à stampare le sue Opere Legali, toccandosi le di lui varie cariche, con allusione al PINO, e LEONI, che sono nella di lui Arma.

O D A.

LEgno, ch'in Porto auuinto
A l'onde imprigionate aggraua il dorso,
Benche di gemme, e d'or lucido, e cinto,
Se nel mobile corso
Non fiede à gli Euri in faccia i flutti erranti,
Aure non trae di Gloria à i lin trementi.

Se ben nel Paradiso
Troua il capo del Nilo alto natale,
Donando à Menfi col suo pianto il riso
Fugge l'oblio mortale,
E rodendo sul Mar l'Egizie arene,
Con più bocche di se Fama diuiene.

CENSALI, è ben tesoro,
Ma pur non deue ir la Virtù sepolta.
Nel foco sol diuien Fenice l'Oro:
Nè in aurei giri accolta
Scintilla in Regia man fastosa gemma,
Se giace occulta in Eritrea maremma.

L'Arabico stupore,
Se al vital rogo non risueglia il lume,
Non si rindora il tergo, e verme muore.
Rota le altere piume
L'Aquila in Cielo, e dir tacita suole:
Sol viuer può, chi sà mirare il Sole.

Per tesser scherni à Cloto,
Escan tratti da l'ombre i parti illustri.
Chimici vanti ottien Mercurio immoto.
Se giaccion lunghi lustri
I Tesori sotterra, in grembo à Pluto
Sconosciuti à le Parche affron tributo.

Del fier Saturno l'arti
Godrà dunque trattar' auaro Ingegno
Figlianda sol, per diuorare i Parti?
E' Parricida indegno,
Se à diuenir fecondo vn si consigli,
Per dannare à la Tomba i propri figli.

Ancora ignoto il grido
Fora del tuo LEON, se il piè riuolto
Là non hauesse, oue hà la Gloria il nido.
Trà i sette colli accolta
Fù da l'Onor, e diè capace soglio
A Virtù, che trionfa il Campidoglio.

Et di facondia i faui
Colse dal mel de l'Api, all'or regnanti.
Tra gl'Innocenti viui in studj graui
Sparse sudor costanti,
E di frondoso Pin tra i rami fidi
A l'Aquile del Tebro afferse i nidi.

De le giubbe fatali
Fidò Temi le funi à Tosca Libra.
Et ruggendo feroce, in sorti eguali
Diè norme, come vibra
Nemesi irata il ferro, e come puote
Saggia Fortuna dominar le RVOTE.

Su'l Mar de' due LEONI
Forma Giano a' suoi Sogli opre di Fidia;
Che la Ligure Atene i suoi Soloni
Non più à la Grecia inuidia,
Poiche Tua Penna, e gli eruditi vmori
Le armò le destre, e le inaffiar gli allori.

Or che traesti i PINI
Per fabbricarne à i GIGLI alte difese
Nuoui serti vedrem fioriti à i crini.
Già l'Ercole FARNESE
Tra le tue giubbe il giusto ardire apprende.
Che giusta appo i LEONI Astrea risplende.

Così adora la Fama
Il tuo Valor, perche al Calore in riua
Non gli tesse vil Parca ignota trama.
Che più nel lume è viua
Stella, che schiua il Mar: Del Sol la face
Per breui spazi entro la Tomba giace.

Del Genitor la sorte
Segua ne' fogli auuenturata Prole.
Preziosi gli oltraggi ordisce à Morte
Sagace inchiostro, e suole
Publico vmor vital sparger'à pieno
Balsamo al nome, ed al liuor veleno.

Lieto l'Eco rimbomba
A Tuoi volumi ossequiosi gridi.
E spiega il suon de la felice Tromba,
Che se v'è Mar, che guidi
Di Gloria al Vello d'or; nel gran cammino
E' sol buon' Argo di CENSALI il PINO.

EX mandato Reuerendissimi P. F. Michaelis Cati de Mutina Sac. Theol. Magistri, & Inquisitoris Generalis Placentiæ accepi Tomum Decisionum Ciuilium, & Criminalium Almæ Rotæ Lucensis, & Decem Consilia pro veritate edita, & selecta in fine præfatarum Decisionum; *Accepi*, inquam, *librum, et summoperè delectatus sum* (vt vtar verbis D. Basilij Epist. 39.) *propterea, quod densus est simul, et refertus sententijs, ac contrariorum obiectiones, et responsiones illis subiectas non confusè, sed recto ordine digestas habet*. Et quid mirum? Si Auctor est, & non Compilator Illustrissimus D. Andreas Censalius, à Censuræ macula ità alienus, *vt fulgeat in hoc Opere*, ait Ambrosius de Constantio, *sermonum suorum manifestatia, Intellectus eius ità coruscet, et eloquium, vt sese tueatur, nec vllum verbum suum in vanum exeat; et sine sensu prodeat*. Certè si obryzum in auro legi, si Margaritas in vnionibus inueni, si inter lactea verba lacteos sensus ego reperi, perennabit hoc Opus contra Temporis inuidiam. Sic, & non alitèr censeo Censalium in hoc Conuentu S. Ioannis in Canalibus Placentiæ die 17. Aprilis 1663.

Ego Fr. Thomas Maria Iugas Iannensis Ordinis Prædicatorum S. Th. Magister, nec non S. Officij Consultor, etc.

Imprimatur

Fr. Michael Angelus Catus Inquisitor Placentiæ.

Io. Baptista Calix Vic. Gen.

F. Gallus ProPræses Cameræ.

ARGV-

ARGVMENTORVM ELENCHVS

Ad vnamquamq. Decisionem, & Consilia, quæ in hoc Opere continentur.

Decisio I. *Pag. 1.*

Decisio II. *Pag. 7.*

Decisio III. *Pag. 17.*

Decisio IV. *Pag. 23.*

 Domi-

Dominus directus ad præstandum consensum de alienando in alios æquè Acquirenti idoneos; & an Iudex in casu denegationis illum supplere possit.

Decisio V. Pag. 29.

Remedium *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollen.* non datur, legitimè existente Contradictore, contrà quem an sit agendum via ordinaria in Possessorio, stante Statuto de illa continuanda in hæredem, an, & quando dicatur valida, si à Iudice alicui fuerit concessa, hærede ipso non citato, maximè accedentibus Clausulis præseruatiuis, & in quibus casibus procedat dictum Statutum de continuanda. Colonus, vel Conductor dicitur possidere pro hærede, & an, & quando ad ipsam acquirendam requiratur expulsio Colonorum. Ciuis quando quis esse desinat, & an per translationem Domicilij in alium locum cum tota familia excludatur à Statuto prohibente forensibus acquisitionem bonorum in eius Territorio.

Decisio VI. Pag. 39.

Discutitur de requisitis ad rem iudicatam inducendam, quæ an, & quando interpretatiuè inducetur eadem. Persona an, & quando eodem tempore valeat gerere vices duarum personarum. Atq. an, & quando super exceptionibus deductis in Iudicio intelligatur super ipsis oppositum, & iudicatum. Exceptio rei iudicatæ an obstet, si secundum iudicium veniat ad rescissionem decisi in primo iudicio. Sententia in causa status an faciat ius quoad omnes, etiam non citatos, & de alijs spectantibus ad materiam.

Decisio VII. Pag. 46.

Contractus venditionis bonorum dotalium an, & quando nullitati subiaceat, attenta dispositione *Statut. Lucæ cap. 30. lib. 2.* Bona dotalia an, & quando possint permutari à viro. Sciétia, vel ignorantia in aliquo contractu an, & quando inducatur, & per quæ probetur. Filius familias maior anno. 18. *ex Statut. Lucæ* potest se obligare, & sic fideiubere.

Decisio VIII. Pag. 52.

Metus reuerentialis an faciat rescindere contractum, qui metus quando præsumatur, quomodò probetur, & quid Iudex, arbitrando eum, considerare debeat. Metus reuerentialis ex quibus excludatur. Metus an, & quando præiudicare possit Tertio, & de alijs ad materiam.

Decisio IX. Pag. 61.

Emphyteusis si ab Ecclesia concedatur pluribus fratribus in solidum recipientibus pro se, & eorum descendentibus, & cum Iure accrescendi inter eos, portio deficientis pro rata spectat ad superstites, etiam Iure repræsentandi. Proximitas quandonàm sit dimetienda ab vltimo defuncto, vel à primo acquirente in successionibus emphyteuticis. Confessio iurata, & per

per partem acceptata non nocet confitenti, quando est erronea, cui quando probatio magis plena præualeat, tangitur.

Decisio X. Pag. 69.

Vxor an, & quando possit se obligare pro viro, concurrentibus solemnitatibus statuti generaliter loquentis. Statutum Lucæ in obligationibus mulierum nō requirit cognitionem causæ decretæ in scriptis redigendæ, quæ an præsumatur, & legitima dicatur; & an prædicta procedant de Iure Romano. Fideiussor indemnitatis an possit molestari à principali fideiussore, adhùc damnum non passo, & non facta contra principalem obligatum excussione.

Decisio XI. Pag. 72.

Census an, & quando valeat extingui per compensationem, & an compensatio inducatur ipso iure, vel parte opponente, & an census valeat extingui pro sorte etiam inuito creditore, ità vt compelli valeat ad ipsum extinguēdum. Maritus recipiendo stabilia, census, vel quid simile ratione dotis, an ipsa subrogentur, vel accepta dicantur loco fundi dotalis.

Decisio XII. Pag. 84.

Testamentum conditum à proprio Parocho an, & quando reputetur validum, & an tale Testamentum sit publicum, vel priuatum; Ità vt publicatione indigeat. Legitimatio personarum quando, & quomodò in talibus testamentis sit facienda, & de alijs ad ornatum *text. in cap. cùm esses de testament.*

Decisio XIII. Pag. 86.

Iuramentum in supplementum an, & quādo sit deferendum creditori, vel debitori, probato credito genericè, sed non quantitatiuè. Solutio an probetur per depositiones testium singularium, & quando testium singularitas dicatur adminiculatiua, vel obstatiua ad solutionem probandam; seù præsumendam. Compromissa vigore *Stat. Lucæ lib. 1. cap. 130.* non possunt probari, nisi per instrumenta.

Decisio XIV. Pag. 88.

Restaurum an, & quando conductori, seù emptori gabellæ debeatur ob impedimentum per edictū pestis emanatum à Principe eiusdem locatore, seù venditore; Factum Principis an, & quando habeatur pro iusto, & necessario, vel voluntario, ad hoc vt conductor, seù emptor gabellæ possit cōsequi vel tantùm mercedis remissionem, vel etiam interesse quoad lucrum cessans. Declaratur *text. in l. si tacitum reus. 13. ff. de action. empt. & text. in l. neg. empto 8. ff. de contrahen. empt.* in quibus casibus procedat. Examinatur *famigerata allegatio Larrea 17. lib. 1.* Et de multis alijs materiam restauri, & remissionem mercedis concernentibus disseritur.



Decisio XV. *Pag. 99.*

Statutum Lucæ de prohibit. alienat. in Forens. in cap. 74. lib. 2. Stat. Vniversal. quomodò, & in quibus casibus procedat, & an tale *Statut.* dicatur principalitèr odium continere, & secundariò publicam vtilitatem, vel è contrà, & an dictum *Statutum* comprahendere valeat etiam hypothecam; Ità vt illam Forenses acquirere nequeant, & examinatur *cons. Mazzol. & Phanucc.* super *d. Statut.* Iudex an, & quando valeat pronunciare super probatis, licèt in libello non deductis. Clausula *Pleno Iure*, seù *Naturali Dominio* an, & quando verificari queat in simplici dominio hypothecæ, & an *d. Stat.* habeat locum in Clerico, & an, & quando Rubrica declaret Nigrum, latè examinatur.

Decisio XVI. *Pag. 113.*

Creditum in Iudicio Reintegrationis quomodò esse debeat, & per quæ probetur. Retentio, attenta re iudicata competit in bonis possessis, & prò credito hypothecatis, & est fauorabilior, faciliùsq. conceditur, quàm actio, & acquisitio: imò datur pro alio credito non hypothecario, & non denegatur Creditori immisso in possessionem authore Prætore. Emphyteusis an dici possit resoluta per decoctionem, adeò vt canones post eandem decoctionem decursi non debeantur. Bona Decocti fideicommisso, vel maioratui, aut emphyteusi subiecta nùm possint exequi, & hypothecari, ac Creditori adiudicari. Emphyteuta, an resilire queat à contractu emphyteusis, atq. ipsi renunciare, & quando liberetur à solutione canonis. Administrator, & Creditor potest quis eodem tempore existere, & ob id an cadat præsumptio satisfactionis sui crediti. Locatòr quando teneatur agere ad cōmodum Conductoris ob impedimentum vsus rei locatæ. Bona emphyteutica ob decoctionem transeunt in Iudicem, & posteà in Syndicos Creditorum. Excussio an opponi valeat Creditori habenti bona generalitèr hypothecata ex Instrumento. Caducitas bonorum emphyteuticorum an, et quando dicatur incursa. Euictio an detur, si res euincatur per possessionem in Saluiano, et quid si fuerit promissa etiam in possessione.

Decisio XVII. *Pag. 127.*

Fructuum liquidatio, seù quantitas eorundem percepta, quomodò, & ex quibus probetur, & an, & quando euictio præseferat retentionem etiam in Saluiano.

Decisio XVIII. *Pag. 129.*

Paupertas, & vilitas in testibus, an operetur corruptionis præsumptionē. Generalis præsumptio bonitatis, an tollatur per specialem Criminis præsumptionem, & an in tali casu arbitrium Iudicis subintret. Pro Reo an sit pronunciandum, quando testes in pertinentibus ad facti substantiam non concordant, & sunt æquales numero. Negatiua coarctata an, & quando legiti-

giti-

gitimè dicatur probata. Identitas Personæ, quomodò in Criminalibus sit probanda.

Decisio XIX. Pag. 134.

Examen testium receptum per Notarium seorsum à præsentia Iudicis, maximè in Criminalibus, an, & quando sustineatur, & an credatur Notario attestanti de Iudicis commissione. Conductor, conductione durante, in re conducta non valet turbari, non solùm de Iure Communi, sed etiã ex Statuto Lucæ cap. 167. lib. 1. & cap. 103. lib. 2. Locatio an, & quando censeatur renouata, nisi sit facta disdicta per mensem anteà iuxtà dictum Statutum cap. 104. eod. lib. 2. & an sufficiat extraiudicialis. Pœna indicta à Statuto quomodo excludatur, & an ad illam includendam requiratur dolus.

Decisio XX. Pag. 137.

Iocalia à Sponso Sponsæ transmissa an, & quando intelligantur irreuocabilitèr donata, vel tantùm accommodata ad vsum, & quid sit præsumendum inter Sponsos Nobiles, & an donatio inducatur ex verbis blandis, & iocosis dictis à Sponso ergà Sponsam. Enodantur text. in l. cùm veterum Cod. de donat. ante nupt. tex. in l. si extraneus ff. de condit. caus. dat. & tex. in l. si donaturus ff. eod. Donatio facta à Sponso Sponsæ de Iure antiquo præsumebatur facta ex mera liberalitate; Secùs tamen de Iure Codicis. Causa falsa impulsiua, vel finalis, an, & quando vitiet legatum, testamentum, vel aliam dispositionem, & quando veniat probanda, & an illa probetur per testes etiam singulares dicentes se se ità dicere audiuisse à Testatore, ità vt etiam sufficiant præsumptiones, & coniecturæ. Declaratur decis. Sacr. Rot. Roman. in Roman. successi. 9. Maij 1644. coram bo. mem. Bichio, quæ est decis. 280. part. 9. tom. 1. recent.

Decisio XXI. Pag. 147.

Reus an, & quando puniri possit duplici pœna, nempè pro vulnere, & delatione armorum, quibus vulnus factum fuit tàm de Iure Cõmuni, quàm ex Statuto Lucæ cap. 167. lib. 1. Statutum prohibens delationem armorũ, an comprehendat deferentem illa ex causa necessaria, & quid in delatione momentanea. Alternatiua ex lege surgens circà pœnas, an, & quando Iudici tribuat facultatem eligendi.

Decisio XXII. Pag. 148.

Mulier an possit cedere sua Iura in releuationem indemnitatis fideiussoris sui viri, & posteà succedat in ipsius anterioritatem, & si eligat pro eius dote retinere omnia bona stabilia, an valeat impedire Creditores viri, ne sibi satisfaciant super alijs bonis non stabilibus, & ob id quando debitoribus effectis deterioribus, teneatur ad eorum damna Mulieri an, & quando debeantur alimenta, vel interesse dotis. Curator vt dicatur benè electus, & Iudicium contrà ipsum benè factum, quę requirantur. Subhastatio an, & quando validè fiat, ad hoc, vt Emptor bonorum

Deci-

norum subhastatorum cogi nequeat ad reuendendum à Creditoribus ius habentibus super eis.

Decisio XXIII. *Pag.* 154.

Creditor anterior an, & quando valeat auocare pecuniam à Creditore posteriore. Mulier an, & quando dicatur validè obligata, etiamsi protestauerit in eodem contractu velle sua Iura illæsa super alijs bonis viri; & an ipsi liceat preoccupare cuncta bona mobilia sui viri in præiudicium Creditorū; Ac an, & quando ei debeantur alimenta, vel interesse, prout interesse. Mulieri an, & quando sit nociua Creditorum mora ab ipsa causata in non exactione suorum Creditorum.

Decisio XXIV. *Pag.* 162.

Testis variatio punibilis versari debet circà factum principale, super quo pendet substantia negotij, & an ex interuallo possit corrigere suum dictum, vel declarare. Pœna aliqua an imponi valeat, quando agitur de ijs, quæ ad nullum attinent, & quid cessantibus dolo, lata culpa, alterius iactura, lucro, & docto de errore. Delictum an, & quando dicatur commissum de nocte attento *Iure Communi*, *&* *Statuto Lucæ cap.* 139. *lib.* 4. Periurium quando dicatur commissum per errorem in primo examine, & per errorem incursum an sit punibile. Falsitas quando dicatur, & an, & quando inducatur per immutationem verborum, & excludatur per quamuis interpretationem sumendam ex discessu à proprietate verborum.

Decisio XXV. *Pag.* 164.

Filiatio quomodò, & per quæ verba probetur tàm *de Iure Communi*, quàm *Statutario Lucæ cap.* 99. *lib.* 1. & ex quibus adminiculis inducatur, pleneque probetur. Identitas Personæ an, & quando probata dicatur ex solo nomine, ac ex quibus adminiculis, seù coniecturis. Ciuilitas Patris, an transeat in filium ob translationem domicilij Patris aliò, ad hoc vt filius non remaneat sub dispositione Statuti prohibitiui acquisitionis bonorum stabilium Forensibus. Domicilium originis an, & quādo aliò censeatur translatum, vt quis desinat esse Ciuis, & examinatur differentia inter Ciuem originarium habitantem in loco originis, ibiq. munera subeuntem, & Ciuem originarium non habitantem, & onera non subeuntem.

Decisio XXVI. *Pag.* 171.

Instrumentum meretur executionem paratam contrà contrahentem, eiusq. successores, & hæredes, & habentem causam ab eo, tùm *de Iure Communi*, tùm etiam *ex l. Municip. Luc. cap.* 111. *&* *cap.* 113. *lib.* 1. *Stat. Vniu.* Sententia carens citatione ad eam audiendam, etiamsi esset lata à Principe, & agatur de Iudicio ordinario, siuè Summario, aut extraiudiciali, & vbi proceditur sola facti veritate inspecta, an, & quando sustineri valeat. Publicatione omissa, processus an vitietur *de Statuto Luc.* & an sequestri causa sit executiua.

Deci-

Decisio XXVII. *Pag.* 173.

Consensus in Iurisdictionem, seù illius prorogatio ex quibusnam arguatur, & an inducatur per simplicem fideiussionem de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo, & infrà quod tempus opponi valeat de Iure Lucensi *iuxtà cap.* 45. *Stat.Vnin.* & an illa dicatur prorogata pro recuperanda preda in odiũ contumaciæ. Dictiones *quomodolibet*, *pro quocunq. genere*, *cuicunque personæ*, *pro quauis summa*, quomodò intelligantur. Graściæ appellatione quænam veniant. Declaratur *cap.* 17. *lib.* 3. *Statut. Fundac. Lucæ*.

Decisio XXVIII. *Pag.* 176.

Fideicommissum successiuum an, & quando dicatur inductum inter vocatos, & an valeat induci per dictionem, *in perpetuum*. Identitas bonorum fideicommittentis, an probetur per Instrumentum diuisionis factæ inter filios de bonis remansis in hæreditate. Renunciatio non expressa fideicommissi conditionalis, & nondum purificati, aut reciproci, an dicatur facta per Instrumentum diuisionis inter fideicommissarios sequutæ. Scientia in renunciatione fideicommissi ex quibusnã clausulis censeatur inducta; & quando reputetur facta diuisio, vt quisq. de eius rata libẽ rè disponere possit, super quo declarantur aliquæ *decis. Sac. Rot. Rom.* Promissio euictionis non compræhendit eam, quæ prouenit ex natura rei, etiamsi sit cum clausula *habendi diuisionem ratam, gratam, & firmam, & semper, & perpetuò obseruandam*. Filius, an, & quando propter omissionem Inuentarij priuetur commodo legitimæ; & an alienationes factæ cedant pro eius legitima, & trebellianica in bonis, fideicommisso subiectis, ipsi competentibus; & quid si prætendantur alienationes excesiuæ, ad quemnam spectet onus probandi, breuitèr, & elegantèr discutitur.

Decisio XXIX. *Pag.* 180.

Falsitas an, & quando commissa dicatur, & quæ requirantur ad eam inducendam, ad hoc, vt pœna infligi valeat. Dolus in falsitate committenda, quomodo consideretur. Credulitas an, & qualis satis sit ad pœnam falsi effugiendam. Testis periurus quis dicatur, an faciat indicium, & an eius dictum purgetur per torturam. Fiscus examinando testes, vt sint omni exceptione maiores, quid agere debeat in formanda Inquisitione particulari contrà aliquem. Publica vox, & fama quãnam probationem faciat in Iudicio Criminali, & ad eam sufficientèr probãdam, Testes quid deponere debeant. *Statut. Lucæ* qua pœna mulctet dantes falsam accusationem, vel denunciationem dolosè, aut scientèr, ac etiam Officiales super damnis datis, & de alijs ad materiam facientibus.

Decisio XXX. *Pag.* 187.

Tempus ad appellandum tàm de Iure Communi, quàm ex Iure Municipali *Lucæ* est decem dierum, & an illud currat à die scientiæ, vel à die la-

tæ

tæ sententiæ, & quid in sententijs latis in contumaciam ad effectum, vt sententia transitum faciat in rem iudicatam. Citatio personalis in sententijs ex decreto emanato ab Excellentiss. Consilio Lucensi de anno 1647. in quo reducitur ad obseruantiam dispositio *cap. 49. lib. 4. Stat. Vniu.* suppletur per pulsationem campanæ. Contumaces qua forma debent citari in causis violationis sequestrorum secundùm *Stat. Luce*, & quid in praxi seruetur.

Decisio XXXI.

Pag. 188.

Manutentio semper datur possidenti de tempore motæ litis, tàm *ex cap. Rot. Luc. 59.* quàm *de Iur. Commun.* Imò data possessione continuatiua *Statuti* continuantis possessionem defuncti in hæredem iuncta cum actuali, & corporali accepta Iudicis authoritate nunquàm denegatur *iuxtà Stat. Lucen. lib. 2. cap.* 17. & an, & quando illa sit manutenibilis in præiudicium anterioris possessoris non habentis se pro spoliato, & an probetur per Instrumentum locationis. Tertius possessor an, & quando dicatur legitimus Contradictor ad effectum impediendi immissionem hæredi in vim *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadr. tollen.* Hypothecę ius an extinguatur superre, redempto censu. Hæreditas iacens quando dicatur, & an dijudicetur vacans, quàmdiù potest adiri, vel adest spes, quòd adeatur. Tutorum, vel partium assertiones post mortem pupilli an, & quando attendantur, cum alijs notabilitèr ad materiam.

Decisio XXXII.

Pag. 192.

Dominium emphyteusis quomodò, & ex quibus probatum dicatur, etiam contrà Tertios, maximè in antiquis. Liber Æstimi, seù mensurationes factæ ad alicuius instantiam, siuè Martyrologium Hospitalis, vel alterius Loci Pij an, & quando probent dominium. Identitas bonorum in antiquis ex quibus verificetur.

Decisio XXXIII.

Pag. 195.

Iudex an, & quando dicatur excedere suam Iurisdictionem, & an illa expiret perempta instantia. Prorogatio Iurisdictionis quomodò inducatur, & declaratur *cap. Rot. Luc.* 57. Sententia vt sustineatur in dubio semper est iudicandum, & an, & quando lata extrà terminum instantiæ valeat per Iudicem ad quem executioni demandari, etiam diù, omisso Iurisdictionis defectu. Stylus an, & quando inducat consuetudinem iudicandi, tribuatq. Iurisdictionem non habenti, & præstet interpretationem legi. Scientia, & notitia citati an, & quando suppleat defectum citationis, seù intimationis. Fides Notarij attestantis de executione alicuius citationis an, & quando magis attendatur, quàm Nuncij, seù executoris, & an Nuncio, attestanti de aliqua citationis executione ex interuallo, veniat credendũ. Exceptiones semel reiectæ in aliquo iudicio, an valeant amplius deduci etiam stante defectu

Iu-

Iurisdictionis, & an concernentes merita causæ, & processus dicantur continere defectum Iurisdictionis. Recursus, an, & quando à sententijs *Offic. Vid. Luc.* detur, latè explicatur.

Decisio XXXIV.

Pag. 198.

Emphyteuta citra eius culpam priuatus vti frui re in emphyteusim concessa an, & quando teneatur ad solutionem Canonis, & Laudemij, & quid si euictio fuerit secuta in parte emphyteusis in vim iudicati, an liberet emphyteutam à solutione Canonis pro illa rata. Caducitas, an habeat locum ob non *solutum* Canonem, attenta prætensione emphyteutæ credentis se non teneri occasione damnorum, & interesse passorum in re emphyteutica; & an Caducitas ob non solutum Canonem intentari possit, data lite inter duos prætensos Dominos directos rei emphyteuticæ. Dominium debet plenè, & concludenter probari, quando agitur ad caducitatem, & an ad illam excludendam qualibet causa sit sufficiens, & an mora purgari valeat in qualibet Iudicij parte, maximè quando ius Domini directi non est effectum deterius, ex opinione *Rota Romana* solidissimè discutitur.

Decisio XXXV.

Pag. 202.

Appellationi an, & quando non sit deferendum, deficiẽte grauamine. Appellatio à sententia ab obseruatione Iudicij ob omissionem cõdemnationis expensarum, & interposita à marito nomine vxoris absq. speciali mandato, ac non transmisso Appellato libello appellatorio infrà legitima tẽpora an, & quando sustineatur *de Iur. Comm. & ex Stat. Luc. cap. 3. lib. 5.* & interposita ab vno ex litis Consortibus an, & quãdo cæteris prosit. Sententia ab obseruatione Iudicij est ferenda, intentata actione inepta: & lata in vna actione an, & quando iudicatum pariat in alia. Hæres pro sua quota, quam actionem intentare possit, & an cumulare hypothecariam cum actione petitionis hæreditatis. Absolutoria ab obseruatione Iudicij quid operetur, & quandonam censeatur lata super actione de incumulata, & incompetenti. Iudices inferiores, an exercere valeant Iurisdictionem etiam de cõsensu partium in causis, vbi Princeps manus apposuit, & an, & quando peccent deferentes appellationibus friuolis. Rei iudicatæ exceptio obstatiua, quid requirat. Statuti forma an, & quando dicatur seruata, & noua censeatur inducta, ac quomodo sit interpretanda, & an, & quando respiciat ordinatoria in appellationibus. *Statut. Luc. Vniuers. cap.* 143. *lib.* 1. quid disponat in Personis Ecclesiasticis; Mandatum generale, an sufficiat ad appellandum, & ad iurandum, quale esse debeat, & quandonam mandatum dicatur haberi à marito, & in quibus rebus, & an admittatur maritus cum cautione de rato in ijs, quæ requirunt mandatum speciale. Iuramentum calumniæ, an præstari debeat in appellationibus *de Iur. Comm. & Statut. Luc. cap. 3. in fin. vers. Et teneatur lib. 5.* & vbi expressè requiritur, an sufficiat generale.

Procurator, an citari debeat finita prima Instantia, & an suffragetur intimatio ipsi facta de appellatione à diffinitiua.

Decisio XXXVI.

Pag. 211.

Compensationis exceptio parit cōfessionem debiti, approbationem sententiæ, ac rem iudicatam, & opponi potest post transitum sententiæ in iudicatum, susceptoq; termino ad soluendum. Compensatio fit ipso Iure per creditum oriens ex Instrumento publico, maximè ad euitandam caducitatem emphyteusis, ad exclusionem cuius sufficit etiam creditum putatiuum, & an fieri valeat de pecunia cum frumento, & sic de quantitate ad speciē. Causa quælibet excusat à pœna, & caducitate, & an incerta admittatur à *Rot. Roman. & Supremis Tribunalibus.* Mora an, & quando de Iure Canonico purgetur, etsi agatur de summa incerta, & non liquidata.

Decisio XXXVII.

Pag. 213.

Valor quotuplex censeatur, qualis iustus habeatur, & an eiusdem rei præsumatur idem per cursum decennij. Pactum de retrouendendo in assignatione bonorum appositum an, & quādo minuat rei valorem, & in qua parte bonorum *iuxtà opinionem Rot. Rom.* & quid aliud operetur. Dotis assignatio in bonis an, & quando præsumatur in solutum tradita, & nomine pagamenti, vel potiùs titulo assecurationis, & hypothecæ. Obligatio rei principalis, an, & quando extendatur ad accessoria. Fructuum quantitas percepta, quandoq; probetur, breuitèr, & elegantèr discutitur.

Decisio XXXVIII.

Pag. 216.

Statutum an, & quando ab initio concernere videatur vtilitatem publicam, vel principalitèr fauorem certæ personæ, & declaratur *Statut. Luc. cap. 39. lib. 2.* Nullitas inducta ad fauorem mulieris, seù minoris in aliquo contractu, seù obligatione, an ipsa non obstante, valeant cogere Contrahentes ad illius obseruantiam ob non seruatas solemnitates statutarias ad eorum fauorem inductas. Tutor, seù Fideiussor respectiuè se obligans in contractu minoris, seù mulieris sine solemnitatibus cum Clausula, *principalitèr, & in solidum,* an validè obligentur, licèt minor, vel mulier nullitèr. Declaratur *Bart. in l. cùm lex ff. de fideiussorib.* Contractus nullus ipso iure, an ab initio sit validus, donec declaretur, quando statutum concernit merum fauorem mulieris, seù minoris.

Decisio XXXIX.

Pag. 219.

Inuentarij cōfectio operatur multos effectus ad fauorem heredū, de quibus fit mentio, & an, & quādo liberet hæredem à vexationibus litium, & à molestijs, & an præsumatur ritè, rectèq; factum, ità quòd potiùs dicatur continere errorem. Sententia contrà sen-

tentiam est ipso iure nulla, & an, & quãdo concedere valeat executionem contrà bona hæreditaria. Executio relaxari nequit contrà hæredem, tanquã morosum, non liquidato statu hæreditatis. Hæres beneficiatus non potest pati capturam vti recusans præstare bona inuentariata, nisi habuerit terminum probatorium, licèt sit concessa cum Clausula, *Quatenùs res hæreditariæ sufficerent*. Declaratur *Statut. Luc. cap. 113. lib. 1.*

Decisio XL. *Pag. 223.*

Repudiatio hæreditatis apparens ex Instrumentis dicitur probatio probata, & manifesta, & reijcit qualitatẽ hæreditariam, ac fideiussionem præstandam per hæredem à *statuto* requisitam, & an in filijs, stante repudiatione, vt suprà, præsumatur mutatio voluntatis, ac semel repudiata hæreditas amphùs adiri possit. Hæreditas etiam opulenta, & lucrosa, an præsumatur adita, præsertim inter Personas rusticas, & quando dicatur adita per filium ob continuationem possessionis bonorum possessorum à patre, secuta declaratione repudiationis. Possessio bonorum per patrem possessorum non inducit præsumptionem qualitatis hæreditariæ in filijs, seù descendentibus, maximè concurrente alio titulo.

Decisio XLI. *Pag. 227.*

Manutentio an, & quando in facultatiuis competat, & impediatur. Quasi possessio an, & quando probetur per actus, qui dederunt causam liti, & an probata circà vnum actum, seù effectum prosit quoad alios actus, & effectus. Iter quid sit, & quid actus, sub quo an comprehendatur currus. Extensio quasi possessionis de vno actu ad alium non impeditur per diuersitatem naturæ, & qualitatum, sed per diuersitatem specierum.

Decisio XLII. *Pag. 229.*

Substituto an, & quando competat remedium *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadr. tollen.* Substitutio fœminarum à Testatore vocatarum, vt ipsa operetur tantùm finita linea masculina. Possessio Testatoris, an probetur per descriptionem bonorum in testamento. Filius an, & quando propter omissionem Inuentarij cadat à commodo legitimæ, & ponderatur distinctio inter fideicõmissum generale, & particulare. Alienationes factæ per fideicommissarium an, & quando præsumantur adæquare detractiones sibi debitas. Inuentario nõ confecto, an hæres teneatur soluere integra legata, & fideicommissa particularia, & an propter hoc inducatur præsumptio satisfactionis. Trebellianica an, & quando detrahi valeat tàm ex fideicõmisso vniuersali, quàm ex particulari, & quando censeatur prohibita à Testatore, & an hodiè valeat prohiberi filijs primi gradus. Fideicommissum particulare quando dignoscatur, breuitèr, & elegantèr discutitur.

Decisio XLIII. *Pag. 233.*

Fiscus an, & quando occupare possit omnia bona etiam cum auocatione

à Tertijs. Et pro expensis quoq; constructionis processus graduatorij, an præferatur Creditoribus hypothecarijs, licèt anterioribus, & an valeat priuilegio *leg. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumptib. funer.* & an, & quãdo possit sibi attribuere bona fideicommissaria ob crimen, etsi Læsæ Maiestatis Humanæ, siuè Diuinæ, licèt fideicommissum sit perpetuum cũ prohibitione detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ. Pecul̃ia Castrensia, vel quasi qualia sint, & an, & quando cõfiscari valeant, etiam in vsufuctu ob delictum Læsæ Maiestatis, non obstãte superuiuentia Patris. Peculium Profectitium, an in totum spectet ad Patrem, vel aliqua pars debeatur filio, ratione industriæ præstitæ in negotiatione. Filius, an possit exhæredari, quando condemnatur in ære, & in persona, ac priuari legitima, & alimentis ob crimen Læsæ Maiestatis. Legitima, seù Trebellianica, an confiscari possit existente expressa prohibitione Testatoris, & hodiè an prohiberi valeat filijs primi gradus, & quæuis alia quota; & quid quando agitur de fideicommisso particulari. Canonem an, & quando quis consequatur super bonis ab Emphyteuta perpetuo fideicommisso subiectis, licèt non hypothecatis, sed in contractu Emphyteutico adsit Clausula, *Pro quibus omnibus &c.* & quanam actione ille petatur; Clausulæ *Pro quibus omnibus &c.* & *Constituti* quid operentur appositæ in contractu censuali, seù emphyteutico. Hypotheca non expressa, an intelligatur apposita pro canonum solutione; & tacitã num retrotrahatur ad formam expressæ, purificata conditione potestatiua, vel mixta; & siuè expressa, siuè tacita an metiatur à die promissionis, etiam in contractu emphyteutico; & ad fauorem dotis quandonam incipiat, & an oriatur à die datæ, vel recognitionis respectu Creditorum Chirographariorum, vt excludantur Creditores Instrumentarij. Vxor Condemnati deducere potest suas dotes, & donata propter nuptias.

Decisio XLIV. *Pag. 241.*

Sententia an, & quando dicatur nulla ex defectu citationis ad dicendum contrà iura, & termini ad opponendum, *Cap. 47. Rot. Luc.* quomodò fieri mandet productionem iurium per Fiscum. Filius quandonam reputetur pater familias, & sui iuris; & cũ patre habitans an, & quando præsumatur acquirere ex bonis, & pecunia paterna, et si sit negotiator existens in quasi possessione sui Iuris ob plures actus à se gestos an, & quando obligetur ex causa onerosa, etiam in contractu peculij aduentitij, licèt per statutum requiratur patris consensus, & an idem procedat fauore Fisci pro expensis factis occasione maleficij per filium patrati, super quo declaratur *cap. 67. lib. 2. Stat. Vniu. Luc.* Peculium an, & quando cẽseatur esse aduentitium, siuè profectitium, & an, & quando per filium benè obligetur etiam in vsufructu, alienationis vocabulo latissimè sumpto, in præiudicium patris. Statuta etsi clara recipiunt interpretationem iuris, & quomodò, & de alijs ad materiam quando filius negotiatur patre vidente, & non con-

contradicente, & an propterea ipse pater obligetur Creditoribus contrahentibus cum ipso.

Decisio XLV. Pag. [illegible]

Clausula, *Et pro heredibus*, an, & quando in stipulationibus fauorabilibus subintelligatur, & an, & quando actiones tàm actiuæ, quàm passiuæ, quæ erant penes defunctum, transferantur in eius heredes. Terminum suscipiens, se verum debitorem fatetur, ità vt ullam exceptionem ampliùs opponere possit, & an, & quando instantia cepta cum defuncto continuetur in heredes, siuè sit actiua, siuè passiua. Declaratur *Stat. Luc. cap. fin. lib. 4. &* *cap. 5. lib. 5.* in quibus casibus procedat eorum dispositio, cum intelligentia etiam *cap. Rot. 31. vers. si verò peteretur*. Instantia an, & quando in causis executiuis, & ordinarijs valeat per Iudicem, vel per partes prorogari, & quænam differentia constituatur inter vnam, & aliam, & declaratur *cap. Rot. 31.* [illegible]

Decisio XLVI. Pag. [illegible]

Possessio an, & quando probetur contra Tertium per Catastrum, seu librum Æstimi, maximè aliquo existente in possessione, & [illegible] actibus illa probetur [illegible] an, & quando [illegible] turbationis [illegible] absolui possit [illegible] condemnari ad desistendum. Reijcitur *Buccian. decis. Lucen.* [illegible] *Statutis* [illegible] vt [illegible] sufficiat quælibet probabilitas. Testis deponens per verbum, *Credo*, etiamsi sit vnicus, an, & quando probet contra producentem.

Decisio XLVII. Pag. 250

Pater an, & quando obligetur ob tacitum consensum orientem ex scientia negotiationis filij, & an, & quando Pater censeatur præponere filium alicui negotio, ità quod teneatur ad omnia per eum gesta, etiam ad illud, quod defecerit, reddita ratione officij Capserij alijs Consocijs. Institor præpositus alicui negotiationi an, & quando obliget præponentem. Consanguineus quando [illegible] testis idoneus.

Decisio XLVIII. Pagin. 253.

Instrumentum [illegible] contra debitorem, eorumq. heredes, & successores. Liber Æstimi an, & quando probet, & quid probet. Sententia [illegible] approbata ab illis, qui [illegible] heredes declarati [illegible]. Confessio partis facta [illegible] Confitentis [illegible]

Decisio XLIX. Pag. 25[illegible]

Instantijs causarum [illegible] ordinariarum [illegible] summariarum quodnam tempus præfigatur *de Iur. Commun. & de Iur. Municip. Lucen.* Rubrica generalis an, & quando restringatur à Nigro speciali, & quid si illa habeat [illegible] perfectam, & [illegible] in fauorabilibus. Examinatur [illegible] *Lucan.* quod repetitur per

cap. 55 eiusd. Rot. & declaratur *cap. 11. lib. 1. Stat. Vniu. Luc.* Clauſulæ; *De facto*, ſeù *Manu Regia*, aut *Summariè, & ſine figura Iudicij*, cuiusnam ſint virtutis. Cauſa executiua, an dicatur ſummaria, & quid è contrà. Præcepta expedita cū clauſula iuſtificatiua, adhùc remanent executiua, reiecta opinione *Angel. in §. curare num. 10. Inſtit. de actionib.* Stylus quomodò probetur *de Iur. Commun.* & quomodò *de Iur. Lucen. ex cap. Rot. 40.*

Decisio L. *Pag. 258.*

Confeſſio viri de dote recepta, aliàs non iuſtificata, non probat dotis numerationem, ac proindè denegatur vxori immiſſio contrà Tertios poſſeſſores, & in parte iuſtificata an, & quādo quoad reliquam in totum vera præſumatur. Dotis ſimulatæ plures coniecturæ enunciantur; & quandonàm dicatur congrua; & vt tollat donationis, & fraudis ſuſpicionem, quomodò conſtare debeat. Apocha ſubſcripta à Marito, et dotis Promiſſore an, & quādo dicatur ſufficiens ad excludendos Creditores. Agens in Saluiano habere debet creditum liquidum, quod an, & quando cenſeatur probatum ex notula fructuum perceptorum. Creditor habita immiſſione ſuper vno fundo, an, & quando immitti valeat ſuper alijs bonis ſibi hypothecatis.

Decisio LI. *Pag. 265.*

Incendium an, & quandò dicatur probatum data cauſa, & an, & quando cenſeatur fortuitum. Fama an, & quando ſit obſtatiua, & quando adminicularia ad hoc, vt faciat indiciū. Inimicitia an, & quando ſuboriatur ex litibus, & durare præſumatur, & quādo ex ea teſtis repellatur. Querela poſt longum tempus porrecta, an præbeat ſuſpicionem calumniæ. Innocentia Rei ex quibus arguatur.

Decisio LII. *Pag. 267.*

Statutum vbi clarè reſiſtit appellationi admittendæ, non admittit interpretationes extrinſecas Aduocatorum, ſed omninò ſeruandum, etiamſi latum arbitrium à Principe Iudici in procedendo fuiſſet conceſſum. Princeps delegans ſpecialitèr cauſas an, & quando cenſeatur priuare omnes alios Iudices, vt in ea ſe ingerere non valeant. Declaratur *Lucenſe Stat. Fundac. ſuper rubr. Che li Treccoli, e gl. Hoſt. cap. 26. lib. 1.* quomodò procedat.

Decisio LIII. *Pag. 268.*

Retentio an, & quando competat pro melioramentis, & pro quanam ſumma. Melioramenta, an probentur ex relatione Peritorum à partibus electorum; & an illa præferantur Creditoribus anterioribus, & an executio pro ijs melioramentis retardari poſſit per concurſum poſteriorum Creditorum. Onus reale ſemper ſequitur rem, & remanet ſuper bonis quòcunq. tranſitum faciant. Principis reſcripta quomodo veniant intelligenda, & an, & quando Princeps ad preces partis, & cauſa non cognita, præſumatur velle præiudicare Iuri Tertio quæſito. Di-

ſpo-

quænam requisita concurrere debeant pro ea obtinenda. Identitas bonorum à Testatore possessorum quomodò probetur, et an, et quando confessiones iudiciales, siuè in eodem, siuè in diuerso iudicio factæ, maximè à Testatore emissæ illam probent. Clausula, *Omni meliori modo*, in libello apposita quid operetur, prout etiã Clausulæ, *Super quibus &c. Agens &c. Deducens etc. Non tamen etc.* positæ in fine libelli, tàm *de Iure Communi*, quàm *ex Statut. Luc.* et an Clausula, *Peto iustitiam ministrari super præmissis, et quolibet præmissorum* habeat eandem vim, prout Clausula, *Agens etc. Deducens etc. Omni meliori modo etc.* Libello generalitèr concludente super actione inepta, an Iudex valeat pronunciare super actione competenti, licèt non deducta, maximè in causis summarijs. Declaratur *conf. Alex. 121. lib. 1. num. 10.* Explicatur *decis. Lepid. 130.* in quo casu procedat.

Decisio LVIII. *Pag. 285.*

Filia vigore Statuti fauore certarũ Personarum prohibita succedere in certis bonis, an, et quando super illis possit petere legitimam, et quatenùs etc. an illa computentur ad effectum deducendi eam, et an legitima dicatur quota bonorum, et Ius petendi eam metiatur à Successione abintestato. Statutum exclusiuum fœminarum à certis bonis, an se extendat ad illa solùm, à quibus abintestato excluduntur, et quomodò tale Statutum dijudicetur validum fauore venientium abintestato.

Decisio LIX. *Pag. 286.*

Corpus delicti probandum est in quolibet genere delicti, etiamsi adsit quælibet constitutio, siuè dispositio, aut Statutum imponens pœnam. Identitas nunquàm præsumitur, quando agitur de pœna irroganda. Pluralitas an, et quando præsumatur etiam in asportatione grani. Testis de auditu, vel vnicus, animoseuè deponens nullam fidem facit, sed duo omni exceptione maiores requiruntur pro pœna ordinaria irroganda.

Decisio LX. *Pag. 288.*

Rationibus alicuius administrationis, seù negotij semel dispunctis, ac redditis, an, et quando locus sit iteratæ reuisioni, tàm contrà Administratorem, quàm eius hæredes, et quid dicendum concurrente, tàm liberatione *hominis*, quàm *legis*. Quietatio continens receptionem certæ *summæ: pro residuo* quomodò intelligenda veniat, prout pariter Calculum stipulatum cũ verbis *pro residuo*, seù *pro saldo*, an per talia verba dicatur ritè, et rectè factũ, et quando secus quænam probatio eo rotis requiratur. Præscriptio ad fauorem Tutoris in reddendis rationibus quanta sit, tàm *de Iure Communi*, quàm *de Iure Municipali Lucen.* Tutor an, et quando teneatur de non exactis, et de alienatis mobilibus pupilli, et an habens quietantiam de omni, et toto eo, cuius occasione Tutelæ debitor remãserit, an liberetur à debito nomine proprio contracto. Liber Tutelaris, an, et quan-

& quando probet contrà Tertium. Euictione passa super bonis diuisis an, & quando detur regressus ad alia bona diuisa, & non euicta, & de alijs ad materiam.

Decisio LXI. *Pag.298.*

Absolutoria ab obseruatione iudicij an, & quando perficiatur. Statutum inducens nullitatem ipso iure, an requirat partis oppositionem. Legitimatio personarum an, & quando sit facienda in causis summarijs, executiuis, & ordinarijs ad euitandam sententiæ nullitatem. Declaratur *cap.* 23. *lib.* 1. *Statut. Vniu. Luc.* circà tempus soluendi datiam, ac etiam *aliud Stat. cap.* 89. *eod. lib.* quid sit faciendum per Iudicem, decursa dilatione per eum data ad probandum.

Decisio LXII. *Pag.300.*

Hypotheca imposita in actu acquisitionis an, & quando sit præferenda quibuscunq. alijs hypothecis Creditorum tempore anteriorum, & à quonam tempore sit dimetienda, maximè in iudicio Graduationis. Soluens Creditori alicuius personæ an, & quando succedat in eius anterioritatem absq. iurium cessione, & vti possit retentionis exceptione aduersus Creditores posteriores. Retentio super bonis viri an, & quando mulieri competat. Creditor in diem, vel sub conditione an deducere valeat sua iura, & instituere actionem ad debitū consequendum, adueniente tempore: & Contrahens cum Debitore post census impositionem, an præferatur annuis præstationibus. Datio insolutum speciei pro quantitate, an habeat vim emptionis, extinguatq. primam hypothecam, & in casum euictionis rei insolutū traditę, patienti euictionē cōpetat actio ex empto; & an in datione insolutum facta ex causa dotis detur regressus ad primæua iura, si contingat, res insolutum datas euinci. Solemnitates interuētus Propinquorum, et decreti Iudicis, an præsumantur ex temporis cursu.

Decisio LXIII. *Pag.306.*

Citationis defectus est maior defectu Iurisdictionis. Arbitrorum sententia, vt sit valida, indiget audientia partium, & negotij discussione, & eorum potestas pendet à forma Compromissi, & an eorum assertioni in rebus non leuis præiudicij sit standum. Arbitri quomodò iudicare teneantur, & si habeant facultatem procedendi summariè, et de plano, nullaq. seruata iudicij forma, per prædicta, an dicatur sublata defensio citationis, et audientiæ, et an ad sanandum defectum citationis sufficiat allegare *tex. in l. magnam Cod. de contrahen. & committen. stipulat.* Laudum latum, an possit esse pro parte obligatorium, et pro parte non: et quid quādo est latum extrà petitā per Compromittentes: et quid si inter Cōpromittentes adsit Clericus. Clericus conueniri nequit coràm Iudice sæculari etiam in mero possessorio. Declarantur *cap.* 57. *et* 58. *Rot. Luc.*

Decisio LXIV. *Pag.308.*

Amicitia, et Conuersatio cum Cōdemnatis an, et quando præbeant indicium

dicium complicitatis. Allocutio secreta paulò antè commissum delictum, an faciat indicium complicitatis, & an debeat potiùs præsumi habita in bonam, quàm in malam partem. Testi vnico deponenti de secreta allocutione, vel de auditu ab illo, cui non adhibetur fides, aut danti alium in contestem dicentem se nescire, siuè reuocanti primum dictum in eius repetitione, fides non est adhibenda. Mendacium probari debet per propriam confessionem, vel per duos testes de loco, & tempore, & an, & quando indiciet ad inquirendum, siuè ad torquendum, & condemnandum. Consocius fatens se criminosum, an, & quando faciat indicium contrà consocium. Dictum Socij criminis in crimine occulto, & alterius generis, an, & quando sit attendendum, & quod indicium præbeat. Reus an, & quando infametur per sententiam condemnatoriam pro aliquo delicto, & nō fatens in tormentis, beatus dicitur, & melior reputatur, quàm anteà. Indicia remota, & imperfecta an coalescere, & cumulari possint etiā ad arbitrariam pœnam. Carcer an, & quando minuat pœnam, & an aliquādo computetur in tempus exilij.

Decisio LXV. *Pag.* 313.

Qui se fundat in qualitate *Statuti* illam probare debet. Verbum *Quello* in dispositione appositum quomodò intelligendum est. Datio insolutum panis ad computum mercedis non cōtinetur sub *Statuto* potissimùm pœnali prohibente emptionem, & venditionem panis, cùm Statuta pœnalia, & Iuris Communis correctoria non extendantur, sed strictissimè sunt intelligenda.

Decisio LXVI. *Pag.* 314.

Obligatio Minoris absq. Curatoribus à patre datis in testamento, an, & quando sustineatur tàm *ex dispositione Statutor. Luc.* quàm *de Iur. Commun.* & quid dicendum in causa dotis, & an, & quando Minor factus Maior censeatur contractum nullum ratificare. Ætas præscripta à Testatore vltrà sancitam à Statuto, vel à lege ad effectum habendi administrationem bonorum, an præsumatur esse ad notitiam Tertij, qui cum Minore contraxit. Filia à patre dotata, an, & quando aliquid aliud prætendere valeat *de Iur. Commun. & ex Stat. Luc.* & si aliquid à fratre fuerit traditum, an, & quando censeatur donatum, & veniat sub priuilegio dotis, & quomodò ætas consideretur tàm in cōtractibus onerosis, quàm lucratiuis, & de alijs ad materiam.

Decisio LXVII. *Pag.* 317.

Iudex appellationis non cognoscit, nisi de discussis coràm primo Iudice, & an, & quando cognoscere valeat etiam ea, quæ veniunt in vim annexionis, aut dependentiæ, siuè continuationis, licèt non fuerint cognita per Iudicem à quò. Iurisdictio omnis residet apud Supremum Principem, à quo, veluti à fonte fluit omnis potestas; & an, & quando exercita per Iudicem tempore feriarum indictarum in honorem Dei, siuè à Principe ob res publicas prosperè gestas, aut in hominum vtilitatem, validè administretur,

& an

& an eius exercitium censeatur suspēsum Iudici ad quem ante actorum trāsportationem, et de alijs prout infrà.

Decisio LXVIII. Pag. 319.

Tempus ad appellandum, an, et quando incipiat currere. Appellatio legitimè interposita quid operetur, et an, et quando interposita à Domino directo, prosit Liuellarijs, & sic Consocijs non appellantibus, siuè scientibus, siuè ignorantibus, ratione indiuiduitatis, & connexionis causæ, ità quòd suspendatur executio sententiæ contrà omnes, et an omnia, quæ fiunt, dicantur attentata. Executio quid sit, congruè perpenditur.

Decisio LXIX. Pag. 320.

Possessio manutenibilis debet esse continuata per 40. dies ante transmissum præceptū *iuxtà cap. Rotæ* 59. quod declaratur. Via an, & quando dicatur publica, vicinalis, vel agraria, et an in dubio præsumatur publica; ità vt à priuatis occupari non possit, et an viæ priuatæ ducentes ad agros, per quos omnibus commeare licet, sint publicæ. Actus tu barini in aliqua possessione an, & quando inducti dicantur. Manutentioni an, & quando sit locus ob actus deuastationis viæ publicæ, aut vicinalis ex fundo publico factæ, et an requiratur titulus à Principe. Seruitus discontinua quando dicatur, et an possessionis probatio à longo tempore retrò, sufficiat pro manutentione in dd. seruitutibus discontinuis. Scientia in actibus discontinuis ad effectum sibi præiudicandi, quænam esse debeat; & an scientia, et patientia in incorporalibus sit subiectum quasi possessionis, et an, et quando prohibitio, et acquiescentia illam inducat, maximè in seruitutibus negatiuis, & de alijs ad materiam seruitutis discutitur.

Ad quod argumētum subsequitur Iuris responsum claræ mem. D. Iosephi Censalij Germani Fratris, et in Romana Curia Aduocati nemini secundi omnibus noti, in quo se fundabant DD. Coniudices, contrà quod Author tenuit.

Decisio LXX.

Pag 332.

Verba dubia, & æquiuoca interpretanda sunt ad exclusionē delicti. Ignorantia allegata ab habitante in loco Statuentium, dicitur crassa, et supina, & an, et quando præsumatur, et excuset subditum ob absentiam à pœna in proclamate publicata. Statuta à Iure Communi exorbitantia strictè sunt intelligenda, etiam stante maioritate rationis, et si prohibeant allegari ignorantiam sui ipsius, et cuiuslibet determinationis pœnalis, de quanam ignorantia sint intelligenda.

Decisio LXXI.

Pag. 335.

Quasi possessio an, & quando censeatur haberi Iure proprio, & non familiaritatis, maximè quando adest Dominus fundi patientis seruitutem; & an, & quando non sit manutenibilis contrà veros Dominos ex facto Conductoris concessa. Scientia, & patien-

tia non probatæ an, & quando inducant quasi possessionem per vsum, & an simplicis Coloni, seù Emphyteutæ noceant Domino directo, etiàm in iudicio manutentionis. Declarantur circà manutentionis materiam *Merlin. decis.* 752. *num.* 17. *cap.* 59. *Rot. Lucen. et cap.* 170. *lib.* 4. *Stat. Vniu. Luc.*

Decisio LXXII.

Pag. 338.

Venditor, qui promisit euictionem, an dicatur defensor necessarius, vel voluntarius, vt vti possit omnibus exceptionibus aduersus rem iudicatam; & an, & quando valeat cōparere, Actore inuito, ad defendendum Emptorē. Emptor quonam Iure defensionis vti valeat super re empta, & an, & quando habeat ius retentionis absq. iurium cessione. Retentio quandonam competat, & quid operetur aduersùs rem iudicatam, & num sublata censeatur, si per *Statutum* prohibeatur quodlibet remedium. Actor prosequi potest recta via, & in eisdem statu, & terminis iura sua, æquè ac si alienatio non fuisset facta in Tertium. Persona vna, an, & quando duplicem repræsentet.

Decisio LXXIII.

Pag. 342.

Possessio Inuestientis an, & quando probetur contrà Inuestitum, & ab eo causam habentes, ac etiam contrà Tertium per Instrumentum, vel per canonum solutionem, siuè per titulum. Peritis quænam fides sit præstanda, ac eorum designis, seù plantis, an sit standum. Dominium Inuestientis an, & quando probetur ex immissione, vel agrimensura, aut designo, siuè planta. Præsumptio præsumptiua, imò qualis qualis minor semiplena sufficit in manutentione.

Decisio LXXIV.

Pag. 345.

Manutentio an, & quando sit danda immisso in vim sententiæ Iudicis ritè, & rectè procedentis, altero iam existente in possessione; & in manutentionis iudicio, an sufficiat ad obtinendum, docere de antiquiori possessione, si de tempore moræ itis de possessione non doceatur; Tutor quo titulo dicatur possidere bona pupilli, & an possessori iure familiaritatis competat immissio, breuitèr discutitur.

Decisio LXXV.

Pag. 346.

Præsumptiones, indicia, et coniecturæ an, & quando admittantur, et coniungantur ad plenam fidem faciendam, et ad Reum condemnandum, et quanam pœna. Socius criminis an, et quando probet contrà Socium. Iudex potest ex causa minuere, & commutare pœnas, & an condemnare possit ex indicijs, & præsumptionibus, & de alijs ad materiam.

Decisio LXXVI.

Pag. 349.

Sequestrum in causa executiua an, & quando per Creditorem fieri valeat, etiam pro summa liquidanda, & super pensionibus Debitori debitis ab

altero,

altero, licet Clerico, ac super alimentis, eorumq. Iuris commoditatibus. Pensionis commoditas, an vendi, seu cedi, vel insolidum dari possit, & bene accedat alimentorum naturæ, & quid si sit Ecclesiastica, num dicatur temporalis, vel spiritualis. Clericus quandonam vti valeat priuilegio, *cap. Odoardus de solutionib.* & si sit vxoratus, an ipsi tale beneficium suffragetur. Declaratur *cap. Rot. Luc.* 52.

Decisio LXXVII.

Pag. 352.

Mulier an, & quando sine solemnitatibus à *Statuto* requisitis validè obligetur pro dote, & illius augumento propriæ *filiæ* constit. & quid si se obligauerit fauore extraneæ personæ; & an, & quando benè accedat obligationi pro marito siuè per Instrumentum, aut priuatam scripturam, siuè per sola pollicitationem, vel per nudum pactu. *Statutum* loquens de solemnitatibus in contractibus mulierum an, & quando comprehendat dotis causam. Appellatio datur ab expressa, siue tacita reiectione exceptionis, vel probationum releuantium, vnde grauamen oritur. Socer, siuè Gener, aut Ascendentes, vel Descendentes an, & quādo gaudeant beneficio deducto nè egeat.

Decisio LXXVIII.

Pag. 355.

Restitutio in integrum aduersus sententiam in iudicatum transactam, an, & quādo detur, & impedire possit eius executionem, & quibusnam requisitis indigeat, vt habere valeat eius effectū. Sententia an, & quando reformetur ex causis restitutionis in integrum, & an in parte reformata, in reliquis confirmata censeatur. Res iudicata super principali obtenta, an operetur etiam super accessorijs.

Decisio LXXIX.

Pag. 357.

Quodnam remedium censeatur intentatum in libello, stante Clausula *Omni meliori modo*, coniuncta cum copula *Et*, ac attento *Stat. Vrbis Luc. cap.* 15. *lib.* 1. Vitium litigiosi an, & quando contrahatur super possessione, & hypothecaria, ad hoc, vt exinde alienatio sequi non possit. Iudicio Ordinario intentato, an, & quando conuertigi valeat ad extraordinarium, prasequtim implorato Iudicis officio. Citatio an semper sit exequenda contra possessorem etiam hæredem, etsi adsit Clausula *Constituti*, & executa domi, dimissa copia, quandonam æquipolleat personali, & an eius defectus sanetur, probata notitia citandi. Intimatio domi, dimissa copia, an sufficiat in præiudicialibus; & an, & quando suppleat defectum citationis? Identitas probatur per generalem denominationem loci, & duas demonstrationes, aut confines?

Decisio LXXX.

Pag. 362.

Dominium an, & quando probetur per coniecturas, & præsumptiones, siuè per Instrumentum locationis, aut concessionis, siue per enunciatiuas antiquas, vel per publicam vocem, & fa-

mam, perue solutionem continuatam afflictuum. Identitas bonorum an, & quando deducatur ex publica voce, & fama, aut ex duabus demonstrationibus, siuè ex conformi denominatione, vel ex confinibus generalibus, aut ex coniecturis, & præsumptionibus. Præscriptio etiam mille annorum non currit cum titulo inualido, aut cum mala fide. Solemnitates in alienatione stabilium Communitatis, an præsumantur ex temporis diuturnitate. Quadriennium currit à die scientiæ læsionis, & eo elapso, an, & quando competat restitutio in integrum. Mandatum, an præsumatur ex cursu longissimi temporis, etiamsi Notarius in aliquo Instrumento enunciauerit, mandatum esse rogatum ab aliquo, & per ipsum visum.

Decisio LXXXI.

Pag. 365.

Iudex Criminalis taxatiuè, siuè limitatiuè deputatus, an, & quando cognoscere valeat in causa ciuili, & sic super incidenti; & an, & quando cesset eius Iurisdictio per mandati executionem, nè possit ampliùs in causa manus apponere. & an ex causa non deducta, sed in processu probata, ferre valeat sententiam. Executio est nulla facta absq. Iudicis mandato, & non seruata *l. à diuo piò §. in venditione ff. de re iudic.*

Decisio LXXXII.

Pag. 368.

Fundus censitus, siuè res censita, si pereat, vel reddatur infructuosus absq. culpa, & negligentia Venditoris eiusdem, & quid si de nouo constituatur, seù reficiatur, an, & quando pereat etiam census quoad annuas præstationes, & restitutionem pretij, etiamsi in rei subrogatione addita fuerit obligatio personalis. Casus fortuitus quando dicatur, & quando culpa, ad hoc vt Venditor census obligetur ad restitutionē pretij ob peritionem fundi censiti, & culpa quomodo sit probanda per testes. Tectum an, & quando mutet formam domus, & quænam pars eiusdem dicatur. Testibus in arte peritis, & verisimilia deponētibus, ac minus suspectis, est maximè credendum.

Decisio LXXXIII.

Pag. 373.

Requisita pro associatione concedenda quænam sint. Debitor, siuè eius hæredes, an, & quando per solutionem liberetur à debito, ità quòd iteratò soluere non cogatur. Confessio non habet vim contrà Tertium, & facta animo gratificandi, an inducat receptionem pecuniarum. Personarum diuersitas quid operetur, earumq. identitas, quomodò probetur. Delegatio, an, & quando habeatur loco solutionis, & contrà quos.

Decisio LXXXIV.

Pag. 378.

Confessio dotis, licèt adminiculis munita, an, & quando præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem; & an, & quando præiudicare valeat viro, eiusq. Creditoribus, ac Tertio possessori. Dos vt con-

congrua dicatur, quænam sint attendenda, & cur maior tradi potest vni Sorori, quàm alteri. Testes deponentes de auditu, sed non à quo, non attenduntur, præsertim si auditus ortus fuerit post litem motam, & quomodò oriatur ex diuisione bonorum hæreditariorum cum alijs fratribus. Clausula, *Constituti*, quid operetur fauore Constitutarij, & quid apposita in Instrumento census. Soluens Creditori hypothecario anteriori, an, & quando absq. Iurium cessione subrogetur in eius locum, & iure retentionis tueri possit aduersus Creditores posteriores.

Decisio LXXXV.

Pag. 382.

Locatio, seù emptio rei propriæ scientèr, aut ignorantèr facta, an sustineatur etiam quoad possessionem, quando possessio auocari potest per actionem spolij, & an in dubio quis præsumatur ignorare esse rem propriā. *Statutum* si in conductione prohibeat, nullas allegari posse defensiones, an proponi valeant, quæ incontinenti deducuntur; & an intrusio locandi præiudicare possit hæredibus absentibus, minoribus, & ignorantibus; ad præsumendum simulationis contractum, & agens remedio. *l. Conductores Cod. locat.* quid probare debeat, & quando illud intentare possit. Possessio est manutenibilis per Clausulam *Constituti*, & an idem procedat in detentatione, & quando persona est mutata. Nullitas an, & quando opponi valeat, etiāsi per *Statutum* prohibeatur de nullitate dici. Dolus an, & quando dicatur inesse in locatione rei propriæ. Simulatio in alienationibus an, & quando probetur, quamnam causam requirat, & ex quibus excludatur. Confinium expressio an, & quando inducat concessionē totius intrà fines demonstrati. Quietatio generalis quomodo sit extendenda. Ciuis quandonam quis dicatur, ad hoc nè veniat sub nomine forensium, & gaudere valeat honoribus Ciuitatis,& de alijs ad materiam.

Decisio LXXXVI.

Pag. 388.

Reus an censeatur conuictus ex testibus singularibus etiam numero mille, & examinatis absq. citatione, vel alijs defectibus patientibus, ità quòd sententia indè secuta dicatur nulla, maximè si infligat rigorosiorem pœnam à *Statuto* indictam. Inimicitia, seù odij præsumptio tollit fidem testibus, quæ inimicitia, an oriatur ex lite, & eius causa quomodo esse debeat, cuius reconciliatio an sit sufficiens, probata odij causa.

Decisio LXXXVII.

Pag. 391.

Possessorium plenarium quàm probationem requirat; Saluianum an, & quando intentari possit contrà Creditorem anteriorem, & possessorem bonorum hypothecatorum. Cessio Iurium præbet successionem in ius Cedentis ad exclusionem posterioris Creditoris; & an, & quando inducat præsumptionem calumniæ, ac litium redemptionem, iuxtà terminos *l. ab Anastasio, & l. per diuersas Cod. mandati.* Sententia an, & quando inducat hypothe-

pothecam in bonis condemnati? Tutrix an, & quando pro tali censeatur, non docto de tutelæ susceptione, ad hoc vt per eam gesta sint valida? Pupillus an, & quando habeat electionẽ agendi ad interesse contra Tutorem, vel in integrum restitui, & inuentario totius rei pupillaris non confecto; an ante illius confectionem Tutor sustineat legitimi administratoris personã, ità vt contractus per eum initi validi dicantur. Bona delinquentis an, & quando recipiant hypothecam pro restitutione rerum furto ablatarum.

Decisio LXXXVIII.

Pag. 395.

Delegatus remittere debet causam ad Principem, nisi specialiter habuerit commissionem cognoscendi super re iudicata, & quare. Sententia an, & quando pariat iudicatum. Clausulæ in rescripto appositæ, *Stante ferme le cose giudicate, talche ve ne siano*, & generales quid importent. Res iudicata quid sit, & quando dicatur, & *de Iure Commun. & Stat. Luc.* an semper opponi valeat ad impediendum processum ad vlteriora, maximè si agatur de eisdem meritis, & an possit ad merita causæ reseruari. Iurisdictio Delegati à quo pendeat, et limitata, an, & quãdo extendatur ad causas diuersæ speciei, & cognoscendi super competentia cognitionis causæ, cuinã tribuatur *ex Statut. Luc. cap. 45. lib.* 1. Rescripta Principũ ad lites emanata, an sint impropriandà, ne derogent Iuri Communi, vel Municipali, aut tollant ius Tertio quæsitum. Laudum nullum, & iniustũ habere nequit vim rei iudicatæ, & an talis præsumatur, nõ interposita appellatione infrà legitima tempora, & ex *cap. 58. Rot. Luc.* an, & quãdo sustineatur nullis factis probationibus, etiamsi esset iniquum. Nullitas notoria ex defectu Iurisdictionis, atque ex actis patens per ocularem inspectionẽ, an prohibita censeatur, elapso termino Statutario dato ad opponendum eam. *Cap. Rot. Lucen.* 57 *et* 58. declarantur. Arbitri valentes altè, & bassè procedere, an possint diffinire causas sine constructione processus, & habere in consideratione, quæ dependent à futuro euentu; & an, & quando arbitrari possint super annexis, et dependentibus, & re non petita, et in compromisso non deducta. Reseruatio iurium facta per Arbitros nihil disponẽtes de eis, quid operetur.

Decisio LXXXIX.

Pag. 402.

Adiectus an, & quando agere possit contra Promissorẽ, & stantibus verbis, *Siuè futuro eius viro* Maritus, nõ dicitur adiectus, sed procurator in rem propriã constitutus. Creditores an, & quando habeant actionem conueniendi in iudicio Emptorem, si res Emptor de voluntate Venditoris pretium soluere promiserit. Actio personalis fauore dotis, an statim oriatur, quando quis se obligat ad aliquid dandũ mulieri, vel eius futuro viro, et an quæratur absenti, licet non sit adiecta, nec stipulata. Accollatio, seù Compensatio extinguit debitum. Solutio facta, certa forma tradita non seruata, non inducit liberationem; & an, & quando legitimè fiat ei, cum quo contractum fuit.

Decisio XC. *Pag.* 405.

Proximitas in emphyteusi tàm hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia quomodò dimetiatur, an ab vltimo Defuncto, vel à primo Inuestito. Emphyteusis, seù feudi portio ex pacto, et prouidentia, an in vnam lineā ingressa in ea perpetuare debeat. Declaratur *tex. in cap. 1. de natur. success. feud.* Linea emanans à primo Acquirente, quando dicatur vna, vel plures, data pluralitate filiorum eiusdem. Ponderatur *cons. Castren. 309.* Diuisio bonorum emphyteuticorū secuta inter filios primi Acquirentis quid operetur, et an importet dominium irreuocabile portionis, vnicuiq; ex filijs obuentæ. Ius accrescēdi, an, et quando habeat locū in emphyteusi ex pacto, & prouidētia. Proximitas in emphyteusi ex pacto, et prouidentia quomodò consideretur *per Stat. Luc. de success. abintest.* super quo ponderatur *cons. Menoch.* 1154. Et an, et quando emphyteusis dicatur habita à Concedente, vel à primo Acquirente. Identitas bonorum emphyteuticorum quomodò probetur, data diuisione inter filios, et an cōiecturæ sufficiant, accedente maximè tēporis diuturnitate. Fœminæ propter totalem extinctionē lineæ masculinæ, an, & quando metiantur originem à primo Acquirente, vel ab vltimo Defuncto ad effectum succedendi, et quando etiam pro ipsis stipulatum dicatur per primū Acquirentem; & concinnè explicatur materia linearū, quomodò in emphyteusi, & feudo accipi debeat, & de alijs ad materiā notatū dignis latè differitur.

Subsequuntur Consiliorum Argumenta.

Consilium I. *Pag.* 419.

Emphyteusis Ecclesiastica an, & quando non sit transitoria ad extraneos, siuè ad aliam Ecclesiā, aut ad manus mortuas, etiam quoad consecutionem æstimationis, licèt sit concessa cum Clausulis, *Ad habendum, cui, vel quibus dederit, in perpetuum*. Clausulæ *Ad habendum pro hæredibus, & successoribus, cui &c.* an, & quando protrahant concessionem vltrà propriam naturam emphyteusis, & appositæ in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos perpetuant concessionem tantùm inter personas comprænsas in Inuestitura. Inuestitura an, & quando alterari possit præter solitū antiquatum. Beneplacitum Apostolicum, in similibus concessionibus, attento temporis longæui curriculo, an, & quando præsumatur, & quid attento motu proprio *VRBANI VIII. edito de anno* 1641. *incipien. Romanus Pontifex*. Consuetudo, siuè obseruantia, aut stylus, vel solitum, an sit trahendum ad alios casus, quandonam allegari possit, et quomodò inducatur.

Consilium II. *Pag.* 427.

Hæres grauatus an, & quando alienare possit res particulares Fideicommisso subiectas pro debitis fideicommittentis, maximè existentibus bonis liberis eiusdem, & quid dicendum, quando

quando interuenit factum Iudicis, an tunc hæres dicatur alienare animo interuertendi fideicommissum; & an, et quando ob culpam fauore Fideicommissarij teneatur ad æstimationem, seu ad pretium rei alienatæ fideicommisso subiectæ. Fideicommissarius, an habeat hypothecam tacitam super bonis hæredis grauati pro reintegratione bonorum fideicommissi ab ipso hærede grauato consumptorum. Reijcitur opinio *Thesaur. lib. 2. q 84. per tot.* & eodem tempore saluatur cum distinctione. Mulier, vel eius hæres an, & quando repetere possit dotem super bonis primogeniruræ, non discussis bonis liberis, & de alijs ad materiam reintegrationis ad fideicommissum, breuitèr, & eleganter discutitur.

Consilium III. *Pag.427.*

Corpus delicti legitimè, et clarissimè debet probari in Iudicijs Criminalibus etiamsi Reus fuisset confessus, vel per testes côuictus, aut agatur de casibus, in quibus procedi potest ex abrupto. Fuga antè accusationem, & inquisitionem formatam an, & quando faciat indicium ad torturam. Publica vox, & fama orta ante capturam, an faciat indicium ad torturam, iunctis adminiculis, & quomodò ipsa probetur. Confessio extraiudicialis quando transit in specificum nomen delicti, an inducat plenam, vel semiplenam probationem, & an, & quando plura indicia valeant coniungi ad constituendam plenam probationem, licèt sint diuersę speciei, ità vt deueniri valeat ad pœnam capitalem: & an pœna ordinaria imponi possit ex violentissimis præsumptionibus, quæ loco probationis succedit in delictis occultis, & an Iudices in delictis magnis, & enormibus, & Reipublicæ perniciosis valeant extendere eorũ arbitrium vsq. ad mortem, & de alijs circà materiam indiciorum indubitatorum latè discutitur.

Consilium IV. *Pag.435.*

An ftâte emphyteusi acquisita à Primo Acquirente pro se, & hæredibus sculis, & fœminis, eaq. supposita fideicõmisso masculino condito per eundẽ Primum Acquirentẽ, masculus simul, & hæres, per intermediam personã descendens à columnello d. Primi Acquirentis, excludat fœminam ab eodem Primo Acquirente ex alio columnello descendentem, sed illius non hæredẽ; & an Primus Acquirens valeat præiudicare compræhensis in Inuestitura, nè dum in emphyteusi hæreditaria, sed etiam ex pacto, & prouidentia.

Consilium V. *Pag.437.*

Mulier faciens renunciationem, siuè de tempore nuptiarum, siuè antè, dote recepta, nè dum de bonis paternis, sed etiam maternis, fraternis, & quibuscunq. iuribus, & actionibus quomodolibet in futurum competentibus, etiam fideicommissis, seu iuribus succedendi purificatis, seu purificandis, nihil penitùs sibi reseruato, cum Clausulis amplissimis, an, & quando, ipsa nõ obstante, attento dicto supposito congruæ dotationis, valeat illi cõtrauenire, maximè data renunciatione solẽni, & iurata: et an renunciatio ipsa restringatur ad causas de præsẽti, siuè de prę-terito,

terito, iunctis verbis in renunciatione appositis, *Quandocunq. & qualitercunq. & quacunq. de causa*. Ponderatur doctrina *Bald. cons.* 191. *nu.* 3. *lib.* 2. prout etiam illa regula, tot esse debent renunciationes, quot sũt hæreditates, quibus renunciatur. Pactũ de succedendo siuè sit affirmatiuũ, siuè negatiuum, an sẽper requirat consensum viuentis, licèt renunciatio fuerit iurata cum amplissimis Clausulis; & an, & quando Clausulæ etiam amplissimæ in renunciationibus appositæ sint restrictæ simpliciter ad causas expressas: & ponderatur differentia inter renunciationes factas à mulieribus in sæculo, & illas, quæ fiunt ab ingredientibus in Monasteriũ, & explicatur. *Statut. Ianuen. tit. de successionib. abintestat.* cum alijs ad materiam renunciationis notatu dignis.

Consilium VI. *Pag.* 442.

Iuramentum fidelitatis, attenta *Cõstitutione Regni diuæ memoriæ*, si intra annum non fuerit præstitum an, & quãdo præbeat facultatem Emptori recedendi à contractu emptionis feudi etiã Regio assensu roborati. Assensus impetratus à Rege post mortem Venditoris, nulla mortis habita mentione, an dicatur obreptitius, & subreptitius, & an in tali casu Emptor valeat prætendere solutum vnà cum interesse à Venditore, & data reuocatione, & resolutione contractus feudalis, Venditor, & Emptor respectiuè ad quid teneantur. Resolutio cõtractus an, & quando fiat ex nunc, vel prout ex tunc. Contractus feudalis quomodò cõtradistinguatur à cæteris cõtractibus prohibitis. Retentio an detur Emptori, & Possessori rei feudalis vsquequò sibi fuerit restitutum pretium vnà cũ interesse, nõ dato dolo ex eius parte, & an nuda detẽtatio ad illam concedendam sufficiat.

Consilium VII. *Pag.* 445.

Fœminæ non veniunt appellatione descendentium, vbi fit repetitio qualitatis masculinæ per verba relatiua, & an veniant appellatione filiorum, & an, & quando dicantur exclusæ, si Testator vsus fuerit verbis collectiuis. Repetitio masculinitatis non fit in conditionalibus, & an, & quando excludatur, vel admittatur per discretiuam dispositionem, siuè per vnicam orationem, aut per agnationis contemplationem, aut per verba repetitiua, siuè per mutationem personæ, vel per Clausulam *In modum prædictum*. Testator an, & quando præsumatur voluisse excludere fœminas, non data expressione in testamento. Proximitas respectu grauantis, & non grauati qualis attendatur in fideicommisso. Qualitas masculinitatis in vno capite adiecta, an, & quando in altero repetita censeatur, & quid si esset expressa in vltimis vocationibus, num referatur ad dispositiones antecedentes, vbi simplicitèr de filijs est facta mentio. Reciproca an, & quando censeatur inducta inter masculos ad exclusionem fœminarum per additionem verborum *In stirpem, & non in capita*, & de alijs ad materiam diffusè tractatur.

Consilium VIII. *Pag.* 450.

Dotes traditæ filiabus, viuente patre, an, & quando imputentur in legitimam, si de eis adesset controuersia

post

post patris mortem, & quid si fuerit stipulatum, vt redderentur filiabus, vel earum filijs, num videatur renunciatum *text. in l. dos à patre Cod. de iur. dot.* Legitima an, & quando sit detrahenda à dispositionibus, etiam in causam piam factis, & an ad eam calculandam, donationes poni debeant in cumulo, & an ad istum effectum sit seruandum tempus mortis, vel donationis, & conclusio procedat tàm in donatione, vel alienatione ex titulo lucratiuo, quàm oneroso. *Statutum* Laicorum non ligat Clericos, etsi fuerit conditum tempore, quo Clericus erat Laicus, nisi fuerit specificè approbatum Confirmatione Apostolica.

Consilium IX. *Pag.453.*

Declaratio Creditoris circà quantitatem, & eius substantiam an, & quãdo sit sufficiens, vt indè satisfactionẽ consequi valeat, remota fraudis suspicione, si Testator demãdauerit, vt stetur eius simplici notæ, vel declarationi. Probatio qualis qualis nõ censetur remissa à Testatore ad euitandã doli, & fraudis Suspicionem, & idem procedit, si fuerit promissum de stando circà administrata simplici dicto Administratoris in ampla forma. *Statuto* disponẽte, vt stetur Iuramento damnum passi, debet priùs probari damnum datum fuisse, & posteà admittitur declaratio super quantitate, & æstimatione. Declaratur *text. in l. Theopompus ff de dot. prælegat.* vbi *Bart.* saluatur ab iniquitate illi impicta *à Ruin. cons.* 104. *num.* 8. *vers. & quamuis Bart.* & declarantur *decis. Sac. Rot. Rom. apud Martin. Andr. dec.* 73. *& dec.* 239. *part.* 7. *rec. Statutũ* mandans vt vltimæ voluntates intelligi debeant ad literam, prout iacent, & absq. vlla interpretatione, nõ censetur excludere interpretationem legalem, sed tantùm friuolam, & inanem, & de alijs solidè discutitur.

Consilium X. *Pag.456.*

Legatum habitationis factum vxori vnà cum filijs an, & quando censeatur per mortem vxoris, vel filiorum extinctum, etiamsi agatur de conditione mixta, seù casuali, aut potestatiua, respiciente fauorem vxoris, vel filiorum, & quid operetur, si fuerit conditũ per verba, *Nè quid aliud peti, vel pratẽdi possit ex bonis Testatoris.* Pater si reliquerit plus vni filio, arguitur maior affectus, & dilectio, & non quòd cæteri non sint dilecti, & si prohibuerit, nè vltrà filijs relicta, aliud petere possint, censetur ꝓhibuisse omnes molestias hæredi vniuersali inferendas, tàm de iure, quã de facto. Testator legans pro tẽpore vitæ Legatarij, vel ponens habitationem in eius voluntate, an, & quando censeatur respicere illius tantùm fauorem, & non aliorum, cum quibus demãdauerit habitationem. Dispositio an, & quando extendatur ad casum non expressum, & an, & quando expiret tempore finito, & quid si principalitèr contemplet conditionem, & secundariò tempus. Pronomen, *Meum*, quid importet, & de alijs in discursu notatu dignis.

Argumentorum Decisionum, & Consiliorum Finis.

DECI-



DECISIONES
ALMÆ ROTÆ LVCENSIS
Elaboratæ ab V. I. D.
ANDREA CENSALIO, &c.
Ad præsens Gratiæ, & Iustitiæ Consiliario
SERENISSIMI RANVTII II.
Placentiæ, & Parmæ Ducis, &c.

ARGVMENTVM.

Retentio quandò competit conductori, vel colono, aut fideicommissario, siuè hæredi, bonæuè fidei possessori prò melioramentis liquidatis, vel non liquidatis, factis in re conducta, etiamsi sit fideicommisso subiecta, & quomodò super hoc procedat, *Stat. Lucæ cap.* 103. *lib.* 2. Prò melioramentis num admittatur cautio, siuè fideiussio, & num detur electio Domino, vel Locatori prò solutione æstimationis ruderum, & cæmentorum. Fructus melioramentorum post litem percepti, an fiant absolutè Meliorantis, vel Meliorans ipse teneatur compensare cum expensis ipsorum melioramentorum.

S V M M A R I V M.

Conductori competit retentio bonorum conductorum pro impensis, & melioramentis in eis factis, num. 1.

Colonus rem conductam retinere valet pro expensis, et melioramentis tàm necessarijs, quàm vtilibus, nu. 2.

Colonus bona fide plantando, & ædificia construendo non debet defraudari ex legis rigore, sed ratio æquitatis præ oculis semper est habenda, num. 3.

Hæres habet retentionem pro necessarijs, & pro vtilibus melioramentis, & quæ concernunt perpetuam meliorationem, num. 4.

Cuilibet bonæ fidei possessori pro recuperatione melioramentorum per retentionem consulitur, num. 5.

Exceptio melioramentorum est tanta efficaciæ, vt etiam in executione sententiæ opponi valeat, ac ipsam impediat, num. 6.

Retentio datur pro melioramentis constructis in re aliena, num. 7.

Locatione finita, licet sint coloni, & dicantur simpliciter detentores, competit retentio fundi locati, donec melioramenta in eorum æstimatione ipsis bonificentur, num. 8.

Detentori simplici datur retentio rei, ad quam aliquod Iure ratione melioramentorum ad instar hipothecæ competit, num. 9.

Dictio Omnis, complectit quamcunque speciem, seu qualitatem melioramentorum, num. 10.

Stat. Lucæ cap. 103. lib. 2. quomodo procedit in melioramentis factis à conductore in re conducta, num. 11.

Licentiæ inducunt bonam fidem in ædificantibus, n. 12.

tia non probatæ an, & quando inducant quasi possessionem per vsum, & an simplicis Coloni, seù Emphyteutæ noceant Domino directo, etiam in iudicio manutentionis. Declarantur circà manutentionis materiam *Merlin. decis. 752. num. 17. cap. 59. Rot. Lucen. et cap. 170. lib. 4. Stat. Vniu. Luc.*

Decisio LXXII.

Venditor, qui promisit euictionem, an dicatur defensor necessarius, vel voluntarius, vt vti possit omnibus exceptionibus aduersus rem iudicatam; & an, & quando valeat cōparere, Actore inuito, ad defendendum Emptorē. Emptor quonam Iure defensionis vti valeat super re empta, & an, & quando habeat ius retentionis absq. iurium cessione. Retentio quandonam competat, & quid operetur aduersùs rem iudicatam, & num sublata censeatur, si per *Statutum* prohibeatur quodlibet remedium. Actor prosequi potest rectà via, & in eisdem statu, & terminis iura sua, æquè ac si alienatio non fuisset facta in Tertium. Persona vna, an, & quando duplicem repræsentet.

Decisio LXXIII.

Possessio Inuestientis an, & quando probetur contrà Inuestitum, & ab eo causam habentes, ac etiam contrà Tertium per Instrumentum, vel per canonum solutionem, siuè per titulum. Peritis quænam fides sit præstanda, ac eorum designis, seù plantis, an sit standum. Dominium Inuestientis an, & quando probetur ex immissione, vel agrimensura, aut designo, siuè planta. Præsumptio præsumptiua, imò qualis qualis minor semiplena sufficit in manutentione.

Decisio LXXIV.

Manutentio an, & quando sit danda immisso in vim sententię Iudicis ritè, & rectè procedentis, altero iam existente in possessione; & in manutentionis iudicio, an sufficiat ad obtinendum, docere de antiquiori possessione, si de tempore motæ litis de possessione non doceatur; Tutor quo titulo dicatur possidere bona pupilli, & an possessori iure familiaritatis competat immissio, breuitèr discutitur.

Decisio LXXV.

Præsumptiones, indicia, et coniecturæ an, & quando admittantur, et coniungantur ad plenam fidem faciendam, et ad Reum condemnandum, et quanam pœna. Socius criminis an, et quando probet contrà Socium. Iudex potest ex causa minuere, & commutare pœnas, & an condemnare possit ex indicijs, & præsumptionibus, & de alijs ad materiam.

Decisio LXXVI.

Sequestrum in causa executiua an, & quando per Creditorem fieri valeat, etiam pro summa liquidanda, & super pensionibus Debitori debitis ab altero,

altero, licet Clerico, ac super alimentis, eorumq. Iuris commoditatibus. Pensionis commoditas, an vendi, seu cedi, vel insolidum dari possit, & bene accedat alimentorum naturæ, & quid si sit Ecclesiastica, num dicatur temporalis, vel spiritualis. Clericus quandonam vti valeat priuilegio, *cap. Odoardus de solutionib.* & si sit vxoratus, an ipsi tale beneficium suffragetur. Declaratur *cap. Rot. Luc.* 312.

Decisio LXXVII.

Pag. 352.

Mulier an, & quando sine solemnitatibus à *Statuto* requisitis validè obligetur pro dote, & illius augumento propriæ *filiæ* constit. & quid si se obligauerit fauore extraneæ personæ; & an, & quando benè accedat obligationi pro marito siue per Instrumentum, aut priuatam scripturam, siue per solam pollicitationem, vel per nudum pactũ. *Statutum* loquens de solemnitatibus in contractibus mulierum an, & quando compræhendat dotis causam. Appellatio datur ab expressa, siue tacita reiectione exceptionis, vel probationum releuantium, vnde grauamen oritur. Socer, siue Gener, aut Ascendentes, vel Descendentes an, & quãdo gaudeant beneficio deducto nè egeat.

Decisio LXXVIII.

Pag. 355.

Restitutio in integrum aduersus sententiam in iudicatum transactam, an, & quãdo detur, & impedire possit eius executionem, & quibusnam requisitis indigeat, vt habere valeat eius effectum. Sententia an, & quando reformetur ex causis restitutionis in integrum, & an in parte reformata, in reliquis confirmata censeatur. Res iudicata super principali obtenta, an operetur etiam super accessorijs.

Decisio LXXIX.

Pag. 357.

Quodnam remedium censeatur intentatum in libello, stante Clausula *Omni meliori modo*, coniuncta cum copula *Et*, ac attento *Stat. Vrbis Luc. cap.* 15. *lib.* 1. Vitium litigiosi an, & quando contrahatur super possessione, & hypothecaria, ad hoc, vt exinde alienatio sequi non possit. Iudicio Ordinario intentato, an, & quando confugi valeat ad extraordinarium, prosequtim implorato Iudicis officio. Citatio an semper sit exequenda contra possessorem etiam hæredem, etsi adsit Clausula *Constituti*, & executa domi, dimissa copia, quandonam æquipolleat personali, & an eius defectus sanetur, probata notitia citandi. Intimatio domi, dimissa copia, an sufficiat in præiudicialibus; & an, & quando suppleat defectum citationis. Identitas probatur per generalem denominationem loci, & duas demonstrationes, aut confines.

Decisio LXXX.

Pag. 362.

Dominium an, & quando probetur per coniecturas, & præsumptiones, siuè per Instrumentum locationis, aut concessionis, siue per enunciatiuas antiquas, vel per publicam vocem, & famam,

mam, peruè solutionem continuatam affictuum. Identitas bonorum an, & quando deducatur ex publica voce, & fama, aut ex duabus demonstrationibus, siuè ex conformi denominatione, vel ex confinibus generalibus, aut ex coniecturis, & præsumptionibus. Præscriptio etiam mille annorum non currit cum titulo inualido, aut cum mala fide. Solemnitates in alienatione stabilium Communitatis, an præsumantur ex temporis diuturnitate. Quadriennium currit à die scientiæ læsionis, & eo elapso, an, & quando competat restitutio in integrum. Mandatum, an præsumatur ex cursu longissimi temporis, etiamsi Notarius in aliquo Instrumento enunciauerit, mandatum esse rogatum ab aliquo, & per ipsum visum.

Decisio LXXXI.

Pag. 365.

Iudex Criminalis taxatiuè, siuè limitatiuè deputatus, an, & quando cognoscere valeat in causa ciuili, & sic super incidenti; & an, & quando cesset eius Iurisdictio per mandati executionem, nè possit ampliùs in causa manus apponere, & an ex causa non deducta, sed in processu probata, ferre valeat sententiam. Executio est nulla facta absq. Iudicis mandato, & non seruata *l. à diuo pio §. in venditione ff. de re iudic.*

Decisio LXXXII.

Pag. 368.

Fundus censitus, siuè res censita, si pereat, vel reddatur infructuosus absq. culpa, & negligentia Venditoris eiusdem, & quid si de nouo constituatur, seù reficiatur, an, & quando pereat etiam census quoad annuas præstationes, & restitutionem pretij, etiamsi in rei subrogatione addita fuerit obligatio personalis. Casus fortuitus quando dicatur, & quando culpa, ad hoc vt Venditor census obligetur ad restitutionē pretij ob peritionem fundi censiti, & culpa quomodo sit probanda per testes. Tectum an, & quando mutet formam domus, & quænam pars eiusdem dicatur. Testibus in arte peritis, & verisimilia deponētibus, ac minus suspectis, est maximè credendum.

Decisio LXXXIII.

Pag. 373.

Requisita pro associatione concedenda quænam sint. Debitor, siuè eius hæredes, an, & quando per solutionem liberetur à debito, ità quòd iterarò soluere non cogatur. Confessio non habet vim contrà Tertium, & facta animo gratificandi, an inducat receptionem pecuniarum. Personarum diuersitas quid operetur, earumq. identitas, quomodò probetur. Delegatio, an, & quando habeatur loco solutionis, & contrà quos.

Decisio LXXXIV.

Pag. 378.

Confessio dotis, licèt adminiculis munita, an, & quando præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem; & an, & quã do præiudicare valeat viro, eiusq. Creditoribus, ac Tertio possessori. Dos vt con-

congrua dicatur, quænam sint attendenda, & cur maior tradi potest vni Sorori, quàm alteri. Testes deponentes de auditu, sed non à quo, non attenduntur, præsertim si auditus ortus fuerit post litem motam, & quomodò oriatur ex diuisione bonorum hæreditariorum cum alijs fratribus. Clausula, *Constituti*, quid operetur fauore Constitutarij, & quid apposita in Instrumento census. Soluens Creditori hypothecario anteriori, an, & quando absq. Iurium cessione subrogetur in eius locum, & iure retentionis tueri possit aduersus Creditores posteriores.

Decisio LXXXV.

Pag. 382.

Locatio, seù emptio rei propriæ scientèr, aut ignorantèr facta, an sustineatur etiam quoad possessionem, quando possessio auocari potest per actionem spolij, & an in dubio quis præsumatur ignorare esse rem propriā. *Statutum* si in conductione prohibeat, nullas allegari posse defensiones, an proponi valeant, quæ incontinenti deducuntur; & an intrusio locandi præiudicare possit hæredibus absentibus, minoribus, & ignorantibus; ad præsumendum simulationis contractum, & agens remedio. *l. Conductores Cod. locat.* quid probare debeat, & quando illud intentare possit. Possessio est manutenibilis per Clausulam *Constituti*, & an idem procedat in detentatione, & quando persona est mutata. Nullitas an, & quando opponi valeat, etiāsi per *Statutum* prohibeatur de nullitate dici. Dolus an, & quando dicatur inesse in locatione rei propriæ. Simulatio in alienationibus an, & quando probetur, quamnam causam requirat, & ex quibus excludatur. Confinium expressio an, & quando inducat confessionē totius intrà fines demonstrati. Quietatio generalis quomodo sit extendenda. Ciuis quandonam quis dicatur, ad hoc nè veniat sub nomine forensium, & gaudere valeat honoribus Ciuitatis, & de alijs ad materiam.

Decisio LXXXVI.

Pag. 388.

Reus an censeatur conuictus ex testibus singularibus etiam numero mille, & examinatis absq. citatione, vel alijs defectibus patientibus, ità quòd sententia indè secuta dicatur nulla, maximè si infligat rigorosiorem pœnam à *Statuto* indictam. Inimicitia, seù odij præsumptio tollit fidem testibus, quæ inimicitia, an oriatur ex lite, & eius causa quomodo esse debeat, cuius reconciliatio an sit sufficiens, probata odij causa.

Decisio LXXXVII.

Pag. 391.

Possessorium plenarium quàm probationem requirat. Saluianum an, & quando intentari possit contrà Creditorem anteriorem, & possessorem bonorum hypothecatorum. Cessio Iurium præbet successionem in ius Cedentis ad exclusionem posterioris Creditoris; & an, & quando inducat præsumptionem calumniæ, ac litium redemptionem, iuxtà terminos *l. ab Anastasio, & l. per diuersas Cod. mandati.* Sententia an, & quando inducat hypothe-

pothecam in bonis condemnati. Tutrix an, & quando pro tali censeatur, non docto de tutelæ susceptione, ad hoc vt per eam gesta sint valida? Pupillus an, & quando habeat electionẽ agendi ad interesse contra Tutorem, vel in integrum restitui, & inuentario totius rei pupillaris non confecto, an ante illius confectionem Tutor sustineat legitimi administratoris personã, ita vt contractus per eum initi validi dicantur. Bona delinquentis an, & quando recipiant hypothecam pro restitutione rerum furto ablatarum.

Decisio LXXXVIII.

Pag. 395.

Delegatus remittere debet causam ad Principem, nisi specialiter habuerit commissionem cognoscendi super re iudicata, & quare. Sententia an, & quando pariat iudicatum. Clausulæ in rescripto appositæ, *Stante ferme le cose giudicate, e afoiche ve ne siano*, & generales quid importent. Res iudicata quid sit, & quando dicatur, & *de Iure Commun.* & *Stat. Luc.* an semper opponi valeat ad impediendum processum ad vlteriora, maximè si agatur de eisdem meritis, & an possit ad merita causæ reseruari? Iurisdictio Delegati à quo pendeat, et limitata, an, & quãdo extendatur ad causas diuersæ speciei, & cognoscendi super competentia cognitionis causæ, cuma tribuatur *ex Statut. Luc. cap. 45. libr. 1.* Rescripta Principũ ad lites emanata, an sint impropriandã, ne derogent Iuri Communi, vel Municipali, aut tollant Ius Tertio quæsitum. Laudum nullum, & iniustũ habere nequit vim rei iudicatæ, & an talis præsumatur, nõ interposita appellatione infra legitima tempora, & ex *cap. 58. Rot. Luc.* an, & quãdo sustineatur nullis factis probationibus, etiamsi esset iniquum. Nullitas notoria ex defectu Iurisdictionis, atque ex actis patens per ocularem inspectionẽ, an prohibita censeatur, elapso termino Statutario dato ad opponendum eam. *Cap. Rot. Lucan.* 57 et 58. declarantur. Arbitri valentes arte, & basse procedere, an possint diffinire causas sine constructione processus, & habere in consideratione, quæ dependent à futuro euentu; & an, & quando arbitrari possint super annexis, et dependentibus, & re non petita, & in compromisso non deducta. Reseruatio iurium facta per Arbitros nihil disponẽtes de eis, quid operetur.

Decisio LXXXIX.

Pag. 402.

Adiectus an, & quando agere possit contra Promissorẽ, & stantibus verbis, *Sive futuro eius viro* Maritus, nõ dicitur adiectus, sed procurator in rem propriã constitutus. Creditores an, & quando habeant actionem conueniendi in iudicio Emptorem, si eis Emptor de voluntate Venditoris pretium soluere promiserit. Actio personalis fauore dotis, an statim oriatur, quando quis se obligat ad aliquid dandũ mulieri, vel eius futuro viro, et an quæratur absenti, licet non sit adiecta, nec stipulata. Accollatio, seù Compensatio extinguit debitum. Solutio facta, certa forma tradita non seruata, non inducit liberationem; & an, & quando legitime fiat ei, cum quo contractum fuit.

Deci-

Decisio XC. *Pag.* 405.

Proximitas in emphyteusi tàm hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia quomodò dimetiatur, an ab vltimo Defuncto, vel à primo Inuestito. Emphyteusis, seù feudi portio ex pacto, et prouidentia, an in vnam lineã ingressa in ea perpetuare debeat. Declaratur *tex. in cap.* 1. *de natur. succesſ. feud.* Linea emanans à primo Acquirente, quando dicatur vna, vel plures, data pluralitate filiorum eiusdem. Ponderatur *conſ. Castren.* 309. Diuisio bonorum emphyteuticorũ secuta inter filios primi Acquirentis quid operetur, et an importet dominium irreuocabile portionis, vnicuiq. ex filijs obuentæ. Ius accrescẽdi, an, et quando habeat locũ in emphyteusi ex pacto, & prouidẽtia. Proximitas in emphyteusi ex pacto, et prouidentia quomodò consideretur *per Stat. Luc. de succeſſ. abinteſt.* super quo ponderatur *conſ. Menoch.* 1154. Et an, et quando emphyteusis dicatur habita à Concedente, vel à primo Acquirente. Identitas bonorum emphyteuticorum quomodò probetur, data diuisione inter filios, et an cõiecturæ sufficiant, accedente maximè tẽporis diuturnitate. Fœminæ propter totalem extinctionẽ lineæ masculinæ, an, & quando metiantur originem à primò Acquirente, vel ab vltimo Defuncto ad effectum succedendi, et quando etiam pro ipsis stipulatum dicatur per primũ Acquirentem; & concinnè explicatur materia linearũ, quomodò in emphyteusi, & feudo accipi debeat, & de alijs ad materiã notatũ dignis latè differitur.

Subsequuntur Consiliorum Argumenta.

Consilium I. *Pag.* 419.

EMphyteusis Ecclesiastica an, & quando non sit transitoria ad extraneos, siuè ad aliam Ecclesiã, aut ad manus mortuas, etiam quoad consecutionem æstimationis, licèt sit concessa cum Clausulis, *Ad habendum, cui, vel quibus dederit in perpetuum*. Clausulæ *Ad habendum pro hæredibus, & successoribus, cui &c.* an, & quando protrahant concessionem vltrà propriam naturam emphyteusis, & appositæ in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos perpetuant concessionem tantùm inter personas comprænensas in Inuestitura. Inuestitura an, & quando alterari possit præter solitũ antiquatum. Beneplacitum Apostolicum, in similibus concessionibus, attento temporis longæui curriculo, an, & quando præsumatur, & quid attento motu proprio *VRBANI VIII. edito de anno* 1641. *incipien. Romanus Pontifex*. Consuetudo, siuè obseruantia, aut stylus, vel solitum, an sit trahendum ad alios casus, quandonam allegari possit, et quomodò inducatur.

Consilium II. *Pag.* 427.

Hæres grauatus an, & quando alienare possit res particulares Fideicommisso subiectas pro debitis fideicommittentis, maximè existentibus bonis liberis eiusdem, & quid dicendum, & quando

quando interuenit factum Iudicis, an tunc hæres dicatur alienare animo interuertendi fideicommissum; & an, et quando ob culpam fauore Fideicommissarij teneatur ad æstimationem, seu ad pretium rei alienatæ fideicommisso subiectæ. Fideicommissarius, an habeat hypothecam tacitam super bonis hæredis grauati pro reintegratione bonorum fideicommissi ab ipso hærede grauato consumptorum. Reijcitur opinio *Thesaur. lib. 2. q. 84. per tot.* & eodem tempore saluatur cum distinctione. Mulier, vel eius hæres an, & quando repetere possit dotem super bonis primogenituræ, non discussis bonis liberis, & de alijs ad materiam reintegrationis ad fideicommissum, breuitèr, & eleganter discutitur.

Consilium III. *Pag.427.*

Corpus delicti legitimè, et clarissimè debet probari in Iudicijs Criminalibus etiamsi Reus fuisset confessus, vel per testes conuictus, aut agatur de casibus, in quibus procedi potest ex abrupto. Fuga antè accusationem, & inquisitionem formatam an, & quando faciat indicium ad torturam. Publica vox, & fama orta ante capturam, an faciat indicium ad torturam, iunctis adminiculis, & quomodò ipsa probetur. Confessio extraiudicialis quando transit in specificum nomen delicti, an inducat plenam, vel semiplenam probationem, & an, & quando plura indicia valeant coniungi ad constituendam plenam probationem, licèt sint diuersæ speciei, ità vt deueniri valeat ad pœnam capitalem: & an pœna ordinaria imponi possit ex violentissimis præsumptionibus, quæ loco probationis succedit in delictis occultis, & an Iudices in delictis magnis, & enormibus, & Reipublicæ perniciosis valeant extendere eorũ arbitrium vsq. ad mortem, & de alijs circà materiam indiciorum indubitatorum latè discutitur.

Consilium IV. *Pag.435.*

An statε emphyteusi acquisita à Primo Acquirente pro se, & hæredibus sculis, & fœminis, eaq. supposita fideicõmisso masculino condito per eundẽ Primum Acquirentẽ, masculus simul, & hæres, per intermediam personã descendens à columnello d. Primi Acquirentis, excludat fœminam ab eodem Primo Acquirente ex alio columnello descendentem, sed illius non hæredẽ; & an Primus Acquirens valeat præiudicare compræhensis in Inuestitura, nèdum in emphyteusi hæreditaria, sed etiam ex pacto, & prouidentia.

Consilium V. *Pag.437.*

Mulier faciens renunciationem, siuè de tempore nuptiarum, siuè antè, dote recepta, nè dum de bonis paternis, sed etiam maternis, fraternis, & quibuscunq. iuribus, & actionibus quomodolibet in futurum competentibus, etiam fideicommissis, seu iuribus succedendi purificatis, seu purificandis, nihil penitùs sibi reseruato, cum Clausulis amplissimis, an, & quando, ipsa nõ obstante, attento dicto supposito congruæ dotationis, valeat illi cõtrauenire, maximè data renunciatione solẽni, & iurata: et an renunciatio ipsa restringatur ad causas de præsẽti, siuè de preterito,

terito, iunctis verbis in renunciatione appositis, *Quandocunq. & qualitercunq. & quacunq. de causa*. Ponderatur doctrina *Bald.cons.* 191.*nu.*3.*lib.*2. prout etiam illa regula, tot esse debent renunciationes, quot sũt hæreditates, quibus renunciatur. Pactũ de succedendo siuè sit affirmatiuũ, siuè negatiuum, an sẽper requirat consensum viuentis, licèt renunciatio fuerit iurata cum amplissimis Clausulis; & an, & quando Clausulæ etiam amplissimæ in renunciationibus appositæ sint restrictæ simpliciter ad causas expressas: & ponderatur differentia inter renunciationes factas à mulieribus in sæculo, & illas, quæ fiunt ab ingredientibus in Monasteriũ, & explicatur. *Statut. tamen. tit. de successionib. abintestat.* cum alijs ad materiam renunciationis notatu dignis.

Consilium VI. *Pag.* 442.

Iuramentum fidelitatis, attenta *Cõstitutione Regni diuæ memoriæ*, si intra annum non fuerit prestitum an, & quãdo præbeat facultatem Emptori recedendi à contractu emptionis feudi etiã Regio assensu roborati. Assensus impetratus à Rege post mortem Venditoris, nulla mortis habita mentione, an dicatur obreptitius, & subreptitius, & an in tali casu Emptor valeat prætendere solutum vnà cum interesse à Venditore, & data reuocatione, & resolutione contractus feudalis, Venditor, & Emptor respectiuè ad quid teneantur. Resolutio cõtractus an, & quando fiat ex nunc, vel prout ex tunc. Contractus feudalis quomodò cõtradistinguatur à cæteris cõtractibus prohibitis. Retentio an detur Emptori, & Possessori rei feudalis vsquequò sibi fuerit restitutum pretium vnà cũ interesse, nõ dato dolo ex eius parte, & an nuda detẽtatio ad illam concedendam sufficiat.

Consilium VII. *Pag.* 445.

Fœminæ non veniunt appellatione descendentium, vbi sit repetitio qualitatis masculinæ per verba relatiua, & an veniant appellatione filiorum, & an, & quando dicantur exclusæ, si Testator vsus fuerit verbis collectiuis. Repetitio masculinitatis non fit in conditionalibus, & an, & quando excludatur, vel admittatur per discretiuam dispositionem, siuè per vnicam orationem, aut per agnationis contemplationem, aut per verba repetitiua, siuè per mutationem personæ, vel per Clausulam *In modum prædictum*. Testator an, & quando præsumatur voluisse excludere fœminas, non data expressione in testamento. Proximitas respectu grauantis, & non grauati qualis attendatur in fideicommisso. Qualitas masculinitatis in vno capite adiecta, an, & quando in altero repetita censeatur, & quid si esset expressa in vltimis vocationibus, num referatur ad dispositiones antecedentes, vbi simplicitèr de filijs est facta mentio. Reciproca an, & quando censeatur inducta inter masculos ad exclusionem fœminarum per additionem verborum *In stirpem, & non in capita*, & de alijs ad materiam diffusè tractatur.

Consilium VIII. *Pag.* 450.

Dotes traditæ filiabus, viuente patre, an, & quando imputentur in legitimam, si de eis adesset controuersia

post

post patris mortem, & quid si fuerit stipulatum, vt redderentur filiabus, vel earum filijs, num videatur renunciatum *text. in l. dos à patre Cod. de iur. dot.* Legitima an, & quando sit detrahenda à dispositionibus, etiam in causam piam factis, & an ad eam calculandam, donationes poni debeant in cumulo, & an ad istum effectum sit seruandum tempus mortis, vel donationis, & conclusio procedat tàm in donatione, vel alienatione ex titulo lucratiuo, quàm oneroso. *Statutum* Laicorum non ligat Clericos, etsi fuerit conditum tempore, quo Clericus erat Laicus, nisi fuerit specificè approbatum Confirmatione Apostolica.

Consilium IX. *Pag.453.*

Declaratio Creditoris circà quantitatem, & eius substantiam an, & quādo sit sufficiens, vt indè satisfactionē consequi valeat, remota fraudis suspicione, si Testator demādauerit, vt stetur eius simplici notæ, vel declarationi. Probatio qualis qualis nō censetur remissa à Testatore ad euitandā doli, & fraudis Suspicionem, & idem procedit, si fuerit promissum de stando circà administrata simplici dicto Administratoris in ampla forma. *Statuto* disponēte, vt stetur Iuramento damnum passi, debet priùs probari damnum datum fuisse, & posteà admittitur declaratio super quantitate, & æstimatione. Declaratur *text. in l. Theopompus ff de dot. prælegat.* vbi *Bart.* saluatur ab iniquitate illi impicta *à Ruin. cons.104. num.8. vers. & quamuis Bart.* & declarantur *decis. Sac. Rot. Rom. apud Martin. Andr. dec.73. & dec.239. part.7. rec. Statutū* mandans vt vltimæ voluntates intelligi debeant ad literam, prout iacent, & absq. vlla interpretatione, nō censetur excludere interpretationem legalem, sed tantùm friuolam, & inanem, & de alijs solidè discutitur.

Consilium X. *Pag.456.*

Legatum habitationis factum vxori vnà cum filijs an, & quando censeatur per mortem vxoris, vel filiorum extinctum, etiamsi agatur de conditione mixta, seù casuali, aut potestatiua, respiciente fauorem vxoris, vel filiorum, & quid operetur, si fuerit conditū per verba, *Nè quid aliud peti, vel pratēdi possit ex bonis Testatoris.* Pater si reliquerit plus vni filio, arguitur maior affectus, & dilectio, & non quòd cæteri non sint dilecti, & si prohibuerit, nè vltrà filijs relicta, aliud petere possint, censetur prohibuisse omnes molestias hæredi vniuersali inferendas, tàm de iure, quā de facto. Testator legans pro tēpore vitæ Legatarij, vel ponens habitationem in eius voluntate, an, & quando censeatur respicere illius tantùm fauorem, & non aliorum, cum quibus demādauerit habitationem. Dispositio an, & quando extendatur ad casum non expressum, & an, & quando expiret tempore finito, & quid si principalitèr contemplet conditionem, & secundariò tempus. Pronomen, *Meum*, quid importet, & de alijs in discursu notatu dignis.

Argumentorum Decisionum, & Consiliorum Finis.



DECISIONES
ALMÆ ROTÆ LVCENSIS

Elaboratæ ab V. I. D.

ANDREA CENSALIO, &c.

Ad præsens Gratiæ, & Iustitiæ Consiliario

SERENISSIMI RANVTII II.

Placentiæ, & Parmæ Ducis, &c.

ARGVMENTVM.

Retentio quandò competit conductori, vel colono, aut fideicommissario, siuè hæredi, bonæuè fidei possessori prò melioramentis liquidatis, vel non liquidatis, factis in re conducta, etiamsi sit fideicommisso subiecta, & quomodò super hoc procedat. *Stat. Lucæ cap. 103. lib. 2.* Prò melioramentis num admittatur cautio, siuè fideiussio, & nùm detur electio Domino, vel Locatori prò solutione æstimationis ruderum, & cæmentorum. Fructus melioramentorum post litem percepti, an fiant absolutè Meliorantis, vel Meliorans ipse teneatur compensare cum expensis ipsorum melioramentorum.

S V M M A R I V M.

Conductori competit retentio bonorum conductorum pro impensis, & melioramentis in eis factis, num. 1.

Colonus rem conductam retinere valet pro expensis, et melioramentis tàm necessarijs, quàm vtilibus, nu. 2.

Colonus bona fide plantando, & ædificia construendo non debet defraudari ex legis vigore, sed ratio æquitatis præ oculis semper est habenda, num. 3.

Hæres habet retentionem pro necessarijs, & pro vtilibus melioramentis, & quæ concernunt perpetuam vtilitatem, num. 4.

Cuilibet bonæ fidei possessori pro recuperatione melioramentorum per retentionem consulitur, num. 5.

Exceptio melioramentorum est tantæ efficaciæ, vt etiam in executione sententiæ opponi valeat, ac ipsam impediat, num. 6.

Retentio datur pro melioramentis constructis in re aliena, num. 7.

Locatarijs factis, licet sint coloni, & dicantur simplices detentores, competit retentio fundi locati, donec melioramenta in eorum æstimatione ipsis bonificentur, num. 8.

Detentori simplici datur retentio rei, ad quam aliquod Ius ratione melioramentorum ad instar hipothecæ competit, num. 9.

Dictio, Omnis, complectit quamcunque speciem, seu qualitatem melioramentorum, num. 10.

Stat. Lucæ cap. 103. lib. 2. quomodo procedit in melioramentis factis à conductore in re conducta, num. 11.

Licentiæ inducunt bonam fidem in ædificantibus, n. 12.

Casus

Caſus legis dum expreſſus habetur in loco, in quo Ius dicitur, inanum eſt Gloſas, Leges, & Doctores allegare, num. 13.

Diſpoſitio Statutaria venit ſeruanda, etiamſi ſit contra Ius, num. 14. Ampliatur, num. 15.

Quando arguatur acceptatio cum omnibus ſuis qualitatibus, conditionibus, & oneribus inſiſtit, attenta licentia fideicommiſſarij, in qua ſit mentio de alijs ædificijs conſtructis ſuper bonis, num. 16. Maximè nulla interueniente proteſtatione, num. 17.

Fideicommiſſarius non tenetur reſtituere bona eius ſubſtituentis, niſi prius ſibi refectis melioramentis, nu. 18. Ampliatur in colono, vel conductore, nu. 19.

Domus facta pro vſu, & habitatione colonorum connumeratur inter impenſas neceſſarias, num. 20. Ampliatur in impenſis factis pro disboſcatione agrorum, & reductione ad culturam, num. 21.

Ex quibus arguatur reſtitutio facienda per fideicommiſſarios valoris melioramentorum factorum in bonis fideicommiſſi, num. 22.

Argumentum à veriſimili in Iure reputatur fortiſſimum, num. 23.

Quod ſuadet ratio naturalis, ſufficit ad deciſionem cauſarum, num. 24.

Conſenſus, & licentia, ſtante ſcientia, & patientia Dominorum, præſumitur minori ſpatio triginta annorum, num. 25.

Paria ſunt, quòd quantitas exprimatur per nomina vniuerſalia, vel per nomina quantitatiua, quando certa eſt à parte rei exiſtentia bonorum, num. 26.

Quantitatem non eſt opus exprimere numeraliter, ſed ſatis eſt quotatiuè, ſeu per aliquam demonſtrationem, num. 27.

Probatio maior nulla datur contra propriam reſponſionem. num. 28.

Retentio non competit pro melioramentis non liquidatis, ſed cautio de reſtituendo, num. 29.

Illiquidum dici non poteſt, quod de breui liquidari valet, num. 30.

Cautio, ſeu fideiuſſio non admittitur de reficiendo melioramenta, num. 31.

Statut. Lucæ cap. 103. diſponit, *Locatorem non poſſe expellere conductorem, niſi refectis melioramentis, nec poteſt admitti cautio, ſeu fideiuſſio, n. 32. Et an* d. Statut. *corrigat Ius Commune, num. 34. Et quid ſi conductor ad ſui libitum, & pro ſua commoditate rem conductam meliorauerit, num. 35.*

Domino, & Locatori an, & quando detur electio, vt ſoluat æſtimationem ruderum, & cæmentorum, vel patiatur ædificium abradi, & quid in melioramentis neceſſarijs, vel vtilibus, aut voluptarijs, num. 33. 37. 38. & 39.

Coloni non tenentur compenſare valorem melioramentorum cum fructibus ex eiſdem perceptis, quando vltra bonam fidem habet aliquale Ius, etiamſi dicantur ſimpliciter detentores, num. 40. Quid verò concludat, Rot. Romana *in quæſtione ſcilicet, vtrum fructus melioramentorum poſt litem percepti ſiant abſolutè meliorantis, vel melioransipſe teneatur compenſare cum expenſis ipſorum melioramentorum, num. 41.*

Cornazzan. *opinio in quo caſu* Statuti Lucę cap. 103. *eſt intelligenda, num. 42.*

Diſpoſitio cap. 167. lib. pr. Statut. Vniuerſ. Lucæ *eſt conformis diſpoſitioni* tex. in l. ſi quis conductionis §. ex conducto Cod. locat. *num. 43.*

Exceptio retentionis eſt tanta efficacia, quod etiamſi per Statutum dicatur nullam defenſionem poſſe proponi, ſeu exceptionem opponi, adhuc opponi valeat, & ſublata nunquàm cenſeatur, etiamſi per Statutum fuiſſet prohibitum quodlibet remedium, num. 44. Et de ratione, num. 45.

Statutum mandans rei locatæ faciendam eſſe reſtitutionem, quacunq. exceptione non obſtante, non comprehendit exceptionem retentionis melioramentorum vtilium, neceſſariorum, vel factorum de licentia Locatorum, num. 46.

Deciſio I.

SPectab. Io. Vincentius de Podio iudicium per viam præcepti de dimittendo intentauit contra plures de Ioanninis del Porcari rigore publici inſtrumenti locationis per nouennium rogatum manu Antonij Sātinij vlq. de anno 1545. & inſtructo proceſſu coram D. Iudice Ordinario, factiſq. oppoſitionibus, & replicationibus hinc indè, dictum præceptum confirmauit, ſolutis prius melioramentis factis per dd. de Ioanninis in præfatis bonis ab eis conductis &c. A qua pronuncia interpoſito per d. Io. Vincentium recurſu ad Rotam, petijt in primis eam reuocari, & d. præceptum de dimittendo liberè confirmari: Quare hodie per me propoſita cauſa coram DD. meis cum dubio; An præceptum præfatum eſſet concedendum purè, & ſimpliciter d. Io. Vincentio; An verò potiùs dd. de Ioanninis competeret retentio pro melioramentis in dd. bonis factis, & DD. vno ore, & vna mecum dixerunt competere retentionem ſuper dictis bonis d. Io. Vincentij, prout in ſententia, cui &c. iuxtà liquidationem faciendam in executionem huius noſtræ, quibus ſolutis, & ſatisfactis, ex nunc præceptum præfatum de dimittendo confirmauerunt &c. ex pluribus non ſpernendis fundamentis, & in Iure ſatis ſolidis concluſionibus.

Primò enim conſtitit melioramenta in bonis, de quibus agitur, fuiſſe conſtructa, ac facta per Reos conuentos, ac per eorum Authores, prout ex propria confeſſione dicti Io. Vincentij Actoris, & per depoſitiones Teſtium examinatorum pro parte dd. Reorum conuentorum, ac etiam præfata bona fuiſſe per eos disboſcata, & ad cultu-
1 ram redacta; Ideòq. non poterat in dubium reuocari dictis Reis conuentis, contra quos ageba-

agebatur per præceptum de dimittendo, competiisse, & competere retentionem eorundem bonorum pro dd. impensis, & melioramentis factis ad *tex. in l. Colonus 64. ff. locat. Carrocc. de locat. & conduct. tit. de expens. num. 3. & seqq. fol. mihi 223. à terg. Menoch. de recup. possess. remed. 15. numer. 550. & 554. Borgnin. decis. 44. num. 46. lib. 1. Rolan. cons. 28. num. 18. versic. Quò verò ad ædificium, & num. 21. & seqq. lib. 1.*

2 Ita vt Colonus rem conductam valeat retinere pro expensis, & melioramentis non solùm necessarijs; sed etiam pro vtilibus tantùm ad *tex. in l. planè 41. ff. de petit. hæredit. Glos. in §. certè verb. ædificauerit, Institut. de rer. diuis. Bart. in l. in fundo num. 6. ff. de rei vendic. Amat. variar. resolut. resolut. 14. num. 59. vers. Sed hanc opinionem, Carrocc. vbi suprà num. 5. Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 34. per tot.* Vbi etiam loquitur in dispositione bonorum, & ædificijs bona fide factis in re conducta; *Noalis de transmission. casu 37. nu. 43. Petra de fideicommiss. quæst. 15. n. 250.*

3 Quod non solùm vendicat sibi locum in rustico Colono, qui bona fide plantando, & ædificia construendo, non debet defraudari ex legis rigore; Sed ratio æquitatis præ oculis semper est habenda, *vt in indiuiduo obseruat Ioseph Ludouic. citat. dec. 34. numer. 12. 13. 14. 15. & 16.* Præsertim quandò agitur de damno vitando, 4 idem *Ludouic. num. 15.* Sed etiam in quolibet hærede, vt habeat retentionem non tantùm pro necessarijs, sed etiam pro vtilibus melioramentis, & quæ concernunt perpetuam vtilitatem, *Peregr. de fideicommiss. artic. 50. num. 62.* Vbi de communi *Vincen. de Franch. decis. 109. Roland. cons. 28. num. 21. & 22. cum seqq. lib. 1. Censal. ad Peregrin. d. artic. 50. obseruat. 4.*

5 Immò cuilibet bonæ fidei possessori pro recuperatione melioramentorum per retentionem consulitur ex regula *tex. in l. si in area in fin. ff. de condit. indebit. l. Paulus, ff. de doli except. l. qua ratione §. 1. ff. de acquiren. rer. domin.* Consuluerunt *Bellon. cons. 10. num. 1. Vinc. de Anna cons. 43. lib. 1. Decian. cons. 29. num. 5. et 19. lib. Surd. cons. 180. num. 15. & cons. 183. num. 1. & seqq. ac de alimen. tit. 1. qu. 70. n. 9. & tit. 8. priuileg. 62. nu. 4. 7. 8. 9. & 10. Rolan. cons. 28. lib. 1. Moliu. de contractib. disputat. 463. num. 12. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 400. nu. 68. vol. 2. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 27. num. 1. Valasc. de Iur. emphyt. quæst. 25. num. 22. Vincen. de Franch. decis. 112. & 191.* idem *Ioseph Ludouic. dec. Perus. 24. num. 7. Milaneus. dec. 7. num. 78. & 81. lib. 1. Mastrill. dec. 98. num. 1. 2. 6. & 12. Gratian. decis. March 90. num. 19. & 20. & dec. 225. num. 3. vsque ad 16. Put. decis. 471. & 474. lib. 2. Magon. decis. Lucen. 81. Muta dec. 12. Anton. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 43. definit. 24. Sesse decis. 71. num. 8. lib. 1. Rot. dec. 151. num. 2. & 3. par. 2. tom. 3. recen.*

6 Et est tantæ efficaciæ exceptio melioramentorum, vt etiam in executione sententiæ opponi valeat, ac ipsam impediat, *Gozzadin. cons. 86. num. 25. per tex. in l. non solum, vbi Bart. ff. de rei vendic. Scacc. de appellat. quæst. 17. limitat. 6. memb. 4. num. 64. & 65. Schrader. de feud. par. 2. 9. par. princ. sect. 2. num. 33. Rossental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 141. Gratian. dec. March. 225. num. 16. Magon. decis. Lucen. 81. num. 7. Pacific. de Saluian. Inspect. 2. cap. 2. num. 186. Vinc. de Franch. decis. 112. cum alijs per Amat. citat. resolut. 14. num. 42.*

7 Vndè dato, quod dicta melioramenta essent constructa in re aliena, benè pro ipsis veniebat danda retentio dd. de Ioanninis ad latè tradita per *Giurb. dec. 63. num. 12.* Ex quo licet sint 8 Coloni, & dicantur simplices detentores, finita locatione, competit retentio fundi locati, donec eadem melioramenta in eorum æstimatione ipsis bonificentur, in puncto *Menoch. cons. 64. num. 18. & 19. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 5. Niger. tractat. de excepti. §. 27. cap. 8. num. 14.*

9 Qui plures, alios cumulat de more; Et quòd simplici detentori detur retentio rei, ad quam aliquod ius ratione melioramentorum ad instar hypothecæ competit, est *tex. in l. vnica in 2. responso, & ibi Bald. sub num. 1. vers. Nota benè, & sub num. 3. vers. Conclude Cod. ob chirographariam pecun. pig. ten. poss. Caualer. dec. 446. sub n. 8. vers. Pariter dum apponebatur, & seq.* Et fuit in terminis firmatum in *Bononien. fideicommissi de Clauaturis 5. May 1649. coram R. P. D. Peutingero, §. Quid.*

Quæ omnia tantò magis procedere fuit visum, attenta censura *Statuti in cap. 103. lib. 2.* Ibi: *Saluo tamen Conductori omni melioramento* 10 *facto in re conducta:* Illa enim dictio, *Omni*. Complectit quamcunq. speciem, seu qualitatem melioramentorum, *Barbos. de dictionib. diction. 241. num. 1. & seqq.* Et sic Locator rem loca-11 tam ad se auocare non potest, nisi prius satisfactis melioramentis, maximè quandò sunt facta de licentia Locatoris, vt in specie obseruat præfatum *Statutum*, prout in casu, de quo agebatur, fuit visum, omnia ædificia, seu melioramenta facta in dictis bonis conductis à DD. de Podio cum ipsorum licentia à dd. de Ioanninis fuisse constructa; Quod apparere visum fuit; Primò ex Instrumento locationis rogato ab Antonio de Sactinis die 12. Decẽbris 1545. vbi legitur infrascriptum pactum scilicet: *Cum pacto etiam, quod d. Conductor in dictis bonis possit facere Domum, et ædificari facere super eis ad vsum Coloni suis expensis, quas d. Locator eidem reficere teneatur in fine præsentis locationis etc. quia sic etc.* Secundò probatur ex testamento q. Cæsaris de Podio authoris d. Io. Vincentij Actoris, rogato

 à Titio

à Titio de Santinis die 12. Septembris 1585.ac
etiam ex alio ſecundo teſtamento rogato per
eumdem ſub die 19. Aprilis 1591. Vbi tàm in
primo,quàm in ſecundo dicit hęc verba ſcilicet:
Riſeruato però alli Salani, e Conduttori di detto
Podere le ragioni, e miglioramenti fatti in dette
Caſe dopo tale acquiſto, e locationi à loro fatte:
Et paulò poſt infrà ibidem dicit; *Dichiarando,*
che le Caſe fatte ſopra li detti beni, ò alcun di eſſo
da Salani le tengono, ouero migliorate, e li miglio-
ramenti, che vengono, ſono da riſarſeli, ſecondo le
conuentioni à eſſi Salani, e Conduttori ſi aſpettino,
& à quelli debbano eſſere riſatti, e ſodisfatti dal
Poſſeſſore di eſſo fideicommiſſo, in caſo li voleſſe
mandare via. Tertiò probatur ex alia licentia
dara per Viſcontem de Podio hæredem inſtitu-
tum à d. Cæſare, vt in proceſſu *fol.* 15. *&* 24.
Quartò probatur ex alia licentia q. Parentis de
Podio, & Io. Vincentij eius filij, & Actoris in
præſenti Iudicio, vt ex Inſtumento rogato ab
Antonio de Carellis 21. Aprilis 1640. num. 6.
Quintò demum probatur ex licentia, quam
vltimo loco conceſſit dictus Parens ſub die 26.
Decembris 1641. vt in proceſſu *fol.* 22. *&* 25.
12 Quæ quidèm licentiæ non ſolùm inducunt bo-
nam fidem in ædificantibus, iuxta tradita per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 442. *num.* 31. Sed
obligationem reſtituendi iuxta pacta cōuenta,
ad tradita per *Rot. dec.* 64. *num.* 1. *in fin. par.* 2.
in poſthum. Farinacc. Quod idem expreſſum le-
13 gitur in *dicto Statuto in cap.* 103. Ideoq. dum
caſum legis expreſſum in loco, quo Ius dicitur,
habemus; Inanum eſt Gloſas, Leges, & DD.
allegare *Niger. de execut. rei Iudic. cap.* 11. §. 5.
num. 57. *Ambroſin. deciſ. Peruſin.* 3. *num.* 24. *et*
14 *deciſ.* 23. *num.* 16. Quæ diſpoſitio ſtatutaria
ſeruanda veniret, etiamſi eſſet contra Ius, *Pariſ.*
conſ. 86. *in fin. verſ. Si autem ſtatutum lib.* 1. *&*
conſ. 20. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. *Curt. Sen. conſ.* 46.
num. 16. *in fin. Roland. conſ.* 72. *num.* 4. *lib.* 4.
15 Imò Iuri communi præualet, & potentius eſt in
loco, vbi viget, *Aymon. conſ.* 137. *ſub num.* 6.
Socin. Iun. conſ. 67. *num.* 64. *lib.* 2. *Ioſeph Ludo-*
uic. deciſ. Peruſ. 9. *num.* 30. Et fuit dictum in
Spoletana ſucceſſionis 19. *Iunij* 1651. *coram R.P.*
D. meo Celſo, §. *Iuſtitia pariter*.

Quibus non obſtat, quod primò dicebatur,
ſcilicèt circà licentias datas, vna tantum ex-
cepta, continente ſummam ſcutorum ſexagin-
ta, reliquas fuiſſe datas ab hærede, & ſubſtitu-
tis, non autem à Io. Vincentio, qui non eſt hæ-
res dd. ſubſtitutorum; ſed ex propria perſona
ad fideicommiſſum vocatus.

16 Fuit enim reſponſum primò, quod attenta li-
centia Cæſaris fideicōmittentis quoad Domos
antiquas, ac etiam licentia Io. Vincentij, vt in d.
inſtrumēto de anno 1640. in quo fit mētio quo-
que de alijs ædificijs conſtructis, & exiſtentibus
ſuper eiſdem bonis, arguitur acceptatio cum
omnibus ſuis qualitatibus, cōditionibus, & one-
ribus infictis, *l. cum ab vno in princip. ff. de legat.* 2.
latè *Caſtill. controu. tom.* 5. *cap.* 107. *ex num.* 65.
17 *& ſeqq.* Maximè quando nulla proteſtatio
contraria interuenit, *Salgad. tractat. labyrinth.*
Credit. par. 3. *cap.* 2. *num.* 84. Secundò reſpon-
detur ſufficere, Conductorem habuiſſe licētiam
à Dominis, ſeu fideicommiſſarijs, qui pro tem-
pore fuerunt, & ſucceſſerunt in hoc maioratu;
18 Ex quo ſicuti fideicommiſſarius non tenetur
reſtituere bona eius ſubſtitutis, niſi prius ſibi
refectis melioramentis, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.*
669. *per tot. D. Franc. Cenſal. meus Germanus in*
obſeruat. ad Peregr. de fideicomm. art. 50. *obſeru.* 1.
19 *fol.* 327. *impreſſione Veneta*; Ita quoque Colo-
nus, vel Conductor, qui de licentia fideicom-
miſſarij hæc fecit, repetere poteſt: Cum paria
ſint, quod illa fecerit fideicommiſſarius, vel
Conductor de ipſius licentia, ac ipſius contem-
platione; Quia perindè eſt, ac ſi ab ipſo per-
acta fuiſſent, *Carroc. de locat. & conduct. tit. de*
expenſ. nu. 32. 33. *&* 34. *fol. mihi* 221. *Peregrin.*
deciſ. 64. *num.* 5. *&* 6. Vbi quod ità ſemper vi-
dit ſic reſponſum in Iudicijs, idem *Cenſal. ad*
Peregrin. citat. artic. 50. *obſeru.* 2. *fol.* 327. *Me-*
noch. de retinen. poſſeſſ. remed. 15. *num.* 509.

Prout neque ſecundo obſtat, quod diceba-
tur, prædicta procedere poſſe in melioramentis
neceſſarijs, non verò in vtilibus.

Fuit enim reſponſum, quod ſupra probaui;
Nimirum tā pro melioramentis neceſſarijs, quā
pro vtilibus, Colonis in re cōducta dari retētio-
20 nem; Et modo ſubdo, Domos prædictas factas
pro vſu, & habitatione Colonorum connume-
rari inter impenſas neceſſarias, *Caſtren. cōſ.* 270.
lib. 2. *Intrigliol. de ſubſtit. centur.* 3. *qu.* 74. *n.* 99.
Petra de fideicom. quæſt. 15. *num.* 240. *verſ. Item*
expenſæ factæ in ædificijs pro Laboratoribus, &
num. 247. *Rolan. conſ.* 28. *nu.* 18. *verſ. Quo verò*
ad ædificium lib. 1. *Ruin. conſ.* 257. *num.* 21. *lib.* 1.
21 Quemadmodum etiam dicitur in impenſis fa-
ctis pro disboſcatione agrorum, & reductione
ad culturam, *Petra de fideicommiſſ. quæſt.* 15.
n. 250. *Roland. d. conſ.* 28. *nu.* 23. *& ſeqq. lib.* 4.

Minimè etiā tertiò fuit viſum obſtare, quod
dicebatur in fundo, ſeu podere locato de anno
1559. adfuiſſe Domum cum furno, & ob id
melioramenta, quæ fuerunt addita, fuiſſe, & eſſe
exceſſiua, & vltrà neceſſitatem culturæ bono-
rum, per Reos conuentos, & eorum Authores
conductorum.

Fuit enim reſponſum cum facto, dd. hæredes,
& ſubſtitutos in fideicōmiſſo poſſediſſe, & nunc
Io. Vincētium Actorem poſſidere in d. Cōmuni
Porcari quamplura alia bona, & terras ararias,
quarum reſpectu fuerunt, & ſunt neceſſariæ Do-
mus iſtæ ſuperadditæ, atque ſuperædificatæ in
ſolo

solo conducto, vt probant testes pro parte dd.
de Ioanninis examinati; Nempè primus super
7. & 8. *articulis fol.* 15. & 16. Secundus *fol.* 34.
& 35. Tertius *fol.* 51. & 52. Quartus *fol.* 63.
Et vltimus *fol.* 95. *à terg.* & 96. vbi subdit con-
cludentem rationem videlicèt: *E perche senza*
dette Case non potrebbero fare i beni al Renaio, alla
Vietta, & alle Padule altre terre di detti Signori
22 *Poggi*. Ex quibus omnibus testium depositio-
nibus deducitur optimum argumentum à veri-
simili, quod dd. de Podio, qui pro tempore
fuerunt, non dedissent huiusmodi licentias ædi-
ficandi tot Domos, & Capannas, & se obligas-
sent ad eorum valorem restituendi in casu eui-
ctionis, ac fundi dimissionis, si non existimas-
sent, & credidissent peruriles, & necessarias
fuisse ad culturam, & pro cultura aliorum bo-
norum per eos possessorum in d. Cōmuni Por-
cari; Tùm quia ipsis aliter erat consultum per
protestationem, quando videbant per dd. Con-
ductores præfata melioramenta in dd. bonis fie-
ri, ad in puncto tradita per *Marzar. de fideicōmiss.*
quæst. 66. in fin. Peregr. eod. tit. art. 50. *num.* 63.
Qui ità dicit, se pluries practicasse, *Gratian. di-*
23 *scept. forens. lib. 1. cap.* 193. *num.* 13. Tùm etiam
quia argumentum à verisimili in Iure reputatur
fortissimum, vt per *Euerard. in loco à verisimili*
per tot. Viuius dec. 64. *nu.* 6. & *decis.* 366. *n.* 8. 9.
24 & 11. & *decis.* 530. *num.* 9. Et quod suadet
ratio naturalis, sufficit ad decisionem causarū,
Riminald. Iun. cons. 67. *n.* 13. & *cons.* 464. *n.* 14.
cum seq. & *cons.* 749. *num.* 25. *D. Lel. Altograd.*
cons. 4. *num.* 147. & 148. *lib.* 2. Maximè stante
cursu tanti temporis annorum ferè centum;
25 Nam tunc stante scientia, & patientia Domi-
norum, qui pro tempore fuerunt, minori tem-
poris spatio triginta annorum, consensus, & li-
centia præsumitur, Etiamsi non adesset, prout
adest, *Gama decis.* 144. & 149. *num.* 4. & *decis.*
168. *numer.* 1. & *per tot.* & *decisione* 270. *per*
tot. & deducitur ex *Bituntina Census* 24. *Maij*
1647. *coram Eminentiss. Cardin. Corrado, §. Nec*
iuuat.

Quibus propemodùm dictis nihil refragatur,
quod per D. Informantem supponebatur, scili-
cèt dictos testes non indiuiduasse quantitatem
aliarum terrarum dd. de Podio positarum in
Communi Porcari in loco detto, *Al Renaio,*
alle Padule, & alla Vietta: Cum fieri possit, vt
in quolibet ex dictis locis tantùm vna cultra
bonorum pro qualibet existat, & ideò non ve-
rificari assumptum, dictos Reos conuentos fa-
bricasse dd. Domos ex d. rationabili causa;
Dum etiam pro ipsis laborandis sufficiebat pri-
ma Domus cum furno, & puteo, alijsq. commo-
ditatibus sufficientibus ad præfatum effectum
absque additamento prædicto aliarum Domo-
rum, & Capannarum &c.

Fuit etiam per vnum ex Dominis responsum,
quod dùm dicti testes fuerant moniti simplici-
tèr absq. indiuiduatione quantitatis terrarum,
ipsis non est imputandum: Dum sufficit dd.
Reis conuentis, vt virtualitèr intellexerint testes
de tanta quantitate, quanta esset capax melio-
ramentorum peractorum à dd. Reis, & ideò ibi
26 assignant optimam rationem, Ex quo paria
sunt, quod quantitas exprimatur per nomina
vniuersalia, vel per nomina quantitatiua,
quādò certa est à parte rei existentia bonorum,
Paris. cons. 61. *num.* 9. *Sard. cons.* 168. *num.* 5.
post med. Rot. decis. 59. *num.* 2. & 3. *par.* 2. *diuers.*
& *decis.* 30. *n.* 8. & *seqq. par.* 5. *recent.* Quodq.
27 non sit opus exprimere quantitatem numera-
litèr; sed satis est quotatiuè, seu per aliquam
demonstrationem, prout in alijs terminis, licet
ad propositum nostrum, mirificè comprobat
Rot. in vna Auenionen. Legitimæ Lunæ 17. *Nouem-*
bris 1653. *coram R. P. D. Peutingero §. Nos ver-*
samur per tot.

Quartò principaliter non obstat, quod non
probauerint Rei conuenti, se, vel eorum Au-
thores fecisse huiusmodi melioramenta.

Fuit enim respōsum ex reuolutione actorum
28 constare contrarium, & præcipuè ex responsio-
ne Io. Vincentij Actoris ad primam positionem
fol. 8. & 13. *à terg.* contra quam nulla datur
maior probatio vulgato, *tex. in l. cum te la* 2. *C.*
de transaction. l. generaliter, Cod. de non numer.
pecun. Sic deponunt testes examinati pro dd. de
Ioanninis, & elicitur ex licentijs supra enuncia-
tis, productis, & recognitis &c.

26 Quintò non obstat, quod asserebatur, dd.
melioramenta non esse liquidata, & propterea
non competere retentionem; sed cautionem
de restituendo, ad in puncto tradita in *Romana*
Saluiani 10. *Februarij* 1640. *§. fin. coram R. P. D.*
Verospio, et in Auenionen. Saluiani 8. *Martij* 1652.
coram b. m. Bichio, §. vltimo. Et quod qualitas,
seu conditio testium non sit probata, qui super
quantitate dd. melioramentorum deposuerant,
& quod ipsi non sint periti, neque Architecti, &
quod ipsi non deponant cum sufficienti causa
scientiæ; Imò quòd ipsi videntur affirmare
contrarium; Nempè quod tantum fuerit im-
pensum, quantum melioratum; Quia ædifi-
cantes in Villis plus impendunt, quàm impor-
tet eorum valor, & æstimatio.

Vnica enim responsione tolluntur omnia
dicta obiecta; Dum ex sententia D. Iudicis Or-
dinarij, dato, quod testes fabrimurarij depo-
nentes de valore in scutis 933. non conclude-
rent: Nihilominùs constito de melioramentis
in genere, & facta oppositione ante sententiam
relaxationis bonorum, ex traditis per *Præsidem*
de Franchis decis. 112. *Donat. Anton. de Marin. lib.*
2. *variar. cap.* 133. *num.* 18. & 19. nouissimè
idem

idem de Marinis in obseruation. Aureis ad decis.
R. Reuerterij Cam. Neap. decis. 559. num. primo,
vers. At apud Nos, tom. 2. Dum d. melioramenta
non sunt pænitus illiquida, licet sit illiquida
quantitas, benè potuit d. liquidatio reseruari
30 in ipsius executione: Cum illiquidum dici non
possit, quod de breui liquidari potest, Bart. in l.
in cōpensatione 8. ff. de compensat. Paris. cons. 121.
num. 24. lib. 1. Vinc. de Anna allegat. 80. nu. 4.
Magon. dec. Luc. 1. num. 34. Rot. in Romana Re-
stitutionis Dotis 10. Ianuarij 1650. §. Ideò pro
huiusmodi summa coràm Eminentiss. Ottbobono.
Eadem Rot. in Bononien. Nullitatis Concordiæ 12.
Iunij 1645. §. 2. pro inefficacia coràm R. P. D. meo
Cerro, & post Zacch. de oblig. Cameral. decis. 129.
num. 6. 7. & 8. Gratian. dec. Marcb. 8. num. 12.
31 & 13. & dec. 81. num. 32. Et in terminis me-
lioramentorum ità seruari de æquitate, neque
admitti cautionem, seu fideiussionem de refi-
ciendo dd. melioramenta, Peregr. de fideicom.
art. 50. num. 83. Carroce. tit. de expens. num. 21.
& seq. fol. 220. à terg. Marescott. variar. resolut.
lib. 2. cap. 112. num. 20. & 21. Excell. Andreol.
controuers. 42. num. 5. Vbi de magis communi
Pacific. de Saluian. interd. inspect. 2. cap. 2. n. 242.
& 243. D. Franc. Censal. ad Peregr. d. artic. 50.
fol. 330. vers. Quod si exceptio, Intrigliol. de substit.
cent. 3. qu. 74. num. 105. & 106. Put. decis. 471.
num. 7. versic. Et licet; & dec. 474. num. 3. lib. 2.
Borgnin. decis. 44. num. 67. lib. 1. Gratian. decis.
Marcb. 7. num. 13. & dec. 225. num. 3. Lepid.
decis. 57. §. Diximus solutis priùs melioramentis,
et dec. 82. in princ. Rot. post Post. de subbastat. dec.
69. num. 39. & coram Sacrato in Romana de Tba-
sanris 11. Ianuary 1613. relat. per Marchesan. de
Commiss. tom. 1. fol. 1087. & dec. 387. num. 10.
par. 4. tom. 2. recen.
32 Et hæc tantò magis vindicant sibi locum, at-
tenta dispositione d. cap. 103. Vbi Locator nō
potest expellere Conductorem; Nisi refectis
melioramentis, nec potest admitti cautio, seu
fideiussio, Rot. dec. 369. num. 9. par. 4. tom. 2.
recent.
33 Neque minimè obstare dicebatur obiectum,
scilicet dari electionem Domino, & Locatori,
vt soluat æstimationem ruderum, & cemento-
rum, vel patiatur ædificatum abradi iuxta ea,
quæ in istis terminis tradit Donat. Ant. de Ma-
rin. quotidian. resolut. lib. 2. cap. 134. sub num. 3.
& seq.
Etenim fuit pluribus modis responsum. Pri-
mò, quòd Statutum in hoc corrigit Ius commu-
ne, quatenus admitterentur dicta in obiecto:
34 Cum in d. cap. 103. Expressè caueatur, quòd
satisfiat Conductori de melioramento, ante-
quam dimittere compellatur, si d. melioramen-
tum factum fuerit de voluntate Locatoris:
35 Quapropter cessat ratio d. conclusionis, quæ
fundatur in eo, quod Conductor ad sui libitum,
& pro sua commoditate rem conductam me-
liorauerit, Alba cons. 269. num. 6. Vndè cum
vt supra fuit ostensum, dicti Coloni nōn ædifi-
cauerint pro libito eorum voluntatis; sed cum
licentia, & beneplacito hæredis, & aliorum,
qui in fideicommisso, & bonis prædictis succes-
36 serunt; Sequitur, quod melioramenta, quæ
fiunt de voluntate partium, semper pro ijs detur
retentio; Imò etiam repetitio, vt in fortioribus
fundat, Lepid. decis. 8. §. Quinimò.
37 Secundò fuit responsum, quod dicta in obie-
cto nō procedunt in melioramentis necessarijs,
vel etiam vtilibus, vt suprà demonstratum fuit,
& modò additur in terminis, Petra de fideicom.
qu. 15. num. 278. vers. Secundò dici potest; Sed
38 solùm in melioramentis voluptarijs: Quia hu-
iusmodi melioramenta non deducit Colonus;
sed abradit, si fieri possit sine deterioratione
fundi, & tunc etiam est in electione Domini vel
soluere æstimationem ruderum, & cemento-
rum, vel pati, vt abradantur, Peregr. de fideic.
d. art. 50. num. 54. Marescot. var. resolut. lib. 2.
cap. 111. per tot. Franc. Censal. ad Peregr. d. art.
50. fol. 330. col. 1. vers. Et hinc resoluitur, Me-
noch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 530.
cum alijs passim.
Imò dictum motiuum potiùs respiciebat li-
quidationem per d. D. Iudicem à quò reserua-
tam in executione sententiæ, vbi, vt supra dixi,
39 latè discussio articuli fieri poterit: Nam si erit
locus abrasioni, erunt æstimanda ædificia, tan-
quàm rudera ab ædificio separata; Si verò erit
locus refectioni, prout re vera est, erunt æsti-
manda, vt ædificia consistentia, & integra, ad
latè tradita per Marescott. variar. resol. lib. 2.
cap. 114. per tot. Maximè quia sumus in melio-
ramentis factis de licentia in fundo locato, quæ
quidem licentiæ sunt indefinitæ, nec restrictæ
ad summam limitatam.
Minimè etiam obstare posse videbatur, quod
Coloni, qui præfata melioramenta fecerunt,
teneantur eorum valorem compensare cum
fructibus, quos perceperunt ex præfatis melio-
ramentis.
40 Fuit enim responsum, obiectum procedere
posse in ijs, qui habent tantùm in fundo, in quo
prædicta faciunt, bonam fidem; Non autem
quādo Coloni habent aliquale Ius vltra dictam
bonam fidem, etiamsi dicantur simplices de-
tentores, iuxta tradita per Glos. cōmuniter re-
ceptam in l. Emptor, verb. superfluum, ff. de rei ven-
dicat. Glos. & Bart. & communiter Scribentes in l.
sumptus, & in l. in fundo, ff. eod. Alex. cons. 154.
n. 5. lib. 6. Qui testatur de communi; & cons.
123. in fin. lib. 1. Curt. Iun. cons. 165. num. 15.
Castren. cons. 270. num. 3. in fin. lib. 2. Garzias de
expens. & meliorat. cap. 23. n. 53. Vbi testatur,
quod

quod nemo contra opinionem d. *Glos.* Tenuerit *Fontanel. de pact. nupt. clausul. 6. Glos. 5. par. 1. num. 9. vol. 2. Gratian. discept. forens. cap. 193. num. 3. cum duobus seqq.* latissimè *Anton. de Amat. var. resol. cap. 14. à num. 68. versic. Vel Maritus, aut Conductor, lib. 1. Niger de except. cap. 8. num. 16. Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 7. num. 25. Vinc. de Franch. dec. 109. nu. 4. Gamma decis. 310. nu. 4. & 5. Rot. dec. 112. n. 1. par. 2. recen. Faber. in Cod. tit. de fruct. & lit. expens. lib. 7. tit. 18. definit. 70. in fin.* Quam distinctionem inter bonæ, & malæ fidei possessorem dicebat vnus ex DD. fuisse pluriès approbatam à *Rota*, & præsertim *in vna Romana Domus 24. Ianuarij 1650. coram dollesi, bon. mem. R. P. D. Bichio, §. Nec non detrahendo, & §. Quò*
41 *tertiò ad fructus melioramentorum*: Vbi post agitatam illam in Iure satis controuersam quæstionem; An fructus melioramentorum post litem percepti fiant absolutè meliorantis, vel meliorans ipse teneatur compensare cum expensis ipsorum melioramentorum; Tandem concludit ab ea pro nunc nō recedendum ad effectum, vt imposterum se obligaret ad quæstionis præfatæ præcisam decisionem; De cuius quæstionis resolutione vide nouissimè *Cappyc. Latro dec. 63. Mareian. disputat. 38. num. 44. & Donatum Antonium de Marinis in doctissimis obseruationib. ad decis. C. Neap. Reg. Reuerterij decis. 559. nu. 2. vers. Quantum verò.*

Neque etiam obstare fuit dictum enarrata per *Cornazzan. dec. 36. num. 2.*

42 Dum fuit responsum, quod *Cornazzan.* loquitur in tertio casu præfati *Statuti cap. 103.* Scilicet in vers. *Et nisi infra dd. decem dies soluerit, & fideiussores dederit, possit, & debeat expelli; Saluo tamen omni melioramento, si quod haberet &c.* Non autem in primo casu eiusdem *Statuti*: Videlicet quando melioramenta sunt facta de voluntate, & licentia DD. Locatorum, qui pro tempore fuerunt; Nam tunc mandat idem *Statutum*, Ante quam restituatur res, refici melioramenta; Quod secùs in casu *Cornazzan.* vt videre est, vbi nulla licentia concurrebat: Ideoq. benè dicit, posse stare simul, quod Colonus per Iudicem expellatur, & quod ipsi reseruentur fora petendi melioramenta in alio Iudicio, si quæ habet; Quando scilicet non fuerunt facta cum licentia Locatoris, & si aliter loqueretur *Cornazzan.* Decisio esset contra expressa verba *Statuti*.

43 Neque tandem obstat dispositio *cap. 107. lib. 1. Statutorum Vniuersalium*, Scilicet, vt Conductor finita locatione, nullas defensiones possit proponere, vel allegare aduersus non dimissionem rei locatæ; Quod *Statutum* est conforme etiam dispositioni *text. in l. si quis conductionis, §. ex conducto Cod. locat.* Vt Coloni non valeant refricare quæstionem dominij in dimissione facienda rei locatæ; Ideòq. exceptionem præfatam retentionis pro dd. melioramētis, inspecto tàm Iure communi, quàm sanctione Statutaria, omninò esse denegandam.

44 Fuit itaque responsum, quod exceptio retentionis est tantæ efficaciæ, quod etiamsi per Statutum dicatur, nullam defensionem posse proponi, seu exceptionem opponi, adhuc opponi valeat, & sublata nunquam censeatur, etiam quod per Statutum prædictum fuisset prohibitum quodlibet remedium in pũcto *Barzius dec.*
45 *Bononien. 109. num. 43.* Et ratio est, quia retinere volens, non dicitur excipere; Sed rei incumbere ratione ipsorum melioramentorum, *Barz. vbi proximè, Boer. & alij apud Gratian. discept. forens. cap. 356. num. 29. vers. Et facit, & num. 30. Bimiu. cons. 187. num. 21. & 22. vol. 2.*
46 Et in terminis, quod etiamsi Statutum sit in loco mandans rei locatæ faciendam esse restitutionem, quacunque exceptione non obstante, vt non comprehendat exceptionem retentionis melioramentorum: Maximè quandò sunt vtilia, & necessaria, vel fuerint facta ex licentia Locatorum, fundat *Gurb. decis. Sycil. 63. num. 11.*

Absoluimus ambas partes ab expensis, ad tradita per *DD. in l. properandum §. sin autem alterutra Cod. de Iudic.*

Et ex his ita fuit decisum vtraque parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Emptor ex pretio rei emptæ dimittens creditorem sui venditoris habentem omnia bona obligata, & hypothecata, an, & quando super eisdem bonis emptis possit iuuari retentione pro summa soluta aduersus alios creditores posteriores habentes pariter bona hypothecata, etiā nulla interueniente Iurium cessione, & de alijs ad materiam. Depositum an, & quando dicatur rectè factum. Immissio an possit pro indiuiso concedi.

SVMMARIVM.

Immissio vigore Saluiani Interdicti denegari non potest concurrentibus omnibus requisitis, de quibus per Caputaquen. decis. 260. par. 2. *num. 1. Et enumerantur, num. 2. 3. & 4.*

Emptor

Emptor ex pecunia dimittens creditores venditoris ſuccedit in anterioritatem eorundem ſuper bonis emptis, & aduerſus alios concreditores poſteriores competit ei retentio, num. 5. Ampliatur num. 6. & 16. Fallit num. 7.

Emptor, ex cuius pecunia liberatur pignus, licet ſine pacto, & ceſſione non ſuccedat in Ius anterioris creditoris quoad actionem, ſuccedit tamen quoad exceptionem, num. 8.

Creditores poſteriores permitti non debet, quod eum aliena pecunia efficiantur anteriores, & cum aliena iactura locupletentur, num. 9.

Poſſeſſori datur exceptio retentionis, aſſignando rationem, & quod exceptionem retentionis ſola aequitas tribuat, num. 10.

Exceptio retentionis emptori ſemper competit, niſi quantitas, quæ ex pretio ad antiquiorem creditorem peruenerit, cum legitimis acceſſionibus offeratur, num. 11. Regens à Ponte reſtringit d. concluſionem contra Accurſij *dictum num. 12. Quamnam verò opinionem amplexa fuit,* Rot. Lucen. *num. 13.*

Deciſio Ludouiſ. 68. num. 4. *Non habet locum, quando ex Inſtrumento ceſſionum reportatarum liquidò elicitur, quem voluiſſe emere nomen debitoris, num. 14.*

Venditore mandante fieri aliquam extinctionem per emptorem ex pretio rei venditæ, non ſequitur, vt pro mandante ſoluiſſe dicatur, num. 15.

Procurator obligatus ad emendum pro Domino, ſi pro ſe emat, licèt ex pecunijs Domini, ſibi acquirit non obſtante obligatione, num. 17.

Retentio denegari non poteſt concurrentibus requiſitis enunciatis per Gloſ. in l. 1. Cod. qui in prior. credit. loc. *num. 18.*

Extinguens negotium veile agere, & retinere poteſt aduerſus alios creditores, num. 19. Et de ratione. Ibidem.

Debitor principalis quandò vti tertius poſſeſſor abſque impedimento incompatibilitatis acquirere poſſit, Iura cedentis, num. 20.

Venditor cenſus in Inſtrumento venditionis facit duò, ſcilicet vendit cenſum, & acquirit pactum de reuendendo, num. 21. Et in quo ex iſtis Iuribus ceſſionarius repræſentet venditorem d. cenſus, nu. 22.

Emptor ſoluens anterioribus creditoribus rei emptæ ſuccedit in locum eorundem abſque vllo pacto, & ceſſione, num. 23.

Cenſuarius creditor ſolutionem recipere, effugere non poteſt ob obligationem vigore pacti de retrouendendo in Inſtrumento appoſiti, quo caſu accepta pecunia per creditorem, emptor in eius locum ſuccedit, num. 24. Et de ratione, num. 25.

Creditor poſterior hypothecarius, qui redempto cenſu antiquiorem dimiſit creditorem cum propria pecunia, in locum creditoris dimiſſi ſuccedit, ſiue per ſubrogationis pactum ſibi proſpiciat, ſiue nihil de ſucceſſione conueniat, num. 26. Et in ſpecie de Emptore rei, in qua ſe accollauit cenſus paſſiuos, num. 27. Et quod pro rata ſic tutus retentionis exceptione, num. 28.

Dictiones, Dedit, & aſſignauit, *Non extinctionem, ſed dominij tranſlationem importent, num. 29.*

Per Dictionem, Dedit, *ſemper omninò dominij tranſlatio facta intelligitur, num. 30.*

Per Clauſulas, Conſtituens, ponens, ità quod &c. *Cenſus dicitur reuenditus tranſlatiuè, non autem extinctiuè, num. 31.*

Clauſula, Ponens, *Inducit Iurium ceſſionem, & tranſlationem vtilium actionum, num. 32.*

Verbum, Reuendidit, *Importat veram, & propriam venditionem, quando conſtat de voluntate partium, ſecundum quam verba potiùs improprientur, n. 33.*

Ceſſio Iurium, quam virtutem habeat, num. 34.

Per extinctionem cenſus emitur actio competens creditori eiuſdem, & per ceſſionem emitur nomen, & actio creditoris cenſus, ad effectum excipiendi aduerſus alios creditores poſteriores, num. 35.

Actiones, & obligationes confunduntur per redemptionem cenſus, & ſic hypotheca, quæ aduerſus poſteriores creditores reuiuiſcere non poteſt, num. 36.

Actiones confunduntur per ſucceſſionem creditoris debitori, & è conuerſo in agendo, non verò in excipiendo, num. 37.

Cenſus ſors pro demortua habetur, cum nec ideò quidem voluntariè creditori ſoluatur, num. 38. Adducitur ratio, num. 39. Datur reſponſio d. concluſioni, & rationi, num. 40. & 41.

Ius, ſeu dominium non videtur irreuocabiliter acquiſitum per imminentem bonorum euictionem, n. 42.

Pignus in re propria non conſiſtit, num. 43.

Pignoris obligatio non aliter diſſoluitur, quàm ſi dominium plenè, & irreuocabiliter acquiratur, num. 44.

Emptor licet efficiatur dominus rei emptæ, nulla tamen eſt facienda differentia inter ipſum, & poſſidentem ex cauſa pignoris ad effectum retentionis etiam abſque alia Iurium ceſſione, num. 45.

Creditores poſteriores rem emptam ab emptore auocare poſſunt, cum loco pignoris penes ipſum eſſe videatur, num. 46. Contrarium tenuerunt Gloſ. *&* Bart. *num. 47.*

Dominium quando non eſt irreuocabile, non impedit concurſus dominij, & hypothecæ reſpectu emptoris, num. 48.

Dominium quæſitum emptori, ſaltem reſpectu iuris offerendi quod poſterioribus creditoribus competit, reuocabiliter tranſlatum dicitur, num. 49.

Retentio non competit, quando cenſus extinctio habetur pro actu voluntario, ex quo creditor non poteſt agere, num. 50.

Emptor ſoluens de propria pecunia in cauſam rei creditoribus anterioribus, quando iuuari poſſit aduerſus poſteriores actione, vel retentionis exceptione, num. 51.

Vbi militat eadem ratio, ibi eadem iuris diſpoſitio eſſe debet, num. 52.

Emptori

Emptori datur retentio rei censuatæ, si cum pretio rei emptæ creditores censuarios dimiserit, num. 53.

Extinctio census facta ab emptore rei censuatæ censetur facta translatione ad effectum conseruandi Iura anteriora, & ad effectum excipiendi, num. 54.

Extinctio census est compatibilis cum translatione Iurium ad effectum se tuendi, & defendendi aduersus creditores posteriores, num. 55.

Solutio quando directè fit creditoribus, qualis videtur ipsamet accollatio censuum, soluenti actio non quaritur sine Iurium cessione, sed retentio, num. 56.

Declaratur Merlin. de pignorib. & Rot. post eund. decis. 93. num. 57. 58. & 59.

Depositum eo ipso, quod fit, statim extinguuntur actiones, & consequenter cessiones subsequuta tanquam fundamento carentes non debent attendi, etiam ad effectum retinendi, num. 60.

Depositum quid requirat, vt dicatur benè factum, num. 61. & 62.

Fructuum solutio non præsumitur, cum sit quid facti, sed ab allegante probari debet, num. 63.

Statut. Gabellæ Lucæ *quibus indigeat in reuenditionibus ad effectum, vt transferatur dominium, n. 64.*

Statut. Luc. cap. 18. lib. 1. *quam formam det in oblatione, seu deposito faciendo, num. 65.*

Tempus quando est appositum à Statuto, seruandum est, & qui non seruat tempus, non seruat Statuti formam, num. 66.

Citatio facta non seruata forma Statuti est nulla, n. 67.

Depositum legitimè factum vim solutionis habet, & operatur eundem effectum, ac solutio, num. 68.

Retentio datur pro indiuiso pro ea rata creditori anteriori soluta, num. 69.

Decisio II.

SPectab. Octauius de Podio, ac Philippus eius frater in solidum constituerunt annuum vnũ censum scut. 120. super nonnullis eorum bonis, prout in processu, cui &c. Illumq. vendiderunt Spect. Ludouico de Carolis acceptanti pro se, & suis hæredibus, à quibus habet caussam ad præsens Sp. Stephanus de Carolis pro scutis 2000. cum obligatione generali, & particulari non solùm bonorum, super quibus fuit impositus census, sed etiam omnium aliorum bonorum, prout ex Instrumento sub 22. Martij 1635. rogat. per Egr. Notarium Petrum de Carolis, cui &c.

Præsupposita venditione quorundam bonorum facta à prædict. DD. de Podio Sp. D. Lando de Diuersis pro pretio scutorũ 2340. de quibus remanserunt in manibus d. Sp. Landi de Diuersis scut. 627. ad effectum, vt recomperare posset censum in summa scutorum 600. constitutum ad fauorem Actoris D. Cæsaris Ciomei super eisdem bonis vsque de anno 1618. & scut. 27. pro extinguendis fructibus ex dicto censu decursis, prout ex Instrumento rogato à Ser Horatio Pagnini die tertia Decẽbris 1618. cui &c.

Præsupposita pariter decoctione d. D. Philippi de Podio in Curia Mercatorum de anno 1650. Syndici Creditorum d. Philippi soluerunt d. D. Stephano de Carolis scut. 651. pro fructibus dicti census scut. 2000. decursis, & non solutis, & quoq. ad compotum Sortis principalis dicti census soluerunt scut. 1349. die prima Augusti 1651. prout ex Instrumento celebrato ab Egr. Not. Ludouico Garzoni, cui &c. Ità quòd dictus Sp. Stephanus remansit creditor capitalis eiusdem census in scut. 651.

Pro quorum consecutione instituit Iudicium Saluiani coram D. Iudice Ordinario contrà Sp. Dominos de Diuersis, aliosq. tertios possessores bonorum ad solutionem prædicti census scutor. 2000. generalitèr obligatorum, prout latius in processu, cui &c. Ipsoque compilato D. Iudex ordinarius immissionem petitam per dict. Sp. Stephanum de Carolis concessit, & relaxauit, cum condemnatione ipsorum DD. de Diuersis ad dicta bona relaxanda; *Tanta tamen rata retenta eorundem bonorum, de quibus agitur, quæ ascenderet ad valorem scut. 627.* per ipsos solutorum d. D. Cæsari Ciomei, qua caussa ad Rotam deuoluta.

Hodiè proposui dubium coràm Dominis meis, an dicta sententiá D. Iudicis Ordinarij esset confirmanda; vel infirmanda, & Domini Vnanimi Voto confirmandam esse dixerunt.

Etenim Iustitia sententię resultat ex eo, quod in dicto Iudicio Saluiani remanserunt probata omnia extrema necessaria per d. D. Stephanum de Carolis, vt ex reuolutione processus clarè
1 apparet, ex quo in eo cõstat interuenisse omnia requisita, de quibus per *Caputaquen. decis. 260. part. 2.* quibus concurrentibus immissio eius vigore non poterat denegari, *Menoch. de adipisc. remed. 3. quæst. 29. num. 161. Puteus decis. 301. lib. pr. Rota decis. 324. nu. 3. & 456. n. 1. par. 10 recentior. Duranus decis. 40. num. 6. & 401. Ludouisius decis. 491. num. 6. cum alijs passim.*
2 Nam creditum dicti Sp. Stephani, quod est primum extremum Saluiani, fuit probatum per publicum Instrumentum impositionis census cum hypotheca omnium bonorum, per quod illud probari, dixit *Rot. decis. 13. & 15. num. pro post Pacificum de Saluiano, Duranus d. decis. 401. num. 3. & fuit dictum in Romana Saluiani 12. Ianuarij 1646. coram b. m. Arguelles.*
3 Alterum, & secundum extremum in d. Iudicio Saluiani fuit etiam probatum, scilicèt possessio bonorum DD. de Podijs Impositorum census, in quibus immissio legitur concessa (à qua nunc pendet appellatio) prout ex Instrumentis in processu exhibitis clarè constat, quibus concurrentibus non poterat denegari immissio

missio in Saluiano, etiam contrà tertios posses-
sores, Rota in Romana Saluiani 26. Nouẽb. 1646.
coram Reuer. D. Rayat. §. alterum, & in Romana
Saluiani 12. Ianuarij 1646. corã b. m. Arguelles
imp. post Merlinum de Pignoribus decis. 108. num.
1. 2. & 3. vbi maximè accedente (prout hîc)
Partis Cõfessione circa bonorum possessionem,
quæ superat omne genus probat. ead. Rota d. n. 3.
4 Vltimum verò extremum Saluiani nempè,
quod dicta bona possideantur, & sint possessa
inter alios per dd. DD. de Diuersis, remanet
comprobatum ex Instrumentis bonorum, de
quibus agitur, ac eorum possessionis captæ, ac
etiam litis substentatione, Burat. decisione 693.
num. 51. & ibi Addent. Lit. A. Rota decis. 356.
num. 4. par. 5. recentior. Seraphin. decis. 1415.
num. 3. & fuit dictum in Perusina Saluiani 12. De-
cembris 1639. coram Reuer. Royas, & in dicta
Romana Saluiani 12. Ianuarij coràm Arguelles.
Quibus enim iustificatis res transiuit apud DD.
meos absq. difficultate.

Difficultas enim consistebat in illa particula
Sententiæ D. Iudicis ordinarij (Retenta tanta
quantitate &c.) scilicèt circà caput retentionis
concessæ Dom. de Diuersis pro dicta rata scut.
627. in eisdemmet bonis, & per Dominos meos
plenè degustato articulo, fuit dictum, dictam
retentionem benè per dict. D. Iudicem ordi-
narium pro rata dd. DD. de Diuersis fuisse con-
cessam in eisdemmet bonis, in quibus fuit im-
missus Dom. Sp. Stephanus de Carolis.
5 Equidèm in iure satis est indubitatũ, empto-
rem, cuius pecunia creditores venditoris dimit-
tuntur, loco creditoris, cui satisfactum est, tu-
tum esse exceptione anterioritatis super bonis
emptis, & ab eo possessis, aduersùs alios vendi-
toris creditores posteriores, eique competere
retentionem, quemadmodùm competebat an-
terioribus creditoribus, si satisfacti non essent,
Ità quod emptor loco creditoris, cui satisfactũ
est, subrogetur, l. prima Cod. de his, qui in prior.
6 Credit. Loc. succed. etiam nulla interueniente
iurium cessione, & circumscripto pacto de
subintrando in creditorum iuribus, iuxtà praci-
tat. tex. vbi glos. Bart. Salycet. & alij, & in l. cum
7 prior. ff. de distract. pignorum, vbi si cùm pretio
rei emptę anteriori creditori fuerit satisfactum,
eatenùs emptor poterit à creditoribus poste-
rioribus molestari, quatenùs sibi pretium ero-
gatum, & ad manus creditorum anteriorum
peruentum restitnatur cum vsuris, & probatur
in text. in l. cum qui 17. ff. qui potiores in pignore
habeantur, l. Emptor 56. ff. de euict. l. prima, ff.
quib. mod. pig. vel hyp. soluitur, vbi Fulgosius, &
8 Bart. in summario dicunt, quod emptor, ex cuius
pecun. pignus liberatur, licèt sine pacto, &
cessione non succedat in ius anterioris credit.
quoad actionem, succedit tamen quoad ex-
ceptionem, quemadmodùm etiam in puncto
firmarunt Bald. cons. 25. num. 8. lib. 1. Corneus
cons. 245. num. 3. vers. Sic est quod, lib. 2. Surdus
cons. 444. num. 14. lib. 3. & cons. 183. num. 18.
Mantica de tacitis, & ambig. lib. ij. tit. 29. num. 6.
Paulus Stusbaw. Iunior resolut. forens. decis. resolut.
5. num. 28. & 29. Præses de Franchis decis. 134.
num. 4. 5. 6. 7. & 8. vbi testatur de magis com-
muni opinione, idem de Franchis decis. 550. Ma-
ganius decis. Lucan. 106. num. 25. Gratian. decis.
Marcb. 66. num. 8. 9. & 10. idem Gratianus di-
scept. forens. cap. 269. à num. 8. 13. 34. & 35. &
cap. 734. num. 18. Rota post Pacificum de Saluiano
decis. 290. nu. 4. & 5. Buratt. decis. 420. sub n. 3.
& ibi Ferentilla sub nu. 10. eadem Rota decis. 308.
nu. 5. post Cencium de Censibus, & post Zacchiam
de obligatione Camer. decis. 187. num. 17. & apud
Manticam decis. 69. num. 3. & fuit dictum in dicta
Romana Saluiani, seu Attentatorũ 19. Iunij 1647.
§. præsertim coram b. m. Arguelles, qui omnes
testantur istam opinionem, tanquàm benignio-
rem, humaniorem, & magis communem esse
amplectendam, & præcipuè Gratian. d. cap. 269.
& Rota in dicta Romana Saluiani proximè citata,
§. præsertim, & in terminis Census dixerunt Ro-
doriq. de annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. n. 52.
Felician. de Censibus lib. 3. cap. 2. num. 19. Anto-
nin. de Amato variar. resolut. lib. pri. resolut. 7.
num. 32. 37. 42. & 45. Marius Giurba obserua-
tione ij. lib. pr. sub num. 29. idem Giurba decis. 87.
num. 20. qui fundant, quod licèt Tertius censum
redimat soluendo capitale, & fructus absq. alia
cessione, ac etiam nullo præcedente pacto de
subintrando in locum creditoris, nullam acqui-
rat hypothecam, seu anterioritatem, tamen
acquirat defensionem, seu exceptionem, qua
mediante poterit se tueri aduersùs posteriores
creditores, & ratio est, quià cum emptor, &
possessor proprijs pecunijs, bona empta à ser-
uitute, seu onere census liberauerit, omnis ra-
tio, & æquitas postulat, vt id ad sui cõmodum
cedat, non autem ad commodum posteriorum
9 creditorum: aliàs sequeretur absurdum, quod
creditores posteriores cum aliena pecunia effi-
cerentur anteriores, & quasi cum aliena iactura
locupletarentur, quod permitti non debet ad
tex. in l. nam hoc, ff. de condit. indeb. in punct.
Christoph. Martius Medic. examin. 56. à num. 15.
& est doctrina Bartoli in l. pr. in princip. ff. quib.
mod. pignus, vel hypotheca contrahatur &c.
10 Vndè dignoscitur dandam esse possessori re-
tentionis exceptionem, Carlenal. de Iudic. lib. 1.
tit. 3. disput. 35. num. 18. 19. & 20. Gratian. d.
cap. 269. num. 8. & seqq. & dicta decis. Marcb.
66. num. 10. Merlin. de pignoribus, & hypothecis
lib. 4. tit. 2. quæst. 44. num. 8. 9. & 10. Cùm
illa faciliùs, quàm actio concedatur, l. prima, ff.
de pignorib. Decian. cons. 94. n. 27. lib. 3. Hieronym.
de

de Leo decis. Valentin. pr. num. 23. *lib. pr. D. Ferdinand. Arias de Mesa variar. resolut. lib. pr. cap.* 17. *per totum*, vbi ait, quoad retentionem possessorem in Ius prioris succedere, & quod exceptionem retentionis sola æquitas tribuat, *l. sumptus* 48. *ff. de rei vendicatione, idem Arias de Mesa d. cap.* 17. *num.* 12. *& cap. pr. num.* 4. *&*
11 *cap.* 4. *num.* 5. fundat, quod semper emptori dicta exceptio retentionis competat, nisi quantitas, quæ ex pretio ad antiquiorem creditorem peruenerit, cum legitimis accessionibus offeratur, *Afflict. decis.* 8. *& decis.* 16. *Capyc. decis.* 202. *num.* 4. *de Franchis decis.* 453. *& decis.* 550. *n.* 5. *Burzius decis.* 50. *Faber in suo Cod. definitione* 7. *lib.* 8. *tit.* 9. *Intrigliolus decis.* 28. *n.* 5. *Hieronym. de Leo decis. Valent. pr. num.* 37. *lib. pr. Consil.* conf. 63. *num.* 8. *idem Arias de Mesa d. cap.* 4. *n.* 6. qui acerrimè insurgit cõtra *Reg. de Ponte cons.* 87.
12 *num.* 6. *lib. pr.* substinentem tantùm emptori dari exceptionem aduersus ipsum debitorẽ, non autem aduersus alios creditores posteriores contrà *Accursium in l.* 3. *Cod. de his, qui in prior. credit. loc.* ac etiam, quod supra posita conclusio communiter à præfatis Doctoribus approbetur in casu, quo agitur de rei possessore, cuius pecunia est dimissus creditor anterior, & *sic videtur posse* applicari potiùs supra nostram firmatam conclusionem in creditore possidente causa pignoris, quàm in emptore, qui rei venditæ dominium acquisiuit, iuxta ea, quæ subtiliter, vt dixi, deducit *de Ponte dict. cons.* 87. *n.* 3. *versic. Et non sponte, sed causatiuè quia emit, & num.* 20. *cum seqq.*

13 Tamen quoad effectum retentionis DD. firmarunt pedes, eandem conclusionem procedere in emptore soluente pretium venditori ad suam obligationem extinguendam, etiam absq. alio pacto succedendi in ius anterioris creditoris, vt in puncto firmat *glos. in l. si potiores*, verbo successisti, *Cod. de his qui in priorum credit. locum, Benintend. decis. Bonon.* 50. *num.* 3. *versic. Nam eam in primis*, vbi ad interpretationem *text. in l. Arist. ff. quæ res pignori obligari possunt*, multa deducit, & ad contraria respondet, *Boerius cons.* 47. *num.* 7. *vers. Cum dict. Augier. non esset verus Debitor primi, à quo acquisiuit, sed emptor rei &c. Intrigliolus decis. Syc.* 28. *num.* 5. *&* 6. *lib. pr. de Franchis decis.* 97. *nu.* 1. *&* 2. *Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 30. *à num. pr. cum seqq. idem Franch. de decis.* 34. *num.* 4. *Rot. post Pacific. de Salu. decis.* 290. *num.* 5. *vers. Tunc enim sufficit pretium rei emptæ*, & fuit in specie firmatum in *dict. Romana Saluiani, seu Attentatorum* 19. *Iunij* 1647. §. *præsertim cum certum sit coràm b. m. Arguelles.*

Quibus omnibus neque fuit visum obstare qualitas pecuniæ, quâ redemptus fuit à Dominis de Diuersis census, de quo agitur, nempe ex pretio prædij empti, & venditi à DD. de Podijs, & sic intrare decis. *Ludouisij* 68. *num.* 4. cum alijs, quæ cumulari possent.

Quia fuit responsum, quod dictum obiectum non obstat, quandoquidem ex lectura Instrumenti cessionum reportatarum liquidò elicitur Domin. de Diuersis voluisse emere nomen debitoris *Martius Medices exam.* 27. *numer.* 25.
14 Ideòque expressum voluerunt, quod huiusmodi redemptionem faciebant cum proprijs pecunijs, & sic non ex pretio bonorum emptorum, in quibus terminis videtur loqui *Rota penes Ludouis.*
15 & si enim in manibus Domin. de Diuersis essent tunc scuta 600. pro ea facienda extinctione equidem per venditorem mandata, non ideò sequitur, vt pro mandante soluisse dicantur, *Faber in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 25. *definit.* 4. *n.* 4. Quod regulariter diceretur, si Dom. de Diuersis non fuissent se declarati emere de proprijs pecunijs, & non obtinuissent iurium cessionem à Dom. Census anteriore; sicque non id simpliciter agere, vt fundus liber efficeretur, maximè cum de tempore redemptionis essent creditores declarati antedictorum venditorum de Podio, quo casu poterant, sicut suprà pacisci,
16 quippè etiam nulla, vt pluriès dictum est, obtenta cessione, successissent in ius dicti primi creditoris, *Faber in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 9. *diffinit.* 2. *&* 3. *cum seqq. & diffinit.* 7. *et* 8. *per totam, Niger. de exceptionib. except.* 1. §. 19. *num.* 26. *Martius Medices exam.* 56. *num.* 16. *& est tex. rotundus in l. pr. Cod. qui potiores in pignore habeantur*; Vltrà quod semper attendi debet, quod factum
17 fuit, quàm quod fieri debuit, prout in simili dicitur in procuratore obligato ad emendum pro Domino, quod si pro se emat, licèt ex pecunijs Domini, sibi acquirit, non obstante obligatione, *ad tex. in l. multum interest, vbi Bald. & alij, & in l. qui alienā Cod. si quis alteri, vel sibi*, & fuit dictum in *Bononien. Mandati* 26. *Iunij* 1613. *corā Pamphilio*, & eadem Rota in nostris terminis fundauit in *illa Romana Saluiani interdicti Lunæ* 12. *Nouembris* 1618. *coram Rembaldo impress. post Cencium de Censib. decis.* 367. *num.* 1. *&* 2. *in nouissima impressione.*

Imò subdebat vnus ex Dominis, quod etiam si contemplari deberentur Domini de Diuersis tanquàm soluentes pro Dominis de Podio venditoribus, & respectiuè principalibus debitori-
18 bus census D. Ciompi, &c. Adhuc cum hic concurrant tria illa requisita enunciata per *Glosam in l. pr. Cod. qui in prior. Credit. loc.* minimè potest Dominis de Diuersis denegari retentio, cum solutio tantò magis sit facta de pecunijs ipsorum DD. de Diuersis, & fuit conuentum de iurium cessione, & pecunia ipsa ad primum creditorem peruenit causa liberationis fundi, quibus concurrentibus (vt ibi) Dominus pe-

cuniæ in locum primi succedit, *Roderiq. de annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. num. 48. & quæst. 17. num. 1. & 2. Felician. de Censib. thom. pr. lib. 3. cap. 2. num. 18. Auendanus de Censibus cap. 34.*
19 *num.* 1. & quidèm meritò, quià cum negotium vtile extinguens gesserit, non potest difficultari, quod agere, & retinere possit, *Petrus de Luna cons. 38. num. 27. & 28.* aliàs sequeretur, quod cautela, & diligentia emptoris adhibita in soluendo pretio creditori anteriori, sibi noceret, & è contrà secundus creditor cum damno emptoris lucraretur, in puncto *Cornens cons. 245. sub num. 13. Amatus variar. resolut. 7. num. 43.* quod præcipuè vendicat sibi locum, stante decoctione DD. de Podijs, *idem Petrus de Luna citato cons. 38. sub num. 33. Negusant. de pignorib. 4. membro, 5. partis, num. 9. Carleual de Iudicijs lib. prim. tit. 3. disput. 35. à num. 23. 29. & 30. cum seqq.*
20. Secundò pro responsione fuit ponderata, distinctio, quod aut reuenditio, & cessio fiat primo, & principali debitori census, aut fiat extraneo, seu Tertio possessori rei censuatæ accollatario, seu cessionario iuris luendi; Nàm primò casu quādo ipse debitor principalis censum extinguit, soluendo sortem, si cessionem reportaret, tunc incompatibilitas cōsideratur, cum nemo sui ipsius possit esse debitor, & creditor, sed soluēdo principalis debitor proprium debitum, statim extinguitur omnis actio, & actio, & passio non possunt stare in eodem subiecto, *vt in vulgat.* Secundo verò casu videtur cessare incompatibilitas, quia tertius possessor soluendo, dicitur emere censum, licèt vtatur iure luendi sibi cesso à principali debitore, qui vti tertius possessor absq. impedimento incompatibilitatis acquirere potest iura cedentis, in puncto *Capyc. Latro decis. 16. num. 20.* vbi ait,
21 quod venditor census in Instrumento venditionis duo facit; Primùm vendit censum, & sic actum passiuum, & dicitur pati; Secundò acquirit pactum de reuēdendo, & in hoc dicitur age-
22 re, quià acquirit actionem redimendi; Vndè dum cedit Tertio istud ius redimendi, cessionarius non repræsentat venditorem in illa actione passiua, sed solùm in illa actione actiua, adeò vt primus census per solutionem non remaneat extinctus, sed translatus in tertium reementem, & pretium exbursantem, vt ratiocinatur *idem Capyc. dict. decis. 16. num. 22.* & dictam distinctionem firmauit etiam *Fabritius Branchat. in eius cons. impresso post dictam decis. Capyc. Latro 16. num. 35. & 39. Giurba decis. 87. num. 22. & 23.* & sic in terminis inter principalem debitorem, & cessionarium iuris luendi distinguit *Arias de Mesa variar. resolut. lib. prim. cap. 22. num. 8. 9. 10. & 11.* vbi firmat, quod quandò cessio fit tertio, seu cessionario iuris luendi, cessat repugnantia, & incompatibilitas, quæ tantùm cadit in cessione facta principali debitori.

Tertiò fuit responsum, quod non ipse principalis debitor fecit extinctionem, in quibus terminis loquuntur Doctores, qui in contrarium
23 allegantur, & allegari possunt; secùs tamen quādo ipsemet emptor soluit anterioribus creditoribus rei emptæ, prout in casu præsenti fecerunt Dom. de Diuersis, quia tunc non est dubium, emptorem succedere in locum anteriorum creditorum absque vllo pacto, & cessione, prout ità consuluit *Surd. cons. 183. numer. 18. Gratianus discept. forens. cap. 734. num. 18. & 19. cum alijs per Rotam in Romana, seu Anagnina Salutani 16. Ianuarij 1645. coram R. P. D. Cerro §. nec intrat Retentio*, cum qua distinctione Rota transiuit; Et tantò magis vrget responsio, quàm quià Dom. de Diuersis tenebantur extinguere dictum censum anteriorem vigore pacti in Instrumento emptionis initi, iuxtà *decis. Rot. 135.*
24 *part. 6. recentior.* & creditor de Ciomeis censuarius solutionem recipere, effugere non poterat, quia obligatus erat vigore pacti de retrocedendo in Instrumento census appositi, quo casu, accepta pecunia per creditorem, non potest difficultari emptorem in eius locum succedere, ex doctrina *Bartoli in l. Aristo oppo-*
25 *sit. 3.* vbi post *Accursium* rationem reddit, quià creditor pecuniam accipiendo, hoc velle intelligitur *de Franch. decis. 97. num. 3. Mantich. lib. 11. de tacit. tit. 28. num. 16. Negusant. de pignorib. membr. 3. 5. part. num. 45. Rota diuers. decis. 293. num. 5. Arias de Mesa variar. resolut. lib. pr. cap. 2. nu. 3. & nu. 5.* rationes adducit valdè suo
26 ingenio dignas; Et quod creditor posterior hypothecarius, qui redempto censu antiquiorem dimisit creditorem cum propria pecunia, in locum creditoris dimissi succedat, siuè per subrogationis pactum sibi prospiciat, siuè nihil de successione conuenerit, *est tex. in l. pr. Cod. qui potiores in pignore, l. vltima Cod. de his qui in prior. Cred. locum Anguissola consil. 36. num. 5. lib. 3. Cornens consil. 245. num. 13. lib. 2. Idem Arias de Mesa* in puncto Census *eodem lib. prim. variar. cap. 10. num. 13. Gaspar. Roderiquez de annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. num. 61. Costa cons. 63. num. 10. & idem Arias de Mesa cap. 2. num. 7.*
27. Et in puncto emptoris, qui in emptione rei se accollauit census passiuos, quos extinxit soluendo, acquirat eorum iura, *leg. qui à debit. Cod. qui potiores in pignore habeantur*, fuit firmatum à Rota in illa Firmana Seluiani 24. Maij 1632. coram bo. me. Pirouano, impressa post Cencium de Censibus decis. 559. & part. 6. recent. decis. 135. num. 7. &
28 *num. 14.* vbi in specie, quod emptor, qui in se accollauit cēsum pro rata pretij soluti, per viam retentionis sit tutus absq. alia cessione à posterioribus

tioribus

rioribus creditoribus, sequendo alias decisiones
apud *Caual. decis. 635. & post Cencium de Censib.
decis. 451. num. 6. 7. & 17.* vbi subditur, quod
si pretium solutum, pro quo fuit facta accolla-
rio censuum, vim solutionis eiusdem pretij ha-
bens, vt *in eadem decis. 135. n. 23. par. 6. recent.*
valorem rei venditæ non excedat, pro toto em-
ptor sit tutus exceptione retentionis aduersus
posteriores creditores: id quod etiam egregiè
deducitur *à dicta decis. 187. num. 16. vers. Quarta
est, & num. 17. post Zacchiam de obligat. Cam.*
29 Quod similitèr comprobari dicebatur ex ver-
bis illis in Instrumento recomperationis census
appositis scilicèt (*dedit, assignauit*) per quæ non
retrouenditionem D. Cæsar de Ciomeis dictis
Dom. de Diuersis facere intellexit, cū per dicta
verba, seu clausulas non extinctio, sed dominij
translatio perficiatur, *§. itaque institut. de actio-
nib. l. de legato, ff. de legatis pr. Rebuff. in l. patron.
ff. de verbor. significat.* & est doctrina *Bald. in l.
vbi adhuc in fine Cod. de iur. dotium, l. ordo Cod.
de execut. rei iudicat. Bart. in l. si constante, ff. so-
luto matr.* cum alijs relatis per *Menoch. cons. 201.
num. 6. Caualer. decis. 64. num. 7. & decis. 130.
num. 6. part. 5. recent.* & fuit dictum in terminis
clausulæ, *Assignauit, dedit, &c. in Dertusen. au-
gumenti 24. Maij 1647. coram R. P. D. Verospio
§. quod autem,* & prius in *Regien. bonorum 23. Ia-
nuarij 1647. coram Eminen. Corrado impress. post
Censalium de fideic. decis. 25. num. 5.* & magis in
terminis respectu clausulæ (*Dedit*) vt per ipsam
omninò dominij translatio facta intelligatur,
fuit dictum in *Tiburtina Castri S. Angeli ij. Martij
1650. §. Neq. obstare visum fuit. quod &c. coram*
30 *Meltio*, vbi etiam de clausula *Cessit*; quod etiam
manifestum fit ex alijs verbis in dicto Instru-
mento recomperationis appositis ibi (*item
omnia iura, & actiones quæcunque, & quæcunq.
sibi quomodolibet competentes, & competentia,
tàm contrà dictos Dom. de Podio, & eorum bona,
quàm alitèr quomodocunque, tàm vigore dicti In-
strumenti cēsus, quam sententia lata in Curia Mer-
catorum*) Ex quibus verbis colligitur DD. de Di-
uersis emptores, & D. de Ciomeis venditorē vo-
luisse facere propriam emptionem, & venditio-
nem, cum translatione in dictos emptores om-
nium iurium dicto Ciomei competentium, ma-
31 ximè accedentibus clausulis, *constituens, ponens,
ità quod &c.* vt tunc census dicatur reuenditus
translatiuè, non autem extintictiuè, vt firmauit
Rosa post Cencium de censibus decis. 359. num. 2.
vbi ponderat prædictas clausulas, & in puncto
*eadem Rosa post Merlin. de pignorib. decis. 83. n. 2.
3. 4. & 5.* vbi paritèr ponderantur supracitatæ
clausulæ, & latè dixit *Giurb. decis. 87. num. 20.
vsque ad finem, Felic. de censib. com. pr. lib. 3. cap.
2. num. 19. Capyc. Latr. dict. decis. 16. n. 14. et 15.*
32 Qui egregiè loquitur; ità quod clausula, *Ponens*;

Inducat iurium cessionem, & translationem
vtiliū actionum, *Barbos. de claus. vsufreq. claus.
tot. nu. 17, Cencius de censib. quæst. 71. sub n. 15.*
& in fortioribus terminis idem *Capyc. Latro ci-
tat. decis. 16. 36. 37. 38. 39.* Vbi fundat, quod
quando reuenditio fit Tertio, in quo non adest
defectus incompatibilitatis, prout adest in ge-
nerali debitore, tunc operatur translatiuè, non
autem extinctiuè; & in puncto census, vt quan-
33 do adest verbum, *Reuendidit*, Importet veram,
& propriam venditionem, quando constat de
volontate partium, secundùm quam verba po-
tius impropriantur, *Carleual. de iudicijs disput. 35.
num. 45. Cencius de censib. quæst. 103. num. 17.*
& in terminis *Rot. post eumdem Cenc. decis. 367.
à num. pr. vsq. ad sept.*

Et Dominis etiam placuit responsio ad pro-
positum per informantes circa supradictam
iurium cessionem reportatam per Dom. de Di-
uersis à D. Cæsare Ciomei, vt quicquid sit de ea;
34 Tamen, vt ipsa saltim virtutem habeat, trans-
ferendi, & conseruandi in soluentem primæua
iura, & anterioritates ipsi creditori census com-
petentes, ad effectum suam possessionem tuen-
di aduersus posteriores creditores, & sic dicitur
census quidèm extinctus, sed translatiuè in
tertium soluentem, ad effectum excipiendi,
*Rota post Cenc. d. decis. 559. num. 20. versic. Et
erit intelligenda*, & magis in terminis *decis. 308.
post eund. Cenc. & apud Merlin. decis. 666. num. 2.*
Vbi quod huiusmodi cessio, seu iurium transla-
tio sit compatibilis cum extinctione census;
35 Nàm per extinctionem emitur actio compe-
tens creditori census, & per cessionem emitur
nomen, & actio creditoris census, ad effectum
excipiendi aduersus alios creditores posterio-
res, vt in puncto etiam dixit *Rota in Roman.
Saluiani 27. May 1619. & 23. Iunij 1623. coram
Pirouano*, & videnda est *decisio in Roman. Præ-
lationis 2. Aprilis 1618. coram Reu. Dunozet im-
press. post Cenc. decis. 308. num. 5. & 6.* Quæ po-
nit gladium ad radicem cum illa *decis. 135. par.
6. recent. & post Cenc. de censib. decis. 559. &c.*
36 Secundò non obstare DD. visum fuit obie-
ctum, quod cum per redemptionem dicti cen-
sus sint confusæ actiones, & obligationes DD.
de Diuersis, videtur extraneum, quod hypo-
theca, vt supra confusa, seu extincta, ad eorum
fauorem aduersus posteriores creditores reui-
uiscere possit, *l. qui res, §. aream, ff. de solution.
l. eius qui §. final. ff. de iure fisci, l. nihil interest
Cod. de solution.* cum alijs per informantes, &c.
37 Quid fuit responsum, quod licèt actio-
num confusio fiat, quando creditor succedit
debitori, & è conuerso, tamen vt dicta con-
clusio procedat tantùm in agendo, secùs autem
excipiendo, vt tunc non obstet confusio, neque
dominium superueniens, vt ex *Rodor.* & alijs ab
ipso

à Titio de Santinis die 12. Septembris 1585.ac
etiam ex alio ſecundo teſtamento rogato per
eumdem ſub die 19. Aprilis 1591. Vbi tàm in
primo,quàm in ſecundo dicit hęc verba ſcilicet:
*Riſeruato però alli Salani, e Conduttori di detto
Podere le ragioni, e miglioramenti fatti in dette
Caſe dopo tale acquiſto, e locationi à loro fatte*:
Et paulò poſt infrà ibidem dicit; *Dichiarando,
che le Caſe fatte ſopra li detti beni, ò alcun di eſſo
da Salani le tengono, ouero migliorate, e li miglio-
ramenti, che vengono, ſono da riſarſeli, ſecondo le
conuentioni à eſſi Salani, e Conduttori ſi aſpettino,
& à quelli debbano eſſere riſatti, e ſodisfatti dal
Poſſeſſore di eſſo fideicommiſſo, in caſo li voleſſe
mandare via*. Tertiò probatur ex alia licentia
data per Viſcontem de Podio hæredem inſtitu-
tum à d. Cæſare, vt in proceſſu *fol.* 15. *&* 24.
Quartò probatur ex alia licentia q. Parentis de
Podio, & Io. Vincentij eius filij, & Actoris in
præſenti Iudicio, vt ex Inſtrumento rogato ab
Antonio de Carellis 21. Aprilis 1640. num. 6.
Quintò demum probatur ex licentia, quam
vltimo loco conceſſit dictus Parens ſub die 26.
Decembris 1641. vt in proceſſu *fol.* 22. *&* 25.
12 Quæ quidèm licentiæ non ſolùm inducunt bo-
nam fidem in ædificantibus, iuxta tradita per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 442. *num.* 31. Sed
obligationem reſtituendi iuxta pacta cōuenta,
ad tradita per *Rot. dec.* 64. *num.* 1. *in fin. par.* 2.
in poſthum. Farinacc. Quod idem expreſſum le-
13 gitur in *dicto Statuto in cap.*103. Ideoq. dum
caſum legis expreſſum in loco, quo Ius dicitur,
habemus; Inanum eſt Gloſas, Leges, & DD.
allegare *Niger. de exècut. rei Iudic. cap.* 11. §. 5.
num. 57. *Ambroſin. deciſ. Peruſin.* 3. *num.* 24. *et*
14 *deciſ.* 23. *num.* 16. Quæ diſpoſitio ſtatutaria
ſeruanda veniret, etiamſi eſſet contra Ius, *Pariſ.
conſ.* 86. *in fin. verſ. Si autem ſtatutum lib.* 1. *&
conſ.* 20. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. *Curt. Sen. conſ.*46.
num. 16. *in fin. Roland. conſ.* 72. *num.* 4. *lib.* 4.
15 Imò Iuri communi præualet,& potentius eſt in
loco, vbi viget, *Aymon. conſ.* 137. *ſub num.* 6.
Socin. Iun. conſ. 67. *num.* 64. *lib.* 2. *Ioſeph Ludo-
uic. deciſ. Peruſ.* 9. *num.* 30. Et fuit dictum in
Spoletana ſucceſſionis 19. *Iunij* 1651. *coram R.P.
D. meo Celſo*, §. *Iuſtitia pariter*.

Quibus non obſtat, quod primò dicebatur,
ſcilicèt circà licentias datas, vna tantum ex-
cepta, continente ſummam ſcutorum ſexagin-
ta, reliquas fuiſſe datas ab hærede, & ſubſtitu-
tis, non autem à Io. Vincentio, qui non eſt hæ-
res dd. ſubſtitutorum; ſed ex propria perſona
ad fideicommiſſum vocatus.
16 Fuit enim reſponſum primò,quod attenta li-
centia Cæſaris fideicōmittentis quoad Domos
antiquas,ac etiam licentia Io.Vincentij,vt in d.
inſtrumēto de anno 1640.in quo fit mētio quo-
que de alijs ædificijs conſtructis, & exiſtentibus
ſuper eiſdem bonis, arguitur acceptatio cum
omnibus ſuis qualitatibus,cōditionibus,& one-
ribus inſitis, *l.eum ab vno in princip. ff.de legat.*2.
latè *Caſtill. controu. tom.*5. *cap.*107. *ex num.*65.
17 *& ſeqq.* Maximè quando nulla proteſtatio
contraria interuenit, *Salgad. tractat. labyrinth.
Credit. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 84. Secundò reſpon-
detur ſufficere, Conductorem habuiſſe licētiam
à Dominis, ſeu fideicommiſſarijs, qui pro tem-
pore fuerunt, & ſucceſſerunt in hoc maioratu;
18 Ex quo ſicuti fideicommiſſarius non tenetur
reſtituere bona eius ſubſtitutis, niſi prius ſibi
refectis melioramentis, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.*
669. *per tot. D. Franc. Cenſal. meus Germanus in
obſeruat. ad Peregr. de fideicomm. art.*50. *obſeru.*1.
19 *fol.* 327. *impreſſione Veneta*; Ita quoque Colo-
nus, vel Conductor, qui de licentia fideicom-
miſſarij hæc fecit, repetere poteſt: Cum paria
ſint, quod illa fecerit fideicommiſſarius, vel
Conductor de ipſius licentia, ac ipſius contem-
platione; Quià perindè eſt, ac ſi ab ipſo per-
acta fuiſſent, *Carrocc. de locat. & conduct. tit. de
expenſ. nu.*32. 33. *&* 34. *fol. mihi* 221. *Peregrin.
deciſ.* 64. *num.* 5. *&* 6. Vbi quod ità ſemper vi-
dit ſic reſponſum in Iudicijs, idem *Cenſal. ad
Peregrin. citat. artic.* 50. *obſeru.* 2. *fol.* 327. *Me-
noch. de retinen. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 509.

Prout neque ſecundo obſtat, quod dicebatur,
prædicta procedere poſſe in melioramentis
neceſſarijs, non verò in vtilibus.

Fuit enim reſponſum, quod ſupra probaui;
Nimirum tā pro melioramentis neceſſarijs,quā
pro vtilibus, Colonis in re cōducta dari retētio-
20 nem; Et modo ſubdo,Domos prædictas factas
pro vſu, & habitatione Colonorum connume-
rati inter impenſas neceſſarias, *Caſtren.cōſ.*270.
lib. 2. *Intrigliol. de ſubſtit. centur.* 3. *qu.*74. *n.* 99.
*Petra de fideicom. quæſt.*15. *num.* 240. *verſ. Item
expenſa facta in ædificijs pro Laboratoribus, &
num.* 247. *Rolan. conſ.* 28. *nu.* 18. *verſ. Quo verò
ad ædificium lib.*1. *Ruin. conſ.*257. *num.*21. *lib.*1.
21 Quemadmodum etiam dicitur in impenſis fa-
ctis pro disboſcatione agrorum, & reductione
ad culturam, *Petra de fideicommiſſ. quæſt.* 15.
n. 250. *Roland. d. conſ.* 28. *nu.* 23. *& ſeqq. lib.* 4.

Minimè etiā tertiò fuit viſum obſtare, quod
dicebatur in fundo, ſeu podere locato de anno
1559. adfuiſſe Domum cum furno, & ob id
melioramenta, quæ fuerunt addita, fuiſſe, & eſſe
exceſſiua, & vltrà neceſſitatem culturæ bono-
rum, per Reos conuentos, & eorum Authores
conductorum.

Fuit enim reſponſum cum facto, dd. hæredes,
& ſubſtitutos in fideicōmiſſo poſſediſſe, & nunc
Io. Vincētium Actorem poſſidere in d. Cōmuni
Porcàri quamplura alia bona, & terras aratiuas,
quarum reſpectu fuerunt, & ſunt neceſſarię Do-
mus iſtæ ſuperadditæ, atque ſuperædificatæ in
ſolo

solo conducto, vt probant testes pro parte dd.
de Ioanninis examinati; Nempè primus super
7. & 8. *articulis fol.* 15. & 16. Secundus *fol.* 34.
& 35. Tertius *fol.* 51. & 52. Quartus *fol.* 63.
Et vltimus *fol.* 95. *à terg.* & 96. vbi subdit con-
cludentem rationem videlicèt: *E perche senza
dette Case non potrebbero fare i beni al Renaio, alla
Vietta, & alle Padule altre terre di detti Signori*
22 *Poggi*. Ex quibus omnibus testium depositio-
nibus deducitur optimum argumentum à veri-
simili, quod dd. de Podio, qui pro tempore
fuerunt, non dedissent huiusmodi licentias ædi-
ficandi tot Domos, & Capannas, & se obligas-
sent ad eorum valorem restituendi in casu eui-
ctionis, ac fundi dimissionis, si non existimas-
sent, & credidissent perutiles, & necessarias
fuisse ad culturam, & pro cultura aliorum bo-
norum per eos possessorum in d. Cõmuni Por-
cari; Tùm quia ipsis aliter erat consultum per
protestationem, quando videbant per dd. Con-
ductores præfata melioramenta in dd. bonis fie-
ri, ad in puncto tradita per *Marzar. de fideicõmiss.
quæst. 66. in fin. Peregr. eod. tit. art. 50. num. 63.*
Qui ità dicit, se pluries practicasse, *Gratian. di-*
23 *scept. forens. lib. 1. cap. 193. num. 13.* Tùm etiam
quia argumentum à verisimili in Iure reputatur
fortissimum, vt per *Euerard. in loco à verisimili
per tot. Vinius dec. 64. nu. 6. & decis. 366. n.* 8. 9.
24 & 11. & *decis.* 530. *num.* 9. Et quod suadet
ratio naturalis, sufficit ad decisionem causarũ,
*Riminald. Iun. cons. 67. n. 13. & cons. 464. n. 14.
cum seq. & cons. 749. num. 25. D. Lel. Altograd.
cons. 4. num. 147. & 148. lib. 2.* Maximè stante
cursu tanti temporis annorum ferè centum;
25 Nam tunc stante scientia, & patientia Domi-
norum, qui pro tempore fuerunt, minori tem-
poris spatio triginta annorum, consensus, & li-
centia præsumitur, Etiamsi non adesset, prout
adest, *Gama decis. 144. & 149. num. 4. & decis.
168. numer. 1. & per tot. & decisione 270. per
tot.* & deducitur ex *Bituntina Census 24. Maij
1647. coràm Eminentiss. Cardin. Corrado, §. Nec
iuuat.*

Quibus propemodùm dictis nihil refragatur,
quod per D. Informantem supponebatur, scili-
cèt dictos testes non indiuiduasse quantitatem
aliarum terrarum dd. de Podio positarum in
Communi Porcari in loco detto, *Al Renaio,
alle Padule, & alla Vietta*: Cum fieri possit, vt
in quolibet ex dictis locis tantùm vna cultra
bonorum pro qualibet existat, & ideò non ve-
rificari assumptum, dictos Reos conuentos fa-
bricasse dd. Domos ex d. rationabili causa;
Dum etiam pro ipsis laborandis sufficiebat pri-
ma Domus cum furno, & puteo, alijsq. commo-
dicatibus sufficientibus ad præfatum effectum
absque additamento prædicto aliarum Domo-
rum, & Capannarum &c.

Fuit etiam per vnum ex Dominis responsum,
quod dùm dicti testes fuerant moniti simplici-
tèr absq. indiuiduatione quantitatis terrarum,
ipsis non est imputandum; Dum sufficit dd.
Reis conuentis, vt virtualitèr intellexerint testes
de tanta quantitate, quanta esset capax melio-
ramentorum peractorum à dd. Reis, & ideò ibi
26 assignant optimam rationem. Ex quo paria
sunt, quod quantitas exprimatur per nomina
vniuersalia, vel per nomina quantitatiua,
quãdò certa est à parte rei existentia bonorum,
*Paris. cons. 61. num. 9. Surd. cons. 168. num. 5.
post med. Rot. decis. 59. num. 2. & 3. par. 2. diuers.
& decis. 130. n. 8. & seqq. par. 5. recent.* Quodq.
27 non sit opus exprimere quantitatem numera-
litèr; sed satis est quotatiuè, seu per aliquam
demonstrationem, prout in alijs terminis, licet
ad propositum nostrum, mirificè comprobat
*Rot. in vna Auenionen. Legitima Luna 17. Nouem-
bris 1653. coram R. P. D. Pentingero §. Nos ver-
samur per tot.*

Quartò principaliter non obstat, quod non
probauerint Rei conuenti, se, vel eorum Au-
thores fecisse huiusmodi melioramenta.

Fuit enim respõsum ex reuolutione actorum
28 constare contrarium, & præcipuè ex responsio-
ne Io. Vincentij Actoris ad primam positionem
fol. 8. & 13. à terg. contrà quam nulla datur
maior probatio vulgato, *tex. in l. cum te la 2. C.
de transaction. l. generaliter, Cod. de non numer.
pecun.* Et deponunt testes examinati pro dd. de
Ioanninis, & elicitur ex licentijs supra enuncia-
tis, productis, & recognitis &c.
26 Quintò non obstat, quod asserebatur, dd.
melioramenta non esse liquidata, & propterea
non competere retentionem; sed cautionem
de restituendo, ad in puncto tradita in *Romana
Saluiani 10. Februarij 1640. §. fin. coram R. P. D.
Verospio, et in Auenionen. Saluiani 8. Martij 1652.
coram b. m. Bichio, §. vltimo.* Et quod qualitas,
seu conditio testium non sit probata, qui super
quantitate dd. melioramentorum deposuerant,
& quod ipsi non sint periti, neque Architecti, &
quod ipsi non deponant cum sufficienti causa
scientiæ; Imò quòd ipsi videntur affirmare
contrarium; Nempè quod tantum fuerit im-
pensum, quantum melioratum; Quia ædifi-
cantes in Villis plus impendunt, quàm impor-
tet eorum valor, & æstimatio.

Vnica enim responsione tolluntur omnia
dicta obiecta; Dum ex sententia D. Iudicis Or-
dinarij, dato, quod testes fabrimurarij depo-
nentes de valore in scutis 933. non conclude-
rent; Nihilominùs constito de melioramentis
in genere, & facta oppositione ante sententiam
relaxationis bonorum, ex traditis per *Præsidem
de Franchis decis. 112. Donat. Anton. de Marin. lib.
2. variar. cap. 133. num. 18. & 19.* nouissimè

idem

idem de *Marinis in obſeruation. Aureis ad deciſ.
R. Reuerterij Cam. Neap. deciſ.* 559. *num. primo,
verſ. At apud Nos, tom.* 2. Dum d. melioramenta
non ſunt pænitus illiquida, licet ſit illiquida
quantitas, benè potuit d. liquidatio reſeruari
30 in ipſius executione: Cum illiquidum dici non
poſſit, quod de breui liquidari poteſt; *Bart. in l.
in cõpenſatione* 8. *ff. de compenſat. Pariſ. conſ.* 121.
num. 24. *lib.* 1. *Vinc. de Anna allegat.* 80. *nu.* 4.
Magon. dec. Luc. 1. *num.* 34. *Rot. in Romana Re-
ſtitutionis Dotis* 10. *Ianuarij* 1650. *§. Ideò pro
huiuſmodi ſumma coràm Eminentiſs. Ottbobono.*
Eadem *Rot. in Bononien. Nullitatis Concordiæ* 12.
Iunij 1645. *§.* 2. *pro inefficacia coràm R. P. D. meo
Cerro, & poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ.* 129.
num. 6. 7. *&* 8. *Gratian. dec. Marcb.* 8. *num.* 12.
31 *&* 13. *& dec.* 81. *num.* 32. Et in terminis me-
lioramentorum ità ſeruari de æquitate, neque
admitti cautionem, ſeu fideiuſſionem de refi-
ciendo dd. melioramenta, *Peregr. de fideicom.
art.* 50. *num.* 83. *Carrocc. tit. de expenſ. num.* 21.
& ſeq. fol. 220. *à terg. Mareſcott. variar. reſolut.
lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 20. *&* 21. *Excell. Andreol.
controuerſ.* 42. *num.* 5. Vbi de magis communi
Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 2. *cap.* 2. *n.* 242.
& 243. *D. Franc. Cenſal. ad Peregr. d. artic.* 50.
fol. 330. *verſ. Quod ſi exceptio, Inerigliol. de ſubſtit.
cent.* 3. *qu.* 74. *num.* 105. *&* 106. *Put. deciſ.* 471.
num. 7. *verſic. Et licet, & dec.* 474. *num.* 3. *lib.* 2.
Borgnin. deciſ. 44. *num.* 67. *lib.* 1. *Gratian. deciſ.
Marcb.* 7. *num.* 13. *& dec.* 225. *num.* 3. *Lepid.
deciſ.* 57. *§. Diximus ſolutis priùs melioramentis,
et dec.* 82. *in princ. Rot. poſt Poſt. de ſubbaſtat. dec.*
69. *num.* 39. *& coram Sacrato in Romana de Tha-
ſauris* 11. *Ianuarij* 1613. *relat. per Marchesan. de
Commiſſ. tom.* 1. *fol.* 1087. *& dec.* 387. *num.* 10.
par. 4. *tom.* 2. *recen.*

32 Et hæc tantò magis vindicant ſibi locum, at-
tenta diſpoſitione *d. cap.* 103. Vbi Locator nõ
poteſt expellere Conductorem; Niſi refectis
melioramentis, nec poteſt admitti cautio, ſeu
fideiuſſio, *Rot. dec.* 369. *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 2.
recent.

33 Neque minimè obſtare dicebatur obiectum,
ſcilicet dari electionem Domino, & Locatori,
vt ſoluat æſtimationem ruderum, & cemento-
rum, vel patiatur ædificatum abradi iuxta ea,
quæ in iſtis terminis tradit *Donat. Ant. de Ma-
rin. quotidian. reſolut. lib.* 2. *cap.* 134. *ſub num.* 3.
& ſeq.

Etenim fuit pluribus modis reſponſum. Pri-
mò, quòd Statutum in hoc corrigit Ius commu-
ne, quatenus admitterentur dicta in obiecto:
34 Cum in *d. cap.* 103. Expreſsè caueatur, quòd
ſatisfiat Conductori de melioramento, ante-
quam dimittere compellatur, ſi d. melioramen-
tum factum fuerit de voluntate Locatoris:
35 Quapropter ceſſat ratio d. concluſionis, quæ
fundatur in eo, quod Conductor ad ſui libitum,
& pro ſua commoditate rem conductam me-
liorauerit, *Alba conſ.* 269. *num.* 6. Vndè cum
vt ſupra fuit oſtenſum, dicti Coloni non ædifi-
cauerint pro libito eorum voluntatis; ſed cum
licentia, & beneplacito hæredis, & aliorum,
qui in fideicommiſſo, & bonis prædictis ſucceſ-
36 ſerunt; Sequitur, quod melioramenta, quæ
fiunt de voluntate partium, ſemper pro ijs detur
retentio; Imò etiam repetitio, vt in fortioribus
fundat, *Lepid. deciſ.* 8. *§. Quinimò*.

37 Secundò fuit reſponſum, quod dicta in obie-
cto nõ procedunt in melioramentis neceſſarijs,
vel etiam vtilibus, vt ſuprà demonſtratum fuit,
& modò additur in terminis, *Petra de fideicom.
qu.* 15. *num.* 278. *verſ. Secundò dici poteſt*; Sed
38 ſolùm in melioramentis voluptarijs: Quia hu-
iuſmodi melioramenta non debeit Colonus;
ſed abradit, ſi fieri poſſit ſine deterioratione
fundi, & tunc etiam eſt in electione Domini vel
ſoluere æſtimationem ruderum, & cemento-
rum, vel pati, vt abradantur, *Peregr. de fideic.
d. art.* 50. *num.* 54. *Mareſcot. var. reſolut. lib.* 2.
cap. 111. *per tot. Franc. Cenſal. ad Peregr. d. art.*
50. *fol.* 330. *col.* 1. *verſ. Et hinc reſoluitur, Me-
noch. de recuperan. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 530.
cum alijs paſſim.

Imò dictum motiuum potiùs reſpiciebat li-
quidationem per d. D. Iudicem à quò reſerua-
tam in executione ſententiæ, vbi, vt ſupra dixi,
39 latè diſcuſſio articuli fieri poterit: Nam ſi erit
locus abraſioni, erunt æſtimanda ædificia, tan-
quàm rudera ab ædificio ſeparata; Si verò erit
locus refectioni, prout re vera eſt, erunt æſti-
manda, vt ædificia conſiſtentia, & integra, ad
latè tradita per *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 2.
cap. 114. *per tot.* Maximè quia ſumus in melio-
ramentis factis de licentia in fundo locato, quæ
quidem licentiæ ſunt indefinitæ, nec reſtrictæ
ad ſummam limitatam.

Minimè etiam obſtare poſſe videbatur, quod
Coloni, qui præfata melioramenta fecerunt,
teneantur eorum valorem compenſare cum
fructibus, quos perceperunt ex præfatis melio-
ramentis.

40 Fuit enim reſponſum, obiectum procedere
poſſe in ijs, qui habent tantùm in fundo, in quo
prædicta faciunt, bonam fidem; Non autem
quãdo Coloni habent aliquale Ius vltra dictam
bonam fidem, etiamſi dicantur ſimplices de-
tentores, iuxta tradita per *Gloſ.* cõmuniter re-
ceptam *in l. Emptor, verb. ſuperfluum, ff. de rei ven-
dicat. Gloſ. & Bart. & communiter Scribentes in l.
ſumptus, & in l. in fundo, ff. eod. Alex. conſ.* 154.
n. 5. *lib.* 6. Qui teſtatur de communi, *& conſ.*
123. *in fin. lib.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 165. *num.* 15.
Caſtren. conſ. 270. *num.* 3. *in fin. lib.* 2. *Garziae de
expenſ. & meliorat. cap.* 23. *n.* 53. Vbi teſtatur,
quod

quod nemo contra opinionem *d. Glos.* Tenuerit *Fontanel. de pact. nupt. clausul. 6. Glos. 5. par. 1. num. 9. vol. 2. Gratian. discept. forens. cap. 193. num. 3. cum duobus seqq.* latissimè *Anton. de Amat. var. resol. cap. 14. à num. 68. versic. Vel Maritus, aut Conductor, lib. 1. Niger de except. cap. 8. num. 16. Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 7. num. 25. Vinc. de Franch. dec. 109. nu. 4. Gamma decis. 310. nu. 4. & 5. Rot. dec. 112. n. 1. par. 2. recen. Faber. in Cod. tit. de fruct. & lit. expens. lib. 7. tit. 18. definit. 70. in fin.* Quam distinctionem inter bonæ, & malæ fidei possessorem dicebat vnus ex DD. fuisse pluriès approbatam à *Rota*, & præsertim *in vna Romana Domus 24. Ianuarij 1650. coram doctiss. bon. mem. R. P. D. Bichio, §. Nec non detrahendo, & §. Quò*
41 *tertiò ad fructus melioramentorum*: Vbi post agitatam illam in Iure satis controuersam quæstionem; An fructus melioramentorum post litem percepti fiant absolutè meliorantis, vel meliorans ipse teneatur compensare cum expensis ipsorum melioramentorum; Tandem concludit ab ea pro nunc nõ recedendum ad effectum, vt impostérum se obligaret ad quæstionis præfatæ præcisam decisionem; De cuius quæstionis resolutione vide nouissimè *Capyc. Latro dec. 63. Marcian. disputat. 58. num. 44. & Donatum Antonium de Marinis in doctissimis obseruationib. ad decis. C. Neap. Reg. Reuerterij decis. 559. nu. 2. vers. Quantum verò.*

Neque etiam obstare fuit dictum enarrata per *Cornazzan. dec. 36. num. 2.*
42 Dum fuit responsum, quod *Cornazzan.* loquitur in tertio casu præfati *Statuti cap. 103.* Scilicet in vers. *Et nisi infra dd. decem dies soluerit, & fideiussores dederit; possit, & debeat expelli; Saluo tamen omni melioramento, si quod haberet &c.* Non autem in primo casu eiusdem *Statuti*: Videlicèt quando melioramenta fuит facta de voluntate, & licentia DD. Locatorum, qui pro tempore fuerunt; Nam tunc mandat idem *Statutum*, Ante quam restituatur res, refici melioramenta; Quod secùs in casu *Cornazzan.* vt videre est, vbi nulla licentia concurrebat: Ideòq. benè dicit, posse stare simul, quod Colonus per Iudicem expellatur, & quod ipsi reseruentur Iura petendi melioramenta in alio Iudicio, si quæ habet; Quando scilicet non fuerunt facta cum licentia Locatoris, & si aliter loqueretur *Cornazzan.* Decisio esset contra expressa verba *Statuti*.
43 Neque tandem obstat dispositio *cap. 167. lib. 1. Statutorum Vniuersalium*, Scilicet, vt Conductor finita locatione, nullas defensiones possit proponere, vel allegare aduersus non dimissionem rei locatæ; Quod *Statutum* est conforme etiam dispositioni *text. in l. si quis conductionis, §. ex conducto Cod. locat.* Vt Coloni non valeant refricare quæstionem dominij in dimissione facienda rei locatæ; Ideòq. exceptionem præfatam retentionis pro dd. melioramẽtis, inspecto tàm Iure communi, quàm sanctione Statutaria, omninò esse denegandam.
44 Fuit itaque responsum, quod exceptio retentionis est tantæ efficaciæ, quod etiamsi per Statutum dicatur, nullam defensionem posse proponi, seu exceptionem opponi, adhuc opponi valeat; & sublata nunquam censeatur, etiam quod per Statutum prædictum fuisset prohibitum quodlibet remedium in puncto *Barzius dec.*
45 *Bononien. 109. num. 43.* Et ratio est, quia retinere volentis, non dicitur excipere; Sed rei incumbere ratione ipsorum melioramentorum, *Barz. vbi proximè, Boer. & alij apud Gratian. discept. forens. cap. 356. num. 29. vers. Et facit, & num. 30. Bimiu. cons. 187. num. 21. & 22. vol. 2.*
46 Et in terminis, quod etiamsi Statutum sit in loco, mandans rei locatæ faciendam esse restitutionem, quacunque exceptione non obstante, vt non compræhendat exceptionem retentionis melioramentorum: Maximè quandò sunt vtilia, & necessaria, vel fuerint facta ex licentia Locatorum, fundat *Gurb. decis. Sycil. 63. num. 11.*

Absoluimus ambas partes ab expensis, ad tradita per *DD. in l. properandum §. sin autem alterutra Cod. de Iudic.*

Et ex his ita fuit decisum vtraque parte acerrimè insistente.

ARGVMENTVM.

Emptor ex pretio rei emptæ dimittens creditorem sui venditoris habentem omnia bona obligata, & hypothecata, an, & quando super eisdem bonis emptis possit iuuari retentione pro summa soluta aduersus alios creditores posteriores habentes pariter bona hypothecata, etiã nulla interueniente Iurium cessione, & de alijs ad materiam. Depositum an, & quando dicatur rectè factum. Immissio an possit pro indiuiso concedi.

SVMMARIVM.

Immissio vigore Saluiani Interdicti denegari non potest concurrentibus omnibus requisitis, de quibus per Caputaquen. decis. 260. par. 2. *num. 1. Et enumerantur, num. 2. 3. & 4.*

Emptor

Emptor ex pecunia dimittens creditores venditoris succedit in anterioritatem eorundem super bonis emptis, & aduersus alios concreditores posteriores competit ei retentio, num. 5. Ampliatur num. 6. & 16. Fallit num. 7.

Emptor, ex cuius pecunia liberatur pignus, licet sine pacto, & cessione non succedat in Ius anterioris creditoris quoad actionem, succedit tamen quoad exceptionem, num. 8.

Creditores posteriores permitti non debet, quod cum aliena pecunia efficiantur anteriores, & cum aliena iactura locupletentur, num. 9.

Possessori datur exceptio retentionis, assignando rationem, & quod exceptionem retentionis sola aequitas tribuat, num. 10.

Exceptio retentionis emptori semper competit, nisi quantitas, quae ex pretio ad antiquiorem creditorem peruenerit, cum legitimis accessionibus offeratur, num. 11. Regens à Ponte *restringit d. conclusionem contra* Accursij *dictum, num. 12. Quam nam verò opinionem amplexa fuit.* Rot. Lucen. *num. 13.*

Decisio Ludouis. 68. num. 4. *Non habet locum, quando ex Instrumento cessionum reportatarum liquidò elicitur, quem voluisse emere nomen debitoris, num. 14.*

Venditore mandante fieri aliquam extinctionem per emptorem ex pretio rei venditae, non sequitur, vt pro mandante soluisse dicatur, num. 15.

Procurator obligatus ad emendum pro Domino, si pro se emat, licèt ex pecunijs Domini, sibi acquirit non obstante obligatione, num. 17.

Retentio denegari non potest concurrentibus requisitis enunciatis per Glos. in l. 1. Cod. qui in prior. credit. loc. *num. 18.*

Extinguens negotium vtile agere, & retinere potest aduersus alios creditores, num. 19. Et de ratione. Ibidem.

Debitor principalis quandò vti tertius possessor absque impedimento incompatibilitatis, acquirere possit Iura cedentis, num. 20.

Venditor census in Instrumento venditionis facit duo, scilicet vendit censum, & acquirit pactum de reuendendo, num. 21. Et in quo ex istis Iuribus cessionarius repraesentet venditorem d. census, nu. 22.

Emptor soluens anterioribus creditoribus rei emptae succedit in locum eorundem absque vllo pacto, & cessione, num. 23.

Censuarius creditor solutionem recipere, effugere non potest ob obligationem vigore pacti de retrouendendo in Instrumento appositi, quo casu accepta pecunia per creditorem, emptor in eius locum succedit, num. 24. Et de ratione, num. 25.

Creditor posterior hypothecarius, qui redempto censu antiquiorem dimissit creditorem cum propria pecunia, in locum creditoris dimissi succedit, siue per subrogationis pactum sibi prospiciat, siue nihil de successione conueniat, num. 26. Et in specie de Emptore rei, in qua se accollauit census passiuos, num. 27. Et quod pro rata sit tutus retentionis exceptione, num. 28.

Dictiones, Dedit, & assignauit. *Non extinctionem, sed dominij translationem important, num. 29.*

Per Dictionem, Dedit, *semper omninò dominij translatio facta intelligitur, num. 30.*

Per Clausulas, Constituens, ponens, ità quod &c. *Census dicitur reuenditus translatiuè, non autem extinctiuè, num. 31.*

Clausula, Ponens. *Inducit Iurium cessionem, & translationem vtilium actionum, num. 32.*

Verbum, Reuendidit, *Importat veram, & propriam venditionem, quando constat de voluntate partium, secundum quam verba potiùs impropriantur, n. 33.*

Cessio Iurium, quam virtutem habeat, num. 34.

Per extinctionem census emitur actio competens creditori eiusdem, & per cessionem emitur nomen, & actio creditoris census, ad effectum excipiendi aduersus alios creditores posteriores, num. 35.

Actiones, & obligationes confunduntur per redemptionem census, & sic hypotheca, quae aduersus posteriores creditores remittere non potest, nu. 36.

Actiones confunduntur per successionem creditoris debitori, & è conuerso in agendo, non verò in excipiendo, num. 37.

Census sors pro demortua habetur, cum nec ideò quàm voluntariè creditori soluatur, num. 38. Adducitur ratio, num. 39. Datur responsio d. conclusioni, & rationi, num. 40. & 41.

Ius, seu dominium non videtur irreuocabiliter acquisitum per imminentem bonorum euictionem, n. 42.

Pignus in re propria non consistit, num. 43.

Pignoris obligatio non aliter dissoluitur, quàm si dominium plenè, & irreuocabiliter acquiratur, num. 44.

Emptor licet efficiatur dominus rei emptae, nulla tamen est facienda differentia inter ipsum, & possidentem ex causa pignoris ad effectum retentionis etiam absque alia Iurium cessione, num. 45.

Creditores posteriores rem emptam ab emptore auocare possunt, cum loco pignoris penes ipsum esse videatur, num. 46. Contrarium tenuerunt Glos. & Bart. num. 47.

Dominium quando non est irreuocabile, non impedit concursus dominij, & hypothecae respectu emptoris, num. 48.

Dominium quaesitum emptori saltem respectu Iuris offerendi, quod posterioribus creditoribus competit, reuocabiliter translatum dicitur, num. 49.

Retentio non competit, quando census extinctio habetur pro actu voluntario, ex quo creditor non potest agere, num. 50.

Emptor soluens de propria pecunia in eandem rem creditoribus anterioribus, quando inuenit possit aduersus posteriores actione, vel retentionis exceptione, num. 51.

Vbi militat eadem ratio, ibi eadem Iuris dispositio esse debet, num. 52.

Emptori

Emptori datur retentio rei censuatæ, si cum pretio rei emptæ creditores censuarios dimiserit, num. 53.

Extinctio census facta ab emptore rei censuatæ censetur facta translatiuè ad effectum conseruandi Iura anteriora, & ad effectum excipiendi, num. 54.

Extinctio census est compatibilis cum translatione Iurium ad effectum se tuendi, & defendendi aduersus creditores posteriores, num. 55.

Solutio quando directè fit creditoribus, qualis videtur ipsamet accollatio censuum, soluenti actio non quæritur sine Iurium cessione, sed retentio, num. 56.

Declaratur Merlin. de pignorib. & Rot. post eund. decis. 93. num. 57. 58. & 59.

Depositum eo ipso, quod fit, statim extinguuntur actiones, & consequenter cessiones subsequutæ tanquàm fundamento carentes non debent attendi, etiam ad effectum retinendi, num. 60.

Depositum quid requirat, vt dicatur benè factum, num. 61. & 62.

Fructuum solutio non præsumitur, cum sit quid facti, sed ab allegante probari debet, num. 63.

Statut. Gabellæ Lucæ *quibus indigeat in reuenditionibus ad effectum, vt transferatur dominium, n. 64.*

Statut. Luc. cap. 18. lib. 1. *quam formam dat in oblatione, seu deposito faciendo, num. 65.*

Tempus quando est appositum à Statuto, seruandum est, & qui non seruat tempus, non seruat Statuti formam, num. 66.

Citatio facta non seruata forma Statuti, est nulla, n. 67.

Depositum legitimè factum vim solutionis habet, & operatur eundem effectum, ac solutio, num. 68.

Retentio datur pro indiuiso pro ea rata creditori anteriori soluta, num. 69.

Decisio II.

SPectab. Octauius de Podio, ac Philippus eius frater in solidum constituerunt annuum vnũ censum scut. 120. super nonnullis eorum bonis, prout in processu, cui &c. Illumq. vendiderunt Spect. Ludouico de Carolis acceptanti pro se, & suis hæredibus, à quibus habet causam ad præsens Sp. Stephanus de Carolis pro scutis 2000. cum obligatione generali, & particulari non solùm bonorum, super quibus fuit impositus census, sed etiam omnium aliorum bonorum, prout ex Instrumento sub 22. Martij 1635. rogat. per Egr. Notarium Petrum de Carolis, cui &c.

Præsupposita venditione quorundam bonorum facta à prædict. DD. de Podio Sp. D. Lando de Diuersis pro pretio scutorũ 2340. de quibus remanserunt in manibus d. Sp. Landi de Diuersis scut. 627. ad effectum, vt recomperare posset censum in summa scutorum 600. constitutum ad fauorem Actoris D. Cæsaris Ciomei super eisdem bonis vsque de anno 1618. & scut. 27. pro extinguendis fructibus ex dicto censu decursis, prout ex Instrumento rogato à Ser Horatio Pagnini die tertia Decẽbris 1618. cui &c.

Præsupposita paritèr decoctione d. D. Philippi de Podio in Curia Mercatorum de anno 1650. Syndici Creditorum d. Philippi soluerunt d. D. Stephano de Carolis scut. 651. pro fructibus dicti census scut. 2000. decursis, & non solutis, & quoq. ad computum Sortis principalis dicti census soluerunt scut. 1349. die prima Augusti 1651. prout ex Instrumento celebrato ab Egr. Not. Ludouico Garzoni, cui &c. Ità quòd dictus Sp. Stephanus remansit creditor capitalis eiusdem census in scut. 651.

Pro quorum consecutione instituit Iudicium Saluiani coram D. Iudice Ordinario contrà Sp. Dominos de Diuersis, aliosq. tertios possessores bonorum ad solutionem prædicti census scutor. 2000. generalitèr obligatorum, prout latius in processu, cui &c. Ipsoque compilato D. Iudex ordinarius immissionem petitam per dict. Sp. Stephanum de Carolis concessit, & relaxauit, cum condemnatione ipsorum DD. de Diuersis ad dicta bona relaxanda, *Tanta tamen rata retenta eorundem bonorum, de quibus agitur, quæ ascenderet ad valorem scut. 627.* per ipsos solutorum d. D. Cæsari Ciomei, qua causa ad Rotam deuoluta.

Hodiè proposui dubium coràm Dominis meis, an dicta sententiá D. Iudicis Ordinarij esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini Vnanimi Voto confirmandam esse dixerunt.

Etenim Iustitia sententię resultat ex eo, quod in dicto Iudicio Saluiani remanserunt probata omnia extrema necessaria per d. D. Stephanum de Carolis, vt ex reuolutione processus clarè
1 apparet, ex quo in eo cõstat interuenisse omnia requisita, de quibus per *Caputaquen. decis. 265. part. 2.* quibus concurrentibus immissio eius vigore non poterat denegari, *Menoch. de adipisc. remed. 3. quæst. 29. num. 161. Puteus decis. 201. lib. pr. Rota decis. 324. nu. 3. & 456. p. 1. rec. par. in retentior. Duranus decis. 40. num. 6. & 40. Ludouisius decis. 491. num. 6. cum alijs passim.*
2 Nam creditum dicti Sp. Stephani, quod est primum extremum Saluiani, fuit probatum per publicum Instrumentum impositionis census cum hypotheca omnium bonorum, per quod illud probari, dixit *Rot. decis. 13. & 15. num. pr. post Pacificum de Salaiano, Duranus d. decis. 40. num. 3. & fuit dictum in Romana Saluiani 12. Ianuarij 1646. coram b. m. Arguelles.*
3 Alterum, & secundum extremum in d. Iudicio Saluiani fuit etiam probatum, scilicèt possessio bonorum DD. de Podijs impositorum census, in quibus immissio legitur concessa (à qua nunc pendet appellatio) prout ex Instrumentis in processu exhibitis clarè constat, quibus concurrentibus non poterat denegari im-

 missio

missio in Saluiano, etiam contrà tertios posses-
sores. Rota in Romana Saluiani 26. Nouẽb. 1646.
coram Reuer. D. Royas. §. alterum, & in Romana
Saluiani 12. Ianuarij 1646. corã b. m. Arguelles
imp. post Merlinum de Pignoribus decis. 108. num.
1. 2. & 3. vbi maximè accedente (prout hìc)
Partis Cõfessione circa bonorum possessionem,
quæ superat omne genus probat. ead. Rota d. n. 3.
4 Vltimum verò extremum Saluiani nempè;
quod dicta bona possideantur, & sint possessa
inter alios per dd. DD. de Diuersis, remanet
comprobatum ex Instrumentis bonorum, de
quibus agitur, ac eorum possessionis captæ, ac
etiam litis substentatione, Burat. decisione 693.
num. 51. & ibi Addent. Lit. A. Rota decis. 356.
num. 4. par. 5. recentior. Seraphin. decis. 1415.
num. 3. & fuit dictum in Perusina Saluiani 12. De-
cembris 1639. coram Reuer. Royas, & in dicta
Romana Saluiani 12. Ianuarij coràm Arguelles.
Quibus enim iustificatis res transiuit apud DD.
meos absq. difficultate.

Difficultas enim consistebat in illa particula
Sententia D. Iudicis ordinarij (Retenta tanta
quantitate &c.) scilicèt circà caput retentionis
concessæ Dom. de Diuersis pro dicta rata scut.
627. in eisdemmet bonis, & per Dominos meos
plenè degustato articulo, fuit dictum, dictam
retentionem benè per dict. D. Iudicem ordi-
narium pro rata dd. DD. de Diuersis fuisse con-
cessam in eisdemmet bonis, in quibus fuit im-
missus Dom. Sp. Stephanus de Carolis.
5 Equidèm in iure satis est indubitatũ, empto-
rem, cuius pecunia creditores venditoris dimit-
tuntur, loco creditoris, cui satisfactum est, tu-
tum esse exceptione anterioritatis super bonis
emptis, & ab eo possessis, aduersùs alios vendi-
toris creditores posteriores, eique competere
retentionem, quemadmodùm competebat an-
terioribus creditoribus, si satisfacti non essent,
Ità quod emptor loco creditoris, cui satisfactũ
est, subrogetur, l. prima Cod. de his, qui in prior.
6 Credit. Loc. succed. etiam nulla interueniente
iurium cessione, & circumscripto pacto de
subintrando in creditorum iuribus, iuxtà praci-
tat. tex. vbi glos. Bart. Salycet. & alij, & in l. cum
7 prior. ff. de distract. pignorum, vbi si cùm pretio
rei emptę anteriori creditori fuerit satisfactum,
catenùs emptor poterit à creditoribus poste-
rioribus molestari, quatenùs sibi pretium ero-
gatum, & ad manus creditorum anteriorum
peruentum restituatur cum vsuris, & probatur
in text. in l. cum qui 17. ff. qui potiores in pignore
habeantur, l. Emptor 56. ff. de euict. l. prima, ff.
quib. mod. pig. vel hyp. soluitur, vbi Fulgosius, &
8 Bart. in summario dicunt, quod emptor, ex cuius
pecun. pignus liberatur, licèt sine pacto, &
cessione non succedat in ius anterioris credit.
quoad actionem, succedit tamen quoàd ex-
ceptionem, quemadmodùm etiam in puncto
firmarunt Bald. cons. 25. num. 8. lib. 1. Corneus
cons. 245. num. 3. vers. Sic est quod, lib. 2. Surdus
cons. 444. num. 14. lib. 3. & cons. 183. num. 18.
Mantica de tacitis, & ambig. lib. ij. tit. 29. num. 6.
Paulus Staiban. Iunior resolut. forens. decis. resolut.
5. num. 28. & 29. Præses de Franchis decis. 134.
num. 4. 5. 6. 7. & 8. vbi testatur de magis com-
muni opinione, idem de Franchis decis. 550. Ma-
gonius decis. Lucan. 106. num. 25. Gratian. decis.
March. 66. num. 8. 9. & 10. idem Gratianus di-
scept. forens. cap. 269. à num. 8. 13. 34. & 35. &
cap. 734. num. 18. Rota post Pacificum de Saluiano
decis. 290. nu. 4. & 5. Buratt. decis. 420. sub n. 3.
& ibi Rerentilla sub nu. 10. eadem Rota decis. 308.
nu. 5. post Cencium de Censibus, & post Zacchiam
de obligatione Camer. decis. 187. num. 17. & apud
Manticam decis. 69. num. 3. & fuit dictum in dicta
Romana Saluiani, seu Attentatorũ 19. Iunij 1647.
§. præsertim coram b. m. Arguelles, qui omnes
testantur istam opinionem, tanquàm benignio-
rem, humaniorem, & magis communem esse
amplectendam, & præcipuè Gratian. d. cap. 269.
& Rota in dicta Romana Saluiani proximè citata,
§. præsertim, & in terminis Census dixerunt Ro-
doriq. de annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. n. 52.
Felician. de Censibus lib. 3. cap. 2. num. 19. Anto-
nin. de Amato variar. resolut. lib. pri. resolut. 7.
num. 32. 37. 42. & 45. Marius Giurba obserua-
tione ij. lib. pr. sub num. 29. idem Giurba decis. 87.
num. 20. qui fundant, quod licèt Tertius censum
redimat soluendo capitale, & fructus absq. alia
cessione, ac etiam nullo præcedente pacto de
subintrando in locum creditoris, nullam acqui-
rat hypothecam, seu anterioritatem, tamen
acquirat defensionem, seu exceptionem, qua
mediante poterit se tueri aduersus posteriores
creditores, & ratio est, quia cum emptor, &
possessor proprijs pecunijs, bona empta à ser-
uitute, seu onere census liberauerit, omnis ra-
tio, & æquitas postulat, vt id ad sui cõmodum
cedat, non autem ad commodum posteriorum
9 creditorum: aliàs sequeretur absurdum, quod
creditores posteriores cum aliena pecunia effi-
cerentur anteriores, & quasi cum aliena iactura
locupletarentur, quod permitti non debet ad
tex. in l. nam hoc, ff. de condit. indeb. in punct.
Christoph. Martius Medic. examin. 56. à num. 15.
& est doctrina Bartoli in l. pr. in princip. ff. quib.
mod. pignus, vel hypotheca contrahatur &c.
10 Vndè dignoscitur dandam esse possessori re-
tentionis exceptionem. Carleual. de Iudic. lib. 1.
tit. 3. disput. 35. num. 18. 19. & 20. Gratian. d.
cap. 269. num. 8. & seqq. & dicta decis. March.
66. num. 10. Merlin. de pignoribus, & hypothecis
lib. 4. tit. 2. quæst. 44. num. 8. 9. & 10. Cùm
illa faciliùs, quàm actio concedatur, l. prima, ff.
de pignorib. Decian. cons. 94. n. 27. lib. 3. Hieronym.
de

de Leo decis. Valentin. pr. num. 23. lib. pr. D. Ferdinand. Arias de Mesa variar. resolut. lib. pr. cap. 17. per totum, vbi ait, quòad retentionem possessorem in Ius prioris succedere, & quod exceptionem retentionis sola æquitas tribuat, *l. sumptus 48. ff. de rei vendicatione, idem Arias de Mesa d. cap. 17. num. 12. & cap. pr. num. 4. &*
11 *cap. 4. num. 5.* fundat, quod semper emptori dicta exceptio retentionis competat, nisi quantitas, quæ ex pretio ad antiquiorem creditorem peruenerit, cum legitimis accessionibus offeratur, *Afflict. decis. 8. & decis. 16. Capyc. decis. 202. num. 4. de Franchis decis. 453. & decis. 550. n. 5. Barzius decis. 50. Faber in suo Cod. definitione 7. lib. 8. tit. 9. Intriglolus decis. 28. n. 5. Hieronym. de Leo decis. Valent. pr. num. 37. lib. pr. Consil. cons. 63. num. 8. idem Arias de Mesa d. cap. 4. n. 6.* qui acerrimè insurgit cõtra *Reg. de Ponte cons. 87.*
12 *num. 6. lib. pr.* substinentem tantùm emptori dari exceptionem aduersus ipsum debitorẽ, non autem aduersus alios creditores posteriores contrà *Accursium in l. 3. Cod. de his, qui in prior. credit. loc.* ac etiam, quod supra posita conclusio communiter à præfatis Doctoribus approbetur in casu, quo agitur de rei possessore, cuius pecunia est dimissus creditor anterior, & sic videtur posse applicari potiùs supra nostram firmatam conclusionem in creditore possidente causa pignoris, quàm in emptore, qui rei venditæ dominium acquisiuit, iuxtà ea, quæ subtiliter, vt dixi, deducit *de Ponte dict. cons. 87. n. 3. versic. Et non spontè, sed causatiuè quia emit, & num. 20. cum seqq.*

13 Tamen quòad effectum retentionis DD. firmarunt pedes, eandem conclusionem procedere in emptore soluente pretium venditori ad suam obligationem extinguendam, etiam absq. alio pacto succedendi in ius anterioris creditoris, vt in puncto firmat *glos. in l. si potiores*, verbo successisti, *Cod. de his qui in priorum credit. locum, Beniutend. decis. Bonon. 50. num. 3. versic. Nam eam in primis*, vbi ad interpretationem *text. in l. Arist. ff. quæ res pignori obligari possunt*, multa deducit, & ad contraria respondet, *Boerius cons. 47. num. 7. vers. Cum dict. Augier. non esset verue Debitor primi, à quo acquisiuit, sed emptor rei &c. Intriglolus decis. Syc. 28. num. 5. & 6. lib. pr. de Franchis decis. 97. nu. 1. & 2. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 30. à num. pr. cum seqq. idem Franch. de decis. 34. num. 4. Rot. post Pacific. de Salu. decis. 290. num. 5. vers. Tunc enim sufficit pretium rei empta*, & fuit in specie firmatum in *dict. Romana Saluiani, seu Attentatorum 19. Iunij 1647. §. præsertim cum certum sit coràm b. m. Arguelles.*

Quibus omnibus neque fuit visum obstare qualitas pecuniæ, quà redemptus fuit à Dominis de Diuersis census, de quo agitur, nempe ex pretio prædij empti, & venditi à DD. de Podijs, & sic intrare decis. *Ludouisij 68. num. 4.* cum alijs, quæ cumulari possent.

Quià fuit responsum, quod dictum obiectum non obstat, quandoquidem ex lectura Instrumenti cessionum reportatarum liquidò elicitur Domin. de Diuersis voluisse emere nomen debitoris *Martius Medices exam. 27. numer. 25.*
14 Ideòque expressum voluerunt, quod huiusmodi redemptionem faciebant cum proprijs pecunijs, & sic non ex pretio bonorum emptorum, in quibus terminis videtur loqui *Rota penes Lu-*
15 *douis.* & si enim in manibus Domin. de Diuersis essent tunc scuta 600. pro ea facienda extinctione equidem per venditorem mandata, non ideò sequitur, vt pro mandante soluisse dicantur, *Faber in suo Cod. lib. 2. tit. 25. definit. 4. n. 4.* Quod regularitèr diceretur, si Dom. de Diuersis non fuissent se declarati emere de proprijs pecunijs, & non obtinuissent iurium cessionem à Dom. Census anteriore; sicque non id simpliciter agere, vt fundus liber efficeretur, maximè cum de tempore redemptionis essent creditores declarati antedictorum venditorum de Podio, quo casu poterant, sicut suprà pacisci,
16 quippè etiam nulla, vt pluriès dictum est, obtenta cessione, successissent in ius dicti primi creditoris, *Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 9. definit. 2. & 3. cum seqq. & definit. 7. et 8. per totam, Niger. de exceptionib. except. 1. §. 19. num. 26. Martiar Medices exam. 56. num. 16. & est tex. rotundus in l. pr. Cod. qui potiores in pignore habeantur.* Vltrà quod semper attendi debet, quod factum
17 fuit, quàm quod fieri debuit, prout in simili dicitur in procuratore obligato ad emendum pro Domino, quod si pro se emat, licèt ex pecunijs Domini, sibi acquirit, non obstante obligatione, *ad tex. in l. multum interest, vbi Bald. & alij; & in l. qui aliena Cod. si quis alteri, vel sibi,* & fuit dictum in *Bononien. Mandati 26. Iunij 1613. corã Pamphilio*, & eadem Rota in nostris terminis fundauit *in illa Romana Saluiani interdicti Luna 12. Nouembris 1618. coram Remboldo impress. post Cencium de Censib. decis. 367. num. 1. & 2. in nouissima impressione.*

Imò subdebat vnus ex Dominis, quod etiam si contemplari deberentur Domini de Diuersis, tanquàm soluentes pro Dominis de Podio venditoribus, & respectiuè principalibus debitori-
18 bus census D. Ciomei, &c. Adhuc cum hic concurrant tria illa requisita enunciata per *Glosam in l. pr. Cod. qui in prior. Credit. loc.* minimè potest Dominis de Diuersis denegari retentio, cum solutio tantò magis sit facta de pecunijs ipsorum DD. de Diuersis, & fuit conuentum de iurium cessione, & pecunia ipsa ad primum creditorem peruenit causa liberationis fundi, quibus concurrentibus (vt ibi) Dominus pe-

cuniæ in locum primi succedit, Roderiq. de annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. num. 48. & quæst.
17. num. 1. & 2. Felician. de Censib. thom. pr. lib. 3.
cap. 2. num. 18. Auendanus de Censibus cap. 34.
19 num. 1. & quidèm meritò, quià cum negotium
vtile extinguens gesserit, non potest difficultari,
quod agere, & retinere possit, Petrus de Luna
cons. 38. num. 27. & 28. aliàs sequeretur, quod
cautela, & diligentia emptoris adhibita in sol-
uendo pretio creditori anteriori, sibi noceret,
& è contrà secundus creditor cum damno em-
ptoris lucraretur, in puncto Corneus cons. 245.
sub num. 13. Amatus variar. resolut. 7. num. 43.
quod præcipuè vendicat sibi locum, stante de-
coctione DD. de Podijs, idem Petrus de Luna
citato cons. 38. sub num. 33. Negusant. de pignorib.
4. membro, 5. partis, num. 9. Carleual de Iudicijs
lib. prim. tit. 3. disput. 35. à num. 23. 29. & 30.
cum seqq.
20 Secundò pro responsione fuit ponderata
distinctio, quod aut reuenditio, & cessio fiat
primo, & principali debitori census, aut fiat
extraneo, seu Tertio possessori rei censuatæ ac-
collatario, seu cessionario iuris luendi; Nàm
primò casu quādo ipse debitor principalis cen-
sum extinguit, soluendo sortem, si cessionem
reportaret, tunc incompatibilitas cōsideratur,
cum nemo sui ipsius possit esse debitor, & cre-
ditor, sed soluēdo principalis debitor proprium
debitum, statim extinguitur omnis actio, &
actio, & passio non possunt stare in eodem
subiecto, vt in vulgat. Secundo verò casu vide-
tur cessare incompatibilitas, quia tertius posses-
sor soluendo, dicitur emere censum, licèt vtatur
iure luendi sibi cesso à principali debitore, qui
vti tertius possessor absq. impedimento incom-
patibilitatis acquirere potest iura cedentis, in
puncto Capye. Latro decis. 16. num. 20. vbi ait,
21 quod venditor census in Instrumento venditio-
nis duo facit; Primùm vendit censum, & sic
actum passiuum, & dicitur pati; Secundò acqui-
rit pactum de reuēdendo, & in hoc dicitur age-
22 re, quià acquirit actionem redimendi; Vndè
dum cedit Tertio istud ius redimendi, cessiona-
rius non repræsentat venditorem in illa actione
passiua, sed solùm in illa actione actiua, adeò vt
primus census per solutionem non remaneat
extinctus, sed translatus in tertium reementem,
& pretium exbursantem, vt ratiocinatur idem
Capyc. dict. decis. 16. num. 22. & dictam distin-
ctionem firmauit etiam Fabritius Branchat. in
eius cons. impresso post dictam decis. Capyc. Latro
16. num. 35. & 39. Giurba decis. 87. num. 22. & 23.
& sic in terminis inter principalem debitorem,
& cessionarium iuris luendi distinguit Arias de
Mesa variar. resolut. lib. prim. cap. 22. num. 8. 9.
10. & 11. vbi firmat, quod quandò cessio fit
tertio, seu cessionario iuris luendi, cessat repu-
gnantia, & incompatibilitas, quæ tantùm cadit
in cessione facta principali debitori.

Tertiò fuit responsum, quod non ipse prin-
cipalis debitor fecit extinctionem, in quibus ter-
minis loquuntur Doctores, qui in contrarium
23 allegantur, & allegari possunt; secùs tamen
quādo ipsemet emptor soluit anterioribus cre-
ditoribus rei emptæ, prout in casu præsenti fe-
cerunt Dom. de Diuersis, quia tunc non est du-
bium, emptorem succedere in locum anterio-
rum creditorum absque vllo pacto, & cessione,
prout ità consuluit Surd. cons. 183. numer. 18.
Gratianus discept. forens. cap. 734. num. 18. & 19.
cum alijs per Rotam in Romana, seu Anagnina
Saluiani 16. Ianuarij 1645. coram R. P. D. Cerro
§. nec intrat Retentio, cum qua distinctione Rota
transiuit; Et tantò magis vrget responsio, quàm
quià Dom. de Diuersis tenebantur extinguere
dictum censum anteriorem vigore pacti in In-
strumento emptionis initi, iuxtà decis. Rot. 135.
24 part. 6. recentior. & creditor de Ciomeis cen-
suarius solutionem recipere, effugere non po-
terat, quia obligatus erat vigore pacti de retro-
cedendo in Instrumento census appositi, quo
casu, accepta pecunia per creditorem, non
potest difficultari emptorem in eius locum
succedere, ex doctrina Bartoli in l. Aristo oppo-
25 sit. 3. vbi post Accursium rationem reddit, quia
creditor pecuniam accipiendo, hoc velle intel-
ligitur de Franch. decis. 97. num. 3. Mantich. lib.
11. de tacit. tit. 28. num. 16. Negusant. de pigno-
rib. membr. 3. 5. part. num. 45. Rota diuers. decis.
293. num. 5. Arias de Mesa variar. resolut. lib. pr.
cap. 2. nu. 3. & nu. 5. rationes adducit valdè suo
26 ingenio dignas; Et quod creditor posterior
hypothecarius, qui redempto censu antiquio-
rem dimisit creditorem cum propria pecunia,
in locum creditoris dimissi succedat, siuè per
subrogationis pactum sibi prospiciat, siuè nihil
de successione conuenerit, est tex. in l. pr. Cod.
qui potiores in pignore, L. vltima Cod. de his qui in
prior. Cred. locum Anguissola consil. 36. num. 5.
lib. 3. Corneus consil. 245. num. 13. lib. 2. idem
Arias de Mesa in puncto Census eodem lib. prim.
variar. cap. 10. num. 15. Gaspar. Roderiquez de
annuis redditibus lib. 2. quæst. 16. num. 61. Costa
cons. 63. num. 10. & idem Arias de Mesa cap. 11.
num. 7.
27 Et in puncto emptoris, qui in emptione rei
se accollauit census passiuos, quos extinxit se-
quendo æquitatem, leg. qui à debit. Cod. qui po-
tiores in pignore habeantur, fuit firmatum à Rota
in illa Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram
b. m. Pirouano, impressa post Cencium de Censibus
decis. 559. & part. 6. recent. decis. 135. num. 7. &
28 num. 14. vbi in specie, quod emptor, qui in se
accollauit cēsum pro rata pretij soluti, per viam
retentionis sit tutus absq. alia cessione à poste-

rioribus

rioribus creditoribus, sequendo alias decisiones
apud *Canal. decis. 635. & post Cencium de Censib.
decis. 451. num. 6. 7. & 17.* vbi subditur, quod
si pretium solutum, pro quo fuit facta accolla-
tio censuum, vim solutionis eiusdem pretij ha-
bens, *vt in eadem decis. 135. n. 23. par. 6. recent.*
valorem rei venditæ non excedat, pro toto em-
ptor sit tutus exceptione retentionis aduersus
posteriores creditores: id quod etiam egregiè
deducitur à *dicta decis. 187. num. 16. vers. Quarta
est, & num. 17. post Zacchiam de obligat. Cam.*
29 Quod similitèr comprobari dicebatur ex ver-
bis illis in Instrumento recomperationis census
appositis scilicèt (*dedit, assignauit*) per quæ non
retrouenditionem D. Cæsar de Ciomeis dictis
Dom. de Diuersis facere intellexit, cū per dicta
verba, seu clausulas non extinctio, sed dominij
translatio perficiatur, *§. itaque institut. de actio-
nib. l. de legato, ff. de legatis pr. Rebuff. in l. patron.
ff. de verbor. significat.* & est doctrina *Bald. in l.
vbi adhuc in fine Cod. de iur. dotium, l. ordo Cod.
de execut. rei iudicat. Bart. in l. si constante, ff. so-
luto matr.* cum alijs relatis per *Menoch. cons. 201.
num. 6. Canaler. decis. 64. num. 7. & decis. 130.
num. 6. part. 5. recent.* & fuit dictum in terminis
clausulæ, *Assignauit, dedit, &c. in Dertusen. au-
gumenti 24. Maij 1647. coram R. P. D. Verospio
§. quod autem,* & prius in *Regien. bonorum 23. Ia-
nuarij 1647. coram Eminen. Corrado impress. post
Censalium de fideic. decis. 25. num. 5.* & magis in
terminis respectu clausulæ (*Dedit*) vt per ipsam
omninò dominij translatio facta intelligatur,
fuit dictum *in Tiburtina Castri S. Angeli 11. Martij*
1650. *§. Neq. obstare visum fuit, quod &c. coram*
30 *Meltio,* vbi etiam de clausula *Cessit*; quod etiam
manifestum fit ex alijs verbis in dicto Instru-
mento recomperationis appositis ibi (*item
omnia iura, & actiones quaecunque, & quascunq.
sibi quomodolibet competentes, & competentia,
tàm contrà dictos Dom. de Podio, & eorum bona,
quàm aliter quomodocunque, tàm vigore dicti In-
strumenti cēsus, quam sententia lata in Curia Mer-
catorum*) Ex quibus verbis colligitur DD. de Di-
uersis emptores, & D. de Ciomeis venditorē vo-
luisse facere propriam emptionem, & venditio-
nem, cum translatione in dictos emptores om-
nium iurium dicto Ciomei competentium, ma-
31 ximè accedentibus clausulis, *constituens, ponens,
ità quod &c.* vt tunc census dicatur reuenditus
translatiuè, non autem extinctiuè, vt firmauit
Rota post Cencium de censibus decis. 359. num. 2.
vbi ponderat prædictas clausulas, & in puncto
*eadem Rota post Merlin. de pignorib. decis. 83. n. 2.
3. 4. & 5.* vbi paritèr ponderantur supracitatæ
clausulæ, & latè dixit *Giurb. decis. 87. num. 20.
vsque ad finem, Felic. de censib. tom. pr. lib. 3. cap.
2. num. 19. Capyc. Latr. dict. decis. 16. n. 14. et 15.*
32 Qui egregiè loquitur; ità quod clausula, *Ponens;*
Inducat iurium cessionem, & translationem
vtiliū actionum, *Barbos. de clausul. vsufreq. claus.
101. nu. 17. Cencius de censib. quæst. 71. sub n. 15.*
& in fortioribus terminis idem *Capyc. Latro ci-
tat. decis. 16. 36. 37. 38. 39.* Vbi fundat, quod
quando reuenditio fit Tertio, in quo non adest
defectus incompatibilitatis, prout adest in ge-
nerali debitore, tunc operatur translatiuè, non
autem extinctiuè; & in puncto census, vt quan-
33 do adest verbum, *Reuendidit*, Importet veram,
& propriam venditionem, quando constat de
voluntate partium, secundùm quam verba po-
tius impropriantur, *Carleual. de iudicijs disput. 35.
num. 45. Cencius de censib. quæst. 103. num. 17.*
& in terminis *Rot. post eumdem Cenc. decis. 367.
à num. pr. vsq. ad sept.*

Et Dominis etiam placuit responsio ad pro-
positum per informantes circa supradictam
iurium cessionem reportatam per Dom. de Di-
uersis à D. Cæsare Ciomei, vt quicquid sit de ea;
34 Tamen, vt ipsa saltim virtutem habeat, trans-
ferendi, & conseruandi in soluentem primæuā
iura, & anterioritates ipsi creditori census com-
petentes, ad effectum suam possessionem tuen-
di aduersus posteriores creditores, & sic dicitur
census quidèm extinctus, sed translatiuè in
tertium soluentem, ad effectum excipiendi,
*Rota post Cenc. d. decis. 559. num. 20. versic. Et
erit intelligenda,* & magis in terminis *decis. 308.
post eund. Cenc. & apud Merlin. decis. 666. num. 2.*
Vbi quod huiusmodi cessio, seu iurium transla-
tio sit compatibilis cum extinctione census;
35 Nàm per extinctionem emitur actio compe-
tens creditori census, & per cessionem emitur
nomen, & actio creditoris census, ad effectum
excipiendi aduersus alios creditores posterio-
res, vt in puncto etiam dixit *Rota in Roman.
Saluiani 27. May 1619. & 23. Iunij 1623. coram
Pirouano,* & videnda est *decisio in Roman. Pra-
lationis 2. Aprilis 1618. coram Reu. Dunozet im-
press. post Cenc. decis. 308. num. 5. & 6.* Quæ po-
nit gladium ad radicem cum illa *decis. 135. par.
6. recent. & post Cenc. de censib decis. 559. &c.*
36 Secundò non obstare DD. visum fuit obie-
ctum, quod cum per redemptionem dicti cen-
sus sint confusæ actiones, & obligationes DD.
de Diuersis, videtur extraneum, quod hypo-
theca, vt supra confusa, seu extincta, ad eorum
fauorem aduersus posteriores creditores reui-
uiscere possit, *l. qui res, §. aream, ff. de solution.
l. eius qui §. final. ff. de iure fisci, l. nihil interest
Cod. de solution.* cum alijs per informantes, &c.
37 Quià fuit responsum, quod licèt actio-
num confusio fiat, quando creditor succedit
debitori, & è conuerso, tamen vt dicta con-
clusio procedat tantùm in agendo, secùs autem
excipiendo, vt tunc non obstet confusio, neque
dominium superueniens, vt ex *Rodor.* & alijs ab
ipso

ipso eitatis in terminis respondet *Anton. de Amat. variar. resolut. thom. 2. resolut. 56. n. 14. Bald. cons. 25. quæst. 5. vol. pr. Valenz. cons. 15. num. 13. Berous cons. 45. num. 11. lib. pr.* cum alijs per *Salgad. in tractat. Laberynt. creditor. par. 3. cap. 2. num. 132.*

38 Neque tertiò obstare visum fuit obiectum, quod fors census pro demortua habeatur, enim nec ideò quàm voluntariè creditori soluatur, *Petr. de Lun. cons. 12. num. 10. & cons. 23. num. 9.*

39 Quà propter voluntariè non licet facere actum Tertio præiudicialem, in his terminis *Ar. de Mes. variar. resolut. cap. 18. num. 11.* cum alijs per informantes adductis &c.

40 Fuit enim primò responsum cum dilemma, aut D. Stephanus de Carolis vult se iuuare ex contractu redemptionis factæ per DD. de Diuersis, & non potest cum ipsorum damno, *Ar. de Mes. lib. pr. cap. 17. per tot.* vel pati debet, vt bona vinculata, & redempta cum ipsorum pecunijs, ab eisdemmet DD. de Diuersis retineantur, vel etiam debet offerre, *ad tex. in l. si vnus §. & ante omnia, & ibi DD. ff. de pact. l. 1. Cod. si antiqu. creditor. Surd. decis. 266. num. 7. & 8. Mart. Medic. exam. 47. nu. 34. & decis. 74. n. 2. Neguz. de pignor. 5. membr. 5. part. ampliation. pr. nu. 2. vers. Nec in hoc, Afflict. decis. 8. per tot. & decis. 16. nu. 3. Morot. de iur. offerend. num. 33. & seqq. ac Arias de Mesa variar. lib. pr. cap. 4. num. 5. cap. 5. num. 3.* cum alijs supra plena manu citatis.

41 Aut verò non intendit dictus D. Stephanus de Carolis approbare dictam extinctionem, & sic fundi liberationem, & census habebitur pro non extincto, & DD. de Diuersis absque dubio acquiescent, & possidebunt censum, ad tradita per *Rot. decis. 608. num. 6. in fin. part. 3.*

42 *recent.* & ratio est in promptu; Quia per imminentem bonorum euictionem, non videtur irreuocabiliter acquisitum ius, seù dominium, vt per *Vrsill. ad Afflict. decis. 8. num. 3. & decis. 16.*

43 *num. 3. & 4.* & indubitat est conclusio in istis terminis, quod licèt pignus in re propria non consistat, *l. neq. pign. 45. ff. de reg. iur.* Tamen

44 fuit responsum, quod obligatio pignoris non aliter dissoluitur, quàm si dominium plenè, & irreuocabiliter acquiratur, *l. debitor sub pignore 59. ff. ad trebellian. l. ex sextant. §. Latin. larg. ff. de except. rei ind. Alexand. cons. 100. nu. 6. lib. 7. Ann. cons. 55. num. 19. & cons. 90. num. 2. lib. 1. Tyraq. de retract. §. pr. glos. 7. num. 70.* latissimè *Merlin. Pignatell. controuers. forens. lib. 1. cap. 27. à num. 6. & 7.* Et hic possent cumulari innume-

45 ri alij, quos consultò omitto; Cùm re vera ad effectum retentionis, etiam absque alia iurium cessione, nulla sit facienda differentia inter possidentem ex causa pignoris, & emptorem, qui licet efficiatur Dominus rei emptæ, *d. l. neque*

46 *pign. ff. de regul. iur.* Quià tamen ab eodem emptore auocari posset per posteriores creditores, quodamodo loco pignoris res empta penès emptorem esse videtur, iuxta *Text. in d. l. ex sextante §. Latin. larg.* cum alijs per *Gratian. dict. decis. Mateh. 66. num. 8. 9. & 10. cum seqq.* vbi ex *Castrense*, & alijs subdit, nescire, quo spi-

47 ritu, *Glos. & Bart.* contrarium tenuerint, & quod *Bartol. inaduertent. & perfunct.* cum opinione *Glosæ* per transierit; Ideoque priorem opinionem mutauerit in melius pro hac parte concludendo in *l. pr. in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluitur*; Istamq. opinionem vti æquiorem, & humaniorem esse omnino in iudicando amplectendam per dispositionem *Text. in d. l.*

48 *qui à debitore*; Ex ratione quia vt dictum est, quando dominium non est irreuocabile, minimè implicat concursus dominij, & hypothecæ respectu emptoris, egregiè post alios tuetur *Carlen. de iudic. lib. pr. tit. 3. disput. 35. num. 18. & 19. Salgad. tract. laberynt. credit. par. 3. cap. 2. num. 129. & seqq. et num. 133. & 134. vbi latè*, & in terminis strenuissimè fundat *Arias de Mesa variar. resolut. lib. pr. cap. 48. num. 9.* vbi ad saturitatem ponderando *Text. in d. l. ex sextante §. Latin. larg.*

49 Sitque ex his sequitur, quod dominium quæsitum DD. de Diuersis emptoribus saltim respectu iuris offerendi, quod posterioribus competere non dubitatur, non nisi reuocabilitèr translatum dicendum est, *Surd. decis. 266. num. 7. Gratian. discept. forens. cap. 269. num. 12. Capyc. decis. 43. num. 5. Chart. decis. 19. num. 4. Hieronym. de Leo decis. Valentin. 53. numer. 23. Arias de Mesa variar. lib. pr. cap. 5. nu. 4. Anna cons. 57. num. 3. idem Capyc. decis. 202. num. 4.* & in terminis ponderando dictum *Text. in l. ex sextante §. latinus larg. ff. de except. rei iud.* dixit *Rota post Cencium d. decis. 308. num. 5. & 6.* & fundaui Egomet *in mea ad Surdum addit. decis. 76. num. 3.*

50 Quartò obstare visum minimè fuit obiectum, quod in præsenti census extinctio habetur pro actu voluntario, ex quo creditor non poterat agere, ideoque pro illis nullatenùs competat retentio, *iuxta decis. Canaler. 539. num. 2. in fin. & num. 3. et post Posthium de subhastationib. decis. 54. num. 8.* cum alijs per *Merlin. de pignorib. & hypothec. lib. 4. tit. 2. quæst. 44. num. 28. Rota*

51 *post eund. decis. 93. num. 14. & 15.* Ex quò videtur tunc emptor soluens de propria pecunia in causam pretij, animum tantùm habuisse se ab obligatione ergà venditorem liberandi, non autem eximendi rem emptam ab onere, vel subintrandi in iura priorum creditorum; Vndè merito nec actione, nec retentionis exceptione iuuari poterit aduersus posteriores, *iuxta doctr. Accurs. in l. cum prior Glos. vltima, ff. de distract.*

pignor.

pignori. vbi Bartol. & Salycet. Id apertè tenent, & adducebatur Textus expressus in l. creditor 12. §. quoniam. ff. de distract. pignor. Cum alijs bene ad propositum ponderatis per Carlev. de iudic. lib. pr. tit. 3. disp. 35. ex num. 11. 10. Franc. de Ponte d. cons. 87. & num. 7. 11. & 12. lib. prim. Deficientibus præcipuè pactis de subintrando in locum creditoris dimissi, vt in his terminis dicebant informantes, consuluisse Altobrandin. cons. 7. per tot. lib. pr.

Tamen primò fuit responsum, quod est inspiciendum, quare lex retentionem concedat emptori soluenti anteriori creditori aduersus posteriores, non nisi, quia cum propria pecunia emptoris, sunt dimissi creditores anteriores, & fuerunt bona empta liberata: ex qua ratione sequitur, quod siuè voluntariè, siuè necessariò, vel coactè debitum persoluerit emptor, militat eadem ratio, tàm in vno, quàm in altero casu æquitatis, dictam retentionem inducentis, cum ipsamet ratio militet, tàm in extinctione censûs, quàm in solutione alterius simplicis debiti, ex quo onus consideratur ad esse ante solutio-
52 nem, & postea per solutionem sublatum, & consequenter data eadem ratione, eadem debet esse iuris dispositio, vulgatil. illud, ff. ad leg. Aquil. Paris. cons. 32. num. 5. lib. pr. Surd. decis. 59. n. 1.
53 vbi ego notabilia adduxi; Ideoquè dari emptori rei censuatæ retentionem, si cum pretio rei emptæ creditores censuarios dimiserit, Carlev. d. disput. 35. num. 24. Rota post Cenc. de censibus decis. 366. & 367. & 368. vbi sub num. 2.
54 Firmatur, extinctionem censûs factam ab emptore rei censuatæ, censeri factam translatiuè ad effectum conseruandi iura anteriora, & ad effectum excipiendi, eadem Rota post eund. Cenc. decis. 559. num. 2. latè Giurb. decis. 87. n. 20. vsq. ad 28. & fuit dictum in Asfina Saluiani 24. Ia-
55 nuarij 1635. coram Merlino. Vbi fundatur, quod extinctio censûs est compatibilis cum translatione iurium, ad effectum se tuendi, & defendendi aduersus creditores posteriores, in puncto Rot. post Cenc. d. decis. 308. num. 8. & 7.

Secundò fuit responsum per vnum ex Dominis, quod omnia exarata in obiecto, & DD. vbi
56 supra, loquuntur, quando solutio directè est facta creditoribus, quatis videtur ipsamet accollatio censuum, quo casu, licet soluenti actio non quæratur sine iurium cessione, secus tamen est quoad effectum retentionis, prout benè respondet Auias de Mesa variar. lib. pr. cap. 17. ex num. 16. cum seqq. Vbi pariter alia iura in contrarium adducta interpretatur, & Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 2. quæst. 44. num. 28. & Rota
57 post eund. decis. 93. in fin. loquuntur, quando pecunia est liberè soluta venditori, qui deinde illam conuertit in extinctionem censuum, vt videre est in eadem Decis. post Merlin. n. 11. et seqq. ......

58 Ex quo quandò pecunia est soluta venditori, respectu eiusdem, extinctio censuum est voluntaria, nec dici potest, quod soluat de aliena pecunia, sed de propria; Vndè non mirum, si per illam extinctionem non trãsferatur in emptorem ius retinendi: Quod tamen secùs videtur dicendum in præsenti, dum extinctio dicitur facta ab eisdemmet emptoribus, qui in se censum passiuum Dom. Cæsaris Ciomei accollauerunt, in quibus terminis non loquitur nec Merlin. nec decisio post eund. prout videre est, & comprobat Rot. post Cenc. de censibus decis. 191. num. 7. & ead. Rota post Zacch. de oblig. Camer. in nouissima impressione decis. 187. num. 16. & 17.
59 Quæ loquuntur in puncto emptoris, qui in se accollauit census, quos postea extinxit, & soluit, & quod ista opinio in iudicando sit sequenda, quemadmodùm ipsam sequuta fuit Rota Roman. in illa decis. 135. part. 6. recent. per tot.

Neque obiectum vltimo loco adductum circa depositum obstare visum fuit, scilicèt quod dum D. Landus de Diuersis fecerit depositum in executionem conuentionis primo loco initæ in Instrumento emptionis cum Dom. de Podio, videtur cessare, Dominos de Diuersis dictã extinctionem fecisse nomine proprio, sed nomine principalis debitoris, ad cuius fauorem
60 tantùm liberatio inducta dicitur; Cum eo ipso, quòd fuit factum depositum, statim fuerunt extinctæ actiones, & consequentèr cessiones subsequutæ, tanquàm fundamento carentes, non debent attendi, etiam ad effectum retinendi, cum alijs optimè per informãtes cumulatis per Tex. in l. elegant. ff. de pignoratitia actione, & latè Medic. decis. 35. num. 9. & 10. Thor. voto decisiu. 68. num. 65. cent. 2. Rota in istis terminis in Roman. Saluiani 18. Februarij 1650. coram Emin. Corrado.
61 Cui obiecto prima facie validè vrgenti plures fuerunt datæ responsiones: prima enim consistit, quod per depositum per Dom. Landum de Diuersis confessionatum, non hoc ideò remansit extinctus census D. Cæsaris Ciomei, cum ad hoc, vt per depositum fiat extinctio, requiritur, vt creditor legitimè sit requisitus, & interpellatus ad recipiendam pecuniam sibi debitam, illamque recipere recuset, ita quod sit necessarium, vt creditori realitèr, & cum effectu offeratur pecunia, & citetur ad recipiendum pretium vna cum fructibus decursis, & decurrendis, quemadmodùm in nostris terminis tradit Cenc. de censib. quæst. 111. num. 20. & n. 23. 24. & 25. Facchin. controuers. iur. lib. 2. cap. 42. versic. Sanè, Rota post Cenc. decis. 296. n. 5. et 6. Quodquè cum D. Landus nõ fecerit, depositum est nullius roboris, & momenti, & est perindè, ac si factum non fuisset Rota coram Seraphin. decis. 1413. & post Cenc. decis. 276. num. 3. & idem Cenc.

Cenc. in tract. quæst. 103. *num.* 25. nouissimè
Salgad. in laberynt. creditor. part. 2. *cap.* 29. *n.* 69.
62 *&* 70. Tantò magis, quia neque depositum
fuit integrum, eum non fuerint depositati cen-
sus decursi, nec expensæ contractuum, & Ga-
bellarum, quod requiritur vsque ad obolum,
idem *Cenc. de censib. quæst.* 111. *num.* 42. *Rota*
post eundem Cenc. decis. 354. *num. pr. & seqq. &*
decis. 296. *num.* 2. *& decis.* 297. *num.* 5. *eadem*
63 *Rota coram Merlin. decis.* 744. *num.* 3. Nec præ-
sumitur D. Landum soluisse fructus, cum solu-
tio sit quid facti, & ab allegante probari debet,
l. quingent. ff. de solutionib. Mascard. de probation.
conclus. 1324. *num. pr. & seqq. Honded. cons.* 39.
num. 47. *volum.* 2. & latissimè fuit firmatum in
Auximana Pradij Luna 14. *Ianuarij* 1647. *coram*
bon. mem. Bichio §. est autem Depositum nullum,
cum pluribus seqq. & §. tertiò vrget.
64 . Secundò fuit responsum, quod census in casu,
de quo agitur, non potest dici extinctus, nisi
facta reuenditione, & quietantia ad formam
decreti D. Iudicis, qui tunc tantùm per modum
prouisionis penes ipsum D. Landum, præfatum
depositum remanere mãdauit, ex quo remedio
prouisionali non infertur extinctio census, cum
ad dictam, requiratur actus retrosimilis, quod
coadiuuatur per *statutum* Gabellæ huius inclytę
Ciuitatis, mandans non posse fieri reuenditio-
nem, nisi soluta Gabella, sine qua solutione
dominium non transfertur, prout latius in eo.

Tertiò fuit responsum, & Dominis valde pla-
cuit, quod occasione decoctionis D. Philippi
de Podio omnes creditores, vt solet, per procla-
ma fuerunt citati ad eorum credita deducẽda,
& iustificanda, & inter alios comparuit D. Cæ-
sar de Ciomeis, non obstante asserto deposito
ad eius fauorem, vt dicitur facto, & notificato
censu, de quo agitur Domin. Iudici, & Consu-
libus, fuit declaratus creditor dicti cẽsus, quem-
admodùm D. Stephanus de Carolis pro suo, &c.
vt clarè cõstat ex sententia in dicta Curia Mer-
catorum lata, quæ in actis est registrata, ex quo
patet censum non remansisse extinctum de
anno 1642. tempore quo fuit factum depositũ,
quod asseritur, penès dictum Landum, sed in
suo robore fuisse de anno 1650. vt declaratur
in præcitata sententia, cui &c. Et ideò licitè
fieri potuit reuenditio de anno 1652. vna cum
cessione per d. D. Cæsarem, dd. DD. de Diuersis
hæredibus beneficiatis D. Landi &c.

65 Quartò fuit responsum, quod circà dictum
assertum depositum cum non emanauerit obla-
tio, seu citatio dicto Cæsari Ciom. *Iuxta dispo-*
sitionem cap. 18. *lib. pr. Statutor.* inducentis cer-
tam formam in facienda dicta oblatione, seu
deposito, quæ est, *vt citari debeat pars cum ter-*
mino vnius saltem diei iuridici; cuius Statuti dis-
positio, seu forma cum minimè fuerit seruata
66 cum dicto D. Cæsare Ciomei, Actus dicitur
omninò nullus, dum clara est conclusio, quod
quãdo tempus est appositum à statuto, seruan-
dum est tempus, & qui non seruat tempus, non
seruat statuti formam, vt ex *Bald. & Salyc. in*
authentic. quæ supplicat Cod. de precib. Imperat.
offerend. l. ordo Cod. de execut. rei iudicat. Firma-
runt *Curtius Iun. cons.* 166. *n.* 7. *Socin. Iun. cons.*
37. *num.* 10. *Iason. cons.* 191. *col.* 2. *vol.* 2. *Roland.*
à Vall. cons. 72. *num.* 7. *lib.* 3. & est Textus sin-
gularis *in l. scire oportet §. consequens*, ibi, *non*
aliter audiri, si non fuerit seruatum constitutum
tempus) *ff. de excusat. tutor.* latè fuit dictum in
Burgen. Nullitatis Professionis 16. *Aprilis* 1649.
coram b. m. Arguelles §. Contrariam tamen sen-
tentiam circà medium, vbi quod quandò tempus
est datum pro forma, nec addi, nec detrahi
potest, nec minimum quid, quod ibidem latis-
simè comprobat; & eò maximè, quia dictum
Cap. 18. *lib. pr.* Se refert *Ad cap.* 16. *dict. lib. pr.*
In quò disponitur, quod eatenùs personæ citatę
arctentur ad comparendum, quatenus fuerit
seruata forma ibidem tradita in *vers. Et omnes,*
& singulæ citationes; Vndè sequitur, quod cum
dictus D. Cæsar non fuerit citatus cum supra-
dicto termino, sed tantum pro die vltima 60.
67 dierum &c. Citatio ipsa, tanquàm facta non
seruata forma Statuti, nulla est, prout in istis
terminis dixi in mea *ad decis. Surd. addit. decis.*
122. *num. pr.*

Demùm fuit respõsum, quod data validitate
dicti depositi, adhuc sumus in eisdem terminis,
quod competat retentio pro dicta summa de-
positata; Cum militent illęmet rationes per-
pensæ in principio Decisionis *§. Equidem, &c.*
Et quod mediante dicto deposito de pecunijs
D. Landi, bona fuerunt liberata, & creditores
anteriores dimissi, quorum iura anteriora cum
acquisiuerit dictus D. Landus, cum eisdemmet
poterunt eius filij, & hæredes retinere, & se
defendere à molestijs ipsis illatis à D. Steph.
de Carolis creditore posteriore ad creditum D.
68 Ciomei; Cum depositum legitimè factum vim
solutionis habeat, & eundem operetur effectũ,
ac solutio, *Salgad. laberynt. creditor. cap.* 29.
num. 72. *&* 74. *part.* 2. & sicuti mediante solu-
tione iura fuissent translata in dictum D. Lan-
dum, ità & eodem modo translata fuere me-
diante dicto deposito; Et ideò DD. firmarunt
intrare eandem æquitatem, *l. qui à debitore, etc.*
Cuius æquitatem seruauit etiam *Rota in istis ter-*
minis d. decis. 135. *part.* 6. *recent. per tot.*

Ad alterum sanè caput, an esset danda im-
missio pro indiuiso DD. de Diuersis pro eorum
rata, quemadmodùm etiam dicto D. Stephano
de Carolis pro eius cõcurrenti quantitate, DD.
transierunt cum opinione *Rotæ*; Quam ipsa fuit
sequuta in *Maceraten. Saluiani* 11. *Martij* 1647.

coram

69 *coram Emin. Corrado §. Non obstat.* Scilicet, dandam esse retentionem pro indiuiso dictis DD. de Diuersis pro ea rata D. Cæsari Ciomei creditori anteriori soluta, *iuxta cons. Bald. 52. oblig. prim. sub num. pr. versic. Et ideò possessor lib. 3.* & pluries secundùm illam facti contingentiam tenuit ipsamet *Rot. in Rom. Legator. de Columna 27. Ianuarij* 1614. quæ est *decis.* 559. *num. 5. versic. Cæterum part. pr. recent. & decis.* 318. *num. 2. versic. Verùm hæc exceptio, & sequenti part. 6. recent. Cavaler. decis.* 652. *nu. 5. versic. Vndè quamuis,* & post *Cenc. de Censibus decis.* 18. *in addition.* Cum alijs pleno calamo cumulatis in dicta *Maceraten. Saluinni 11. Martij 1647. §. Non obstat coràm Em. Corrado.* Quarè ita fuit decisum ambabus partibus pluries in voce, & in scriptis auditis, & acerrimè informantibus.

ARGVMENTVM.

Census an dicatur extinctus per cõfessionem extraiudicialem, quæ, an, & quãdo sufficienter probetur per testes licèt inter se singulares de loco, & tempore. Solutionis præsumptiones ex quibusnàm deducantur. Scriptura priuata quomodò satis probetur per comparationem, vel per testes esse alicuius manu exarata. Statutum dans terminum peremptorium ad aliquid peragendum, an, & quandò eo transacto, & nihilo peracto admittat illud peragendum in secunda Instantia.

S V M M A R I V M.

Obligatio omnis per extinctionem census remanet sublata, & fructus illius vigore debiti ampliùs peti non possunt, num. 1.

Confessio extraiudicialis an, & quandò sufficienter probetur per testes licèt inter se singulares de loco, & tempore, per quam an dicatur extinctus census, num. 2. 3. 7. 8. & 9.

Confessio etiam extraiudicialis, & absente parte facta plenè probat extinctionem census cõtra confitentem saltim de æquitate canonica, num. 4.

Aequitas canonica est seruanda in vtroque foro, quandò versatur in materia nutritiua peccati, qualis est exactio eiusdem crediti duplicata, nu. 5. Ampliatur num. 6.

Testis depositio examinati sine citatione, & partis interrogatorijs, ex æquitate substinetur, si repeti non possit ob eius mortem euenientem pendente iudicio, num. 10.

Testis sufficit, quòd se remittat ad suum examen aliàs factum, num. 11. Ampliatur num. 12.

Testis præsumitur potiùs obliuiosus, quàm dolosus, num. 13.

Testis nõ potest dici varius in secundo suo dicto, quod debet intelligi propter illud, de quo deposuerat in alio eius examine, num. 14.

Interpretatio est facienda, vt testis à mendacio, & falsitate saluetur, num. 15.

Testis diuersitas, & contrarietas tanquàm leuis momenti, & facili negotio ad concordiam reduci valens, non est attendenda, num. 16.

Testium dicta non sunt cauillanda, sed adiuuanda, num. 17.

Solutio probatur ex præsumptionibus, & coniecturis eandem solutionem concludentibus, num. 18.

Præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes, ideircò admittuntur etiam contra publicum instrumentum, num. 19. Ampliatur num. 20.

Creditor spatio annorum 20. differens exactionem fructuum census, & nunquàm iudicialiter, nec neque extraiudicialiter petitorum, præstat coniecturam solutionis, num. 21. Respondetur Paliæ contrarium sentienti, num. 22.

Stultus esset, qui præscriptione tutus, ad solutionis coniecturas, & præsumptiones recurreret, num. 23.

Præscriptio, & solutionis præsumptio quomodo inter se differunt, num. 24.

Taciturnitas in hærede differente fructuum census petitionem post mortem illius acquisitoris, quid operatur, num. 25. & 26.

Præsumptio contrà veritatem crediti oritur ex inuerisimilitudine, resultante ex diuturnitate longi temporis per non petitionem eiusdem, num. 27.

Publica vox, & fama facit adminiculum, num. 28.

Apocha contra scribentem plenè probat, num. 29.

Testes dubitatiuè deponentes plenè probant, nu. 30.

Testis dictum probat, etiamsi ipse deponat per verba Videri, Iudicio suo, & similia; *Quando credulitas est in eo causata à sensu,ità credi debere, num. 31.*

Testis deponens sibi videri, apocham esse scriptam alicuius caractere, ex eo quod pluries eum viderit scribere, & ità habeat notitiam manus, probat, num. 32.

Scriptura priuata sufficienter probatur per manum alicuius exarata, licèt testis super recognitione examinatus dicat, sibi videri scriptam manu talis, num. 33.

Verbum, Videtur, *Aliquandò importat, & denotat veritatem, num. 34.*

Rot. Roman. coram Buratto decis. 611. num. 7. *Super recognitione caracteris est contraria aliquibus*

bus alijs decisionibus eiusdem Tribunalis, quæ quomodo sint intelligenda, & attendenda, num. 35. 36. & 37.

Testis compater, & consanguineus non probat, num. 38. & 39.

Rei testibus magis statur in concursu, quàm Actoris, num. 40.

Testi affirmanti magis creditur, quàm mille negantibus, num. 41.

Comparatio alicuius scripturæ per quos fieri debeat, & quæ requirat remissiuè, num. 42.

Cap. 53. Rot. Luc. *dat terminum parti decem dierum vtilium in prima Instantia ad probandum, & probatum habendum quicquid vult, & non vlterà, num. 43. & 47. Fallit, num. 48.*

Statuti verba inducentia præcisam dispositionem, & dantia terminum peremptorium ad aliquid peragendum, eo transacto, non est locus vlteriori examini, num. 44.

Interlocutoria, quæ fuit dictum, Instrumentum, seu terminum decem dierum esse exequendum, habet vim diffinitiuæ, num. 45.

Recursus ab Interlocutoria exequutionis Instrumenti, seu termini de exequendo, reuideri potest ex nouis, & diuersis probationibus, num. 46.

Probationes coadiuuatiuæ illarum primæ Instantiæ debent attendi etiam quādo Iustitia, vel iniquitas sententiæ debet iustificari ex eisdem actis, nu. 49. Imò eas esse de actis primæ Instantiæ, num. 50. Ampliatur num. 51.

Decisio III.

EX triplici fundamento censuerunt DD. constare de extinctione cēsus pro summa scutorum 84. & sic locum esse reuocationi executionis per D. Iudicem primarum instantiarum concessæ DD. Bernardo, & Ioanni de Vrsis vti cessionarijs Mariani filij q. Capitanei Francisci Barsanti d. census Acquisitoris contra Bartholomæum Io. Pierotti de Giouiano pro scutis octuaginta septem cum dimidio pro fructibus d. annui census decursis, & non solutis spatio annor. duodecim cum dimidio.

1 Ex probationibus namquè coràm nobis factis pro parte d. Bartholomæi satis visum fuit DD. liquere de extinctione d. census, cuius vigore relaxata fuit executio; Ità vt propterea omnis obligatio sublata fuerit, neque fructus illius vigore debiti, amplius peti potuerint, *Cenc. de Censibus qu. 106. sub num. 12. & quæst. 119. num. 1. Rot. post eund. decis. 204. n. 3.* Et fuit dictum in *Casenaten. Censuum 3. Iunij 1644. coram Emin. Cardin. Corrado, & in Ciuitis Castelli Census 10. Decembris 1649. in princ. coram R. P. D. Verospio.*

Quòd verò census per solutionem factam à Petro Dominici Andreoni de mandato Bartholomæi Pierotti census debitoris Capitaneo Francisco vsque de anno 1638. de scutis 84. pro ea summa extinctus remanserit, probant duo testes in hoc Iudicio coràm Nobis examinati; nempè Io. Puccettus, & Nicolaus olim Io. Dominici de Giouiano, qui deponunt Capitaneum Franciscum, licèt extraiudicialitèr, & absente parte, fassum esse, sibi restitutum fuisse capitale d. census, esseque paratum ad omnem requisitionem d. Bartholomæi illius Instrumentum abolere, seu cassare.

2 Et quàmuis de huiusmodi confessione extraiudiciali deponant solummodò dd. testes inter se singulares de loco, & tempore; Nihilominùs ea sufficientèr probata remanet, ad latè tradita per *Crauett. de antiquitat. tempor. par. 4. versic. Sed enim nu. 9. & seqq. Surd. cons. 94. num. 46. lib. 1. Ambrosin. decis. Perusin. 9. num. 36. Mascard. de probat. conclus. 379. n. 11. & seqq. Thomat. decis. 45. num. 5. & 6.* Vbi plures cumulat, *Monac. decis. Luc. 36. num. 16.* & dixit *Rot. decis. 87. numer. 4. pars. 6. recent.*
3 Ea ratione, quia cum hæc confessio sit actus reiterabilis, singularitas in testibus non dicitur obstatiua, sed est adminiculatiua; Ideòq. eorum dictis fidem non adimit, *Glos. & DD. in l. ob carmen §. Si testes, ff. de testib. Rot. dec. 433. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.* & firmatur in *Anconitana Dotis 4. Iulij 1641. §. Primam enim coram R. P. D. Cerro, & in Spoletana Bonorum 7. Februarij 1648. §. Nec dici potest, coram Reuerendiss. Terracon. & in Romana Pecuniaria, seu Legati 11. Martij 1650. §. Fin. coram R. P. D. Albergato, & in Romana Societatis Officij 27. Ianuarij 1653. coram eodem, §. Non obstat absolutio.*

4 Quòd verò hæc confessio licèt extraiudicialis, & absente parte facta, plenè probet extinctionem census contra confitentem, saltim de æquitate canonica, non esse in dubium reuocandum, censuerunt DD. ex traditis per *Cardin. Zabarell. Imol. & alios in cap. si cautio de fid. Instrum. Gabr. cons. 71. num. 18. lib. 1. et cons. 40. num. 57. lib. 2. Put. decis. 12. dicens sub num. 2.* quod Rota semper hanc opinionem sequuta fuit, *& decis. 53. num. 1. lib. 2.* [illegible] *rectis, Rot. apud Ludouis. dec. 408. num. 2. & apud Buratt. decis. 228. num. 5. & decis. 235. num. 8. decis. 37. nu. 6. coram Durano.* [illegible] *decis. 788. num. 1. & dec. 87. num. 2. par. 6.* [illegible] cum alijs plena manu congestis in *Romana Legati impress. post Salgad. dec. 20.* & firmatur in *Assisien. Pecuniaria 20. Iunij 1653. §. Primo, corā R. P. D. Albergato confirmata 1. Iunij 1654.*
5 *coram eodem.* Quæ æquitas canonica, cum versemur in materia nutritiua peccati, qualis

est

est exactio duplicata eiusdem crediti, debet seruari in vtroque foro, *DD. allegati per Valer. de different. inter vtrumq. forum differ. 1. Capyc. dec. 164. Caualcan. decis. 17. num. 27. part. 1.*

6 Etiam quod agatur contra hæredes confitentis, qui nequaquam talem confessionem impugnare possunt, *Becc. cons. 21. sub numer. 19. lib. 2. Rot. penes Buratt. decis. 243. num. 3. & apud Coccin. decis. 152. num. 1. cum alijs in d. Romana Legati post Salgad.*

7 Et quatenus conclusio supra firmata, quod scilicet confessio extraiudicialis plenè probetur per testes singulares de loco, & tempore, aliquam pati posset difficultatem ex authoritate Doctorum, qui contrariam sequuti fuerunt sententiam, quos recenset *Excell. D. meus Andreol. controuers. 49. num. 1.* Nulli tamen

8 dubium est, quin huiusmodi confessio talibus testibus saltim semiplenè probata remaneat, quæ iuncta cum alijs præsumptionibus, & coniecturis inferius enumerandis, extinctionem census suadentibus, plenè illius solutionem probauit, vt benè per *Rot. decis. 87. numer. 5.*

9 *par. 6. recent.* Præcipuè fauore confessionis liberatoriæ, in qua leuiores probationes sufficiunt, *Cornazzan. decis. Lucan. 129. num. 2. Vivin. dec. 486. num. 12. lib. 3. Hieronym. de Laurent. decis. 62. per tot.*

Prò secundò fundamento considerabant DD. aliam confessionem eiusdemmet Capitanei Francisci præsente parte emanatam, & quam plenè probant Alexander Gulielmi Fabrichieri, & Nicolaus Io. de Giouiano conte-

10 stes de loco, & tempore; Ex quibus licèt Alexander fuerit examinatus sine citatione, & absque interrogatorijs partis; Nihilominùs eius depositio ex quadam æquitate substinetur; Ex quo pendente Iudicio diem extremum clausit, ideoque repeti non potuit, *Rot. apud Gregor. decis. 434. num. 5.* Vbi *Beltramin. n. 18.* Inquit, quod testes examinati nulliter, si repeti non possint, eo quia sint mortui, ex quadam æquitate eorū examen substinetur; Nicolaus verò præterquàm quod fuit repetitus in hoc Iudicio coram Nobis, & eandem cōfessionem, de qua in alio suo examine comprobat, remittit se ad dictum examen, in quo de eadem

11 confessione satis apertè deposuerat; Et sufficit, quòd testis remittat se ad suum examen aliàs factum, *Rot. apud Buratt. decis. 665. n. 1.*

Nec obstat, quòd prædicta procedere possent, quando primum examen testis fuisset validum, quale dici non potest illud Nicolai ex *dispositione cap. 81. lib. 1. Statut. Vniuersal.*

12 Quia adhuc testis se referens ad suum examen aliàs factum licèt nullum, nihilominus probat, *Rot. apud Seraphin. decis. 270. & 1247. num. 9. & apud Greg. decis. 331. & ibi Adden. & apud Duran. dec. 286. num. 5.*

Neque visa fuerunt DD. quicquam vrgere ea, quæ opponebantur contrà depositionem d. Nicolai, quod scilicet super Capitulis dicat, confessionem factam à Capitaneo Francisco, præsente Bartholomæo, emanasse in præsentia ipsius testis tantùm; Dum in primo examine dixerat, tunc temporis præsentem fuisse Alexandrum Fabrichieri, quasi in hoc videatur sibi contrarius, & per consequens fide non dignus.

Siquidèm cum hic testis sit ætatis annorum 86. vt ipse fatetur, benè potuit in primo examine recordari de conteste; & posteà tractu temporis ob ingrauescentem quotidiè senectutem

13 de eo obliuisci; Et in teste potiùs præsumenda est obliuio, quàm dolus, vt benè, & ad propositum ratiocinatur *Rot. apud Gregor. decis. 194. num. 3. versic. Non obstat, & num. 4.*

14 Præter quàm quòd neque potest dici varius hic testis in secundo suo dicto; Quia intelligi debet de se tantùm, hoc est propter illud, de quo deposuerat in alio eius examine, ex tradi-

15 tis per *Farinacc. quæst. 67. num. 353.* Et sufficit, quòd hæc interpretatio fieri possit, vt testis à mendacio, & falsitate saluetur, *Felin. in cap. cum tu num. 13. de testib. Alex. cons. 101. n. 21. lib. 7. Bertazzol. cons. crimin. 8. num. 13. lib. 1. Surd. cons. 350. n. 13. Rot. apud Greg. dec. 250.*

16 *num. 11.* Et quatenùs aliqua adesset diuersitas, & contrarietas, quod ex supra dictis absolutè negatur; Hæc tanquàm leuis momenti, & quæ facili negotio potest ad concordiam reduci, non est attendenda, iuxta notata in *cap. cum tu de testib. Rot. coram Martin. Andrea decis. 30. num. 7. & decis. 307. num. 14. par. 7. recent. & in Anconitana dotis 4. Iulij 1640. coram R. P. D. Cerro, & in Romana Pecuniaria, seu Legati 11. Martij 1650. coram R. P. D. Albergato in fin. & in Assisien. Pecuniaria 20. Iunij*

17 *1653. §. Minus vrget, coram eodem*; Testium enim dicta non sunt cauillanda, sed potiùs coadiuuanda, *Bart. in l. de ætate, num. 7. circà med. versic. Sed contrarium, ff. de minorib. Corn. cons. 119. nu. 6. antè fin. lib. 3. Alex. cons. 185. sub num. 5. lib. 7. Rot. apud Greg. dec. 252. n. 11. & decis. 351. num. 37. & 487. num. 6. & 7. & firmatur in Romana Pecuniaria, seu locorum montium 13. Maij 1644. §. Nam contrarietas, coram bo. me. Emin. Cecchino.*

18 Et quatenùs hæ probationes solutionis capitalis dicti census ex cōfessionibus Capitanei Francisci tàm præsente, quàm absente parte emissis resultantes, aliquam paterentur difficultatem, non leue recipiunt fomentum, & adminiculum ex præsumptionibus, & coniecturis hanc eandem solutionem concludentibus,


bus, & quibus probari ſolutionem, eſt de Iure
indubitatum, *Afflict. deciſ.13. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 1324. num. 26. Surd. dec. 105. n.6.
Mart. Medic. deciſ. 84. num.7. Monac. deciſ. Flo-
rent.2.n.3. Rot. noſtra coram Merlin. dec.61.n.14.
Rot. deciſ. 154. num. 4. par. 3. recent.* Etiamſi
de debito appareret per publicum Inſtrumen-
tum, *Fontanel. de pact. nuptial. clauſul. fin. Gloſ.
vnic. par.2. num.66. & 67. Andreol. controuerſ.
57. num. 1. & ſeqq. D. Palma conſ.46. ſub nu.7.*
19 Vbi quòd præſumptiones Iuris ſunt liquidiſſi-
mæ probationes, & admittuntur etiam contrà
publicum Inſtrumentum, *Magon. dec. Lucen.27.
num. 36. Rot. deciſ.152.* impreſs. *poſt Fenzon. ad
Stat. Vrb. §. Sed quoniam, & dec. 292. num. 1.*
20 *par. 1. diuerſ.* Præcipuè ſtante ſtatuto, vt in
hac Excellentiſs. Rep. quod in cauſis proce-
datur ſola facti veritate inſpecta, in puncto
*Mart. Medic. d. deciſ. 84. Monac. dec. Florentin.
2. num. 19.*
21 Prima autem ſolutionis coniectura oritur
ex diuturnitate tanti temporis annorum ſcili-
cet 20. quo fructus huius cenſus nunquàm Iu-
dicialitèr, Imò neq. extraiudicialiter fuerunt
petiti: Cum nunquàm veriſimile ſit, quod ſi
Capitaneus Franciſcus verè fructuum huius
cẽſus creditor fuiſſet, tamdiù illorum exactio-
nem non diſtuliſſet, *Afflict. d. dec. 13. num. 2.
Facchin. conſ.1. n.31. lib.1. Menoch. conſ.1207.
num. 15. Mart. Medic. dec. 84. num. 2. & deciſ.
85. num. 5. Merlin. deciſ. Lucan. 61. numer. 15.
Monac. deciſ. Florent. 2. num. 11. Excellentiſs.
Andreol. cum pluribus per eum relatis controuerſ.
57. numer. 1.*
22 Quæ coniectura cum ſit communitèr à DD.
approbata, non obſtat id, quod pro parte
Dominorum de Vrſis replicabatur non ſufficc-
re, videlicet diuturnitatem temporis, niſi adſit
legitima præſcriptio ad præſumendam ſolu-
tionem inducta, ad tradita per *D. Palm. conſ.
45. num. 6.* Quià iſtud aſſerere, eſſet redar-
guere opinionem DD. loquentium etiàm de
interuallo decem annorum, ex quorum lapſu
voluerunt ſolutionis præſumptionem induci,
& diuerſa ad modum ſunt allegare pręſcriptio-
nem, & allegare præſumptionem ſolutionis
ex diuturnitate temporis, quo Creditor exa-
23 ctionem crediti diſtulit; Et ſtultus ſanè eſſet,
qui pręſcriptione tutus, ad ſolutionis coniectu-
ras, & præſumptiones recurreret, *Bertazzol.
conſ. ciuil.118. num. 8. & 9. Andreol. d. contro-
24 uerſ. 57. num. 3.* Vbi quòd multum intereſt
inter præſcriptionẽ, & ſolutionis præſumptio-
nem; Quià hæc verſatur circa rem, & actum
dubium; Illa verò circà certum, nempè quod
debitum non fuerit ſolutum, ſed extinctum, &
ſublatum curſu temporis, & præſcriptionis.

25 Altera præſumptio ſolutionis exoritur ex
dilata fructuum huius cenſus petitione poſt
mortem Capitanei Frãciſci illius acquiſitoris,
& ſic vt perirent probationes horum de Pie-
rottis, quæ haberi potuiſſent à d. Capitaneo
extinctionis cenſus verè conſcio, *Afflict. d. dec.
13. num. 21. & 22. Mart. Medic. deciſ. 85. n.9.
Rot. dict. deciſ. 152. verſic. Quarta denique poſt
Fenzon. Andreol. dict. controuerſ. 57. num. 15.*
26 Ex hac enim taciturnitate oritur præſumptio
non boni Iuris, *Alex. conſ. 184. num.17. lib.1.
Menoch. conſ. 995. numer. 16. & de præſumpt.
præſump. 135. num. 19. lib. 3. Munnoz de ratio-
cin. cap. 33. num. 6. Cyriac. controu. 280. nu. 9.
& fuit dictum in Anconitana Redditionis ratio-
nis 2. Decembris 1647. §. Cenſetur enim, coram
R. P. D. Ghislerio, & in Romana, ſeu Spoletana
Redditionis rationis 31. Ianuarij 1650. coram
Emin. Ottbobono impreſſ. poſt Salgad. dec. 21. n.9.*
27 Vbi quòd ex hac inueriſimilitudine reſultante
ex diuturnitate tàm longi tẽporis; oritur præ-
ſumptio contra veritatem prætenſi crediti.
Tertia poteſt deſumi coniectura ex publica
voce, & fama, quòd cenſus hic fuerit extinctus,
probata per Leonardum Bertoli ſuper 11. In-
terrogatorio, & per Chriſtopharum Bertoli,
28 & per alias fides extraiudiciales; Quæ publi-
ca vox, & fama facit ſaltèm adminiculum,
*Surd. conſ. 94. num. 65. Gabriel de probat. con-
cluſ. 1. num. 8. Afflict. deciſ. 337. num. 4.*
Quartò demùm de extinctione dicti cenſus
conſtare cẽſuerunt DD. ex apocha manu Ca-
pitanei Frãciſci exarata, & coràm Nobis exhi-
bita, & formitèr recognita, in qua Capitaneus
Franciſcus fatetur, ſe recepiſſe ſcuta 80. ad
computum capitalis cenſus, de quo quæritur;
29 Quæ apocha nullum dubium, quin contra
Scribentem plenè probet, *Menoch. de præſumpt.
præſump.66. num.7. & 8. verſic. Verùm reſpon-
detur lib. 3. Rot. in Romana Pecuniaria 9. De-
cembris 1644. coram clara me. Bichio, & in Ro-
mana Cenſus 24. Ianuarij 1646. §. Iuſtitia autem
coram bo. me. Peutingero.*
Et quàmuis Teſtes ſuper recognitione ma-
nus adhibiti, omnes, vno excepto, deponant
per Verbum, *Videtur*; Et ſic dubitatiuè dicen-
tes apocham illis oſtenſam, ipſis videri ſcriptã
manu Capitanei Franciſci; Nihilominùs ſuf-
ficientem probationem ex eorum dictis exo-
30 riri exiſtimarunt DD. Quamuis enim regu-
laritèr teſtes dubitatiuè deponentes nihil pro-
bent, *Lancellott. Gall. conſ. 32. nu. 24. Menoch.
conſ.1211. num.1. & 3. Rot. apud Buratt. deciſ.
538. numer. 10. & 12.* & firmatur *in Bononien.
Fideicõm. de Victorijs 5. May 1655. §. Nullaque
31 vis coràm R.P.D. Zarate*: Nihilominùs quan-
dò credulitas in teſte eſt cauſata à ſenſu infe-
tente,

rente, ità credi debere; Tunc etiam si testis deponat per Verba: *Videri, indicio suo, vel similia*, eius dictum probat, ità magistraliter probat *Bald. in l. solam qu. 5. Cod. de testib.* quem sequitur *Ruin. consil. 46. num. 12. lib. 4.* Et ad hoc multum conferunt, quæ notant *Cyn. in l. testium Cod. de testib. & Abb. in cap. quoties eodem tit.* Dicentes, quòd vbi credulitas est proxima sensui, per quem percipitur veritas, valebit testimonium tale; Secùs vbi sit remota à tali
32 sensu; Quapropter cum testes adhibiti super recognitione caracteris Capitanei Francisci, dicunt sibi videri apocham esse scriptam illius caractere, & rationem sui dicti reddant, eò quod pluries viderunt eum scribere, & ità habent notitiam manus, meritò probant *ex Ruin.*
33 *vbi suprà*; Et in puncto, quòd scriptura privata sufficienter probetur manu alicuius exaratam, licèt testes super recognitione examinati dicant sibi videri scriptam manu talis, dixit *Grattan. discept. forens. cap. 895. num. 33. & 50.*
34 *Rot. apud Seraphin. decis. 522. n. 2.* Vbi quod Verbum, *Videtur* Aliquandò importat, & denotat veritatem ex *Bart. in l. 1. in princ. de ventr. inspicien. Rot. apud Caualer. decis. 553. n. 6. Card. Mātic. dec. 79. n. 2.* vbi quod ità sepius *Rota* indicauit; *Paul. Rub. resolut. 28. num. 417. & seqq.*
35 Neq. tamen Nos latuit, *Contrarium aliquandò Rot. Roman. firmasse, vt coram Buratt. decis. 611. num. 7.* Sed cum supra firmata opinio magis frequĕter à *Rot.* recepta fuerit, illi adhęrere potius existimauimus; Et si tamen licet loqui de Supremo illo, & Sacro Tribunali, cuius Maiestatem, & authoritatem summè colimur, & veneramur, authoritates per *Buratt.* addnctæ, vel nihil dicunt, prout *Alex. consil. 33. nu. 21. lib. 3. Verall. decis. 768. par. 3. Farinac.*
36 *quæst. 69. num. 11.* Vel loquuntur generaliter in alijs materijs, non autem in puncto recognitionis characteris, vt videre est ex *Rot. corā Sanctis. in Parmen. Status 24. Ianuarij 1607. Quæ est decisio coram Gregor. 290. numer. 13. & coram eod. Buratt. in Collen. hæreditatis 25. Februarij 1622. quæ est inter eius impressas decis. 509. num. 10.* Et si benè aduertatur *d. decis. Buratt.* in ea parte conclusionem hanc non discusso articulo, sed obiter, & perfunctoriè
37 firmauit; Decisiones autem attenduntur solùm in eo, quod principaliter firmant, non quod perfunctoriè, & materia non examinata enunciant, *Rot. coram Card. Seraph. decis. 299. num. 13. decis. 17. num. 9. par. 7. recen. & fuit dictum in Bononien. fideicomm. de Bargellinis 24. Nouembr. 1651. §. Non obstat, coram clar. mem. Bichio.*

Et quamuis DD. de Vrsis quatuor examinari curauerint testes, quibus nixi sunt probare apocham exhibitam non esse scriptam manu Capitanei Francisci; Nihilominus esse magis credendum primis testibus Bartholomæi Rei, quàm his postremis Actorum, dijudicauerunt
38 DD. Omnes enim isti (excepto secundo) qui est Compater, & Consanguineus Mariani Cedentis, vt suprà, non probant, vt de primo tradunt *Alex. consil. 143. n. 6. lib. 2. Rot. nostra*
39 *coram Merlinō decis. 34. num. 2.* Et de secundo firmant *Farinac. quæst. 54. num. 1. Cornazzan. decis. 35. num. 1.* Deponunt de eorum credu-
40 litate; Et in concursu statur magis testibus Rei, quàm Actoris, *Gabr. de testibus conclus. 4. num. 44. Menoch. de arbitr. cas. 98. Farinac. qu. 154. n. 52. Lepid. decis. 119. §. Et quamuis il 2.* Præcipuè quando testes Rei affirmant, illi verò
41 Actoris negant; Cùm regulariter magis credatur vni testi affirmanti, quàm mille negantibus, *Farinac. de testib. quæst. 65. num. 200. Rot. coram S. M. Gregor. decis. 449. num. 3. & alijs passim.*

Insuper fuit animaduersum, quod omnes testes pro parte DD. de Vrsis examinati fundant suam depositionem negatiuam super cōparatione aliarum scripturarum manu Capitanei Francisci exaratarum, quod est nō testis, sed Peritorum partes, & munus assumere;
42 Comparatio enim ista debuisset non ab ipsis, sed à Peritis fieri seruatis, & adimpletis omnibus requisitis, de quibus in *§. comparationes Cod. de fid. Instrum.* luculenter exaratis per *Farinac. in fragmen. litter. Comparatio à n. 468. vsque ad n. 494. & per Ferentill. ad Buratt. dec. 611. n. 16.* & latè per *Rotā in Romana Pratensi Fideicōmissi de Strozzijs Veneris 17. Februarij 1645. coram R. P. D. Cerro impressa per Feuaglium de Sacro Rot. Romanæ Auditorio lib. prim. cap. 8. fol. mihi 145.* Quæ cum non fuerint à testibus DD. de Vrsis adimpleta, eorum depositiones nihil obesse, censuerunt DD. contrariæ probationi per testes Bartholomęi super veritate caracteris Cap. Francisci factæ.
43 Superest, vt dispositioni *cap. Rotæ 53.* in qua plurimum insistebant Informantes pro DD. de Vrsis satisfaciamus; Dicebant itaq. quod nullum genus probationis poterat deduci in hoc recursu; sed totum illud, quod ex natura Iudicij poterat per partem deduci, erat allegandum, & deducendum in prima Instantia intrà tempus decem dierum vtilium, eidē parti assignatum ad probandum, & probatum habendum; Cum terminus à *d. cap. 53. Rotæ* assignatus, sit legalis, & peremptorius, vt patet ex illis verbis scilicèt; *Quod terminus decem dierum vtilium, & non vltrà, nec prorogari possit,*
44 *sed his transactis etc.* Ex quibus verbis cum inducatur



ducatur precisa dispositio, & terminus legis
peremptorius, non erat locus vlteriori exami-
nationi, ex traditis per *Honded. cons. 27. n. 12.*
& 13. lib. 1. Cartar. decis. Genuen. q. num. 4.
& sequentib. Peuzon. ad Stat. Vrb. cap. 82.
num. 54.
Quibus tamen non restagantibus capitula
super solutione, & recognitione apochæ esse
pertinentia; & testes super illis examinatos
attendendos, censuerunt DD. Expediti enim
45 Iuris esse putarunt, Interlocutoriam, qua
fuit dictum, Instrumentum, seu terminum
decem dierum esse exequendum, habere vim
difinitiuæ, *Alex. in l. stipulationum num. 4. ff. de*
verb. oblig. Roman. cons. 41. in princ. Cancer. var.
resol. par. 1. cap. 17. de appellat. qu. 17. limit. 47.
membr. 1. num. 191. & 195. & latissimè fuit fir-
matum per hanc *Rot. in causa Sp. Benedicti de*
Nobilibus cum Communitate Camaioris de anno
1617. Ad quod placet remittere, ne Doctis-
simorum tunc temporis Auditorum labores
transcribere videamur: Interlocutoria verò,
quæ habet vim difinitiuæ, eadem forma, qua
ipsa definitiua, regulatur etiam quoad nouas
probationes recipiendas; Ideoquè quemad-
modum in definitiua habet locum regula
46 *l. per hanc Cod. de appellat.* Ità pariter recursus
ab interlocutoria executionis Instrumenti, seù
termini de exequẽdo reuideri potest ex nouis,
& diuersis probationibus, *Auc. in Clemen. ap-*
pellat. de appellat. Ruin. cons. 69. num. 11. lib. 5.
Marant. in sua prax. par. 6. actu 2. num. 164. &
170. Adden. ad Matthesilan. singul. 39. num. 13.
Turret. cons. 163. numer. 6. Bursatt. cons. 260.
num. 49. Scacc. de Appellat. qu. 4. art. 4. n. 28.
Et in indiuiduo pronunciæ super executione
Instrumenti, *Roman. in d. l. stipulationum alia*
num. 13. vers. Sed hoc, ff. de verb. oblig. Mysin-
ger. cent. 2. decis. 21. Excellentiss. D. meus An-
dreol. controuers. 79. n. 37. & ità pluries decidit
Rot. nostr. & signanter in illa causa Sp. Benedicti
de Nobilibus cum Communitate Camaioris, quam
sequuta fuit *eadem Rot. de anno 1620. in actis*
Paulini Carelli in causa D. Landucci de Landuccis,
& Horatij de Baroncinis in §. Et quamuis propo-
natur, & de anno 1625. in actis Marij de Carellis
in causa Iacobi Bandettini cum Antonio Nocchi,
vbi plures aliæ decisiones huius Rot. cumulan-
tur. *Lepid. decis. 82. §. penult.*
47 Et prædictis non refragatur dispositio *cap.*
Rot. 53. de quo supra in obiecto; Quia præter
alias responsiones, quæ possent adduci, ani-
maduersum fuit, quod *cap. illud* loquitur de
prima Instantia executiuarum, in qua modò
Nos non versamur; Cùm imò simus in Instan-
tia appellationis, seu recursus ab interlocuto-
ria habente vim difinitiuæ, de qua loquitur
cap. 52. eiusdem Rot. In quo in finalibus verbis
expressè cauetur, quod in quolibet casuum
suprà expressorum, inter quos legitur pronun-
cia de executione termini decem dierum, non
admittantur, neque fieri possint nouæ proba-
tiones, nisi in illis casibus tantùm, in quibus de
Iure, & ex dispositione Statuti admitterentur,
& fieri possent; Quapropter ex dispositione
Iuris licitum est in recursu ab interlocutoria
habente vim difinitiuę nouas facere probatio-
nes perindè, ac licet in appellatione ab ipsamet
difinitiua, vt suprà fuit firmatum, Iuramento
nouas probationes pro parte Bartholomæi
coram Nobis factis attendere iustum esse du-
ximus.
48 Et prædicta eo faciliùs procedere visa fue-
runt, quia non agebatur de nouis omninò pro-
bationibus, sed de coadiuuando probationes
deductas in prima Instantia, in qua fuit alle-
gata solutio capitalis huius census, & super ea
productæ fides extraiudiciales; Hoc namquè
casu admitti debere nouas probationes, in
specie declarat *Magon. decis. Lucan. 69. n. 25.*
Rot. Bononien. decis. 81. num. 21. Rot. coram
Cæsare de Grassis dec. 20. num. 11. de probat. &
coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 172. num. 7.
& coram S. M. Gregor. dec. 232. num. 6. Ibiquè
Adden. num. 9. cum alijs allegatis in *Ariminen.*
Molendini 2. Iulij 1640. §. vltimò coram clar. me.
Bichio, & in Romana retentionis Domorum 29.
Ianuarij 1649. §. Nos obstat coram R. P. D. Ve-
rospio, latè *Marescott. variar. lib. 2. cap. 121.*
nu. 20. & fuit dictum in Romana Fructuum Do-
tis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. Peutingero,
latissimè *in Romana Pecuniaria 27. Maij 1651.*
49 *coram R. P. D. Celso, §. Nec obstare.* Et hæ pro-
bationes vt supra coadiuuatiuæ, debent atten-
di, etiam quando Iustitia, vel iniquitas senten-
tiæ deberet Iustificari ex ijsdem actis, vt magi-
straliter fuit firmatum in *Casenaten. Census 2.*
50 *Maij 1653. §. fin. coram R. P. D. Cerro*; Imò
eas esse de actis primæ Instantiæ non immeritò
dici posset *ex Rot. in Roman. Saluian. seu Atten-*
tatorum 29. Maij 1641. §. Vltrà quod coram
51 *bo. mem. Carillo*; Vbi quod probatio coadiu-
uatiua probationum primæ Instantiæ perindè
habetur, ac si in eadem prima Instantia facta
fuisset, & reputatur de actis primæ Instantiæ,
etiam ad effectum iustificandi ibi deducta.
Absoluimus ambas partes ab expensis, ex
quo pars reportauerat primam sententiam fa-
uorabilem, & sic supposita iusta causa, & ex
alijs animum nostrum mouentibus, ab impen-
sis liberauimus iuxtà stylum, quem seruat Ro-
ta nostra, & Nos alibi sæpè.
Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè
informante &c.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pacto inter contrahentes inito de quomodocunquè, & qualitercunquè non alienando, vel in alios transferendo Iura emphyteutica, vel illius melioramenta ſine expreſſa licentia Concedentis extrà compræhenſos in contractu, an illo non obſtante, poſſit aſtringi Dominus directus ad præſtandum conſenſum de alienando in alios æquè Acquirenti idoneos; & an Iudex in caſu denegationis illum ſupplere poſſit?

SVMMARIVM.

Emphyteutæ de Iure eſt licitum Iura ſua in alium transferre, num. 1.

Prohibitio legis, vnita cum prohibitione hominis, omnes caſus ſub eadem met prohibitione includit, etiam eos, qui aliàs eſſent liciti, & permiſſi, num. 2.

Dominus compelli non valet ad præſtandum conſenſum in caſibus à Iure permiſſis in alienatione, quandò adſunt duæ prohibitiones legis, et hominis, num. 3.

Alienatio bonorum linellatorum abſque licentia Domini directi ab initio interdicta videtur, ſi vltrà legalem prohibitionem adſit etiam contrahentium explicita, num. 4.

Pactum, & contrahentium prohibitio à principio acquiſitionis, alienationi facienda reſiſtit, num. 5.

Emphyteuta non poteſt alienare, niſi cum conſenſu Domini directi, & niſi ipſo requiſito; num. 6.

Conſenſu à Iudice mandari poteſt haberi pro præſtito, ſupplendo factum Domini directi recuſantis eum præſtare, num. 7.

Conſenſum quòd præſtet Dominus directus, & quòd præſtare teneatur, paria ſunt, num. 8.

Prohibitio concepta per duas dictiones negatiuas, reſoluitur in permiſſionem alienandi cum conſenſu, num. 9.

Prohibitio vnica negatiua facta videtur abſoluta, & indefinita, vt alienationem quamlibet prohibeat etiam in caſibus à Iure permiſſis, num. 10.

Dominus directus, cur ex duplici negatiua poteſt cogi ad præſtandum conſenſum in alienatione, & ex vnica negatiua cogi nequeat, datur ratio, num. 11.

Clauſula, ad habendum, *appoſita in aliqua Inueſtitura, ſiuè contractu, quid operatur, num. 12. 13. 14. & 15.*

Clauſulæ generales Inueſtituræ, aliàs aptæ comprahendere extraneos, quid importent, & quam reſtrictionem contineant, attenta prohibitione expreſſa cum vna tantùm negatiua, num. 16.

Prohibitio alienationis maturo conſilio à partibus appoſita, plus attendi debet, quàm Clauſulæ generales, ad habendum, & ſimiles; *vt pluſrimùm apponi ſolita per Notarios, num. 17.*

Verba: Qualitercunquè, & quomodocunquè *appoſita in Inueſtitura poſt pactum de non alienando, ſecundùm rationem recti ſermonis comprahendunt omnes modos, & caſus etiam vltrà expreſſos, num. 18. Ampliatur num. 19. & 20.*

Dominus directus poteſt denegare conſenſum emphyteutæ, quandò proponit perſonam ex pacto, & conuentione prohibitam, num. 21.

Prohibitio expreſſa de non transferendo Iura liuelli in extraneos, non poteſt cogere Dominum directum ad præſtandùm conſenſum in eos, num. 22.

Pacta, & conuentiones vnicuique licet rebus ſuis apponere, quæ omnino ſeruanda ſunt, num. 23.

Obligatio, ſeu hypotheca de Iure Communi non eſt propriè alienatio, num. 24.

Lex conſtituta, & expreſſa à contrahentibus non poteſt vllo modo inficiari, num. 25.

Emphyteuſis nullam propriam naturam habet, niſi eam, quæ à partibus ipſi tribuitur, num. 26.

Prohibitio ſubſequens eneruat vires præcedentium Clauſularum, num. 28.

Deciſ. 294. par. 2. recent. ſeu par. 3. deciſ. 286. & Grat. conſ. 86. num. 14. lib. 1. cum alijs &c. *quomodò ſint intelligenda ad materiam, num. 27. 29. 30. & 31.*

Conſenſus denegari poteſt, quandò verſatur in mera, & propria venditione nominatim prohibita, & contenta expreſsè in pacto, num. 32.

Statut. Vniuerſ. Lucæ cap. 115. in fin. lib. 2. *permittit emphyteutæ alienare Iura, & meliorationes, requiſito Domino directo, num. 33.*

Pacta, & conuentiones partium aliter diſponentium derogant legibus, & ſeruanda ſunt inter partes, num. 34.

Statutum diſponens idem, quod Ius Commune, & ad illud expreſsè ſe referens, recipit eaſdem limitationes, & declarationes, quas recipit idem Ius Commune, num. 35.

Emphyteuſis, quandò exiſtimatur magis locatio, quàm emphyteuſis, num. 36.

Emphyteuſis poteſt eſſe emphyteutica, & pactionata, vel mixta, num. 37.

Emphyteuſis denotatur per verba in Inueſtitura appoſita, & quænam debeant eſſe, num. 38.

Emphyteuta ſi nominet Perſonam pro emptrice Iurium liuellariorum, ad effectum vt dicatur idonea, quæ requirantur, num. 39.

Idoneus quiſque præſumitur non autem quòad facultatem, num. 40.

Poſitiuum

Positiuum aliquod requiritur ad hoc, vt quis possit dici habere de proprio, num. 41.

Alienationem Iurium liuellariorum prætendens in aliquem facere, tenetur concludenter probare, illum esse idoneum ad soluendum canonem, quæ est qualitas requisita, num. 42.

Personæ pauperes, vel minus idoneæ ad soluendum remissiuè enumerantur, num. 43.

Redditus, *& fructus patrimonij, & non proprietas bonorum attenduntur ad probandum diuitias, aut paupertatem, num. 44.*

Idoneitas extrinseca non præsumitur, num. 45. Maximè in præiudicium Tertij, num. 46.

Idoneitas quando à lege profertur, semper est intelligenda cum aduerbio Æquè, num. 47.

Non est quærendus nodus in scirpo, cum sit standum decisionibus indiuidualibus, num. 48.

Rotæ Romanæ *authoritas cæteris antecellit, nu. 49.*

Victus victori in expensis condemnatur ex regula contrà succumbentem in lite, num. 50.

Appellans à sententia valida, non potest ab expensis liberari, num. 51.

Decisio IV.

DOm. Vrsula Petri de Luca vsque de anno 1638. sub die 17. Octobris per Instrumentum publicum rogatum per Eg. Ser Anton Carello concessit ad liuellum, seu emphyteusim Dominico Gabrielli de Vurno, & Carolo eius filio vsquè ad tertiam generationem vnam domum Lucæ positam cum apotecha, & alijs suis pertinentijs pro annuo canone scut. 28. pacto adiecto, *quod dicti Dominicus, & Carolus non possent, neque eorum descendentes valeant eorum Iura dicti liuelli, & meliorámentorum alicui vendere, cedere, donare, & in dotem dare, seù aliter quomodocunquè, & qualitercunquè alienare, vel in alios transferre sine expressa licentia d. D. Vrsula concedentis, vel suorum hæredum, & successorum extra comprahensos in præsenti emphyteusi, aliàs cadant à beneficio concessionis, & liuelli, ac melioramentorum*, vt latiùs legitur in dicto præfato instrumento inuestituræ, cui &c. Et cum prædictus Dominicus eãdem domum pluribus meliorationibus auxerit, & ad vsum furni redegerit, ac exercitium furnarij vnà cum Carolo eius filio exercuerit vsquè ad annum 1652. quando vitam cum morte commutauit; Quapropter dictus Carolus eius filius decreuit præfatum exercitium deserere, & iura vtilis dominij super dicta domo sibi competentia cedere Simeoni quon. Michaelis Angeli Valentini de Villa ad Rhodium pariter furnario Lucæ habitatori pro pretio scut. 100. & ideò cum citare fecisset d. D. Vrsulam ad videndum pronunciari bona, de quibus in dicto Instrumento liuelli, fore, & esse vendenda, dictamque D. Vrsulam teneri, & obligatam esse ad præstandum consensum præfatæ venditioni, & recipiendum in vtilem Dominum dictum Simeonem Michaelis Angeli Valentini eorũdem bonorum Emptorem, & in casu contumaciæ, vel recusationis, ad videndum pronunciari, dictum consensum haberi pro præstito, vt latiùs habetur in actis primæ instantiæ fol. 5. in ordine. Et compilato processu super tali petitione coram D. Iudice Ordinario, sententiauit ad fauorem D. Vrsulæ, ipsam absoluendo à petitis pro parte dicti Caroli, à qua sententia fuit interposita appellatio per eundem ad Rotam, & cum causa esset in limine expeditionis, fuit dubitatum coram DD. meis, an esset benè, vel malè iudicatum, & DD. vnanimiter dixerunt vnà mecum fuisse benè iudicatum, & malè appellatum. Moti ex pluribus in iure satis solidis fundamentis.

Primum itaque fundamentum deductum fuit ex præfato Instrumento liuelli, vbi pactum legitur expressum, quod Carolus Gabrielli vtilis Dominus, siue &c. non possit iura super dicta Domo sibi competentia alienare sine expressa licentia dictæ Vrsulæ Dominæ directæ *quomodocunque, & qualitercunque &c.* Cuius
1 vigore sequitur, quòd licèt de iure sit licitum emphyteutæ iura sua in alium transferre ad tradita communiter per DD. *in l. final. Cod. de iure emphyt.* Tamen prædicto pacto stante, alienatio ex causis alijs de iure permissis fieri
2 non potest, ea ratione, Quia quotiescunque adest prohibitio legis vnita cum prohibitione hominis, omnes casus sub eademmet prohibitione includuntur, etiam ij, qui aliàs essent liciti, & permissi, iuxta tex. *§. sanctissimus aut. de alienat. & emphyt. Imola in l. filius familias, §. Diui, vers. Extra Glosam*, & ibi *Alex. num. 2. circa medium, ff. de legatis pr. Salycet. & Bart. in l. ea lege, num. 3. ad fin. Cod. de condit. ob causam, Bald. in cap. pr. §. præterea de capit. Corradi post Glosam in l. 2. Cod. de vsu capion. pro empto re, Rhodoan. de rebus Eccles. non alien. quæst. 19. num. 81. & seqq. Addentes ad Clarum in §. emphyteusis sub num. 4. versic. Item haud potest donari &c. Fabianus de Monte de emptione, & venditione 4. q. principali num. 25. & 26. Cald. Pereyra de renouat. emphyt. lib. prim. quæst. 16. num. 12. Rosental. de feudis cap. 9. conclus. 46. num. 8. & 9.* & ibi *Addentes littera E. Cyriac. controuers. forens. controuers. 222. num. 63.* nouissimè *Franc. Maria Pratus variar. resol. lib. 1. cap. 17. nu. 27. qui sub num. 56.* infinitos DD.
3 cumulat; & in terminis nostris, quandò adsunt duæ prohibitiones vna legis, & altera hominis, quod ipsæ operentur, vt neq. in casibus à Iure permissis,

permissis, alienatio fieri possit, ità vt Domi-
nus compelli non valeat ad præstandum con-
sensum, *Franciscus Consalius meus Germanus in*
obseruat. ad Peregrin. de fideicom. artic. 38. fol.
263. col. pr. versic. Siquidem respondetur, qui
plures allegat, *impressione Veneta*. Et pro hac
opinione vti magis communi consuluerunt
Ruin. cons. 123. num. 12. lib. 2. vbi infert, quod
nec etiam ex causa dotis potest alienari, *&*
cons. 161. num. 24. lib. 4. Decius cons. 349. post
num. 3. vers. Prætereà, Natta cons. 481. num. 17.
& seq. Iason. cons. 227. col. pr. in fin. vers. Item
probibitio lib. 2. Surd. cons. 323. n. 3. in puncto
Riminald. Iun. cons. 782. num. 128. Bardellon.
cons. 14. nu. 13. & seqq. lib. pr. Simon de Pratis
cons. 54. nu. 4. 5. & 6. Bursatt. cons. 199. nu. 11.
versic. Non puto, & num. 48. & hanc opinio-
nem ità cōmunitèr in Tribunalibus seruatam,
firmat *Sperellus dec. for. Eccl. 120. num. 78. &*
79. cum seqq. part. 2. ac etiam *Rota Romana*
apud Cenc. de Cens. decis. 74. numer. 5. & apud
Ludouis. in puncto *emphyt. dec. 529. n. 12. et 13.*
4 & in iure est indubitatum, quod quando vltra
legalem prohibitionem, adest etiam contra-
hentium explicita prohibitio, nè bona liuella-
ta possint alienari absque, seu sine licentia
Domini directi, &c. Ex vi huiusmodi duplicis
prohibitionis videtur penitùs interdicta om-
nis, & quæcunque potentia alienandi dictam
domum, seu ipsius melioramenta vsq. ab ini-
tio, vt terminis fuit firmatum in *Bononien. Bo-*
norum 7. Iunij 1647. coram R. P. D. Meltio, vers.
Quæ probibitio; Ità quod neque minus ad ef-
fectum vendendi liceat alienare, etiam in per-
sonam habilem, ac æstimationem consequen-
5 di, Cùm huiusmodi pactum, & contrahen-
tium prohibitio resistat à principio acquisitio-
nis, vt sic distinguendo opinionem *Speculato-*
ris tit. de locato, §. nunc aliqua nu. 148. firmauit
Rota apud Gregorium citat. decis. 529. num. 10.
& decis. 211. num. 31. cum plurib. seqq. part. 6.
recent. & in terminis nouissimè fuit firmatum
in Caietan. Bonor. 10. Iunij 1648. coram R. P. D.
Cerro, §. Quæ nullam in proposito recipiunt du-
bietatem, impressa *in decisionibus* à me cumu-
latis *post Salgad. in tractat. labyrint. Credit. decis.*
79. num. 11.

Secundò pro subsistentia decisionis fuit per
vnum ex DD. consideratum, quod attenta
dicta inuestitura, ac pactis in ea contentis,
non versamur in prohibitione concepta per
6 duas dictiones negatiuas, nempè, *vt non possit*
alienare, nisi cum consensu Domini directi, vel
nisi ipso requisito, quod idem est per *text. in cap.*
potuit extra de locato, & l. final. §. si duorum
Cod. de iure emphyt. Fulgin. de iure emphyt. tit.
de alien. emphyt. quæst. prim. num. 129. & seqq.
Roland. cons. 56. num. 16. & 17. vol. 4. Surd.
7 *decis. 320. num. 56.* & Iudex in casu recusatio-
nis, quandò Dominus nollet præstare consen-
sum, potest mandare ipsum haberi prò præsti-
to, supplendo in hoc factum dicti Domini di-
recti, ad tradita per *Alex.* in puncto *cons. 57.*
8 *num. 6. lib. 2.* & paria sunt, quod consensum
præstet Dominus directus, & quod præstare
teneatur, licèt recusauerit, latè *Menoch. de ar-*
bitrarijs casu 182. nu. 11. & 12. Surd. cons. 182.
num. 76. et seqq. Bertazzol. cons. 5. num. 15. lib. 1.
in terminis *Rota apud Ludouis. decis. 520. nu. 4.*
9 Et sic quādò prohibitio est concepta per duas
dictiones negatiuas, resoluitur in permissio-
nem alienandi cum consensu, ex doctrina
Bald. in l. voluntas 4. num. 7. versic. Pone con-
cessum Cod. de fideicom. Rum. cons. 127. num. 13.
circa medium lib. 2. Decian. cons. 10. num. 17. et
sequen. lib. 4. Gratian. discept. forens. cap. 416.
num. 4. Rota apud Buratt. decis. 206. num. 23.
eadem *Rota* latissimè *in Sarsinaten. feudi 22.*
Iunij, & 18. Octobris 1645. coràm Reuerendiss.
D. Dunozet Decano, & in eadem Sarsinaten. feudi
3. Iulij 1651. corā Emin Otthobono, §. Non obstat.
10 At in casu de quo in dicta inuestitura facta
d. Dominico, & Carolo Gabrielli vt supra,
vnica adest negatiua, ibi: *Pacto adiecto, quòd*
dicti Dominicus, & Carolus non possent, neque
eorum descendentes valeant eorum iura dicti li-
uelli, & melioramentorum alicui vendere, cedere,
donare, in dotem dare, seu aliter quomodocunquè,
& qualitercunquè alienare, vel in alios transferre
sine licentia expressa dictæ D. Vrsulæ concedentis;
Nam isto casu prohibitio antedicta videtur
absoluta, & indefinita, ita vt alienatio quæuis
sit prohibita, etiam in casibus à iure permissis,
vt clarè deducitur ex dicta *Sarsinaten. feudi 3.*
Iulij 1651. coràm Eminentiss. Otthobono, §. Non
obstat, versic. Quia, & in eadem coràm Reueren-
diss. Dunozet Decano.
11 Et ratio diuersitatis in eo consistit, quia
primo casu prohibitio cum duplici negatiua
secundùm Doctores supra allegatos, resoluitur
in permissionem, & Dominus directus potest
cogi ad præstandum consensum, qui ex tunc
censetur permissus; Secundò verò casu, de
quo in dicta inuestitura agitur, prohibitio est
simplex cum vnica negatiua, & ideò stat in
suo robore negatiuo, & Dominus alienationi
consentire non tenetur, & neque Iudex potest
supplere, prout in puncto prohibitionis alie-
nationis sine consensu Domini ratiocinatur,
ac distinguit *Io. Franciscus Aponte cons. 2. nu. 6.*
& seqq. & cons. 81. num. 58. & 59. lib. primo.
Cæsar Manente decis. 2. num. 40. & 41. & ità in
terminis fuit firmatum per *Rotam in Caietana*
Bonorum 3. Decembris 1646. §. Pro quorum dece-

coràm R. P. D. Cerro, & nouissimè eadem *Rota*
in fortioribus terminis *in Romana deuolutionis*
domus 4. Decembris 1651. *coràm R. P. D. meo*
Bichio, *§. Eo nunnà*, *& præcipuè versic. & ratio*
diuersitatis est.
12 Prout neque prædictis obstare visum fuit
clausula, *ad habendum*, apposita in parte dis-
positiua præfatæ inuestituræ, cujus virtute
tribuitur facultas alienandi, quãdo nihil aliud
resistat, ad tradita per *Decium cons. 171. num. 3.*
vers. Quarto, & vltimo, Curtius Iun. cons. 130.
num. 6. versic. Præterea, Corbul. de caus. priu.
emphyt. ob alienat. limit. 3. num. 2. & 3. Cac-
cheranus decis. 164. sub num. 4. cum alijs alle-
gatis in *dicta Caietana Bonorũ 3. Decemb. 1646.*
coram R. P. D. Cerro, §. Quod sine, in fine.
13 Etenim fuit responsum, quod dicta clausu-
la, *ad habendum*, in præfata inuestitura appo-
sita debet intelligi, & regulari juxta naturam
contractus emphyteutici *Rota apud Seraphinũ*
decis. 794. num. 8. & apud *Coccin. decis. 75. n. 10.*
14 Nec illam immutat, sed restrictionem recipit
ad limites ipsius contractus, cui apponitur, ea-
dem *Rota decis. 60. num. 12. & 13. part. 5. &*
decis. 74. num. 8. 9. 10. & 11. & decis. 211. n. 17.
15 *par. 6. recent.* Et hoc tantò magis vindicat sibi
locum, quãdò prout in præsenti, in inuestitura
adest expressa prohibitio alienationis, quia
tunc ipsam infringit, ac eneruat vim dictæ
clausulæ, *ad habendum*, adeò vt tribuere tan-
tùm possit facultatem alienandi inter illos de
linea comprehensos in inuestitura; Secùs ta-
men in extraneos; *Decius cons. 171. sub num. 3.*
Gratian. disceptat. forens. cap. 344. nu. 11. quos
sequitur *Rota decis. 294. num. 8. par. 2. recent.*
& decis. 74. num. 13. 14. & 15. & decis. 11. n. 8.
cum seqq. par. 6. recent. Rota in dicta Caietana
Bonorum 3. Decemb. 1646. coràm R. P. D. Cerro,
§. Quod sine difficultate, vbi datur responsio
16 omnibus contrarijs: Imò quandò adest dicta
prohibitio expressa cum vna tantùm negatiua,
scilicet, *Non possit alienare sine licentia, &c.*
semper dicta prohibitio remaneat absoluta,
& præceptum negatiuum importet, ita ut clau-
sulæ generales inuestituræ aliàs aptæ compre-
hendere extraneos, restringantur tantùm ad
hærodes sanguinis, in quos quatenùs alienatio
facienda veniret, tantùm in ipsos fieri permit-
tatur, vt in fortioribus terminis tradit *Afflict.*
in cap. pr. Is feudum ea lege num. 35. vers. Vide-
licet quod contractus, etc. si de feudo fuerit contro-
uersia inter Dom. & Agnat. Bossios de Bonorum
publicatione sub num. 34. Decius citato cons. 171.
versic. Quarto, & vltimo, Rosental. de feudis
cap. 2. conclus. 36. numer. 5. versic. Vbi idem;
Caldar. de emphyteusi lib. 2. quæst. 10. num. 16.
versic. Cæterum ego, Cæsar Manente decis. 2. n. 38.
cum duobus seqq. eadem *Rota in dicta Caietana*
Bonorum 3. Decemb. 1646. coràm R. P. D. Cerro
§. præquorum, vers. Quando prout hic, & §. Quod
17 *sine difficultate*, vbi subditur plus attendi de-
bere prohibitionem alienationis maturo con-
silio à partibus appositam, quàm huiusmodi
clausulas generales, *ad habendum*, & *similes*,
vt plurimùm apponi solitas per Notarios, vt
fuit firmatum *in decis. 781. num. 17. part. 8. re-*
cent. ex Decio dicto cons. 171. n. 3. Gabriel. cons.
91. n. 12. & 13. lib. pri. Gratian. discept. forens.
cap. 344. cum alijs *in Romana devolutionis Do-*
mus 4. Decembris 1651. coràm R. P. D. Bicchio,
§. Contrarium tamen, & fuit repetitum *in Ro-*
mana deuolutionis domus 20. Iunij coràm R. P. D.
Veraspie, §. Hinc verò sequitur vsque ad finem.
18 Quæ omnia comprobantur à fortiori, ex
illis verbis appositis in inuestitura post pactũ
de non alienando, *qualitercunque, & quomodo-*
cunque, quæ secundùm rationem recti sermo-
nis comprehendunt omnes modos, & casus,
etiam vltra expressos, ad tradita per *Grat. cons.*
21. num. 77. Cranett. cons. 207. nu. 14. Menoch.
cons. 944. num. 19. Decius responso 57. num. 26.
lib. pr. Franc. Merlin. decis. sup. Lucana 36. n. 10.
19 præsertim quandò, prout in præfata inuestitu-
ra, sunt repetita, & geminata, ad tradita per
Barbosam de dictionibus dictione 300. per totam,
20 *& dict. num. 29. num. 1. & 2.* vbi habetur, quod
prohibitus alienare *quomodocumque*, & *quali-*
tercunque, prohibetur etiam in casu licito, ex
eo, quod dicta verba omnem modum mole-
stiæ prohibent, & sic ponita prohibitione alie-
nationis inducta à lege, tũ supra dicta ex par-
tium conuentione apposita, sequitur, quod
alienatio (quatenùs esset facienda) inter per-
sonas, quæ vel à lege, vel ex dicta partium
conuentione non essent prohibitæ, tantùm fie-
ri permittatur, vt post *Iasonem, Salycet.* & alios,
declarat *Clarus in §. emphyteusis qu. 15. num. 22*
quem sequitur *Corbul. de caus. priuat. ob alienat.*
21 *& limit. 13. nu. 7.* ibi fundat posse Dominum
directum denegare consensum emphyteutæ,
quandò proponit personam ex pacto, & con-
uentione prohibitam, in puncto *Rota apud Lu-*
22 *donis. decis. 529. num. 11.* Et cum in præsenti
casu, de quo agitur, pactum sit expressum,
quod non possit dictus Dominicus, & Carolus
iura dicti liuelli in alios transferre, & sic in ex-
traneos, sed solùm inter comprehensos; non
poterat dicta D. Vrsula cogi ad dictum cõsen-
sum præstãdum alienationi faciendæ in perso-
nam penitùs extraneam contra dictam prohi-
bitionem expressam, iuxta *Text. inl. in tradi-*
23 *tionibus, ff. de pactis dotalibus*; Cum vnicuique
liceat rebus suis quæcunque pacta, & conuen-
tiones apponere, quæ omninò seruãda veniunt

Rota

Rota dicta decis. 74. num. 5. post Conc. de Cens. &
apud *Seraphin. decis. 794. num. 9.* & ratio est,
quia vbi per speciale pactum est prouisum,
quod emphyteuta non possit obligare, seù
alienare bona emphyteutica, quamuis de iure
24 communi non sit prohibita obligatio, seù hy-
potheca, cum non sit propriè alienatio, ad
tradita per *Clarum in §. emphyteusis quæst. 18. et*
21. Gratum cons. 54. num. 5. lib. pr. Tamen
25 quandò lex est constituta, & expressa à con-
trahentibus, non potest vllo modo inficiari,
Seraphin. citat. decis. 794. quod totum apertis-
simis verbis patet ex *dicta l. fin. Cod. de iure em-*
phyt. in illis verbis: *Sancimus siquidèm Instru-*
mentum emphyteuticum super hoc casu aliquas
pactiones habet, eas obseruari. Vnde videtur
Iustinianum præ omnibus mandasse seruari
pactum, & posteà, eo non existente, concedit
(præuio tamen consensu Domini directi) fieri
alienationem Iurium, & melioramentorum
26 per emphyteutas; Cum emphyteusis nullam
propriam naturam habeat, nisi eam, quæ à
partibus ipsi tribuitur, DD. *in l. 2. & ff. de Iure*
emphyteut. Soccin. Iun. cons. 90. lib. 3. Natta
cons. 94. num. 18. & cons. 114. num. 6. Afflict.
decis. 94. num. 2. cum seqq. Lepidus decis. Luc. 48.
in principio, Rota decis. 669. num. 4. in fine par. pr.
recent. cum aliis.
27 Quibus non obstant *Decisiones*, quæ in
contrarium fuerunt adductæ, nimirùm 294.
par. 2. recent. seu par. 3. decis. 286. Nam ibi so-
lùm loquitur de concessione habente explici-
tam facultatem alienandi in extraneos, vbibi-
dem *num. 6.* Quemadmodùm neque *Decisio*
Caualerij obstare visum fuit, 293. Nam ipsa
loquitur in Inuestitura nullam habente prohi-
28 bitionem, quæ tamen cócurrit in casu nostro,
& vt suprà fundauimus, enervat vires præce-
dentium clausularum, vt in terminis respon-
det *Rota in foro Sempronien. emphyteusis coràm*
Merlino, quæ est decisio 74. nu. 8. cum seqq. par. 6.
recent. & fuit firmatum in *Caietana Bonorum*
10. Iunij 1648. §. Et proindè, corã R. P. D. Cerro.
29 Neque obstant dicta per *Gratum cons. 86.*
num. 14. lib. pr. Fulgin. tit. de alienat. nu. 4. per
Rotam apud Ludouis. decis. 520. num. 8. & per
eandem *decis. 280. num. 3. part. pr. recent.*
30 Nam fuit responsum, quod *Ludouis.* est sibi
contrarius *in decis. 529. num. 12. & 13.* vbi no-
stram opinionem pluribus auctoritatibus fir-
mat, & idem tenuit *Rota dicta decis. 74. post*
Cenc. de Cens. Ac etiam nouissimè eadem *Rota*
in toties allegata *Caietana Bonorum 3. Decemb.*
1646. & 10. Iunij 1648. coràm R. P. D. Cerro,
cum aliis per *Sperellum decis. fori Ecclesiastici*
120. num. 78. & 79. & seqq. part. 2. Fulgin.
verò hanc nostram sententiam sequutus fuit,
quidquid dixerit *dicto num. 213.* dum *in n. 196.*
Baldi rationem efficacem appellat, & auctori-
tatibus roborat; Vltrà quod potest dici de
Fulgineo, quod diximus de *Grato, & Corbulo*,
quod ipsi non sint tantæ auctoritatis, vt rece-
dendum sit à superiori communi sententia
munita auctoritate *Glosæ, Bart. Baldi, Decij,*
Nattæ, Ruini, Iasonis, Salyceti, Imolæ; & alio-
rum antiquorum, vltrà modernos à me suprà
cumulatos *§. Primum itaque fundamentum per*
totum, qui legibus, & rationibus illam tuentur,
& in iudicando magis receptam ostendunt.
31 *Rota* verò *dicta decis. 280. num. 3.* neminem
allegat loquentem in terminis *pacti de non*
alienando, sed solùm *dicto num. 3.* probat, do-
nationem esse de iure permissam; Et licèt
prima facie videbatur esse in terminis, potiùs
fuit dictum posse retorqueri: Nàm postquàm
dicto num. 3. dixit donationem à lege permitti,
& neque illam venire sub prohibita alienatio-
ne, subdit tamen *sub num. 4.* potuisse Iudicem
supplere consensum Domini consentire recu-
santis: Ex quò nullam habebat iustam recu-
sandi causam, supposito, quod donatio non
32 esset prohibita; At nos versamur in mera, &
propria venditione nominatim prohibita, &
contenta expresè in dicto pacto. Ideoquè
benè D. Vrsula habuit iustam causam denegã-
di talem consensum, vt in terminis fuit firma-
tum *in Romana deuolutionis domus 4. Decembris*
1651. coram R. P. D. mea Bichio, §. Eo minùs,
vers. Et ratio diuersitatis est.
33 Neque obstare visum fuit statutum *in cap.*
115. in fine lib. 2. Statut. Uniuers. vbi permitti-
tur emphyteutæ alienare iura, & melioratio-
nes, requisito Domino directo, vt hic factum
fuit, & cum quo statuto contrahentes se con-
formasse præsumitur, iuxta vulgat.
34 Tùm quia pacta, & conuentiones partium
alitèr disponentium, derogant legibus, & ser-
uanda sunt inter partes, *Rota decis. 98. num. 2.*
35 *par. 5. recent.* Tùm etiam quia cum statutum
non solùm disponat idem, quod ius cõmune,
sed ad illud expresè se referat; recipit easdem
limitationes, & declarationes, quas recipit
idem ius commune, *D. Lælius Altogradus cons.*
31. num. 42. & cons. 58. num. 36. lib. 1. cum
aliis passim.

Prout ad prædicta firmandum vllam habui-
mus considerationem ad illud, quod per in-
formantes adducebatur pro dicta D. Vrsula
36 Petri, scilicèt, quod dicta emphyteusis potiùs
locatio, quàm emphyteusis existimari debe-
ret, cum non sit facta pro modica pensione,
prout est de substantia emphyteusis, sed pro
pensione magna, & fructibus correspondente,
cum dicta domus valoris circitèr scut. 500.

fuerit data in emphyteusim pro scut. 28. an-
nuis,& sic ad rationem scut. quinquè pro cen-
tenario, vltra alia pacta in dicto instrumento
liuelli apposita locationem arguentia, ad tra-
dita per Bart. in l.pr. num.4. & ibi Iason.num.5.
Cod. de iure emphyteutico, Clar. in §.emphyteusis
quæst. pr. Rota decis. 14. num. 12. & 25. par.6.
recent. & apud Seraphin. decis. 794. num.pr. &
seqq. Ideòquè intrare claram dispositionem
dicebant Informantes Stat. in cap. 114. lib. 2.
cuius tenor non ignoratur.
37 Etenim quidquid sit de prædictis, an existi-
mari deberet locatio, vel emphyteusis; Ta-
men omnia fundamenta supra posita habent
quoquè locum in emphyteusi, prout in casu,
de quo agitur, emphyteusim ipsam existima-
uimus; Ex eo, quod emphyteusis potest esse
emphyteutica, & pactionata, vel mixta, ad
tradita per Gabriel.cons.84. num.12. lib.2. Vin-
centius de Franchis decis.191. num.1. Surd.decis.
198. num. 23. vers. Respondetur etiam, & num.
24. Rota in Romana domus 22. Aprilis 1644. §.
38 Quia omisso coràm B. M. Card. Cecchino; Prout
verè emphyteusim denotant verba in inuesti-
tura apposita, scilicet, Pactum de meliorando,
Reseruatio directi Dominij, prohibitio alienationis
sub pæna ammissionis melioramētorum, & similia,
ad tradita per Capyc. latro decis. 18. num. 12.
vers. Quod quando, Buratt. decis. 601. num. 5.
Rota decis. 14. num. 46. & seqq. vbi respondet
contrarijs, & decis. 128. nu. 1. part.6. recent, &
fuit dictum in Romana deuolut. Vinea 14. Maij
1646. §. Quæ sane effectuatio, versic. Pro cuius
etiam coràm R. P. D. Verospio, cum alijs in
dicta Romana deuolutionis domus 4. Decembris
1651. §. His positis coràm R. P. D. Bichio.
39 Verùm Domini ex abundanti voluerunt
gustare articulum, an persona nominata per
dictum Carolum emphyteutam pro emptrice
dictorum Iurium liuellariorum, esset idonea
ad soluendum, quatenùs consensum dicta D.
Vrsula vellet præstare; Et cui nàm incumberet
onus probandi dictam idoneitatem, & cùm
mihi non adsit tempus examinandi vtrunque
articulum, dum oportet dare decisionem in
termino viginti quatuor horarum ab hora
prolationis sententiæ sub pænis,&c. Ideò bre-
uitèr quòad primum caput est supponendum,
quod tria requiruntur ad probandam idonei-
tatem, primò facultas conueniendi; secundò
Bonorum opulentia; tertiò eiusdem personæ lega-
litas, & fides, ex text. in l. si quis stipulatus fuerit
Stichum, aut Pamphilum 112. ff. de verb. obligat.
ibi: Nisi quod plerumque idonei non tantùm pa-
trimonio, quàm fide quoque æstimarentur, & l. 2.
in principio, ff. qui satis dare cogantur; ibi: Non
tantùm facultatibus, quàm etiam ex conueniendi
facilitate. Gratian. discept. forens. cap. 527. n. 30;
40 & idoneus quisque præsumitur, non autem
quòad facultates ad doctrinam Bartol. in l. si
verò, §. Qui prò rei, ff. qui satis dare cogantur;
Quæ requisita in casu, de quò agitur, minimè
cōcurrunt in dicto Simeone nominato à dicto
Carolo pro emptore, cum quantitas ipsius pa-
trimonij non excedat scut. 100. quæ minimè
est sufficiens ad annuam solutionem dictorum
scut. 28. Et exercitium artis pistoriæ, quam
dictus Simeon possidet, quandò importaret
scut. 8. quolibet mense, ipsa non sufficerent
prò alimentis proprijs, & suæ vxoris, & fami-
liæ, quod totum ex lectura testium in processu
examinatorum, apparere visum fuit; Vltrà,
quod prędictum exercitium non potest haberi
in consideratione, cum dependeat ab alieno
41 arbitrio, & à futuro euentu; Et sic ad hoc,
vt quis possit dici, habere de proprio, requiri-
tur aliquod positiuum, ad tradita in puncto
per Rotam decis. 224. numer. 5. part. 2, recent.
Merlin. de legitima lib. 2. qu. 30. num. 16. Ma-
rescott. variar. resolut. lib. 2, cap. 83. numer. 4.
Rota decis. 92. num. 13. part. 5. recent. Vndè
42 inferebatur, quod Carolus, qui est Actor, &
prætendit alienationem facere in dictum Si-
meonem iurium liuellariorum, & cogere
dictam D. Vrsulam ad consentiendum, tene-
tur concludentèr probare, dictum Simeonem
esse idoneum ad soluendum Canonem, quę est
qualitas requisita d.d. l. fin. §. sin autem, Cod. de
iure emphyteutico, quod comprobat Fulgin. tit.
43 de alien. dicta quæst. pr. num. 2. & 24. vbi enu-
merat personas pauperes, vel minùs idoneos
ad soluendum, Clar. in §. emphyteusis quæst. 16.
nu. 2. vers. Quarto, in terminis Natta cons. 266.
num. 5. & cons. 388. num. pr. & cons. 774. n. 2.
Ioseph Ludouic. decis. Lucan. 2. num. 13. cum
pluribus seqq. Merlin. decis. 71. n. 1. Rota decis.
230. num. 2. par. 3. & in puncto qualitatis di-
uitiarum, seù paupertatis, &c. tradit Bertazol.
cons. 244. in Criminal. & multas rationes cumu-
lat Gratian. discept. forens. cap. 626. num. 12. &
44 cap. 689. num. 36. Et quòd ad probandum
diuitias, aut paupertatem, non attendatur
proprietas bonorum, sed redditus, & fructus
patrimonij, Crauett. cons. 199. num. 7. Natta
cons. 590. num. 14. & cons. 666. n. 3. Riminald.
Sen. cons. 640. num. 15. lib. 4. Imò non solùm
tenetur probare, quod sit idoneus, sed æquè
idoneus, ità vt si contentio sit inter Locato-
rem, & Conductorem de conditione Subcon-
ductoris, probari debet illa qualitas, scilicèt,
quod Subconductor sit æquè idoneus per Sub-
45 locantem; Cùm idoneitas extrinseca non
præsumatur, Glos. in l. si verò, §. Qui pro rei, ff.
qui satis dare cogantur, Riminald. Iun. cons. 538.
num. 51.

num. 51. vol. 5. plenè Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 878. n. 4. Menoch. de præsumpt. præs. 91.
46 num. 16. cum seqq. Ità quod idoneitas non præsumatur in præiudicium Tertij. Beninsend.
47 decis. 62. per tot. Et quod quandò idoneitas à lege profertur, semper intelligenda sit cum illo aduerbio (æquè) in puncto relato Imola in l. pr. §. Si quis neget, ff. quemadmodum testamenta aperiantur cum alijs, fundat Cost. in tract. aut sciebat, aut ignorabat distinct. 80. num. 17. vsque ad 23. cent. 1. Carrocius de locato, & conducto par. 2. in recept. legis nemo qu. 1. num. pr. & 4. Cod. locati, Petrus Ridolph. in sua prax. Iudic. par. 2. cap. 13. num. 97. & 98. qui allegat singularem Glosam in dict. l. Nemo, & ibi Albericus in principio, & Bald. num. prim. Gratian. discept. forens. cap. 547. num. 51. Rota apud Cavaler. decis. 286. num. 4. Et quòd dictus Simeon non sit æquè idoneus, ex testibus examinatis ad instantiam d. Caroli Gabrielli clarè deduci visum fuit, nimirùm ex pr. super 8. Interrog. fol. 7. & ex secundo fol. 15. super 5. Interrog.

Ex quibus per nos ità fuit resolutum contrà dictum Carolum Gabriell. siuè &c. ex doctrinis, & decisionibus Rotalibus inindiuiduò nostram decisionem comprobantibus; Ideò
48 que non erat quærendus nodus in scirpo, cum sit standum decisionibus indiuidualibus, ad tradita per Magon. decis. Lucen. 7. numer. 28.
49 Præsertim Rotæ Romanæ, cuius authoritas cæteris antecellit, ad tradita per Barzium in suo cons. vnico post decisiones num. 274. Sperell. decis. for. Eccles. 121. nu. 106. cum alijs passim.
50 Et sic meritò Victum Victori in expensis condemnauimus, tùm ex regula contrà succumbentem in lite, de qua in leg. eum qui temerè ff. de Iudicijs, cap. vlt. in fine de maioritate, & obedientia, authentic. generaliter, §. Et si. Cod. de Episc. & Cler. Glosa in cap. finem litibus, verbo Expensas, vers. Illud regulare de dolo, & contumacia, Menoch. de arbitrarijs casu 197. nu. pr. Rota coràm Buratt. decis. 92. num. prim. & ibi Addentes; Tùm etiam, quia dictus Carolus Actor, dùm habebat primam sententiam contrà se, debebat acquiescere, ne incideret in
51 regulam, quod Appellans à sententia valida non potest ab expensis liberari ex dispositione text. in cap. reprehensibili de appellationibus, Rota coràm Puteo decis. 400. lib. primo in correctis.

Et sic vtraque Parte acerrimè Informante fuit decisum, &c.

ARGVMENTVM.

Remedium *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollen.* non datur legitimo existente Contradictore, contrà quem an sit agendum via ordinaria. Possessio, stante Statuto de illa continuanda in hæredem, an, & quandò dicatur valida, si à Iudice alicui fuerit concessa hærede ipso non citato, maximè accedentibus Clausulis præseruatiuis, & in quibus casibus procedat dictum Statutum de continuanda. Colonus, vel Conductor dicitur possidere pro hærede, & an, & quandò ad ipsam acquirendam requiratur expulsio Colonorum. Ciuis quandò quis esse desinat, & an per translationem Domicilij in alium locum cum tota familia excludatur à Statuto prohibente forensibus acquisitionem bonorum in eius Territorio.

S. V. M M A R I V M.

Remedium l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollend. *non potest intentari, quandò adest Contradictor, & Possessor, nisi parte citata, & porrecto libello, num. 1.*

Immissio vigore l. fin. &c. *ad hoc, vt sit valida, quid attendum est per Intentantem eam, num. 2.*

Immissio vigore l. fin. &c. *nunquàm conceditur existente legitimo Contradictore, num. 3.*

In Contradictorem legitimum agendum est via ordinaria, num. 4.

Citatio etiam generalis non est necessaria, quandò possessio est vacans, num. 5.

Citatio non requiritur, vbi agitur de modico, vel nullo præiudicio, num. 6.

Possessio plena non potest apprehendi à fideicommissario propria authoritate, sed necessaria est Iudicis authoritas, & partis citatio, secus quandò est vacans, num. 7.

Possessio tradita cum Clausula: Saluo Iure cuiuslibet Tertij habentis meliora, & potiora Iura *Intelligitur data sub conditione si alius non possideat, num. 8. Et operatur alterius possessionis præseruationem, num. 9. At si constet de possessione,*

vel

vel potiori Iure alterius possessionem traditam, resoluit, num. 10.

Possessio data à Iudice non citato possessore, est nulla, & reuocanda, num. 11.

Possessio adepta non citato possessore non est manutenibilis, num. 12.

Possessio authoritate Iudicis apprahensa reputatur iusta, num. 13. Declaratur num. 14.

Iudex nulliter procedens dicitur spoliator, num. 15.

Possessio apprahensa à fideicommissario sine hæredis voluntate, ac citatione, etiamsi fuisset valida, oportet illam priùs hæredi restituere, & posteà de fideicommisso disceptare, num. 16.

Contractus locationis, siue temporalis, siue perpetua non finitur per mortem, sed transit ad hæredes, num. 17.

Possessio probatur per Conductores contradicentes, et nolentes eam tradere, ac protestantes possidere, pro hæredibus Locatoris, num. 18.

Conductores possunt se opponere, etiamsi non constet adesse hæredem, & hæreditas ipsa esset iacens, donec appareat, nullum velle esse hæredem, & defunctum sine hærede decessisse, num. 19.

Filius vel filius, & reuiuiscente persona sui patris se opponere potest tàm de Iure Statutario Lucæ, quàm de Iure Communi, num. 20.

Possessio non dicitur vacans ob mortem, à die cuius statim absque alia apprehensione continuat in hærede, & hoc vigore Stat. Luc. cap. 12. lib. 2. num. 21. vbi quod inter mortem defuncti, et acquisitionem hæredis, non est dare medium.

Statuti factum continuantis possessionem in hærede velociùs est, quàm factum cuiuscunque Tertij illam apprahendentis, & audentis impedire effectum huiusmodi legalis continuationis, num. 22.

Possessio est vera, & non ficta, nec noua, sed illa eadem, quæ erat penès defunctum conseruata per Statutum, & non extincta per mortem, sed continuata in hæredem, num. 23.

Possessio nec momento vacasse dicitur, nullo actu corporeo, aut verbo interueniente, & transit à testatore in hæredem, vt nunquàm interrupta videatur, num. 24.

Possessio per Statutum continuata non interrumpitur ex eo, quod alius de facto ipsam occupet, num. 25. etiam quod ipsam occupet authore Prætore, & quod ratione statuti continuatiui, non solùm competat remedium retinendæ, recuperandæ, et adipiscendæ, verùm etiam per hæredem omnia similia exhiberi possint. latè ibidem.

Possessio de Iure Communi non continuatur in hæredem, sed est necessaria noua apprahensio, cum mors omnia soluat, num. 26.

Possessio de Iure Communi non continuatur absque actuali apprahensione, num. 27.

Possessio, stante Statuto de ea continuanda in hærede, non potest propria authoritate à fideicommissario apprahendendi, quia non est vacans, sed plena, num. 28.

Possessio ultimitò transfertur in hæredem authoritate legis municipalis taliter, vt fideicommissarius inde illam apprehendens, vitiosam omninò habeat, licet hæres naturalem adhuc non apprahendisset, nec legitimus reputetur Contradictor, num. 29. Ampliatur, quod fideicommissarius vti turbator repellendus est, num. 30.

Hæres quandò absque alia apprahensione continuet possessionem defuncti, num. 31. & 32.

Possessio non dicitur vacans, quandò retinetur per Colonum, num. 33.

Hæres possessione fundi per eam ab alio captam non priuatur, dum quis possidet per Colonum, nisi omnes Coloni cum tota familia, et bonis expellantur, num. 34.

Coloni expulsio est necessaria, etiamsi Dominus esset mortuus, pro acquirenda possessione, num. 35. Nec sufficit dicere omnes Colonos deiectos fuisse, nisi omnes, & singuli deijciantur, & expellantur, num. 36.

Possessio illicò à morte defuncti transfertur in hæredem etiam ignorantem, stante Statuto continuante ipso iure possessionem defuncti in hærede, n. 37.

Lex cum aliquid inducat ipso iure, non desiderat scientiam hominis, num. 38.

Possessionem ciuilem ad acquirendam, nullus actus corporalis requiritur ex vi Statuti Lucæ, & ideò nihil interest, an successor habeat intellectum, cum pro eius parte nihil veniat exercendum, n. 39.

In Locatore, ad effectum continuationis consensus, sufficit existentia hæredis habitualiter, num. 40.

Hæreditate non adita, voluntas, & consensus defuncti conseruatur in hæreditate iacente, quæ personam defuncti repræsentat, num. 41.

Possessio à Tertio apprahensa sine expellente Colonos, ipsi acquisita non dicitur, etiam ignorante hærede habente continuationem eiusdem in vim Statuti, & ad fauorem cuius Colonus possidet, num. 42. Et quod præfatum statutum habeat etiam locum in feudalibus, ex quo sufficit hæredem esse Capacem possessionis, ut de aliis dominijs, latè ibid.

Immissio obtenta iuxta requisita l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. ac authore Prætore, non requirit expulsionem Coloni, num. 43.

Immissio facta authore Prætore, & rectè procedente, idem operatur, quod Colonorum expulsio, num. 44.

Possessorem verum non constituit authoritas Iudicis, non citato possessore, aut aliàs non ritè procedentis, num. 45.

Sententia non exequuta, & quæ non habuit effectum, est, ac si lata non fuisset, nec super ea aliquod fundamentum fieri potest, num. 46.

Possessor non priuatur sua possessione per solam sententiam sine exequutione, num. 47.

Possessio

Possessio non probatur ex actibus effectum non sortitis, num. 48.

Possessio maj animalis non acquiritur, nisi expellatur Conductor, vel Inquilinus, & ipse Procurator, num. 49.

Statutum Lucæ sanciens, continuationem possessionis in hæredes, quæ comprehendat hæredem extraneum, & ex testamento, ac ab intestato, in quibusque procedat doctrina Tyraquel. tract. l. mortte Sayssit. num. 50. 51. 52. 53. & 54.

Possessionis in concursu capt onon admittitur forensis prohibitus à Statuto succedere in sui maioratu, & bonis positis in eius territorio, num. 55.

Possessio siue iusta, siue iniusta sit, in ea debet procedi præuia citatione, & seruatis omnibus de Iure seruandis, num. 56.

Statutum Lucæ cap. 249. versic. Si verò fuerint, oriundi lib. 4. *Extendit Ciuilitatem vsque ad Nepotes*, num. 57.

Nepos quis dicitur esse, probata filiatione sui patris, num. 58.

Filiatio probatur per simplicem assertionem patris emanatam longè antè motam litem, & conditionis purificationem, num. 59. *Et ad effectum, de quo in decis. sufficiunt leuiores probationes*, n. 60.

Ciuis quis propriè, & verè loci originis esse non desiit ob translationem domicilij factam in alium locum cum tota familia, num. 61.

Habitatio non est necessaria ad Ciuilitatem, num. 62.

Ciuis Domicilium transferens in alium locum cum familia, & bonis, licèt quoad quædam non fruatur aliquibus priuilegijs à Statutis Ciuilitatis inductis, tamen non venit sub Statuto de forensibus loquente, num. 63. *Affertur congrua distinctio Surd. circa Ciues originarios, & habitantes, & originarios non habitantes, & multa alia de hoc dicuntur super acquisitione honorum*, num. 64. & 65.

Exceptio requirens altiorem indaginem, & merita causæ in possessorio summarijssimo non cognoscitur, num. 66.

Coloni declaratio non sufficit se possidere nomine hæredis, nisi simul, & semel adsit scientia, & voluntas hæredis, cui acquiritur possessio, & hoc quando procedat, num. 67. & 68.

Possessionis continuatio, & conseruatio arguitur ex aditu ad Iudicem per possessorem, num. 69.

Processus, stante possessione, per Aduersarium fabricatus, est nullus non porrecto libello, non solutis datijs, & non seruatis seruandis, num. 70.

Fideicommissum ingressum in vnam lineam, semper in ea permanere debet, donec aliquis superest de eadem linea, nec interim debet fieri transitus de vna ad aliam lineam, num. 71.

Fideicommisso sit locus ex obseruantia sortiente effectum in vna linea, quæ sola obseruantia, etiamsi testamentum sit informe, addit ipsi tale robur, & vim, vt valere, & transire debeat in sicem veris, & controuerti amplius non possit, num. 72.

Hæres etiamsi sit incapax, mittitur in possessionem bonorum, num. 73.

Res si sit dubia, seu turbida, semper debet remitti ad Iudicium Ordinarium, hærede interim in possessione existente, num. 74.

Expensarum absolutio à Iudice partibus fieri potest ex causis eius animum mouentibus, num. 75.

Decisio V.

IN facto non controuertebatur inter partes, Vincentium filium q. Iosephi de Iustis petijsse immissionem ex remedio *l. final. Cod. de edict. D. Adrian. tollendo*, per extinctionem lineæ Paulini olim Nardi de Iustis, ac bona remansa in hæreditate Michaelis testatoris fuisse adiudicata Io. Baptistæ Sebastiani Iusti, vti maiori natu de familia, & cum vitam cum morte commutasset d. Io. Bapt. ei successit Ludouicus eius filius, vt in processu fol. 5. & cum pariter ab hac vita migrasset d. Ludouicus, relicto post se Ioanne altero filio d. q. Io. Baptistæ, & eius fratre, Vincentius filius d. quon. Iosephi de Iustis petijt se immitti in possessionem bonorum subiectorum d. maioratui ex remedio d. *legis finalis*, & *cap. 168. lib. prim. Statutorum vniuersalium*, & causa non cognita, nec citatis possessoribus, cum obtinuisset præceptum à D. Iudice primarum Instantiarum de immittendo in possessionem, cum clausula tamen, *Saluo iure cuiuslibet tertij habentis meliora, & potiora iura*, vt legitur in processu fol. 16. Et cum pro parte aliquorum Conductorum, ac pro parte Ioannis filij d. q. Io. Baptistæ fuisset oppositum, & petitum, d. immissionem declarari nullam, seu de facto factam, præfatus D. Iudex pronunciauit omnes pronuncias, siue pronunciam latas ad fauorem dicti Vincentij fuisse, & esse nullas, saluo &c. à qua pronuncia interposito recursu ad Rotam hodiè fuit dubitatum, an esset benè recursum, & malè iudicatum? Diximus fuisse benè iudicatum, & successiuè malè recursum.

1 Moti potissimum, quia in Iure certum est, quòd remedium legis finalis nō potest attentari quando adest Contradictor, & possessor, nisi parte citata, & porrecto libello post *Bart. in d. l. fin. num. 14.* & ibi *Add. lit. G. & nu. 16. Alex. ibid. num. 16. ac Decium num. 33. Cod. de edicto D. Adriani toll.* consuluerunt idem *Alex. cons. 5. num. 3. Menoch. in tract. de adipisc. remed. 4. num. 447. & seqq.* ubi hanc opinionem communi calculo receptam esse, ait, *Achilles sonalis de adipisc. num. 244. & seq.* vbi refert,

2 quòd etiam quando non cōstat de aliquo possessore,

sessore, ad hoc, vt talis immissio valida sit, &
suum sortiatur effectum, debet fieri citatio
generalis, vt possit præiudicare ab intestato
venientibus, aliàs quandò adest certus Con-
tradictor, vel possessor, fundat tales in specie
esse citandos, vt de communi testatur *Ridol-*
phinus in sua praxi Iud. part. 2. cap. 7. num. 47.
3 ideoquè existente legitimo Contradictore,
immissio vigore legis finalis, vnquàm conce-
ditur ad doctrinam *Bart. in l. filiam num. 1. &*
161. Alex. nu. 3. ff. ad Senat. consultum Trebell.
Rota apud Caualerium decis. 316. num. 2. sed
4 contra ipsum agendum est via ordinaria, idem
Bart. in d. l. fin. num. 21. versic. Aut comparet,
Suarez in l. post rem iudicatam in 3. notabili, §.
adde 4. circa finem, ff. de re iudicata, Peregrin. de
fideicomm. art. 48. num. 40. Seraphin. decis. 801.
num. pr. & decis. 72. parte prim. & decis. 306.
num. 1. part. 3. recent. & apud *Caualerium dec.*
485. num. 1. apud *Duran. decis. 178. num. 31.*
& seqq.
5 Quod tamen non procedit, quādò possessio
est vacans, tunc enim aliqua citatio etiam
generalis, secundùm magis veram opinionem,
non est necessaria, idem *Bart. super d. l. fin. nu.*
16. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 458. &
seq. vbi de communi, *& num. 460.* reddit ratio-
6 nem, nam vbi agitur de modico, vel nullo præ-
iudicio, Citatio non requiritur, *l. de vnoquoq.*
ff. de re iudicata, idem *Bart. cons. 82. vers. Autem*
dicemus, quod cum &c. lib. 2. Ridolphin. in d. sua
7 *praxi part. 2. cap. 10. num. 40.* Imò quando
possessio est vacans, fideicommissarius potest
capere bona fideicommisso subiecta propria
authoritate, & sine Iudicis licentia; At secùs
si possessio reperiatur plena, quia tunc non
potest appræhendi propria authoritate, sed
omninò necessaria est Iudicis authoritas, &
partis citatio, vt post multos, quos allegat
Fusar. de substit. quæst. 605. sub num. 21. & 49.
nouissimè *Franciscus Censalius in obseruat. ad*
Peregrin. de fideicomm. art. 47. fol. 308. col. pr.
vers. At verò, impressione Veneta, vbi latè.
Quibus sanè se ita habentibus, sequitur,
quòd cùm Vincentius filius quon. Iosephi de
Iustis petierit se immitti in possessionem bo-
norum subiectorum d. maioratui ex remedio
legis final. & cap. 168. lib. pr. statutor. ac præ-
ceptum *de immittendo in possessionem à D. Iudice*
primarum instantiarum obtinuerit cum clausu-
la tamen, *Saluo iure cuiuslibet tertij habentis*
8 *meliora, & potiora iura;* Possessio præfata tra-
dita cum dicta clausula, intelligitur data sub
conditione, si alius non possideat, *l. qui absens,*
§. pr. ff. de acquir. poss. Mart. de clausul. part. pr.
claus. 158. num. 2. Surd. decis. 333. Rota apud
Putheum decis. 34. lib. 2. in correct. apud Caualer.
decis. 446. num. 3. & 4. cum seqq. & part. 3. re-
9 *centior. decis. 315. num. 2. in fine,* ita vt dicta
clausula operetur alterius possessionis præser-
uationem, *Oldradus cons. 237. num. 9. Seraphin.*
decis. 144. num. 6. Rota d. decis. 315. num. 2. in
10 *fine part. 3. recentior.* ac etiam si constet de
possessione, vel potiori iure alterius, possessio
tradita resoluitur, *Bisignett. decis. 9. in fine de*
concess. præbend. Caualer. decis. 446. n. 4. et seqq.
& fuit dictum in Romana, seu Tortuen. Bonorum
26. Iunij 1652. coram R. P. D. Albergato, 6. mi-
nùs releuat; Cumquè comparuerit d. Ioannes
alter filius quon. Io: Baptistæ de Iustis, asseren-
do se esse in possessione, & habere meliora, &
potiora iura, vt in processu fol. 16. ac petierit
d. immissionem Vincentij q. Iosephi de Iustis,
declarari nullam, seu de facto factam, prout
cognito de iustitia, nullam, & inualidam D.
11 Iudex à quò pronunciauit; Ex quo datio pos-
sessionis facta à Iudice, non citato possessore,
est nulla, ideoquè reuocanda, *cap. licet Episco-*
pus de præbendis in 6. Clementin. sæpè vers. Sen-
tentiam verò, vbi glos. in vers. Citatis ad id &c.
de verb. sign. Felin. in cap. consuluit num. 16. de
officio delegati, Alex. cons. 105. num. 5. lib. 5.
Decian. respons. 47. num. 2. & seq. lib. 5. Maran. de
success. legali 4. part. quæst. 16. art. 3. nu. 4. cum
seq. Petrus Nuguerol. allegat. 5. num. 189. Barzius
decis. 46. num. 15. 16. & 21. & decis. 93. n. 17.
Cornazzan. decis. 37. numer. 6. & 21. Zuccarus
decis. 67. num. 11. Rota Rom. decis. 513. parte
12 *recentior. num. 8.* itaut possessio præfata ade-
pta per dict. Vincentium, non citato Ioanne
possessore, vllo modo erat manutenibilis, ad
latè tradita per *Posthium de manuten. obseru. 12.*
13 *num. 57.* etiam, quod esset iudicialis, quia licèt
possessio authoritate Iudicis apprehensa repu-
tetur iusta, *leg. iuste possidet, ff. de acquir. possess.*
14 Debet hoc intelligi, si Iudex ritè, & rectè pro-
cessit cum causæ cognitione, & partis citatio-
ne, aliàs enim non constituit possessorem, nec
alium priuat sua possessione, vt per eundem
Posthium citata obseruatione 12. num. 36. cum
plurib. seqq. Rot. post eundem decis. 220. num. 5.
Bald. cons. 136. num. 2. lib. 2. Hieronym. Gabriel.
cons. 52. nu. 12. lib. pr. præsertim stante clausula
sine præiudicio cuiuslibet tertij, in decreto im-
missionis apposita, *Caualerius decis. 328. nu. 4.*
& decis. 446. num. 4.
Imò d. Vincentius vti nouus ingressor in dd.
bonis, non obstante Iudicis authoritate, dicitur
turbasse possessionem d. Ioannis, tùm ex dis-
positione cap. Rotæ 59. *in versic. Verum si sub*
prætextu alicuius licentiæ &c. tùm etiam ex dis-
15 positione iuris communis; Cum Iudex nulli-
tèr procedens, dicatur spoliare, *Rota post Sal-*
gad. in tract. labyrint. Creditor. decis. 53. n. 34. &
spoliatus

spoliatus ante omnia est restituendus, *Bart. in*
l. iuste possidere, ff. de acquiren. possess. Boerius de-
cis. 238. num. 48. Aymon. cons. 18. n. 8. Soccin.
cons. 12. num. 11. lib. pr. Roland. cons. 6. à n. 34.
16 & sic dum d. Vincentius assertus fideicommis-
sarius possessionem appræhenderit sine hære-
dis voluntate, ac citatione, quando fuisset va-
lida d. possessio, opportuisset illã prius hæredi
restituere, & postea de fideicommisso discе-
ptare, ad in puncto tradita per *Theodorum al-*
legat. 61. sub num. 34. versic. Primum capnt est,
Hodierna ad Surdum decis. 333. vers. Omnes &c.
cum alijs in istis terminis in puncto citatis per
Franciscum Censalium in obseruationib. ad Pere-
grin. de fideicomm. citato art. 47. fol. 309. col. 2.
vers. Septimo declaratur, impressione Veneta.

Quòd autem d. Ioannes filius qu. Io. Bapti-
stæ de Iustis fuerit in possessione, antequam
decerneretur præfata immissio, patet ex infra-
scriptis: Primò, quod si attendatur tempus
petitæ immissionis, certum est, quòd illa bona
possidebantur à Conductoribus qu. Ludouici
17 locatoris, & fratris d. Ioannis; Quapropter
per illius mortem contractus ipse locationis
siuè temporalis, siuè perpetuæ non finitur, sed
transit ad hæredes, *l. viam veritatis 10. Cod. lo-*
cati, §. adeò institut. eod. tit. Oynothim in §. finali
num. 2. pariter *eodem titulo locati*. Maximè,
18 quia dicti Conductores contradixerunt, &
noluerunt tradere possessionem, & protestati
fuerunt, quòd dd. bona possidebant pro hære-
dibus Ludouici, ac tàm iudicialitèr, quàm
extraiudicialitèr sese opposuerint illum reco-
gnoscere, & ità se declarauerint ad doctrinam
Alex. in l. qui vniuersas, §. Et quod per colonum,
19 *ff. de acquir. possess.* quod facere potuerunt,
etiamsi non constaret adesse hæredem, & hæ-
reditas ipsa esset iacens, donèc appareat nul-
lum velle esse hæredem, & defunctum sine hæ-
rede decessisse, optimè *Marescottus var. resol.*
lib. 2. c. 62. nu. 2. 3. vbi dicit hanc opinionem
Rotam Romanam pluriès approbasse.

Si verò attendatur tempus prosecutionis
Iudicij, & est indubitatum, quòd constat de
possessione, tùm quia comparuit procurator,
tùm etiam quia comparuit Sebastianus filius
20 Io. Iusti, qui vti filius, & coniuncta persona
sui patris se se opposuit, & hoc permittente
tàm iure Statuario, vt *in cap. 25. lib. pr. vers.*
Item coniuncta persona, quàm de iure cõmuni,
ad *text. in l. sed etiam, ff. de procuratoribus*, tùm
demùm quia comparuit Procurator cum spe-
ciali mandato dicti Ioannis qu. Io. Baptistæ
Iusti.
21 Secundò probata fuit possessio d. Io. Iusti
ex dispositione *Statut. cap. 12. lib. 2. Statutorum*
vniuersalium vbi statim sequuta morte, con-
tinuat possessionem in hæredem absque alia
appræhensione, prout in terminis huius statu-
ti continuantis possessionem in hæredem sta-
tim à die mortis defuncti, non dari, nec dici
posse possessionem esse vacantem, tradunt in-
numeri ferè Doctores relati per *Decian. consil.*
37. num. 8. vers. Quinto, lib. 3. Iason. cons. 85.
lib. 3. Intrigliol. decis. 42. n. 5. Gratian. discept.
forens. cap. 732. num. 27. Fenzon. ad Stat. vrbis
lib. pr. cap. 147. n. 13. & seqq. Rota decis. 692.
num. 6. part. 3. recent. & decis. 128. per totam,
part 2. tom. 2. recent. Couar. var. resol. lib. 3. cap.
5. num. 6. Cust. de fact. scient. & ignorant. sex. 2.
dist. 61. num. 2. Molin. de primog. lib. 3. cap. 12.
num. 20. Peregr. de fideicom. art. 47. num. 14.
Giurb. de success. feud. §. 2. glos. 12. nu. 55. Fon-
tanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 2. glos. 3. par. 3.
num. 7. Vbi quòd quià inter mortem defuncti,
& acquisitionem hæredis nõ est dare medium,
nulla res potest impedire continuationem
hæredis, *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 7. tit. de*
restit. spoliat. sub num. 56. Beltramin. ad Ludouis.
dec. 307. num. 27. Amat. var. resol. 39. n. 56.
22 *Cost. de remed. subsid. 80. nu. 40.* Quapropter
velociùs est factum statuti continuantis pos-
sessionem in hæredem, quàm factum cuiuscun-
que tertij illam de nouo appræhendentis, &
audentis impedire effectum huiusmodi legalis
continuationis, *Alex. Raudens. cons. 12. num. 4.*
lib. pr. egregiè *Christoph. Torniol. cons. 106. n. 32.*
23 vbi etiam *nu. 26. 27. & 28.* ait, possessionem
hanc esse veram, & nõ fictam, nec esse nouam,
sed veterem illam, & eandem, quæ erat penès
defunctum, conseruatam per statutum, & non
extinctam per mortem, sed continuatam in
hæredem, vt voluit etiam *Costa rem. 80. sub n. 4.*
24 Ità vt nec momẽto quidèm possessio defuncti
vacasse dicatur, nullò actu corporeo, aut ver-
bo interueniente, & transit à Testatore in hæ-
redem, vt nunquàm interrupta videatur, *Moli-*
na de Primog. Hispan. lib. 3. cap. 12. num. 20.
Milanensis decis. 3. num. 61. lib. pr. Giurba ad
consuetud. Messan. glos. 6. sub n. 21. Anton. Faber
in Cod. lib. 6. tit. 7. defin. 5. sub nu. 8. & 9. Gra-
tian. discept. for. cap. 113. n. 19. et discept. 700.
num. 44. Sesse decis. Aragonia 29. n. 33. par. pr.
Antonius de Amato var. resol. resol. 39. nu. 56.
25 Et ideò possessio continuata per statutum nõ
interrumpitur ex eo, quòd alius de facto ipsã
occupet, latè *Peregrin. de fideicomm. art. 47.*
num. 14. Personalis de acquir. possess. num. 14.
& 15. Argelus de adipisc. qu. 13. n. 100. et 117.
qui loquuntur in terminis præfati Statuti, *Can-*
cer. lib. 2. variar. cap. 6. num. 60. in 2. editione,
Petrus Nuguetol. allegat. 25. n. 191. in terminis
etiam *Franciscus Redenascus cons. 4. lib. pr. n. 12.*
& 13. & cons. 16. nu. 22. 23. & 24. & tradunt

Iaſ. in terminis præſati Statuti conſ. 85. num. 6.
lib. 3. Pariſ. conſ. 41. per tot. num. 9. lib. 2. Tor-
niol. conſ. 106. num. 30. Celſ. Vgo. conſ. 119. n. 3.
Tort. ad Stat. Papien. rubr. 55. in Ciuilib. n. 17.
& 22. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. n. 354.
& ſeqq. Garon. de continuan. poſſeſſ. in verb. hæ-
reditate, Nizol. allegat. 18. num. 42. vſq. ad 46.
Vbi quod nec immiſſio facta per Iudicem,
tollit iſtam continuationem, Borgnin. deciſ. 20.
num. 65. par. 3. Ità vt ratione præſati Statuti
continuatiui non ſolùm comperat remedium
poſſeſſorium retinendæ, Caſſan. ſuper conſuetud.
Burgun. rubr. 7. de ſucceſſ. §. 1. Gloſ. 1. limitat. 3.
Tyraquel. in tract. le morte ſaixit. part. 6. decla-
rat. 1. num. 1. & 2. Gugliel. de Benedict. in cap.
Raynutius verb. mortuo, itaq. teſtatore il 6. n. 72.
de teſtamen. Gabr. de acquiren. poſſeſſ. concluſ. 7.
num. 3. latè Menoch. de retinen. remed. 7. n. 59.
& 60. Sed etiam remedium poſſeſſorium adi-
piſcendæ, Peregrin. de fideic. artic. 47. num. 18.
ac etiam remedium recuperandæ, idem Pere-
gr. proximè loco citato ſub num. 23. verſic. Sed
contrà; Imò, & quòd magis eſt poſſe hæredem
ſimul remedia prædicta adipiſcendæ, retinen-
dæ, & recuperandæ diuerſis reſpectibus cumu-
lare prò actuali poſſeſſione conſequenda, pro-
bant Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 13.
num. 3. & ſeqq. & nu. 7. Decian. conſ. 41. n. 39.
et ſeqq. lib. 3. Milanen. citat. dec. 3. n. 63. lib. 1.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 47. num. 10.

26 Quicquid aliàs eſſet de iure cõmuni, ſecun-
dùm quod eſt neceſſaria noua appræhenſio,
cum mors omnia ſoluat, l. cum hæredes 23. ff.
de acquir. poſſeſſ. Rota deciſ. 411. nu. 18. part. 5.
rec. & deciſ. 35. n. 4. 5. & 11. ibidem, & apud
Duranum deciſ. 62. num. 2. 6. & 13. Benintend.
deciſ. 12. num. 3. Caualcan. deciſ. 30. num. 61.
lib. 2. & deciſ. 16. lib. 3. num. 5. latiſſimè Fran-
ciſcus Redenaſc. cit. conſ. 4. num. 14. & ſic de
27 iure communi ſtatutum eſt, non continuari
poſſeſſionem abſquè actuali appræhenſione,
vt innumeris relatis videndus Afflict. dec. 167.
& deciſ. 229. num. 4. Surd. conſ. 117. num. 7.
Franch. deciſ. 204. nu. 21. Gratian. diſcept. 309.
nu. 7. Maceraten. variar. reſolut. cap. 100. n. 5.
lib. pr. cum alijs fuſiſſimè citatis per Amatum
var. reſolut. 39. num. pr.

28 Vndè ſequitur, quòd ſtante præfato ſtatuto,
non poterat d. Vincentius, vt aſſertus fideicõ-
miſſarius appræhendere poſſeſſionem propria
authoritate, quia non erat vacans, ſed plena,
vt poſt antiquiores tradunt Tyraquell. in tract.
la morte Saixſit, parte 2. declarat. 10. per totam,
& præcipuè num. 19. Marcſcott. variar. reſolut.
cap. pr. nu. 9. lib. 1. Bellon. conſ. 42. Alex. conſ.
82. num. 5. & 6. lib. 2. Nam licèt fideicom-
miſſarius ſine vitio in actuali fideicommiſſi
poſſeſſione præuenerit, ac immiſſus reperia-
tur, & legitimus Contradictor dicatur, & im-
miſſionem hæredis impediat, donèc de ſuis
iuribus diſcùtiatur, & cognoſcatur, d. conclu-
ſio tamen intelligenda eſt, circumſcripto ſtatuto
de continuando poſſeſſionem bonorum defun-
29 cti in hæredem; nam tunc legis municipalis
authoritate, ab initio in hæredem translata
dicitur poſſeſſio, taliter vt fideicommiſſarius
indè illam appræhendens, vitioſam omninò
habere dicatur, licèt hæres naturalem adhuc
non appræhendiſſet, nec legitimus reputetur
Contradictor, Peregrin. de fideicomm. artic. 47.
num. 78. Bertazol. conſ. 69. ſub num. 40. in ciui-
lib. Craſſus §. fideicom. num. 3. Caſtrenſ. conſ. 152.
viſo pacto num. 20. verſic. Ad ſecundum cum ſeq.
lib. 2. Milanenſis deciſ. 3. num. 130. 131. et 133.
30 & ſeqq. & 194. lib. 1. Ità vt talis fideicom-
miſſarius, vti potiùs Turbator, quàm Poſſeſſor
repellendus ſit, Pariſius conſ. 112. nu. 73. vol. 1.
Soccin. iun. conſ. 146. num. 25. & ſeqq. lib. pr.
Roland. conſ. 46. n. 41. vol. 2, Gozadin. conſ. 86.
Milanen. deciſ. pr. lib. pr. & 186. 192. 194. et 195.
cum alijs in præciſis terminis per Amatum va-
riar. reſolut. reſol. 39. num. 158. & magis in
terminis num. 170. Rota apud Ludouiſium deciſ.
206. per totam.

Tertiò, probata ad effectum, de quo agitur,
viſa fuit poſſeſſio reſpectu d. Ioannis Iulti ex
declaratione Colonorum, ſeu Conductorum,
ſe velle poſſidere pro hæredibus Locatoris;
31 nam quandò quis cũ animo, nõ ſuo corpore,
ſed alieno, ſcilicèt Coloni poſſeſſionem reti-
net, præfata poſſeſſio in hæredem abſq. appre-
henſione de iure continuatur, Colono hæredis
nomine poſſidente, & declarante, quamuis
corporaliter non appræhendatur, ad Text. in
l. qui vniuerſas, §. & quod per colonum, vbi no-
tant Angel. & Alex. ff. de acquiren. poſſeſſ. Bald.
conſ. 330. vol. pr. Hondedeus conſ. 20. num. 11.
& num. 15. vſque ad 29. & conſ. 42. n. 38. vol. 1.
Surd. conſ. 117. num. 8. & 9. cum ſeqq. & conſ.
160. num. 29. Bardellon. conſ. 92. nu. 12. lib. pr.
Riminald. conſ. 41. nu. 28. Marta voto 250. n. 7.
Corneus conſ. 203. nu. 7. vol. 2. Natta conſ. 538.
num. 9. Menoch. conſ. 928. num. 35. Berons conſ.
58. num. 5. & conſ. 46. vol. 3. Burſat. conſ. 198.
num. 19. & conſ. 425. nu. 7. Gratus conſ. 10. n. 7.
vol. pr. Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 5. gloſ. 6.
num. 17. Riccius collectanea 940. & 1244. Pe-
regr. de fideicom. art. 47. nu. 35. Amat. variar.
reſolut. c. 39. à num. 7. Afflict. deciſ. 167. nu. 6.
& deciſ. 325. num. 3. vbi dicit, quòd ſi Domi-
32 nus pendente locatione rei ſuę, quam fecerat,
moritur, dicitur hæres per Colonum poſſide-
re, licèt poſſeſſionem non appræhendat, itaut
ſi Tertius intret poſſeſſionẽ, ipſam nõ acquirat,

Zuccardus

Zuccardus in l. finali num. 14. Cod. de edicto D.
Adriani tollendo; vbi ait, hoc locum habere
etiam in partiario Colono, *Surd. d. cons. 117.*
num. 8. Berous consil. 15. num. 23. volum. prim.
33 & sic possessio non dicitur vacans, quando re-
tinetur per Colonum, *Natta cons. 538. num. 13.*
Surd. cit. cons. 117. num. 9. & est communis
opinio, vt testatur *Franchis decis. 209. nu. 12.*
Caualcan. decis. 44. num. 44. lib. pr. Cornazzan.
decis. 43. Rota Rom. apud Seraphinum decis. 69.
& 71. & decis. 466. Vrsilus decis. 56. num. 10.
Magonius decis. Lucen. 27. numer. 5. Mantica
decis. 227. num. 7. nouissimè *Franciscus Censal.*
in obseru. ad Peregr. de fideicommiss. art. 47. fol.
308. impress. Venetia, *col. pr. versic. Verum an*
sufficiat.

Quapropter licèt d. Ioannes Iusti tempore
captæ possessionis per Vincentium Iusti fuisset
absens, per d. actum possessionis non ideò fuit
34 priuatus. Nam est regula, quòd quando ali-
quis possidet per colonum, non priuatur pos-
sessione fundi per possessionem ab alio captã,
nisi omnes coloni cum tota familia, & bonis
expellantur, ad text. in l. peregrè, §. quibus ff.
de acquir. possess. l. quamuis 5. §. pr. ff. eodem tit.
Gozzadin. cons. 86. num. 10. cum seqq. Natta
cons. 538. nu. 10. lib. 3. Bursat. cons. 60. nu. 8.
lib. pr. vbi ita dicit pluriès per *Rotam Rom.* de-
cisum in puncto *Surd. cons. 117. num. 10. Hon-*
dedeus cons. 20. num. 15. Decius cons. 103. n. 2.
Vrsillus ad Afflict. decis. 385. num. 2. ita vt ne-
35 cessaria sit expulsio coloni, etiamsi Dominus
esset mortuus, *Ioseph Ludouicus decis. Luc. 20.*
36 *num. 9.* Nec sufficerat dicere, quòd omnes co-
lonos deiecerit, nisi omnes, & singulos deij-
ciat, & expellat, ex doctrina *Bartol. in d. l. pe-*
regrè, §. quibus per illum text. ff. de acquir. poss.
Berous cons. 42. num. 24. & cons. 48. n. 10. lib. 3.
Tornielus cons. 81. Eugenius cons. 79. num. 35.
Luderch. cons. 95. n. 8. Marescott. variar. resol.
lib. pr. cap. 59. nu. 38. Lancellott. de attentatis
parte pr. cap. 4. limit. pr. num. 156. & seqq. &
num. 60. Magon. decis. Lucan. 69. n. 10. Gratian.
decis. 10. & 11. & decis. 132. & discept. forens. cap.
519. num. 70. & 75. cum seqq. Intrigliol. decis.
52. Afflict. decis. 325. num. 3. & decis. 331. n. 6.
Benintend. dec. 93. num. 2. & seqq. Rota Rom.
decis. 645. num. 7. parte pr. & decis. 874. num. 1.
parte 4. & infinitos alios congerit *Amatus si-*
tacæ resolut. 39. à num. 8. vsque ad 12.

37 Imò stante d. statuto continuante ipso iure
possessionem defuncti in hæredem, illicò à
morte defuncti transferat possessionem in hæ-
redem, etiam ignorantem, vt fundant *Ceni-*
ritu 40. num. 107. Surd. cons. 117. numer. 12.
Amatus d. resolut. 39. num. 8. in fine. Nam si
aliter diceretur, fateri oporteret, intercesse
aliquod medium tempus inter vtriusque pos-
38 sessionem, scilicet à morte defuncti ad scien-
tiam hæredis, quo quidem tempore vacaret
ipsa possessio, & ideo cum lex aliquid inducit
ipso iure, non desiderat scientiam hominis,
ad doctrinam *Baldi in l. apud hostes Cod. de suis,*
& legitimis hæred. l. liber homo, §. vltimo, ff. de
stipul. seru. l. ex milit. ari, §. vlt. & seq. ff. de milit.
test. l. multum interest, ff. de condition. & demon-
strat. l. si prouentum, §. si seruum, ff. de conditionib.
ob causam, l. eg. eius qui in prouincia in fine, ff. si
certum petatur, & in terminis sic ratiocinatur
Tyraquell. in tract. le mort saisit 17. declarat.
2. parte 3. num. 3. & 4. Ità vt dispositio d. statuti
39 procedat etiam in infante. Cùm ad pos-
sessionem ciuilem acquirendam nullus actus
corporalis requiratur ex d. præfati statuti, &
ideo nihil interest, an successor habeat intelle-
ctum, cum pro eius parte nihil veniat exercen-
dum, *Molina de Primog. Hispan. lib. 3. cap. 12.*
num. 24. Gomez ad leg. 45. Taur. nu. 112. versic.
His non obstant, Gratian. discept. forens. cap. 73.
num. 81. 82. & cap. 700. num. 41. vsque ad 46.
40 vbi quod habet locum etiam in Furioso, men-
te capto, & ignorante, vt latè per eum; ac
etiam in posthumo, cùm ad effectum conti-
nuationis consensus in locatore sufficiat exi-
stentia hæredis habitualiter, ad tradita per
Alciat in tract. de præsumpt. reg. 9. præs. 17.
num. 3. versic. Rubellis heredibus. Mantica de
tacitis lib. 24. tit. 16. num. 21. & dicens idem est
adscrendum, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præ-
sumpt. 85. num. 17. versic. Extenditur septimò.
41 & antequam hæreditas adeatur, voluntas, &
consensus defuncti conseruatur in hæreditate
iacente, quæ personam defuncti repræsentat,
in autem, vbi proximè num. 31. Ossach. decis. 34.
Rota decis. 520. parte pr. diuers. & post *Postb. de*
manut. dec. 375. nu. 3. & fuit firmatum in Rota
Asculana Ferrariæ 29. Iunij 1649. coram Melzio,
42 *§. Nec relenat*; Ideòq; conclusio solida rema-
net, vt dato d. statuto continuatiuo, licèt Ter-
tius possessionem apprehendat, nisi tamen
iste tertius Colonus expellat, non dicitur ipsi
acquisita vlla possessio, etiam ignorante hære-
de, ad fauorem cuius Colonus possidet, *Mila-*
nens. decis. pr. num. 75. in fin. Berous q. 47. n. 6.
Amatus var. cit. resol. 99. n. 9. & 10. Et quòd
statutum de continuanda possessione habeat
locum, etiam in feudalibus, in puncto *Altogr.*
cons. 2. lib. 2. num. 17. & 18. vbi plures allegat
Torniol. cons. 106. num. 66. Menoch. cons. 696.
num. 9. Paz de tenut. cap. 8. num. 60. Peregr.
de fideic. art. 46. num. 24. Quia sufficit hære-
dem esse capacem possessionis, licèt incapax
esset dominij, *Donat. Ant. de Mar. quotid. resol.*
lib. 2. cap. 38. à num. 33. Regens Reuerter. nou-

nissime dec. 449. Vbi idem *Donat. Ant. de Martin. obseruat. sub num.* 2. *versic. Vltimo ad pleniorem ipsius notabilis conclusionis &c. Intrigliol. decis.* 421. *num.* 4. *lib.* 2. *Rot. vbi suprà cap.* 48. *n.* 26. *Sacco alios cumulans cons.* 236. *num.* 2.

Et licèt ad rem nostram præfata limitari soleant, prout prætendebant DD. Informantes, scilicèt, quòd cum d. Vincentius q. Iose-
43 phi de Iustis fuerit immissus iuxta requisita *legis finalis Cod. de edict. D. Adriani toll.* ac etiã Authore Prætore, hoc ideò non requirebatur expulsio Coloni ad doctrinam *Angeli* sæpè à *Rota* approbatam *in l. qui vniuersas, ff. ita cum prætor in fine, ff. de acquir. poss. Rota post Posthium de manuten. decis.* 413. *num. pr.* Vbi quòd expulsio non requiritur in immissione, in qua
44 Iudex ritè, & rectè processit, cum idem operetur immissio facta authore Prætore, quod operatur colonorum expulsio, *Hondedeus cons.* 30. *num.* 18. 19. *lib. pr. Lancellott. de attentat. parte* 2. *cap.* 4. *limit. pr. num.* 58. *Rota dec.* 802. *num.* 6. *&* 7. *par. pr. recent.* & apud *Seraphin. dec.* 1325. *Ludouisium decis.* 9. *num.* 8. *& decis.* 69. *num.* 2. 3. *Grattian. dec.* 21. *num.* 2. 3. *per tot. Sesse dec.* 124. *lib.* 2. Quòd secùs tamen
45 diceretur, quando quis non ritè, & rectè authoritate Iudicis fuisset immissus, quia tunc authoritas Iudicis, non citato possessore, aut aliàs non ritè procedentis, non cõstituit ipsum verum possessorem, vt in specie dixit *Bald. cons.* 235. *num.* 2. *lib.* 2. *Hieronymus Gabriel. d. cons.* 51. *num.* 12. *lib. pr. Gozzadin. cons.* 86. *num.* 12. Latissimè *Petrus Ridolphin. in sua praxi Iud. par.* 2. *cap.* 5. *à num.* 65. *vsque ad* 78. vbi latè hæc omnia comprobat, *Pacheus decis.* 2. *de causis possess. et propriet. Rota post Posthium de manuten. decis.* 413. *nostra Rota apud Zaccar. decis.* 67. *num.* 11. vbi latè ad materiam per totam decisionem.

Vltrà quàm quod non fuit verificatum in facto, D. Vincentium de Iustis accepisse possessionem bonorũ, de quibus agitur, quamuis ipse petierit immitti in possessionem, & decretum, seù præceptum obtinuerit à d. D. Iudice primarum instantiarum, tamèn dũm dictum præceptum non fuit executum, nec vnquam admissus fuit præfat. Vincentius ad prædictam possessionem, ex quo Conductores in processu fol. 21. & 28. fortitèr sese opposuerunt, & contradixerunt, ac etiam contradixit Procurator d. Ludouici, & nunc Ioannis, nempè D. Franciscus Stiaua, vt legitur in processu fol. 30. ac noluerunt pati, vt per ipsum d. possessio apprehenderetur; & aliud est immissio, aliud mandatum de immittendo; & ideò nequaquã
46 dici potest, quòd ipse sit in possessione; Tum quia sententia non exequuta, & quæ non habuit effectum, perindè est, ac si lata non fuisset, nec super ea aliquod fundamẽtum fieri potest, *Crauetta cons.* 10. *num.* 6. *Cephal. cons.* 96. *n.* 18. *Rota decis.* 172. *num.* 9. *& decis.* 312. *num.* 13.
47 *parte* 5. *recentior.* & solà sententia sinę executione, possessorem non priuat, *Rota decis.* 225. *num.* 2. *part. pr. recentior.* & fuit latè dictum *in Romana Successionis de Amettis* 16. *Nouemb.* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *Primo*,
48 nec vnquam possessio probatur ex actibus effectum non sortitis, *Rota apud Clementem Merlinum decis.* 610. *num.* 31. tùm etiam quia, vt
49 suprà probatum est, non acquiritur possessio manutenibilis, nisi expellatur Conductor, vel inquilinus, & ipse Procurator, vt plenè vltrà citatos, probat *Posth. de manuten. obseru.* 59. *per totam, Rota post Salgadum Labyr. Creditor. decis.* 297. *num.*

Quibus omnibus non obstant obiecta pro parte d. Vincentij q. Iosephi de Iustis à D. Informante excitata.

50 Et primò; quòd statutum nostrum continuatiuum sub cap. 120. *lib.* 2. *statutorum vniuersalium* non habeat locum in hærede extraneo, ad tradita per *Tyraquell. in tract. le mort saisit le vif. declarat.* 2. *part. num.* 27.
51 Fuit enim responsum, quòd præfat. statutum habet locum secundùm magis veram opinionem etiam in hæredibus extraneis, vt consuluerunt *Bolognett. cons.* 77. *num.* 58. *in fine, Bald. cons.* 454. *vol.* 2. *Petrus Gregorius de iudiciis in cons. feud. quæst.* 18. *Milanensis decis. pr. lib. pr.*
52 Ità vt præfatum statutum habeat locum in quolibet hærede, etiam extraneo succedente, tàm ex testamento, quàm ab intestato, *Aymo in consuetud. Augustan. tit.* 1. *de successi. art. pr. versic. Exhibet, Cassaneus in consuet. Burgund. rubr.* 7. §. 2. *versic. Vtrùm, Intrigliol. singul.* 140. *& singul.* 145. *Anton. Faber in Cod. lib.* 7. *tit.* 7. *definit.* 6. *Caualcan. decis.* 39. *n.* 24. *&* 25. *Antonius de Amato variar. resol.* 39. *nu.* 24. *&* 25. qui adducit doctrinam præfatam *Tyraquell.* qui fortè loquitur de generali con-
53 suetud. Galliæ vbi bona feudalia non solùm ad consanguineos, verùm etiam ad extraneos transeunt; prout in terminis ità fuit decisum, & dictum *per istam Rotã in vna decis. manuscripta*
54 *Nobis ostensa*, & quòd d. statutum habeat locum etiam in hærede hæredis, secundùm magis veram opinionem nouissimè *D. Lelius Altograd. cons.* 21. *lib.* 2. *num.* 23. *&* 24. qui plures allegat.
55 Secundò non obstat, quòd forensis non possit succedere in Sui maioratu, & bonis positis in hoc territorio, & consequentèr, vti incapax d. Io. Iustij vllo modo debet admitti in concursu possessionis captæ per præfatum

Vincen-

Vincentium q. Iosephi de Iustis, ad tradita per *Rumin. cons. 545. à num. 23. vsque ad 32. Intrighol. de feud. centuria 2. artic. 92. num. 20.* cum alijs per *Amatum resolut. 39. numer. 86.* donec &c.

56 Fuit pluribus modis respõsum, primò, quòd stante possessione d. Ioannis siuè iusta, siuè iniusta; debebat procedi præuia citatione, & seruatis omnibus de iure seruandis, ex doctrina *Bart.* vltra supra citatos *in l. fin. Cod. de edict. D. Adriani toll.* vbi hoc modo distinguit, aut bona à nemine possidentur, & tunc non requiritur citatio partis; si verò res ab aliquo possideatur, & tunc siuè iustè, siuè iniustè possideat, citatio omninò requiritur.

Secundò fuit responsum, nullibi probatum fuisse, d. Io. Iusti fuisse forensem ex regula, quòd qualitas fundans exceptionem, debet plenè probari.

57 Tertiò fuit responsum, quòd statutum in *cap. 249. versic. Si verò fuerint oriundi lib. 4.*
58 extendit Ciuilitatem vsq. ad nepotes; vndè cum d. Io. non possit difficultari, quin sit nepos Sebastiani, qui erat ciuis oriundus in ista Ciuitate; cùm Ioannes Baptista fuerit filius d. Sebastiani, & fuit firmatum, & decisum inter easdem partes in decis., quæ fuit data Respondendo ad hoc motiuum filiationis, & prætensæ forensitatis, ac etiam fuit decisum in *Rot. Rom. super fideicommiss. seu maioratu de Vallurellis. §. 3. non refragatur 4. Iulij 1640. cor. R. P. Coccino,* & Ioann. qui modò prætendit, est filius d. qu. Io. Bapt. & frater germanus d. Ludouici nupèr demortui, ex cuius morte est factus casus fideicomm. in personam dicti Ioann. & hoc nõ potest controuerti, dùm probatur primò ex instrumento mandati facti de anno 1648. manu Egr. Ser Paulini de Casolis sub die 30. Maij, in quo talis nominatur à d. Io. Bapt. eius patre; Secundò ex fide superuiuentiæ manu publici Notarij Messanæ celebrata sub die 27. Maij 1656. Tertiò ex depositionibus plurium testium examin. in actis pub. Curiæ Messanen., qui medio iuramento testificantur, d. Io. esse filium d. Ioann. Baptistæ; Quartò ex depositionibus Sp. Lælij Ottolini, & Iosephi de Iustis, qui pariter affirmarunt d. Ioan. fuisse, & esse
59 filium d. Io. Bapt., ex quibus omnibus satis, superq. probatâ filiationem, non est dubitandum, tàm attento *cap. 99. lib. pr. Statutorum,* quàm de iure communi, quo inspecto sufficerent, nè dum tot testes examinati; sed simplex assertio patris emanata longè ante motam litem, & conditionis purificationem, *Bald. in l. cum; quam num. 23. de fideicomm. Baratt. decis. 350. numer. 20. versic. Secundò nominat;* Præ-
60 sertim tùm ad hunc effectum sufficiant leniores probationes, *Gratian. discept. forens. cap. 468. num. 34.* & latè fuit dictum in *Romana Hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. coràm R. P. D. Cerro, impress. post Salgad. decis. 83.* vbi ad saturitatem de materia fictionis.

Vltrà quòd recessus à loco originis non operatur, vt quis amittat Ciuilitatem, & ori-
61 ginem paternam; Quapropter non obstante translatione domicilij facta per q. Io. Bapt. in Ciuitate Messanæ cum tota eius familia, non tamen desijt esse verè, & propriè ciuis loci originis; vt tradunt videndi *Bald. in l. in adoptionem Cod. de adopt. Crotus ad rubr. ff. solut. matrimonio num. 33. Criuellus decis. 123. n. 25. Surd. cons. 346. Boerius decis. 15. num. 5. & per tot. Bertazzol. cons. ciuili 56. num. 14. 15. 16. 17. & 20. Peregrin. cons. 126. num. 12. & 13.*
62 Habitatio enim non est necessaria ad Ciuilitatem, *Socin. sen. dicto cons. 35. num. 7. versic. Quartò probatur lib. pr. Alex. cons. 157. nu. 13. lib. 2. Bertazzol. d. cons. 56. num. 10.* Et ideò
63 licèt Ciuis, qui transfert domicilium in alium locum cum familia, & bonis, quo ad quædam non fruatur aliquibus priuilegijs à statutis Ciuilitatis indultis; tamèn non per hoc est forensis, & non venit sub statuto de forensibus loquente; ità *Surd. d. cons. 346. num. 11. & 14. Peregrin. d. cons. 126. nu. 12. 13. 14. lib. 4.*
64 vbi distinguit inter originarios habitantes in loco originis, & ibi munera subeuntes, quòd sint non solùm Ciues, sed etiam Municipes, & Originarios non habitantes, & onera non substinentes, & isti licèt non sint Municipes, tamèn non desinunt esse Ciues; adeo vt non veniant sub appellatione forensium, nèc in statutis de forensibus loquentibus comprahendantur: quo fit, vt cum statutum *cap. 74. lib. 2. statutorum vniuersalium* non dicat, ciues acquirere posse bona stabilia, sed quòd forenses acquirere nequeant, isti, qui retineant propriam, aut paternam originem, licèt alibi habitent, & familiam, & bona in aliam Prouinciam transtulerint; quia tamèn non sunt forenses in loco originis, sub eadem statuti dispositione non comprahenduntur; sed prohibitione prædicta non obstante acquirere possunt bona stabilia in loco originis; ità tradunt in puncto *Socin. sen. d. cons. 35. per tot. Alex. cons. 157. num. 13. lib. 2. Crotus in rubr. ff. solut. matrim. nu. 41. Brunus de statutis art. 6. q. 1. n. 28.* egregiè in nostris terminis *Boerius decis. 13. n. 6. 12. 13. 14. & 15. & à num. 30. vsquè ad finem,* mirificè *Surd. cons. 346. num. 12. 13. Zaymon cons. 44. à nu. pr. 2. 3. 4. Bertazzol. citato cons. 56. num. 10. & cons. 103. num. 20. & consequ.*
65 *Crotus cons. 19. n. 39. & num. 17.* Quòd tantò magis vindicat sibi locum, quando forensis

habet

habet Agnatos, & coniunctos, qui continuò
habitent in territorio Lucæ, & onera substinēt,
prout tàm d.Sebastianus, quàm Io. Bapt., quā
etiam Ioan. filius d. Io. Baptistæ habuerunt,
& habent; ex traditis in puncto per *Soccin. sen.*
cons. 242. *num.* 4. *lib.*2. *Surd. cons.* 461. *n.*2.
66 Et vltimo loco fuit responsum, quòd inca-
pacitatis huiusmodi merita, & exceptio in
hoc possessorij summarijssimi iudicio minimè
cognoscuntur, ex quo altiorem requirunt in-
daginem, *Ruinus cons.*129.*in fine lib.*2.*Menoch.*
cons. 928. *num.*14. *& cons.* 180. *num.*29.*&* 48.
Berous cons. 57. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 2. *Gratian.*
discept. forens. cap. 732. *nu.* 47. *&* 48. *de Ponte*
decis. 40. *Barzius decis.* 46. *nu.* 30. *& decis.* 49.
num. 15. *Caualcan. decis.* 39. *sub num.* 2. *lib.* 3.
Milanens. decis. 3. *per totam lib. pr. Rota apud*
*Mohedanum decis.*8. *num.*2. *de restitut. spoliator.*
Amat. citata resol. 39. *num.* 87. *Rota Romana*
decis. 382. *parte pr. recentior. n.* 3. *eadem Rota*
post Posthium de manuten. decis. 521. *n.* 12.
67 Tertiò non obstat, quòd dicebatur non suf-
ficere, Colonos declarasse se possidere nomine
hæredis, nisi simul, & semel adsit scientia, &
voluntas hæredis, cui acquiritur possessio ex
glos. in l. quod meo, ff. de acquir. possess. Bald. cons.
330. *lib. prim. Putheus decis.*462. *circa finem*,
Benintend. decis. 12. *num.* 8. cum alijs per *Rot.*
post Posth. de manut. decis. 77. *à num.* 7. *&* 8.
68 Fuit enim responsum dupliciter, quòd *dicta*
decisio 77. *post Posth. de manut.* loquitur de iure
communi, & circumscripto statuto de conti-
nuanda; Nàm dum supra fuit probatum, quòd
quando illud adest, continuatur possessio per
colonum in hæredem etiam ignorātem, ita vt
tantùm declaratio coloni sufficiat, se velle
possidere pro hæredibus, propterea non re-
quiritur scientia, & sic motiuum cessat.
Secundò fuit respōsum, quòd in casu nostro
nō solum declaratio colonorum adest, se velle
possidere pro hæredibus, sed etiàm scientia
d. Io. hæredis, dùm ab ipso fuit factum man-
datum ad capiendam possessionem sub die
27. Maij 1656. Messanæ, ac possessio per dict.
Vincentium quon. Iosephi de Iustis capta fuit
sub die 31. eiusdem mensis, ideòq. hæreditas
Ludouici fratris d. Io. animo fuit adita, & re-
tenta, & consequenter possessio erat plena, vt
69 patet ad sensum; Maximè quia statim fuit
aditus Iudex, ex quo arguitur continuatio, &
conseruatio possessionis, *Afflict. dec.*395.*n.*
Ruin. cons. 56. *num.* 6. *lib.* 4. *Ludouic. Posth. de*
manuten. obseru. 58. *nu.*20. *Rota Rom. dec.*226.
*num.*43. *parte* 6. *diuers. & dec.* 560. *num.* 4. *par.*
*pr. tom.*2.*recens.* Ideoquè *d. decis.* 77. *post Posth.*
magis fauet, imò potiùs confirmet punctuali-
tèr nostram decisionem.

Neq. obstat tandèm, quòd dicebatur, pos-
sessionem præfatam d. Ioan. fratris Ludouici
vltimi possessoris esse iniustam, & non posse
impedire d. immisionem dicti Vincentij qu.
Iosephi de Iustis.
70 Fuit enim responsum, stante præfata posses-
sessione, processum exaduerso fabricatum
esse nullum, dùm debebat procedi porrecto
libello, soluta datia, & seruatis seruandis ad
toties citatam doctrinam *Bart. in d. l. fin. n.*14.
& 16. *Ridolphin. in sua praxi lib.*2. *cap.*7. *n.*47.
quod eò magis procedit in habente parem
titulum, imò meliorem, dum d. Io. prætendit
succedere tanquàm proximior vltimi Dece-
dentis, in cuius linea fuit ingressum d. fidei-
commissum ex partis cōfessione; ideòq. nulla
competit actio dicto D. Vincentio substituto,
donèc duret linea eiusdem Io. Bapt. ex regula,
71 quòd fideicommissum ingressum in vnam
lineam, semper in ea permanere, & durare
debet, donèc aliquis superest de eadem linea,
neque interim debeat fieri transitus de vna ad
aliam lineam, *Molin. de Hisp. Primog. lib.* 3. *c.* 9.
num. pr. & ibi *Add. per tot. d. cap. & in addit.*
ad c. 6. *n.* 30. 31. *&* 32. *Fusar. de subst. q.* 484.
num. 33. *versic. Septimò quando successio. Franc.*
Censal. Germanus meus in obseru. ad Peregr. de
fideic. artic. 22. *in addit. ad num.* 24. & sic dum
parsmet narrauit in sua prima comparitione,
successisse post mortem Io. Baptistæ Ludoui-
cum filium maiorem d. Io. Baptistæ, ideò post
mortem d. Ludouici necessariò fateri oppor-
tet, fuisse factum locum successioni d. Ioannis,
qui est alter filius q. Io. Bapt. & frater Ludoui-
72 ci, & sic fuisse factum locum fideicommisso
præfato ex obseruantia, quæ suum fuit sortita
effectum in dicta linea, quæ sola obseruantia,
etiam si d. Testamentum fuisset informe, addi-
dit ipsi tale robur, & vim, vt valere, & transire
debeat in fidem veri, & controuerti amplius
non possit, iuxta *Text. in l. de in rem verso, ff. de*
vsufruct. Aymon de antiq. temp. parte pr. versic.
Quartò limitatur, num. 14. *&* 15. *& cons.* 101.
*nu.*4. *Gratian. discept. forens. cap.* 951. *n.* 8. *et* 9.
Mantica decis. 3. *num. pri. & decis.* 821. *num.* 2.
*Rota apud Gregorium decis.*469. *& ibi Add. vers.*
Obseruantia, & fuit dictum in Bonon. fideic. de
Amorinis Luna 18. *Maij* 1648. *coram R. P. D.*
Meltio, §. Non obstat, versic. Quæ sola obseruantia,
73 & quod hæres etiamsi sit incapax, mittitur in
possessionem bonorum Defuncti, *Parisius*
cons. 3. *num.* 84. *lib. pr. Gozzadi cons.* 7. *n.* 11.
74 ità vt si res sit dubia, seù turbida, semper debet
remitti ad iudicium ordinarium, hærede inte-
rim in possessione existente, latissimè com-
probauit *Argelus de acquir. possess. q.*6. *artic.*8.
per tot. & præcipuè num. 142. 146. *&* 147.

75 Absoluimus ambas partes ab expensis ex multis causis animum nostrum mouentibus, ad tradita per DD. in l. properãdum §. *sin autem alterutra Cod. de Iudicijs*.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè Informante.

ARGVMENTVM.

Discutitur de requisitis ad rem iudicatam inducendam, quæ an, & quandò interpretatiuè inducetur eadem. Persona an, & quandò eodem tempore valeat gerere vices duarum personarum. Atque an, & quandò supèr exceptionibus deductis in Iudicio intelligatur supèr ipsis oppositum, & iudicatum. Exceptio rei iudicatæ an obstet, si secundum iudicium veniat ad resciſsionem decisi in primo iudicio. Sententia in causa status an faciat Ius quoad omnes etiàm non citatos, & de alijs spectantibus ad materiam.

SVMMARIVM.

Res indicata, vt cuiquam obstet, requirit identitatem personarum, rei, & causæ, num. 1. Ampliatur num. 3. Quæ rei indicata quandò interpratatiuè indicetur eadem, num. 4. 5. 8. & 19.

Exceptio rei indicatæ debet de necessitate concludere, quòd fuerit indicatum super eo, quod venit in controuersiam, num. 2.

Comparens in Iudicio concursus duo probare debet, scilicèt se esse Creditorem, & alijs esse potiorem, num. 6.

Persona vna, & eadem potest eodem tempore, & in eodem actu gerere vices duarum personarum, n. 7.

Persona duplex si repræsentetur ab vno habente diuersa Iura secundùm personæ diuersitatem, tunc vnumquodcunquè Ius consideratur de per se, tanquàm si duæ essent personæ, num. 9.

Sententia vno tantùm nomine lata cum eo, qui duplicem repræsentat personam, non parit rem iudicatam respectu alterius nominis, num. 10.

Sententia lata contrà Vniuersitatem non afficit singulos de Vniuersitate in eorum interesse particulari, num. 11.

Actus quicunque ab aliquo factus ratione muneris sibi iniuncti ex necessitate officij, quod quis gerit, non præiudicat gerenti, dum ex propria persona, et priuato nomine vult suis Iuribus experiri, n. 12. Adducitur ratio, num. 13.

Procurator non potest Domino præiudicare, in quo non habet speciale mandatum, num. 14.

Iura duo diuersa concurrentia in vna persona, an considerandum sit vnumquodque Ius de per se, tanquàm si duæ fuissent personæ, num. 15.

Sententia facit rem iudicatam in præsuppositis in ea, quandò præsuppositum venit in ipsa per necessarium antecedens, vel necessariam consequentiam, num. 16. Ponitur ratio, num. 17. Declaratur num. 20. 21. & 22.

Sententia lata super principali, censetur lata super articulo incidenti incompatibili cum principali, num. 18. Declaratur num. 24.

Iudex definiens in Iudicium non deducta, & absquè plena causæ cognitione facit sententiam ipso Iure nullam, num. 23.

Exceptio nisi fuerit opposita, non intelligitur declaratum supèr ea, num. 25.

Exceptio non opposita si constet ex eadem scriptura, vel Instrumento in actis producto, nulla est necessaria exceptionis oppositio expressa, sed eam potest Iudex ex officio attendere, num. 26. & 27. Declaratur num. 28. & 29.

Læsio est probanda ab allegante eam, num. 30.

Læsio enormis, vel enormissima considerari non potest propter fideiussionem præstitam, nisi probetur impossibilitas obtinendi releuationem, num. 31.

Exceptio, quæ extrinsecis eget probationibus, non potest dici constare ex Instrumenti inspectione, num. 32.

Res iudicata non obstat supèr non petitis, deficientibus causæ cognitione, & partium defensione, nèc nouitèr agens victus dici potest super articulo diuerso, num. 33.

Exceptio rei iudicatæ obstat, si secundum iudicium veniat ad resciſsionem decisi in primo iudicio, & quandò actio est eadem, vel diuersa, sed idem est medium concludendi, maximè si ad eundem finem actum sit, num. 34. Fallit è contra, num. 35. Et de ratione, num. 36.

Sententia declarans Instrumentum nullum, an faciat Ius quoad omnes interesse habentes ex ipso Instrumento, etiàm non citatos, & cum quibus discussa fuit Instrumenti nullitas, num. 37. & 38.

Sententia in causa status lata Ius facit quoad omnes, & si non citatos, num. 39. Ampliatur num. 40. 41. 42. 43. & 44. Declaratur num. 45. Et de ratione remissiuè, n. 46. Declaratur etiam n. 47.

Contradictor legitimus dicitur habens præcipuum Ius in agendo, vel defendendo, num. 48.

Interesse primum, & principale non æquale cum alijs ab aliquo habitum, & quoad eum pertineat Ius in capite, idem in prædominio, operatur, quòd alij, quibus afficere debeat sententia, sint sub eo, sicuti membra sub capite, num. 49.

Sententia vt faciat Ius quoad omnes, & nocere valeat, victus quodnam Ius debeat habere respectu aliorum interessatorum, num. 50. 51. & 52.

Exceptio rei iudicatæ in dubio non obesse iudicandum est, quandò minùs præiudicatur partibus, n. 53.

Appellationis desertæ exceptionem non obstare in dubio pronunciandum est, nèc quòd deserta sit remissio, num. 54.

Instantia pro non peremptione in dubio omnis interpratatio est facienda, num. 55.

Decisio VI.

Circa primum Articulum.

IN causa vertente inter Sp. Petrum Tuccium Actorem parte ex vna, & Sp. Laurentium Podium Reum conuentum parte ex altera, nobis ab Excellentissimo Senatù delegata tres potissimum fuerunt discussi Articuli.

Primus, àn sententia lata in Curia Mercatorum ad fauorem Sp. Laurentij Podij, declarans bona contenta in Instrumento restitutionis dotis tradito, & rogato ab Egr. Ser Laurentio Motrono anno 1619. sub die 7. mẽsis Ianuarij, assignanda esse per Sp. Syndicos Creditorum Sp. Philippi Podij patris eiusdem Sp. Laurentij, tamquàm dotalia olim Ven. D. Francischinæ vxoris dicti Sp. Philippi, & respectiuè matris Sp. Laurentij eidèm Sp. Laurentio, quæ deindè confirmata fuit per Spectab. Indices Appellationis, noceret dicto Sp. Petro Tuccio, cui per dictos Sp. Philippum, & Laurentium anno 1644. vendita fuerunt bona prædicta vnà cum alijs pro pretio scut. 10300. prout constat ex Instrumento tradito, & rogato manù Ser Pompei Morganij; Itaut eidem Sp. Petro Tuccio, qui Iudicio Saluiani interdicti excipiebatur circa dictum Sp. Laurentium, vt immitteretur in possessionem bonorum, de quibus agebatur ad effectum, vt sibi satisfacere posset de fructibus prò summa scutorũ 5500. de quibus dictus Sp. Petrus erat creditor dicti Sp. Laurentij ob euictionem dictorum bonorum, itidèm pro expensis, damnis, & interesse occasione dict. euictionis per eundem Sp. Petrum Tuccium passis, & in futurum patiendis, iure objici posset exceptio rei iudicatæ.

Secundus, àn contractus venditionis dictorum bonorum nullitati subiaceret, attenta dispositione *Statuti in cap. 30. lib. 2. in versic. Sed non possit*, per quod decernitur, quòd pater non possit bona filiorum alienare, diminuere, vel obligare.

Tertius, & vltimus, àn saltèm idem contractus ob prætensum metum reuerentialem rescindendus esset. Quos Articulos per tres decisiones distinctas enucleatos conspicies.

1 Et quoad primum respiciens exceptionem
rei indicatæ Excellentiss. DD. Aduocati, qui
tuebantur iura Sp. Laurentij, deduxerunt,
quòd & si vt res iudicata cuiquam obstet requirebatur
identitas personarum, rei, & causæ,
*l. cum quæritur cum duab. seqq. ff. de except. rei
iudicatæ, & cap. fin. cum ibi notatis per Gloss. in
verb. admitti, Io. Andr. Geuin. & Franch. de
except. in 6.* quibus alios plenè cumulat *Surd.
in cons. 11, num. 21. in cons. 165. num. 11. & in
cons. 418. numer. 13.* alios innumeros refert
2 *Giurba in decis. 20. num. 1.* Ità vt debeat rei iudicatæ
exceptio de necessitate concludere,
quòd fuerit iudicatum supèr eo, quod nunc
venit in controuersiam, *l. si inter te, & me,
d. tit. de except. rei indic. l. quod in diem, §. si
rationem, & ibi Castr. ff. de compensat. Surd. in
3 cons. 512. num. 2.* Attamèn si verè, aùt interpretatiuè
interuenerint satis est, *Glos. in l. et
an eadem in verb. concurrunt, vbi Bart. §. 1. ff.
eodem, Angel. in d. l. cum quæritur*, cum alijs
plenè congestis *per Giurbam in allegata decis.
20. d. num. 1. ad fin. in vers. Attamen, vbi nu. 2.*
4 subdit, quòd interpretatiuè res eadem iudicatur,
quandò inter easdem personas eadem
quæstio, quæ decisa est reuocatur, & si de alia
penitùs diuersa tractetur, *l. Iulianus, ff. except.
5 rei indic. & num. 3.* Quòd si in secundo iudicio
disceptandum est id, quod per primam
sententiam fuerat terminatum, licèt de re
agatur penitùs diuersa, dicitur eadem res, vt
rei iudicatæ obstet exceptio, *& num. 4.* Quòd
idem est, si secundum iudicium ad rescissionem
eius veniat, quod fuit decisum in primo.
6 Hæc autèm omnia hic concurrere proponebant
ijdem DD. Aduocati Sp. Laurentij, etenim
in illo Curiæ Mercatorum iudicio tàm primæ,
quàm secundæ instantiæ Sp. Laurentius circa Sp. Petrum Tuccium, seù procuratorem creditorum Sp. Philippi Podij, & successiuè etiàm procuratorem sui ipsius, tãquàm vnum ex creditoribus dicti Sp. Philippi, cuius intererat tàm nomine proprio Vniuersitatis creditorum, quàm nomine proprio, vti vnius ex dictis creditoribus excludere dictum Spect. Laurentium à bonis dotalibus olim Ven. D. Francischinæ eius matris; quandoquidèm iudicium illud, proùt, & sunt omnia iudicia decoctorum, quæ instituuntur in illa Curia, ad duo simùl sunt ordinata, nempè ad discutienda Iura creditorum comparentium tàm inter debitorem, & creditores, quàm intèr ipsos eosdemmet creditores, quorũ interest, plures non adesse ad inuicem se excludere à bonorũ debitoris participatione, vt cæteris bona eius

sufficere

sufficere valeant, nec non simul, & singuli de
sua prælatione doceant exclusiuè ad alios vno-
quoque prætendente alijs cæteris quibuslibet
anteferri, & potiori loco gradum in sententia
obtinere, & propterea quilibet statim, quan-
dò competunt hæc duo à principio, deducit se
verum creditorem esse, & cæteris potiorem,
*Salgad. in labyrinth. creditor. concurr. part. 3.
cap. 1. num. 15. & 16. pag. mihi* 460. In hoc
autem iudicio ipse Sp. Laurentius conuentus
fuit ab eodem Sp. Petro, & sic personarum
aderat identitas saltèm interpretatiua;
7 Cum vna, & eadem persona possit eodem
tempore, & in eodem actu gerere vices dua-
rum personarum, *Surd. in consil. 183. num. 42.
& cons. 365. num. 22. & 23.* In iudicio præ-
dicto paritèr Curiæ Mercatorum primæ, & se-
cundæ instantiæ actum fuit de restitutione do-
tis prędictæ D. Franciſchinę in bonis in Instru-
mento supradicto celebrato de anno 1619.
descriptis non obstante contractu venditionis
eorundem bonorum inito inter dictos Spect.
Philippum, & Laurentium venditores, & dictũ
Sp. Petrum emptorem, & successiuè inciden-
tèr de nullitate eiusdem Instrumẽti, hic autem
agebatur de ijsdem bonis, & eodem articulo
nullitatis, vel rescissionis eiusdem instrumenti,
ex causis in dicto Iudicio Curiæ Mercatorum
deductis, & consequenter conuerti videbatur
identitas rei, & causæ saltem interpretatiuè;
8 Cum vt superiùs firmauimus interpretatiuè
res eadem iudicetur, quãdò inter easdem per-
sonas eadem quæstio, quę decisa est in dubium
reuocatur, quamuis de alia pœnitùs diuersa
re agatur, *d. l. Iulianus, ff. de except. rei iudic.*
Contrarium tamen, his non obstantibus
nobis verius visum fuit, quia cùm ad hoc, vt
exceptio rei iudicatæ ex sententia exoriatur,
plura copulatiuè requirantur: Primum vide-
licèt, quòd eadem sit conditio personarum:
Secundum, quòd sit eadem causa petendi:
Tertium, quòd idem in vtroq; iudicio petatur,
& ad eundem finem, prout superiùs probatum
fuit, hęc quidem hìc non concurrebant, & ideò
pronunciauimus, exceptionem rei iudicatæ
non obstare, etenim non cõcurrebat primùm,
quia in iudicio Curię Mercatorum tàm primę,
quàm secundæ instantię agebat Sp. Laurentius
contrà Sp. Philippum eius Patrem decoctum,
& contrà Syndicos creditorum d. Sp. Philippi,
quorum vnus erat d. Sp. Petrus, qui in illo Iu-
dicio erat procurator dictorum creditorum;
9 Quandò enim vnus repręsentat duplicem per-
sonam, & diuersa iura habet secundùm perso-
næ diuersitatem, tunc vnum quodcumque ius
consideratur de per se, tamquam si duæ essent
personæ, *l. 1. vbi Bald. ff. de offic. consul. Surd. in*
10 *cons. 365. num. 22. lib. 3.* Sic egit dictus Sp.
Petrus nomine proprio contrà eundem Spect.
Laurentium, & sic aderat diuersitas persona-
rum; Hinc videmus, quòd ex sententia cum
eo lata, qui duplicem repręsentat personam,
vno tantum nomine, non oritur res iudicata
respectu alterius nominis, vt *per Surd. in cons.
365. num. 21. versic. Tertio respondeo, cum num.
seqq. Menoch. decis. 161 num. 5. & 6. Scayn. in
decis. 39. nu. 28.* optimè *Rot. Rom. in decis. 458.*
11 *num. 3.* Vbi quòd sententia lata contra Vni-
uersitatem non afficit singulos de Vniuersitate
12 in eorum interesse particulari; Et est regu-
lare, quòd quicunque actus ab aliquo factus
ratione muneris sibi iniuncti ex necessitate
officij, quod quis gerit, non præiudicat geren-
ti, dum ex propria persona, & priuato nomine
vult suis iuribus experiri, vt sunt *Text. apertis-
simi in l. si pars, §. illud in l. filius, §. multo in l.
adversus primo, ff. de inoff. testam. in §. tutor. in-
stitut. eod. tit. et in l. cum quandam, C. de administr.
tutor.* & latè tradiderunt *Bart. Bald. Salicet. &
cæteri in l. cum quandam Cod. de administr. tutor.
Tiraquel. de retract. lig. §. 1. gloss. 9. num. 141.
& seqq. Gabriel. commun. conclus. tit. de præsumpt.
conclus. 3. in princip. & num. 22. & rursus de
ver. alienat. conclus. 9. ferè per tot.* sed præsertim
num. 22. plenissimè *Balduin. Thomas. in eius tract.*
13 *de tutor. & curator.* Ea potissimum ratione,
quòd officium suum nemini debet esse dam-
nosum *l. sed si quis, ff. quemadmodũ testam. aper.
Surd. consil. 19. num. 12. Magon. decis. Luc. 25.
num. 46. Thomat. decis. 14. num. 18. Fontanell.
decis. 266. num. 11. Montor. decis. 29. num. 2.
Hartman. Pistor. q. 7. num. 11. part. 2.*
14 Quod eò magis procedere debeat in casu
nostro, in quo non ipse Sp. Petrus in iudicio
interuenit vti Syndicus, sed ipsius aliorum
syndicorum procurator D. Bernardinus de
Caualerijs, palàm est enim per huiusmodi pro-
curatorem non potuisse ei fieri tale præiudi-
cium, vt ab eo auferretur absq; vlla discussione
meritorum respectu eius interesse particularis
concernentis articulum euictionis dictorum
bonorum pars pretij eorumdem ascendentis
ad summam scutorum 5500. & vltrà; Cùm
omnes admittant, procuratorem non posse
Domino præiudicare, si non habeat ad id spe-
ciale mandatum, *Rot. decis. 779. num. 2. par. 2.
recen. & decis. 419. num. 6. part. 1. in posthum.
Farinac. & apud Bayart. decis. 600. num. 11.*
Nec releuat, quòd dictus Sp. Petrus esset
procurator sui ipsius ratione proprij interesse
in eo vertentis, quòd etiam intererat exclu-
dere d. Sp. Laurentium à prætensione, quam
habebat consequendi bona dotalia d. D. Ven.
Franciſchinæ eius Matris, cùm totis anhelitus

creditorum concurrentium ad bona debitoris communis, ac tota, & præcipua inter eos controuerſia verſetur circa excluſionem cæterorũ creditorum, vel prælationem in exigendo propria credita, nè conſumpto vniuerſo debitoris patrimonio in priorum ſolutione, cæteri inſoluti, & inanes remaneant, & ob id creditores inferioris gradus aſſiduè ſe opponere ſolent iuribus anteriororum, negantes, hos eſſe creditores, vt ſic, anterioribus omninò excluſis, bona non conſumentur, & ſufficiant ſolutioni inferiorum ipſorum, & propterea non poſſit conſiderari pro diuerſa perſona, ſententiaque in dicto iudicio Curię Mercatorum lata ipſum quoq. afficiat.

Quid per hoc non infertur, quin ad effectũ, de quo agimus dictus Spect. Petrus Tuccius ſit conſiderandus diuerſa perſona ratione diuerſitatis Iurium; Nàm ad hoc cognoſcendum ponderandum eſt, quòd Ius competens Vniuerſitati creditorum, quorum ſyndicus erat dictus Sp. Petrus, & etiam eidem Sp. Petro vt vni ex creditoribus Sp. Philippi excludendi d. Sp. Laurentium à proprietate bonorum dotalium d. olim Ven. Franciſchinæ eius matris erat penitùs, & omninò diuerſum, & ſeparatũ à Iure proprio, competenti ipſi Sp. Petro pro recuperatione pretij, ſeu illius partis dictorum bonorum euictorum aduerſus dictum Sp. Laurentium venditorem, & promiſſorem euictionis, & legitimæ defenſionis eorundem bono-

15 rum; Vndè vnumquodquè Ius erat conſiderandum de per ſe, tanquàm ſi duæ fuiſſent perſonæ, *Rot. in allegata decis. 458. nu. 4. par. 1. recent.* Quæ in hęc verba loquitur. *Non obſtat, quod ſententia ſit lata nè dum contrà Communitatem, ſed etiam contra homines, quid fuit reſponſum, ſententiam comprehendere homines vt vniuerſos, & Iura Communitatis repræſentantes, & in quantum homines de vniuerſitate dicuntur ipſa vniuerſitas, non autem quandò, vt ſinguli, & Iure proprio ſingulari veniunt, quâ ratione intereſſe diſtinguuntur.* Deficiebat paritèr ſecundum, & tertium, quandoquidèm tunc agebatur ad excludendum prædictum Spect. Laurentium à conſequutione bonorum maternorum ob alienationem eorundem per ipſum factam, prætendendo ſyndici creditorum d. Sp. Philippi, quòd d. Sp. Laurentius ad ſummum eſſet creditor d. Sp. Philippi, penes quem peruenerat pretium dictorum bonorum, ſolùm illius pretij, & ſucceſſiuè concurrere deberet cum alijs creditoribus non priuilegiatis ad libras, & ſolidos, non autèm conſequi poteſt eadem bona, hic autèm petebatur immiſſio in poſſeſſionem bonorum d. Sp. Laurentij per dictum Sp. Petrum, vt idem Sp. Petrus ſibi poſſet ſatisfacere de fructibus pro ſumma ſcutorum 5500. & damnis, expenſis, & intereſſe pro amiſſione partis pretij dictorum bonorum occaſione eorundem euictionis per eum paſſæ, & conſequenter aliud, & ex alia cauſa petebatur.

Nèc dicatur, ſententiam latam in foro Mercatorum declarantem bona deſcripta in dicto Inſtrumento reſtitutionis dotis anni 1619. tanquam dotalia Ven. D. Franciſchinæ eſſe aſſignanda Sp. Laurentio, confirmata deindè in Iudicio appellationis, per neceſſariam conſequentiam præſupponere nullitatem contractus venditionis prædictorum bonorum, cùm ſi ſupponeretur validitas eiuſdem contractus, talis ſententia de iure ferri non potuiſſet, ſed immò declarari debuiſſet creditor non priuilegiatus dictus Sp. Laurentius de ſumma ſcutorum 5500. peruentorum in manus d. Spect. Philippi eius Patris, non quidèm ex cauſa dotis maternæ, & ſic priuilegiata, quia iam extincta fuerat obligatio per illius reſtitutionem ſequutam de anno 1619. ſed ex particulari credito non priuilegiato pretij prædictorum bonorum verſi in vtilitatem d. Sp. Philippi eius Patris; Incidens etenim validitatis, vel nullitatis reſpectiuè dicti contractus erat omninò incompatibile cum negotio principali, de quo agebatur; Non enim poterant ſpectare bona prædicta ad dictum Sp. Laurentium per ipſum vendita inſimul cum Patre d. Sp. Petro, prout dictum fuit in dictis ſententijs, ſi contractus venditionis erat validus, & cõſequentèr facere rem iudicatam in præſuppoſitis in ea, & incidenti incompatibili cum principali negotio;

16 Quandoquidem rem iudicatam facit ſententia in præſuppoſitis in ea, quandò præſuppoſitum venit in ea per neceſſarium antecedens, vel neceſſariam conſequentiam, *Oliuer. Beltramin. in annot. ad decis. Ludouiſ. 268. num. 7.*

17 *Caſtill. controuerſ. tom. 9. cap. 83.* Ea potiſſimùm ratione quia quandò ſententia aliquid neceſſariò ſupponit, ad illud ſe extendit tanquam in eo comprehenſum, cum iudicatum dici debeat, non ſolùm quod in ſententia expreſsè legitur, ſed etiam quod Iuris diſpoſitione, & præſumptionibus Iuris dicitur eſſe iudicatum, etenim propria ſunt aliquid eſſe expreſſum, vel neceſſariò ſubintelligi, quaſi ſufficiat virtualitèr ex verbis reſultare, quamuis expreſſio ſequeretur non forma, *Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 445. num. 20. & 21.*

18 Et ſententia lata ſupèr principali cenſetur lata ſuper articulo incidenti incompatibili cum principali, *l. 1. ad finem, l. de ord. iudic. Farinac. q. 100. cap. 2. num. 89. Gratian. diſcept. forenſ.*

19 *tom. 3. cap. 445. num. 33. & 34.* Et ideò interpræ-

terpretatiuè hìc concurrere identitatem rei, & causæ, attento quòd in hoc iudicio coràm nobis instituto principaliter agebatur de eodem articulo nullitatis eiusdem contractus venditionis; cum vt decidit *Giurba in allegata decis. 20. dicto versic. Secundò*; Interpretatiuè eadem res iudicetur; quandò inter easdem personas, eadem quæstio, quæ decisa est, in dubium reuocatur, & si alia penitùs diuersa res tractetur.

20 Nàm responsum fuit, tunc demùm sententiam in supposito veniente in ea per necessarium antecedens, vel necessariam consequentiam facere rem iudicatam, quandò suppositum deductum fuit in iudicium, & supèr eo adhibita fuit causæ cognitio tàm respectu partium, quàm Iudicis, *Nuguerol. allegat. 18. n. 50. & allegat. 27. nu. 49. Castill. controuers. tom. 5. cap. 194. ex num. 34. cum multis sequentibus*;

21 Quia res iudicata, vt obstet, requiritur, quòd tàm ex parte actoris, & rei, quàm ex parte Iudicis de omnibus sit plenè cognitum, *Nuguerol. allegat. 140. num. 25. Simon. de Pret. cons. 307. num. 11. & 12.*

22 Hæc declaratio ex eo vlteriùs fulcitur, nàm tunc dispositio operatur super supposito veniente in necessarium antecedens, vel consequentiam, quandò suppositum dependet ex mera voluntate gerentis, & non aliàs; *Castill. controuers. tom. 5. cap. 83. ex num. 3. Surd. cons. 402. num. 6. Cafanat. cons. 16. num. 9. Bart. in l. ex hac scriptura num. 3. versic. Sed contra prædicta, & num. 4. versic. Ex his ergo, ff. de donat. Alex. cons. 104. n. 4. lib. 1. Crauett. cons. 134. n. 45.* Sed sic est, quòd Iudex in ijs, quæ in iudicium deducta non sunt, nèc absque plena causæ cognitione non potest diffinire, sed immò sententia, absq. causæ cognitione lata, fit ipso Iure nulla, *l. si causa cognita C. de transact. l. Iudices C. de Iudic. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de Iud. resolut. 2. num. 2. & seq.* Ergò nèc causæ diffinitio ad ea supposita trahi valet, cùm non dependeat à sua mera, & libera potestate.

24 Eandem declarationem patitur alia conclusio superiùs firmata, quòd sententia lata super principali, censetur lata supèr articulo incidenti incompatibili cum principali; Siquidèm ea tunc procedit, quandò scilicet articulus incidens in iudicium fuit deductus per partes, & supèr eo adhibita fuit plena causæ cognitio tàm respectu partiũ, quàm Iudicis, aliàs secùs, *Glos. in l. 2. C. de ord. cognit. ad fin. in vers. Vel melius, Moscatell. in prax. lib. 1. part. 5. Glos. reseruatis, num. 42. Bart. in l. 1. num. 6. 7. & 8. C. de ord. Iudic. & ibi etiam Bald. num. 11. Castr. ibidem num. 8. & 9. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 58. ex num. 63. Carleual. de Iudicijs tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 5. n. 36. Fachin. controuers. lib. 10. cap. 80. versic. Secundo quia*; Nàm si

25 exceptio non fuit opposita, non intelligitur declaratum super ea, *Petr. Barbos. in l. si prætor §. Marcellus, num. 72. ff. de Iudicijs.*

Quòd autem exceptio incidens, cõcernens nullitatem contractus venditionis prædictorũ bonorum, nèc in primum, nèc in secundum iudicium agitatum in foro Mercatorum ducta fuerit, satis superque patet ex actis, in quibus nunquàm apposita legitur exceptio prædicta, vel verbum aliquod eam præseferens.

26 Neq. obstare putauimus, quòd exceptio non opposita, si tamèn constet ex eadem scriptura, vel Instrumento ex actis producto, à Iudice ex officio habetur in consideratione, *l. eum, qui ità, §. qui ità*, & ibi *Bart. ff. de verb. obligat. Mangil. in tractat. de euict. q. 47. nu. 11.*

27 *ad med. in versic. Item quid*; Et quòd quando ex inspectione ipsius Instrumenti apparet de exceptione, nulla sit necessaria exceptionis illius oppositio expressa, sed eam possit Iudex ex officio attendere, probant singularitèr *Alex. in l. 4. §. condemnatum num. 4. ff. de re iudic. Bart. in l. 2. ff. de except. nu. 5. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 34.*

28 Responsum etenim fuit primò, conclusionem supradictam procedere in casu, in quo exceptio est in fauorem ipsius, qui scripturam, vel Instrumentum produxit, cùm ex facto suo præsentationis inducatur oppositio, quia ad hunc, non ad alium finem, & effectum eam, vel illud præsentasse intelligitur, scilicèt ad suam defensionem, & exclusionem intentionis aduersarij; Nos autèm versamur in Instrumento producto à Syndicis creditorum, seù eorum procuratore, ex quo, vt dicitur, resultari poterat simul defensio, & exceptio Sp. Laurentio, qui omninò tenebatur ea vti, & de ea opponere, cùm exceptionis natura, & requisitum sit, ad hoc vt operetur, quòd illam opponat pars, aliàs omissa intelligitur, & in re iudicata non compræhensa.

29 Secunda succedit responsio, quòd conclusio prædicta non habet locum in casu, in quo per Instrumentum præsentatum plenè non probatur exceptio ex eo resultans, sed ea eget aliqua extrinseca probatione, vt in casu præposito; Nàm cùm ageretur de exceptione metus, iste quidem nõ resultabat ex inspectione Instrumenti, quoniàm regularitèr contractus spontè factus præsumitur, nisi manifestè contrarium probetur, *l. 2. C. de his, quæ vi, metusuè causa fiunt, Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 7. num. 1.* Etiam si agatur de contractu inito cum eo, vel ad fauorem eius, cui

cui reuerentia debetur, quandoquidem sola
reuerentia non probat contractum esse meti-
culosum, nisi aliundè appareat metus, vt infra
probabimus, quandò agemus de tertio arti-
culo, & quamuis quandò cum reuerentia con-
currit læsio enormis, vel enormissima iudica-
tur probatio metus si reuerentialis sufficiens
ad rescissionem contractus secundùm multo-
rum opinionem, læsio tamen erat probanda;
30 Cùm læsio probanda sit ab eo, qui eam alle-
gat, *l. 3. §. si minor, ff. de iur. iuran. l. quoties, §.*
qui dolo, ff. de probat. Neq. ex eo solo, quod
pretium bonorum venditorum per Sp. Philip-
pum, & Laurentium eius filium præsumeretur
prouentum ad manus dicti Sp. Philippi, itaut
Sp. Laurentius potiùs fideiussor, quàm princi-
palis dici posset inducebatur læsionis proba-
31 tio; Siquidèm læsio enormis, vel enormissima
considerari non potest propter fideiussionem
præstitam, nisi probetur impossibilitas obti-
nendi releuationem, *Ludouis. decis. 406. n. 16.*
optimè *Ioseph. Ramon. in cons. 96. num. 8. cum*
multis seqq. Quæ quidem impossibilitas, cùm
illius probatio resultari non posset ex Instru-
mento venditionis dictorum bonorum, erat
probanda per extrinsecas probationes, quod
factum non fuerat in iudicio agitato in foro
32 Mercatorum; Atq. ideò exceptio, quæ extrin-
secis eget probationibus non potest dici con-
stare ex Instrumenti inspectione.

Nec dicatur duas resultare ex Instrumento
prædicto exceptiones, alteram scilicèt metus,
alteram verò nullitatis contractus ob aliena-
tionem dictorum bonorum propriorum d. Sp.
Laurentij, factam à Patre cum interuentu eius-
dem Sp. Laurentij ipso ignorante, quòd bona
prędicta ad ipsum pertinerent vtì dotalia Ven.
D. Francischinæ eius Matris contrà formam
Statuti in cap. 30. lib. 2. Vt infra dicetur in se-
cundo Articulo, quæ quidem nullitatis cōtra-
ctus prædicti exceptio resultabat ex Instrumē-
to prædicto, & ex Instrumento restitutionis
dotis d. Ven. D. Francischinæ anni 1619., ad
cuius probationem nulla requirebatur extrin-
seca probatio, atq. ideò, supposito etiam,
quòd exceptio metus dici non possit constare
ex inspectione Instrumenti venditionis dicto-
rum bonorum, cessare obiectum supradictum
respectu huius secundę exceptionis; Cum dici
non possit sententiam in foro Mercatorum la-
tam, ex qua prætendebatur oriri exceptionem
rei iudicatæ magis fundatam in vna, quàm in
altera ex exceptionibus supradictis.

Quandoquidem pro responsione pondera-
tum fuit, quòd supposito, nullatenùs tamen
concesso, quòd sententia lata in foro Merca-
torum, & in Iudicio Appellationis cōfirmata,
faceret rem iudicatam in hac exceptione nul-
litatis, fundata *in Statuto in alleg. cap. 32. lib. 2.*
Et in ignorantia dicti Sp. Laurentij, quòd facta
fuisset restitutio dotis Ven. D. Francischinæ
eius Matri, ipsa viuente, in bonis per dictum
Sp. Philippum venditis dicto Sp. Petro, tāquam
in præsupposito in ea per necessarium antece-
dens, seu articulo incidenti incōpatibili cum
principali, non obstantibus superius firmatis
declarationibus.

Attamèn ex hoc in necessariam consequen-
tiam haud rectè infertur, quòd ex eadem sen-
tentia rei iudicatæ exoriatur exceptio super
articulo validitatis, vel nullitatis obligationis
euictionis, in eodem contractu venditionis per
dictum Sp. Laurentium factæ ad fauorem dicti
Spect. Petri emptoris in Iudicio coram nobis
moto, proposito siquidèm nullitas prædicti
cōtractus venditionis ex superius allegato ca-
pite non videatur incompatibilis cum validi-
ditate obligationis euictionis, quia annullato
contractu venditionis non liberaretur fideius-
sor, qui promisit de euictione bonorum ven-
ditorum, vt probabimus in secundo Articulo;
Filius etenim, qui simul cum Patre vendidit,
consideratur tamquàm fideiussor, qui quidèm
articulus validitatis scilicèt, vel nullitatis fide-
iussoriæ obligationis numquam discussus fuit
in foro Mercatorum, nèc per sententiam ter-
minatus, quod in dubium reuocare non pote-
33 rat; Quare nullatenùs dici poterat obstare
rem iudicatam, cùm res iudicata non obstet
super non petitis, in quibus deficit causæ co-
gnitio, & partium defensio, nèc nouiter agens
victus dici possit super articulo diuerso, *Bald.*
in l. recepticia C. de non numerata pecunia nu. 5.
Soccin. cons. 94. num. 7. col. 2. vol. 3. Vincentius
Anna allegat. 102. n. 2. Ioseph Ramon. cons. 50.
numer. 11. Nuguerol. allegat. 18. numer. 48. Et
34 quemadmodum rei iudicatę obstat exceptio,
si secundum iudicium ad rescissionem eius ve-
niat, quod fuit decisum in primo, & quandò
actio est eadem, vel diuersa, sed idem est me-
dium concludendi, maximè si ad eundem fi-
nem actum sit, latè *Giurba in allegata decis. 20.*
35 *num. 4.* Ità ea non obstabit, quandò secun-
dum iudicium non venit ad rescissionem eius,
quod decisum fuit in primo, & quandò actio
est diuersa, diuersumq. medium concludendi,
& actum est ad diuersum finem, et contrario-
rum eadem sit disciplina, *l. 1. ff. de his qui sunt*
sui, vel alien. iur. l. & si contrà, ff. de vulg.
36 Et idem operetur oppositum in opposito,
quod propositum in proposito.

Quæ omnia ex abundanti dicta sint, cùm
sententia in præsuppositis in ea, & incidenti
incompatibili cum principali, ità demùm rem
iudicatam

iudicatam faciat, si concurrat personarum identitas, quæ deficit in proposito casu, vt probatum fuit superius *in versic. Contrarium tamen*; Nàm, vt dictum fuit in principio huius decisionis *in versic. Et quoad primum*, ad effectum vt res iudicata cuiquè obstet, copulatiuè requiritur identitas personæ, rei, & causæ.

37 Nèc dicatur, sententiam declarantem Instrumentum nullum facere ius quoad omnes interesse habentes ex ipso Instrumento, etiam non citatos, & cum quibus discussa non fuit Instrumenti nullitas, natura enim ipsius negotij, quo Instrumentum illud afficitur, quod planè verum, & indiuiduum est, non finit, quòd Instrumentum vnum quoad vnum nullum sit, quin tale sit etiam quoad omnes, cùm sit illa qualitas Instrumenti, & ipsa quoq. consequentèr indiuidua. Nèc authoritati rei iudicatæ, quæ pro veritate habetur, & cuius natura est, vt imponat finem litibus, *l. res iudicata. ff. de reg. iur. cap. cum inter de re iudic. Surd. cons. 435.*
38 *sub num. 7.* tribuendum videtur, vt disputari ampliùs queat, vtrùm validum fuerit idem Instrumentum, quod Iudex semel nullum pronunciauit, cùm res iudicata in Iuribus indiuiduis, & inseparabilitèr connexis quoad omnes operatur, *Couarr. practicar. qq. cap. 4. num. 9. Leo. decis. Valent. 93. num. 4. Fabius de Anna cons. 17. num. 20. lib. 1. & cons. 97. nu. 5. Seff. decis. 4. num. 21. & seqq. & num. 35. & decis. 6. nu. 34. Paschal. de Iuribus Patr. Potest. part. 4. cap. 2. per tot. à num. 70. Fontanell. decis. 228. & 229. Valenzuela cons. 90. num. 112. & cons. 92. num. 61. & seqq. Io. Baptista Costa de ratio-*
39 *ne rata q. 222. num. 7.* Hinc est, quòd sententia in causa status lata Ius facit quoad omnes, etsi non citatos, *l. ingenuum de stat. homin. l. seruo*
40 *65. §. [illegible] ad Trebell.* Idem est in sententia lata super [illegible] causa de postulan.
41 Idem paritèr si lata sit super [illegible] excommunicatione, vel relegatione, idem super ætate, *l. de ætate de interrogat. act.* idem supèr
42 dignitate, vel officio publico, idem supèr vniuersitate, & super hæreditate, *l. [illegible]*
43 *à cæteris §. fin. de stat. liber.* Idem in causa testamentaria, *l. qui repudiantis, & l. [illegible]*
44 *§. [illegible] de inoffic. testam.* Idem si pronunciatum sit, quem esse hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, *[illegible] cons. [illegible] 25. definit. 1. Leo decis. 93. num. 4. Surd. decis. [illegible] num. 17. Scacc. de sent. [illegible] gloss. [illegible]*
45 Quia responsum fuit, supradicta omnia procedere, si sententia sit verbis affirmatiuis concepta, vtpotè cùm Iudex pronunciat Instrumentum validum, Titium ingenuum, nobilem &c., secùs autem si verbis negatiuis, *l. si*
46 *seruus de liberal. caus.* Cuius rationem assignat *Bald. in d. l. ingenuum in prima lect. num. 8. Leo d. decis. 93. num. 5. Fabius de Anna cons. 89.*
47 Prætereà propositio superiùs firmata sententia in iuribus indiuiduis, & inseparabilitèr connexis faciat rem iudicatam quoad omnes, Ità demùm procedit, si lata sit cum legitimo contradictore, *Peregrin. de fideicomm. §. artic. 53. num. 44. Surd. decis. 289. n. 17. Leo d. decis. 93. num. 5. & 6.*
48 Legitimus autem contradictor dicitur is secundùm, *Bald. in l. ingenuum num. 5.* Qui præcipuum ius habet in agendo, vel defendendo, *ad tex. in l. 1. §. denunciari de venter. inspicien.*
49 Et propriè qui habet primum, & principale interesse non æquale cum alijs, & quoad eum pertineat Ius in capite, idem in prædominio, ità quod alij, quibus afficere debeat sententia, sint sub eo, sicut membra sub capite, *Couarr. practicar. qq. cap. 13. numer. 5. versic. Secundò applicat, Scacc. in tractat. de commerc. §. 7. gloss. 5. à num. 138.*
50 Ius verò, quod quis consecutiuè secundariò, & dependentèr habere dicitur, illud est, quandò pro victoria causæ non alio, nisi iure publico tuetur, Ideoq. vt sententia faciat Ius quoad omnes, opportet, quòd victus habuerit Ius proprium, & priuatum, & hoc præiudicabit in omnibus, qui ius publicum tantùm habent, secùs autèm si æquale Ius priuatum, & particulare fouerant, quod non consecutiuum, & dependens, sed æquè principalitèr, & in capite dicuntur Ius habere, *Couarr. loco citato,*
51 *Scacc. vbi sup. num. 141.* Nam sententia lata contrà eum, puta, qui de liberalitate, aut ingenuitate alicuius contendebat, & sic super Iure indiuiduo, & inseparabilitèr connexo respicit principale commodum illius, facitq. Ius quoad omnes, qui habent publicum Ius, & interesse consequens contrà ingenuum, poteritq. author agere ex illa sententia, vt consequatur ab eisdem Iura publica competentia ex statu ingenuitatis per sententiam declarato; At non sic fiet contrà eum, qui priuatum habet interesse super ingenuitate, aut seruitute illius, vtpotè quòd allegat suum esse seruum, ciuem, seù vassallum, vel aliquid simile, hoc enim dicitur Ius principale, coæquale, & in capite; non autem dependens, & consecutiuum ad illum, qui primo loco succumbit, & perindè sententia contrà eum lata huic non nocebit, vt latè dixit *Scacc. ibi,* & declarat post multos *Tiraquell. de Nobilit. cap. 37. vers. Quinto,* vsq. ad dicendum, idq. in effectu sentiunt, *Peregrin. de fideicommiss. artic. 53. num. 45. & 46. Vinc. de Franch. dec. 523. num. 17. & 524. in princ. Leo d. decis. 93. num. 12.*

num. 12. *Cancer. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 53. *Ioseph. Ramon. in conf.* 70. *num.* 22.

52 Quod in 25. *Ampliat.* procedere etiam dara ſcientia litis in habente primum, & principale intereſſe, vel coęquale cum litigatore, quæ ſi vera ſint, ſententia lata in foro Mercatorum non poterit dici lata cum legitimo contradictore, quia lata fuit contra vniuerſitatem creditorum, qui præcipuum Ius non habeant in agendo, vel defendendo, ſed conſecutiuè, ſecundariò, & dependentèr, quæ propterea nocere non poterat Sp. Petro, qui priuatum habebat intereſſe ſuper validitate dicti Inſtrumenti,& conſequenter Ius principale coęquale,& in capite, non autèm dependens,& conſecutiuum ad dictos creditores, qui primo loco ſuccubuerunt.

53 Cæterum, & ſi ex præmiſſis res ad excluſionem exceptionis rei iudicatę clariſſima redderetur, & indubitata, attamèn quando aliquod dubium ſubeſſe potuiſſet (prout nequidem minimum noſtro iudicio conſiderari poterat) In omnem caſum in dubio rei iudicatæ exceptionem non obeſſe dijudicandum erat, quià hoc erat minus præiudiciale partibus, *Marc. Salon. de Pace in conſ.* 19. *numer.* 25. *Dec. in conſ.* 445. *numer.* 44. *& in conſ.* 43. *numer.* 42. *& ibi Addent.* latè *Giurba in d. deciſ.* 20. *n.* 16.

54 Sicuti in ſimili tradunt DD. in dubio pronunciandum eſſe deſertæ appellationis exceptionem non obſtare, nèc quod deſerta ſit reuiſio,

55 *Giurba ibidem num.* 17. Prout etiam in dubio omnis interpretatio facienda eſt prò non peremptione inſtantiæ, vt ſubdit *idem Giurba in allegata deciſ.* 20. *num.* 18.

In eadem Cauſa.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis bonorum dotalium an, & quandò nullitati ſubiaceat attenta diſpoſitione *Statut. Lucæ cap.* 30. *lib.* 2. Bona dotalia an, & quandò poſſint permutari à viro. Scientia, vel ignorantia in aliquo contractu an, & quandò inducatur, & per quæ probetur. Filius familias maior anno. 18. ex Statut. Lucæ poteſt ſe obligare, & ſic fideiubere.

SVMMARIVM.

Dos conſtante matrimonio à viro mulieri reſtitui nequit, niſi in caſu vergentiæ viri ad inopiam, nu. 1. *Ampliatur num.* 2.

Dos conſtante matrimonio cum conſenſu mulieris permutari poteſt à viro ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam, & ſic valet aſſignatio facta à viro vxori tot de bonis ſuis, quæ pecuniæ dotis æquiualeant, num. 3.

Ex Dotis reſtitutione, licèt conſtante matrimonio, & citrà caſum vergentiæ ad inopiam, liberatur vir, eius ſolutione mediante, ità vt tollatur actio dotis, num. 4. *Declaratur num.* 5.

Dotis reſtitutio vtilis eſt, ſi loco pecuniæ dotalis aſſignata fuere vxori tot bona, dictæ pecuniæ dotali æquiualentia cum conſenſu propinqui, Iudicisque decreto, quod facit præſumi contractum vtilem, num. 6.

Dotis reſtitutio redditur magis clara, vera, & effectiua per retentionem vſusfructus tantùm penes virum ob onera matrimonij, num. 7.

Alienatio facta à Patre de bonis ad filium ſpectantibus eſt ipſo Iure nulla, num. 8. *Fallit num.* 17.

Statut. Lucæ cap. 30. lib. 2. *Iubet, patrem non poſſe bona aduentitia filiorum alienare, diminuere, vel obligare, ſed illa reſeruare tenetur eiſdem filijs, num.* 9. *Fallit num.* 17.

Verbum: Non poſſit. *Quantum operetur, num.* 10.

Verbum: Teneatur. *Cuius vis ſit, num.* 11.

Nullitatem proponens eam probare debet ſiuè ad intentionem, ſiuè ad exceptionem, aut replicationem fundandam, num. 12.

Contractum nullum aſſerenti incumbit onus probandi, num. 13.

Contrahens nullitate non probata tenetur ad obſeruantiam contractuum, qui ab initio ſunt voluntatis, & ex poſt facto neceſſitatis, num. 14.

Fidem fallere eſt contrà naturam, num. 15.

Pacta quod ſeruentur, nulla eſt maior iuſtitia, & verbum, Pacta ſeruabo. *Ex quo proceſſit, & quid operetur, num.* 16.

Ignorans nihil agere, nèc conſentire cenſetur, num. 18.

Dotis maternæ reſtitutionem præſumitur filium ignoraſſe, & hinc bona vendita ad ſe pertinere, quando is ipſe matri ſucceſſerit, num. 19.

Scientiam aliquem habuiſſe alicuius contractus, ab aſſerente ea eſt probanda, num. 20.

Præſumptio ignorãtiæ facti eſt potentior præſumptione ſcientiæ, num. 21. *Ibidemq. aſſignatur ratio.*

Facta ſunt de ſui natura incerta, num. 22.

Ignorantia virtus eſt, vt transferat onus probandi in Aduerſarium, num. 23.

Scientia probatur ex coniecturis, & præſumptionibus veriſimilibus, num. 24.

Probatio per coniecturas, & præſumptiones veriſi-

miles

milee tantum operatur, quantum per alium quemcunq. modum, num. 25.

Clausula. Ex certa scientia. Excludit ignorantiam, num. 26.

Ignorantem actum quem perficere, verisimile non est attenta actuum geminatione, num. 27.

Scientia præsumptio inducitur ex coniunctione sanguinis, cohabitatione, & conuersatione, maximè inter patrem, & filium, num. 28. Ampliatur num. 29.

Scientia probatur ex verbis generalibus, num. 30.

Scientia, quòd pars bonorum fuerit dotalis, & subiaceat oneri restitutionis dotis eius matris, propter quam emptor molestiam pati potuisset, colligitur ex promissione de euictione ex causa restitutionis dotis, num. 31.

Testis etiam vnicus contra producentem plenam fidem facit, num. 32.

Scientia probatur per testes singulares, num. 33.

Verisimilitudo in dubiis est attendenda, num. 34.

Scientia præsumptiua, à Iure præsumpta ob concursum multarum coniecturarum, & præsumptionũ, præsumitur cum suis qualitatibus, et circumstãtijs, num. 35.

Præsumptio Iuris prò liquidissima probatione habetur, num. 36.

Renunciationes amplissimè concepta verbis cum Iuramento habent vim specialis expressionis, & renunciationis, quandò in genere potuit cogitari de Iure, cui renunciabatur, num. 37. Et quid Clausula ibidem apposita operentur, num. 38.

Renunciatio generalis quid inferat in renunciantem, & quantum se porrigat, num. 39.

Voluntas vendendi, & alienandi Iura dotis eius matris sibi competentia, etiam Iure dominij super bonis enunciatis in Instrumento venditionis, quandò appareat, num. 40.

Contractu principali annullato, omnia accessoria corruunt, num. 41. Fallit num. 56.

Filius familias maior sicuti pro extraneo fideiubere potest, ità multò magis pro patre suo apud extraneum fideiubet, cumquè in fidem suam suscipit, num. 42.

Fideiussio à quibusnam personis præstari possit, remissiuè, num. 43.

Filius familias maior anno. 18. vna cum patre, & cum illius consensu, vel sine, potest obligari, permittente Statut. Luc. cap. 66. lib. 2. num. 44. Et sic ista obligatio est seruanda, num. 45.

Ponderatur tex. in l. stipulatio ista habere licere, ff. de verb. obligat. num. 46.

Stipulatio pœnalis vt valeat, non est necesse, quòd valeat principalis, quando non est à Iure reprobata, num. 47.

Alienatio bonorum minoris sine competentis Iudicis decreto est nulla, num. 48.

Tutor, seu Curator contrà legis prohibitionem bona minoris distrahens, si pro contractus obseruantia bona propria obliget, efficaciter obligatus remanet, num. 49. Et assignatur ratio per Glos. ibidem, num. 50.

Statut. Luc. cap. 30. lib. 2. Est conforme Iuri Communi circà obligationem bonorum aduentitiorum filij, num. 51.

Vtile, quod est promissio euictionis, per inutile, quod est venditio bonorum aduentitiorum facta à patre, ignorante filio, conditionem dd. bonorum non vitiat, num. 52.

Dispositiones si sint diuiduæ, vna dispositio inutilis aliam, quæ suam continet essentiam perfectam, vitiare non potest, num. 53.

Vtrumq. dùm per se stare potest, quoad suos effectus, vnius nullitas alterum inutile non reddit, num. 54.

Forma in contractibus appellatur contrahentium interrogatio præcedens, & responsio subsequens, num. 55.

Dispositiones Statuti Luc. cap. 30. & Iuris Cõmun. fauent filijs, ne vllum sibi præiudicium inferatur per patrem in bonis, quorum proprietas ad se spectat absque eorum consensu, num. 57. Quæ dispositiones non vendicant sibi locum respectu promissionis euictionis factæ per filium, num. 58.

Regula; quod sublato principali corruat accessorium. Non procedit in obligatione facta à fideiussore tanquam principali, quæ tunc stat de per se separata ab obligatione contractus, prò quo fideiussio sufficitur, etiam nullo existente contractu principali, num. 59.

Decisio VII.

Circa secundum Articulum.

SVccedit nunc secundus Articulus suprà propositus, nunquid scilicèt alienatio bonorum maternorum per patrem facta nulla declaranda esset, vtì facta resistente lege tàm communi, quàm municipali, in quo quidem Articulo, & si primo (vt aiunt) intuitu pro nullitate contractus resoluendum videretur. Dicebatur enim in dubium reuocari nõ posse, quin proprietas bonorum descriptorum in Instrumento anni 1619. ob mortem Ven. D. Francischinæ spectaret ad Sp. D. Laurentium eius filium, attenta restitutione dotis ascendentis ad summam scutorum 5500. per d. Sp. Philippum factam eidem Ven. D. Francischinæ in bonis in dicto Instrumento enunciatis, & Sp. Philippus in bonis prædictis, quæ effecta fuerunt fundus dotalis eiusdem D. Frãcischinæ solùm habere posset vsumfructum; Quæ quidèm dotis restitutio quamuis constante matrimonio facta verè impugnari non poterat;

Quoniam

1 Quoniam licèt regularitèr dos à viro mulieri
constante matrimonio restitui nequeat, nisi
in casu vergentiæ viri ad inopiam *per Text.*
in l. prima, l. si dos const. matrim. & in §. dotes
Auth. de nupt. Bart. in l. 2. & in l. si æstimatis
51. num. 2. ff. solut. matrim. Natt. cons. 552. n. 7.
2 Amborum tamèn iugalium concurrente con-
sensu potest vir restituere pecunias dotales
vxori, vt ipsamet vxor ex ijs prædium idoneum
emat, quod dotale euadat, vt legitur expressè
decisum *per Tex. in l. quamuis 21. ff. solut. ma-*
trimon. & in l. mutus §. primo, ff. de Iure dot.
3 Itidèm potest vir assignare vxori tot de bonis
suis, quæ pecuniæ dotis æquiualeant, ne dùm
quia, vt dicitur, breui manu videtur restituta
pecunia, & ab vxore conuersa in emptionem
fundi, qui dotalis sit, sed etiam quia potest vir
constante matrimonio consentiente muliere
permutare dotem ex pecunia in rem, aut ex
re in pecuniam, vt est *Tex. in l. ità constante*
127. ff. de iur. dot. & in l. si mulier dotis 21. &
l. cum maritus 29. ff. de pact. dotal. & vtrobique
gloss. Sola ad Constit. Sabaud. tit. de alienat. bon.
min. mid. gloss. 4. n. 6. vers. Quinto si, et vers. Sexto;
4 Et ex hac dotis restitutione facta mulieri, licèt
constante matrimonio, & citra casum vergen-
tiæ ad inopiam liberatur vir, solutione medi-
ante, & tollitur actio dotis, *l. si cùm dotem 23.*
§. primo, versic. Cæterum, & ibi gloss. & Bart. ff.
sol. matr. gloss. in d. l. quamuis 21. ff. eod. in verb.
soluitur, optimè *Crot. cons. 74. num. 8. 9. & 10.*
5 Et hoc si restitutio, aut permutatio sit vtilis
mulieri, *l. cum maritus 29. ff. de pact. dotal.* Ibi:
Si deteriori loco dos non esset, & in l. ità constante
27. ff. de iur. dot. Ibi: *Si hoc mulieri vtile sit, &*
l. si mulier dotis 21. de pact. dot. Ibi: *Cum mulieri*
prodest, & l. quamuis, ff. solut. matrim. Ibi: *Aut*
prædia idonea emat, d. l. mutus, §. manente. Ibi:
Vt fundum idoneum emat, & d. l. fin. de iur. dot.
6 *Natt. cons. 552. nu. 8.* Prout quidèm fuit vtilis
restitutio dotis in casù nostro, quia d. Ven. D.
Franciscħinæ loco pecuniæ dotalis assignata
fuere tot bona, dictæ pecuniæ dotali æquiua-
lentia cum consensu propinqui, & cum Iudicis
decreto, quod facit præsumi cõtractum vtilem,
D. Altograd. in cons. 28. num. 4. Vt factum
fuisset, apparet ex Instrumento restitutionis di-
ctæ dotis anni 1619, in quo expressè leguntur
hæc verba: *E la presente assegnatione fecero li*
detti Signori Assegnanti alla detta Signora Fran-
ceschina presente, e salue le cose sopra, & infra-
scritte accettante per restitutione, satisfattione,
7 *pagamento delle dette sue doti;* Quæ verba pon-
derata fuerunt, nè dici posset solùm contra-
ctum hunc ad cautelam maiorem, & securita-
tem mulieris celebratum fuisse, non ad hoc
vt veram restitutionem dotis præseferret, quod
& magis patet, dùm statim in eodem Instru-
mento, donèc veneris casus soluti matrimonij
reseruatur solus vsusfructus horum bonorum
viro ob onera matrimonij per ipsum subeun-
da, per quàm retentionem vsusfructus redde-
tur magis clara, vera, & effectiua dotis resti-
tutio, *Tiraq. de Iur. contin. poss. part. 1. in princ.*
num. 29. & part. 3. limit. 9. n. 10. vers. Tamen
in hoc, & num. 11. 12. 13. Paris. cons. 90. n. 17.
versic. Et quod, & num. 18. lib. 3. Donat. Anton.
de Marin. resolut. quotid. lib. 2. cap. 70. num. 8.
& 9.
8 Quarè hinc se qui tradebatur alienationem
supradictam, vel factam à Sp. Philippo Patre
dicti Sp. Laurentij de bonis ad d. Sp. Lauren-
tium spectantibus, fuisse ipso Iure nullam, ob-
stante *Tex. in l. 1. Cod. de bon. maternis, l. cum*
oportet, §. non autem, C. de bonis quæ liber. &
9 *Statuta in cap. 30. lib. 2.* Disponente, quòd
Pater non possit bona aduentitia filiorum
alienare, diminuere, vel obligare, sed illa re-
10 seruare teneatur eius filijs; Ponderãdo verbum
illud: *Non possit.* Quod præcisam necessitatem
inducit, & negat omnem potentiam, denotat
omnimodam resistẽtiam, & impossibilitatem,
& operatur, vt actus, in contrarium factus, sit
ipso iure nullus, vt latissimè hæc omnia de-
ducit, & probat *Gallia in cons. Alex. in verb.*
non possit in princip. per tot. Giurba ad Consuetud.
11 *Messan. cap. 4. Glos. 5. par. 1. num. 2.* Quod &
facit illud aliud verbum *Teneatur*, quod pa-
ritèr præcisam necessitatem importat, & actus
in contrarium facti nullitatem inducit, *cap. de-*
bent 11. qu. 3. l. prætor in princip. ff. de edend.
Glos. in Clem. attendentes, in verb. debent. de stat.
Monac. Felin. in cap. exceptionem in 3. col. circa
med. de except. Decian. cons. 75. num. 11. lib. 3.
Barz. decis. 74. num. 16. 17. Sim. de Prat. cons.
177. num. 12. & in fine.

Verumtamèn prædictis negotium non fa-
cientibus contrariam opinionem amplexi fui-
mus, nempè contractum alienationis prædi-
ctorum bonorum tenere, & validum esse, ac
promissionem euictionis obseruari debere;
12 Nam nõ est de Iure dubium, quòd nullitatem
proponens eam probare debet, siuè ad inten-
tionem, siuè ad exceptionem, aut replicatio-
nem fundandam id faciat, *cap. cum super de re*
iud. & cap. in præsentia de renunciat. Mascard. de
13 *probat. conclus. 1115. num. 1.* Et in specie,
quòd asserenti contractum nullum incumbat
onus probandi, probant *text. in l. si scriptum,*
hæredem, & ibi Bald. C. de probat. Vant. in tract.
de nullitat. tit. à quo, & à quibus, num. 4. & alij
relati *per Mascard. in allegata concl. 1115. n. 3.*
14 Qua quidèm nullitate non probata, contra-
hens ad illius obseruantiam tenetur, cùm con-
tractus

tractus ab initio sint voluntatis, & ex post facto necessitatis, *l. non id circò in fine, ff. de contrah. empt. l. si mandauero, §. sicuti, ff. mandati,* alia Iura, & authoritates plenè cumulat *Barbos. in eius tractat. var. axiomat. 57. numer. 4.*
15 Et fit contra naturam fidem fallere, *l. pr. ff. de*
16 *pact.* plenè *Surd. in decis. 260. num. 12.* Vbi
quòd nulla maior est Iustitia, quàm pacta
seruare, & quòd verbum illud; *Pacta seruabo*
processit de ore Dei, quòdq. pacta rumpere,
graue est apud Deum, nè dùm apud homines,
& quòd nihil magis debetur hominibus, quàm
pactorum obseruantia, & alia huiusmodi;
vide in meo tractatu ad *leg. vnicam, Cod. si quis*
Imperatori maledixerit §. 8. à nu. 33. vsq. ad 44.
17 Nullitas autem deducta ex eo, quod alienatio
dictorum bonorum facta fuerit à dicto Sp. Philippo resistente iure communi *in allegatis legibus 1. C. de bon. maternis, & l. cum opportet, §. nō autem C. de bon. quæ liber.* nec non iure municipali *in allegato cap. 30.* In Iure non subsistit,
quoniam dispositio dictatum legum, & statuti
non procedit in casu, in quo filius maior bona
materna alienat consentiente patre, vt hic,
text. est in l. fin. §. filijs autem, C. de bon. quæ liber.
& ibi *Barb. Bald. Salicet. Castrens. & cæteri*
scribentes.

Neq. obstare nobis visum fuit id, quod dictū
fuit, Sp. scilicèt Laurentium ignorantèr alienasse bona materna, cùm non appareret, quòd
ipse per Sp. Philippum eius Patrem factus fuisset certior de Iuribus suis, hoc est, quòd anno
1619. hæc eadem bona assignata fuissent Ven.
D. Francischinæ ipsius Matri pro restitutione,
& solutione suæ dotis eum debitis, & de Iure
requisitis solemnitatibus, & facta fuissent fundus dotalis, qui per mortem eius matris ad
ipsum Iure proprio pertineret, atquè ideò
ignorantia eiusdem Sp. Laurentij attenta, perindè fuisse, ac si dictus Spect. Philippus pater
18 solus bona materna alienasset; Cùm ignorans
nihil agere, nèc consentire censeatur, *Castr. in cons. 46. viso, & examinato num. 2. versic. Sed breuiter lib. 2. & cons. 377. num. 2. lib. 1.* quem
cum alijs refert, & sequitur *Barbos. in eius tract. var. axiomata 111. num. 13.*
19 Porrò Sp. Laurentium ignorasse restitutionem dotis maternæ, & consequentèr bona
vendita ad se pertinere, quamuis ipse matri
successerit, esse claram Iuris præsumptionem
dicebatur *ad Tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* vbi *Dec. & alij cap. cum quis eod. tit. lib. 6.*
cum alijs per *Honded. in cons. 42. num. 13. lib. 2.*
20 Nam qui asserit, aliquem habuisse scientiam
alicuius contractus, tenetur probare *Rot. decis. 541. numer. 42. part. quint. recent. tom. primo. Franc. Marc. decis. 579. numer. 20 part. prim.*
21 Quod regulare est in quacumq. ignorantia
facti, cuius præsumptio potentior est præsumptione scientiæ, ea ratione, quia scire
aliquid fuisse factum, est per accidens, cùm
facta non præsumantur, *l. in bello, §. facta, ff. de captiuis, & post limin. reuers.* latè *Bar-*
22 *bos. axiomat. 93. numer. 27.* Siquidèm facta
sunt de sui natura incerta, *l. in omnibus, ff. de Iur. & fact. ignor. Barbos. d. axiomat. 93. num. 28.*
23 Et ideò ignorantiæ virtus est, vt transferat
onus probandi scientiam in aduersarium, *Rot. rec. decis. 705. par. 2.*
24 Quoniàm responsum fuit imò allegatam
ignorantiam penitùs excludi in persona Sp.
Laurentij stantibus coniecturis, & præsumptionibus verisimilibus manifestam, & claram
scientiam in eo arguentibus, scientia etenim
probatur ex coniecturis, & præsumptionibus
verisimilibus, *Mascard. de probat. conclus. 1293. in princip. Lepid. decis. 81. vers. Quibus non obstant. Grattan. discept. foren. cap. 118. num. 13. & 361. num. 14. Seraphin. decis. 794. num. 13.*
25 Et tantùm operatur, quæ per hunc modum
probatur, quantùmque per alium quemcunq.
Fontanell. decis. 154. num. 7. post med. in versic. Cumq. scientia, Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 89. num. 17. Mastrill. decis. 216. numer. 11. & 12.
26 Quorum quidèm prima eliciebatur ex clausula: *Ex certa scientia.* Cuius natura est, excludere ignorantiam, *Menoch. de præsumption. præsumpt. 23. num. 15. lib. 6.* Secunda desumebatur ex actorum multiplicatione, cùm ex
actuum geminatione verisimile non sit, quem
ignorantem actum perficere, vt probat *idem Menoch. in d. præsumpt. 23. num. 14.* quod confirmat *Seraphin. in decis. 306. num. 7.*
28 Tertia accedebat coniectura desumpta ex
coniunctione sanguinis, cohabitatione, & conuersatione, ex quibus maximè inter patrem,
& filium inducitur præsumptio scientiæ, *l. octa-*
29 *ui 9. ff. vndè cognati;* Quæ non solùm procedit in ijs, quę concernunt sanguinem, sed etiam
in actibus momentaneis, & non successiuis, vt
ex *Decio, Ruino, Alba, Rolando, & Becio,* probat
Surd. in decis. 221. num. 9.
30 Quarta erat coniectura generalis verborum
cōtentorum in Instrumento venditionis dictorum bonorum, & Instrumento ratificationis
eiusdem venditionis, siquidèm ex verbis generalibus scientiam probare monet, *Gratian. in*
31 *cap. 568. num. 41. & 44.* Concurrente maximè promissione euictionis verbis vniuersalibus, & generalibus in amplissima forma extensa, etiàm ex causa restitutionis dotis; Etenim non fuisset promissū de euictione ex causa restitutionis dotis, nisi dictus Sp. Laurentius
sciuisset, partem bonorum prædictorum fuisse

dotalia, & subiacere oneri restitutionis dotis
eius matris, propter quam emptor molestiam
pati potuisset, iuxta tradita *per Rot. in decis.*
342. num. 5. ad finem.

Verùm quòd idem Sp. Laurentius scientiam
haberet Iurium suorum ex causa dotis mater-
næ, constat ex depositionibus testium exami-
natorum ad instãtiam d. Sp. Laurentij, id enim
deponunt Laurentius olim Ioannis secundus
testis super 44. *interrogat. pag.* 52. Paulinus
Paulini *pag.* 80. *à tergo*, & Sp. Cæsar Orsuccius
super *eodem interrogatorio pag.* 107. & 108.
32 Quorum depositiones, tanquàm ab eodem
Sp. Laurentio productas, certi Iuris est plenè
probare, cùm testis etiàm vnicus contrà ipsum
producentem plenam fidem faciat, *Surd. cons.*
350. numer. 6. Ludouis. decis. 215. numer. 9. Et
33 scientia probetur etiàm per testes singulares,
Buratt. decis. 658. num. 3. Farinac. de testibus
q. 64. n. 257. Rot. decis. 287. n. 1. par. 1. diuersor.
34 Quod comprobatur quoq. ex verisimilitudi-
ne, quæ in dubio est attendenda, *l. in obscuris*
113. ff. de reg. iur. Gratian. discept. forens. tom. 3.
cap. 565. num. 3. Quandoquidèm valdè veri-
simile est, quòd dictus Sp. Laurentius, qui erat
maior, notitiam habuerit de Iuribus dotalibus
sibi competentibus supèr bonis Sp. Philippi
eius Patris.

Nèc videbatur obstare, quòd non propte-
reà, quòd dictus Sp. Laurentius habuerit noti-
tiam Iurium suorum ex causa dotis maternæ,
& instrumenti dotalis censeatur habuisse noti-
tiam veræ, & realis restitutionis dotis in bonis
alienatis sequutæ vsq. de anno 1619. quia id
procederet, si ageretur de probanda vera
35 scientia; Secùs vbi agitur de probanda scien-
tia præsumptiua, quia cùm talis scientia à Iure
præsumatur interueniße ob concursum tot
coniecturarum, & præsumptionum, præsumi-
tur cum suis qualitatibus, & circumstantijs,
36 *Surd. cons. 82. numer. 38. & 39.* Præsumptio
enim Iuris prò liquidissima probatione habe-
tur, *l. licèt Imperator*, vbi scribentes, *ff. de leg. 1.*
Rot. in allegata decis. 342. num. 5. part. 2. recent.
& apud Caualer. in decis. 151. num. 10.
37 Prætereà supposito, nullatenus tamèn con-
cesso, quòd ex præmissis coniecturis, & præ-
sumptionibus non induceretur specifica, &
indiuidualis scientia restitutionis dotis mater-
næ in bonis, de quibus agebatur, sed solùm
scientia quædam in genere Iurium sibi compe-
tentium pro dote materna, ea nihilominùs
sufficeret in præsenti casù ad validitatem con-
tractus vẽditionis per dictum Sp. Laurentium
omnia Iura, & actiones cuiusuis generis, &
speciei sint, etiàmsi talia forent, quæ specialem
requirerent mẽtionem ad ipsum venditorem,
& cedentem spectantia super dictis bonis, &
qualibet earum parte, tàm vigore, & virtute
quorumcunque Instrumentorum, & aliarum
scripturarum publicarum, vel priuatarum,
quàm alitèr quouis modo, Iure, & causa, &
tàm ad præsens, quàm in futurum, & quantum-
uis incognita, & penitùs excognita sit, vel pri-
uilegiata, aut magis priuilegiata, & prout la-
tiùs in eodem Instrumento, quæ quidèm ver-
ba clausulæ, & renunciationes amplissimis
conceptæ verbis cum iuramento habent vim
specialis expressionis, & renunciationis, quan-
dò potuit in genere cogitari de Iure, cui re-
nunciabatur, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16.*
tit. 18. num. 12. versic. Nec obstat., Gratian. di-
scept. forens. tom. 3. cap. 568. num. 40. vbi testa-
tur de communi opinione, *Rot. decis. 714. n. 7.*
par. 2. recent. optimè *Marta in cons. 139. n. 24.*
38 *& 25.* Et operantur, quòd venditio, & Iurium
cessio, siuè renunciatio extendatur ad quodli-
bet Ius vendenti, cedenti, siuè renuncianti
quomodolibèt competens etiàm vltrà modos,
& causas expressas, optimè *Gratian. in allegato*
capitulo 568. ex num. 32. vsq. ad 40. Marta d.
cons. 139. num. 9. & 10. quod confirmat *Rot.*
39 *in d. decis. 714. num. 3.* Vbi inquit, quòd re-
nunciatio generalis præiudicat renuncianti, &
porrigitur proptèr verborum generalium na-
turam ad omnia Iura renuncianti competen-
tia, etiamsi de ijs cogitatum non fuisset, quia
sibi imputare debet, qui non cogitauit sub
verbis generalibus omnia compræhendi.
40 Deindè, quòd dictus Sp. Laurentius vende-
re, & alienare voluerit Iura dotis eius matris
sibi competentia, etiàm Iure dominij super bo-
nis enunciatis in dicto Instrumento venditio-
nis, satis clarè constabat tùm eo ipso, quòd
vsus fuit verbis generalissimis, & consequentèr
ex sui natura aptis compræhendere quæcunq.
Iura ex qualibet causa, etiàm non cogitata
prouenientia, vt dictum fuit suprà, in specie
cedendo omnia Iura cuiusuis generis, & spe-
ciei, ad ipsum competentia super dictis bonis
virtute quorumcunq. Instrumẽtorum; Tùm &
præcipuè, quia causa finalis dictæ venditionis,
& Iurium cessionis, vt ex ipso verborum gene-
ralissimorum contextu colligitur, fuit venden-
di, & cedendi omnia, & quæcunq. Iura, quæ
quomodolibèt, & quauis ex causa eidem ven-
denti, & cedenti competerent, vel in futurum
competere possent, & ea transferendi in em-
ptorem, vt magis cautus, & securus redderé-
tur, & à molestijs, quas fortassè aliquo tem-
pore propter euictionem dictorum bonorum
pati potuisset, faciunt tradita *per Rot. in alle-*
gata decis. 714. num. 2.

Verùm enim verò, quandò hæc omnia,
quibus

quibus ex parte prædicti Sp. Laurentij congrua
non poterat dari responsio, in occurrenti controuersia deficerent, & si vera alienatio bonorum, de quibus agitur, tamquàm facta à patre resistente statuto, & Iure communi, nulla redderetur, quod quàm alienum sit à vero, patet ex superius deductis, adhùc nullitatem hanc non iuuare d. D. Laurentium, clarè demonstratur considerando nimirùm obligationem, & promissionem euictionis amplissimis cōceptā verbis factam per dictum Sp. Laurentium, vt constat ex Instrumento d. venditionis, cuius hæc sunt verba; *Quam supradictum promissionem euictionis, & pacta vtilia, ac alia, de quibus supra, & infrà partes dd. nominibus respectiuè voluerunt extendi; & locum habere tàm respectu cuiuscumq. recompera patrimonialis, et matrimonialis communis, vel mixtæ, siuè ex causa dotationis, vel dotis restitutionis, seù solutionis, vel ex eo, quòd supposita essent alicui oneri institutionis, substitutionis, restitutionis, vel fideicommissi, siuè incertæ conditionis, aut ex quouis alio iure, causa, ratione, & actione prouenientè sibi ab ipsa natura rei, siuè à iuris, vel statutorum dispositione, aut ab hominis facto, & voluntate, & tàm ex persona ipsorum Dominorum venditorum, & cedentium, vel eorum authorum quantumuis priuilegiata, seù magis priuilegiata existat; & quæ vnquam dici, vel excogitari posset, quàm ex incognita, & penitùs non cogitata, per quam dicta bona, aut aliqua eorum pars, vel particula euincretur, seù euinci posset, aut esset euicta, aùt molestata &c.* Cùm certum sit ex nullitate ipsius venditionis non posse inferri ad nullitatē promissionis euictio-
41 nis; Nàm quamuis regularitèr principali cōtractù annullato omnia accessoria corruant, *l. non dubium in 2. parte*, vbi *Ias. & omnes C. de legibus, l. cùm principalis, ff. de reg. iur. cap. accessorium eod. tit. in 6. & vtrobiq. gloss.* cum alijs Iuribus, & authoritatibus, quę allegari possent; Attamèn in casu proposito conclusio prędicta locum habere non potest ponderando, quòd promissio euictionis facta per dictum Sp. Laurentium fuit facta Iure aliquo non resistente;
42 Cùm filius familias maior quemadmodùm pro extraneo fideiubere potest, ità multò magis pro patre suo apud extraneum rectè fideiubebat, cumque in fidem suam suscipiat, *l. si ex alio, C. quod cum eo, l. si dubitet, l. filius fam. ff. de fideiussorib.* latè *Hering. de fideiussorib. cap. 7.*
43 Quæ personæ fideiubere possint, *numer. 337. Mart. Medic. examin. 14. n. 4. Ludouis. decis. 20.*
44 *num. 1. & 2.* Et filium familias maiorem annis 18. vna cum patre, & cùm illius consensu, vel sinè, obligare quotidiè videmus in hac Ciuitate ità permittente *Statuto in cap. 66. lib. 2.*
45 Sicq. omninò seruanda est *per Text. in l. stipulatio ista habere licere, vers. Sed si quis, ff. de*
46 *verbor. obligat.* Vbi deciditur, quòd si quis ad factum alienum præstandum, fidem suam adstrinxerit pacto adiecto, vt promissis non adimpletis ad pœnā; vel ad interesse teneatur, quamuis principalis promissio nullius sit momenti, pœna tamèn debetur, & si ad principalem facti alieni promissionem accessoria sit, quod confirmat *Castrens. in d. l. in §. alteri n. 2.*
47 Dùm ibi concludit, quòd stipulatio pœnalis ad hoc vt valeat, non est necesse, quòd valeat principalis, quandò non est à Iure reprobata, & hæc nostra sententia strictiùs confirmatur *per celebrem Text. in l. & si ex 9. Cod. de præ-*
48 *dijs minor.* per quem expressè dispositum reperitur, nullam prorsùs esse alienationem bonorum minoris sine competentis Iudicis de-
49 cretò factam, & tamèn si tutor, siuè curator, qui sic contrà Ius distraxit, prò contractus obseruantia bona propria hypothecæ submiserit efficaciter obligatus remanet, prout ad literam decidit *Text. prædict.* & sic habemus casum legis nimis clarum, in quo venditionis contractu annullato firma remanent accessoria, rationem huius dispositionis assignat ibi
50 *Gloss.* per quam casus præsens determinatur, videlicèt quià promissio facta à Tutore est extrà causam prohibitionis, in casu de quo in
51 præsentiarum agitur; Ideò Statutum *in allegato cap. 30. lib. 2.* Prohibet patri, nè bona aduentitia filij alienet, obliget, vel diminuat, nè Iura ad filium super dictis bonis spectantia sinè eius consensù lædantur, cuius quidem statuti dispositio est conformis Iuri communi, per quod id sancitum inuenimus, vt sunt *Text. clari in l. 1. Cod. de bonis maternis, & in l. cum oportet, §. non autem, Cod. de bonis quæ liber.* Vndè facta reuocatione, & sic prouiso, quòd bonorum filij alienatio non teneat, & proindè sit, ac si facta non fuisset, promissio euictionis expressè facta per filium in eodem contractu extensa in amplissima forma, vt videre ex contextu, & structura verborum superius recensitorum, vt fieri non possit per filium maiorem Statutum prædictum, & leges illæ, quæ bona aduentitia filiorum distrahi vetant non prohibuerunt.

Prætereà cùm negari non possit, quin promissio euictionis sit actus satis distinctus, & à dictorum bonorum alienatione separatus, videtur certè, quòd in Instrumento, in quo illa legitur duo sint celebrati cōtractus, alter venditionis, alter verò vt in casù, in quo venditio fuerit resoluta ad fauorem emptoris firma remaneat promissio euictionis, vndè si dicamus dictorum bonorum alienationem inutilem propter defectus consensus d. Sp. Laurentij, eo

quiâ licèt non ignoraret bona patris sibi obli-
gata pro dotibus eius matris, ignoraret, tamèn
restitutionem dotis factam constante matri-
monio, & consequentèr bona alienata esse
eius propria, hoc nullo pacto affirmari potest
respectù promissionis euictionis, & sic non
versemur in actibus prorsùs separabilibus;
52 Succedit regula, vt vtile, quod est promissio
euictionis per inutile, quod est venditio bono-
rum aduentitiorum facta à patre, ignorante
filio, conditionem dictorum bonorum non
vitietur, *ad Tex. in l. pr. §. sed et si mihi, ff. de
verbor. obligat.* latè *Barbos. tract. var. axiomat.*
53 *231. n. 1.* Siquidèm quandò dispositiones sunt
diuiduæ, vna dispositio vnitilis, aliam, quæ suã
continet essentiam perfectam vitiare non po-
test, *idem Barbos. citat. axiomat. 231. numer. 2.*
quod confirmat *Alex. in consil. 4. numer. 9.*
54 *lib. 1.* Vbi inquit, quòd quandò vtrunque
per se stare potest, quo ad suos effectus vnius
nullitas alterum inutile non reddet.

Verùm supposito, quòd promissio euictio-
nis, de qua agimus, sit accessoria ad dictorum
bonorum alienationem, & quòd nõ aliter sint
duo contractus in vno, eodemq. Instrumento,
vt modò fuit demonstratum, dicimus perpe-
ràm in casu nostro affirmare posse, & prout
promissio euictionis in dicto contractù aliena-
tionis adiecta, tanquàm ad dictorum bonorũ
alienationem resolutam accessoria, conseruat;
55 Etenim asseueratio hæc procedere posset, si
contractus proptèr defectum formæ annulla-
retur, formam in contractibus appellamus
cõtrahentium interrogationem præcedentem,
& responsionem subsequentem ex *Bertazol. de*
56 *clausulis clausul. 4. gloss. 29. num. 2.* Secùs
autem si proptèr defectum materiæ, proùt in
casù, de quo agimus, vt quiâ res, quæ fuit di-
stracta, distrahi prohibeatur, hoc enim casu
resoluto contractù principali, quòd accessoria
non corruant, *ex August. et Paulo Castr. in l. cum
lex, ff. de fideiussorib.* probant *Mangil. in suo
tract. de euict. q. 58. num. 18. & 19. & Mares-
cott. variar. resolut. lib. 2. cap. 65. n. 3. & seqq.*
Id, quod citrà controuersiam procedit, quan-
dò eadem ratio, quæ militat in principali, non
militat in accessorio, vel quandò clausula
accessoria de per se stare potest, id, quod in
casù nostro concurrit, ratio enim, quæ militat,
vt bonorum aduentitiorum filiorum distractio
à patre facta annulletur, quod est principale,
respicit dumtaxat effectum alienationis ex
57 contractu resultantem; Cùm tàm dispositio
Statuti *in d. cap. 30.* Quàm Iuris communis *in
allegatis legibus 1. C. de bonis maternis, & l. cum
oportet, §. non autem de bon. quæ liber.* Ema-
nauerit ad fauorem filiorum, nè vllum sibi per
patrem inferatur præiudicium in bonis, quo-
rùm proprietas ad se spectat citrà eorum con-
58 sensum; Hæc eadem ratio non potest mili-
tare respectù promissionis euictionis factæ per
d. Sp. Laurentium nullo Iure resistente, quam
falsò accessorium appellamus, nèc ius aliquod
resistit, vt de per se stare non posset, *Bart. in l.
nà stipulatus, ff. de verbor. obligat. & in l. si fide-
iussor, ff. de leg. 1. Bald. in l. non dubium, C. de
legibus, Alex. cons. 4. num. 5. lib. 1. Curt. iun. in
l. vnica num. 24. C. quandò compet. part. Dec. et
Cagnol. in l. cùm principalis, ff. de reg. iur.* & alij
*penès Author. Gabriel. commun. conclus. lib. 7. tit.
de clausul. conclus. 10. num. 8. & 9. Mangil. loco
proximè citato num. 20.* latè *Marescott. in alle-
gato cap. 65. num. 9. d. lib. 2.*

Sed propriùs ad punctum accedendo non
vagando in regulis, & argumentis dicimus,
quòd cùm venditio prædictorum bonorum
facta fuerit à patre, & filio insimùl, & pater, vt
exaduersò supponitur, totum pretium rece-
perit, ità vt filius tanquàm fideiussor in dicto
contractù intercessisse dicatur, filiusque prò
euictione dictorum bonorum se cum patre
obligasset vti principalis, principalitèr, & in
59 solidum; Regula illa, quæ se habet, quòd
sublato principali corruat accessorium, tem-
peratur, nè procedat, quandò obligatio fuit
facta à fideiussore tanquàm principali, *quia*
tunc stat de per se separata ab obligatione
contractus, prò quo fideiussio fuit interposita,
sustinetur, etiàm nullo existente contractu
principali, *Ludouis. decis. 321. n. 7.* & ibi *Oliuer.
Beltramin. n. 13. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap.
65. n. 7. vbi plures Rot. Rom. decisiones cumulat.*

In eadem Causa.

ARGVMENTVM.

Metus reuerentialis an faciat rescin-
dere contractum, qui metus quandò
præsumatur, quomodò probetur, &
quid Iudex arbitrando eum considera-
re debeat. Metus reuerentialis ex qui-
bus excludatur. Metus an, & quandò
præiudicare possit Tertio, & de alijs
ad materiam.

SVMMARIVM.

*Metus non præsumitur, sed ab allegante est proban-
dus, num. 1. Ampliatur num. 2.*

Metus

Metus non causatur ex sola reuerentia personæ, cum qua fit contractus, num. 3.

Metus non arguitur ex sola præsentia patris, num. 4. Sed quid aliud requiratur, num. 5.

Metus quicunque non est sufficiens ad rescindendum contractum, sed iustus, & cadens in constantem virum, num. 6. Cuius generis non est ille, qui de facili remoueri potest, num. 7.

Metus cadens in constantem virum quisnam sit, relinquitur arbitrio iudicare debentis, num. 8. & 24. Assignatur ratio, num. 25. Et quid animaduertere debeat in hoc metu arbitrando, seu eliciendo, n. 9.

Testium fides per Iudicem diligenter est examinanda, inspecta tam eorum persona, quàm persona, pro qua deposuerunt, ac eorum conditione, & qualitate, num. 10.

Metus an dicatur probatus per probationem genericam, vel specificam ad rescindendum contractum, num. 11. & 12.

Fontanellæ opinio, *Tenentis in metu probando sufficere probationem genericam, reprobatur à* Ramon. *num. 13. Et comprobatur contrarium. num. 14.*

Contractus præsumitur meticulosus, & rescinditur, si probetur sufficienter per genericam probationem, quod est contra tex. in l. quoties. §. quod dolo, ff. de probat. *num. 15.*

Mina vt plurimùm perficiuntur propter intentionem, & verba calore iracundiæ potiùs, quàm animo parato, & determinato prolata censentur, n. 16.

Metus non iactationibus, sed atrocitate facti probandus est, num. 17.

Metus ad rescindendum cōtractum debet esse grauis, num. 18.

Metus incussus non dicitur iustus, nisi cadat in virum, vel fœminam, pupillum, & minorem constantes metum passos, num. 19.

Malum, quod timetur, vt cadat in constantem virum, & resoluat contractum, debet esse graue mortis, vel corporis cruciatus, num. 20.

Si quis meticulosum contractum non timuerit, non restituitur, quoniam neque vi, neque metus causa factus est, num. 21.

Metus probatio maior exigitur, quandò agitur de rescindendo contractū iurato, num. 22. Ampliatur num. 23.

Metus vt cadat in constantem virum, arbitrio Iudicis remissus, non semper debet arbitrari iustus, & sufficiens ad rescindendum contractum, sed solùm ille, quem talem indicant facti circumstantiæ. num. 26.

Metus non probatur per testes de auditu à metum passo, num. 27.

Testes ad probandum metum adhibiti, vt validi sint, causam metus afferre tenentur, cùm sit certum, quòd metus semper excludatur, nisi tale factum probetur, ex quo metus incussio resultet, num. 28.

Metus suspicio sufficit, & pro metu habetur ex eo, quòd timor iustus ex affectu metuentis dignoscitur, num. 29.

Metus iusta suspicio sufficit pro metu, num. 30.

Filius familias contrahens in beneficium patris præbet præsumptionem, quòd pecunia non ad ipsum, sed ad patrem peruenerit, num. 31. Ampliatur, num. 32.

Filius præsumitur inductus metu, vi, vel dolo ad contrahendum, quandò filius est in potestate patris, cui reuerentia debetur, & propterea etiam nullis interuenientibus, nec probatis minis præcedentibus datur contractus rescissio propter præsumptam læsionem enormem, seu enormissimam, num. 33. Ampliatur num. 34. Ponitur ratio, num. 35.

Metus præsumptus ex læsione, illatus à patre filio, nocet patri metum inferenti, & Tertio, quamuis iste bona fide contraxerit, & metum ignorauerit, & de eo particeps non fuerit, num. 36. Ampliatur num. 39. Datur ratio, num. 37. & 38.

Metus an, & quandò noceat Tertio, datur secundùm aliquos Doctores distinctio cum nonnullis declarationibus, & aliorum oppositionibus, num. 40. 41. 42. 43. & 44.

Metus præsumptus ex læsione est sufficiens ad contractus rescissionem nullis interuenientibus minis, vel verberibus, & hoc secundùm sententiam nonnullorum DD. Sed contrarium habetur ex alijs attestantibus de Communi cum aliqua declaratione, et ampliatione, an procedat in præiudicium Tertij, num. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.

Læsio iuncta cum reuerentia est coniectura ad metum reuerentialem, num. 51.

Metus non probatur ex sola reuerentia, num. 52.

Metus an probetur ex sola reuerentia personæ debitæ, vel aliud vlteriùs requiratur, num. 53.

Metus probatur ex indicijs, & coniecturis, cùm sit difficilis probationis, num. 54.

Præsumptiones contrariæ, & coniectura spontaneam voluntatem præseferentes excludunt metum, quoniam præsumptio vna excludit alteram, num. 55.

Præsumptio vna cedit pluribus, num. 56.

Metus præsumptus ex reuerentia, & læsione, excluditur per coniecturas, & præsumptiones, num. 57.

Metus an, & quandò, & ex quibus coniecturis probatus censeatur, & quales metus sit sufficiens probatio ad rescindendum contractum, Iudicis arbitrio committitur, num. 58.

Contractus læsiuus celebratus cum eo, cui debetur reuerentia, nullis præcedentibus verberibus, aut minis, Iudicis officio est rescindendus, dùm ad ipsius arbitrium referatur eius validitas, num. 59.

Iudex optimus ad discernendum, an teneatur rescindere contractum læsiuum factum cum persona, cui debetur reuerentia, etiàm nullis minis, aut verberibus præcedentibus, quid cōsiderare debeat, n. 60.

Contra-

Contractus præsumitur sponte factus, nisi manifestè contrarium probetur, num. 61.

Metus præsumptio excluditur ob contractum celebratum in loco insigni, vbi redditur Ius, num. 62. Et hoc casu ad inducendum metum quid requiratur, num. 63.

Metus non probatur coniecturis, quandò pro non metu adest aliqua coniectura, sed clariorem requirit probationem, num. 64.

Metus saltem iustus dari nequit, vbi remoueri potuit per recursum ad Magistratum, ac ad consanguineos, & Superiores, num. 65.

Metus excluditur ex coniectura desumpta ex geminatione contractuum, eorumq. ratificatione, & eò magis ob geminationem, & ratificationem factam ex interuallo, & absente patre, num. 66.

Metum ad excludendum est valdè considerabilis absentia patris, num. 67.

Metus præsumptio excluditur ex actibus multiplicatis, & præsertim ex interuallo, num. 68.

Metus purgatio, & meticulosi contractus approbatio non inducitur, durante causa metus, num. 69.

Metum omnem, omnemque eiusdem suspicionem ab initio abfuisse præsumitur ob potentiam fugiendi in locum tutum, & habendi recursum ad Superiores, nèc non ad eius consanguineos, num. 70.

Metum reuerentialem, ac omnem alium abfuisse præsumitur, quandò quis protestari potuit, & non protestatur tempore celebrationis contractus, vel anteà, siuè posteà, num. 71. Et in terminis ad excludendum metum præsumptum ex læsione, num. 72.

Metus omnis præsumptio excluditur, induciturque præsumptio spontanea, & libera voluntatis ex taciturnitate vltrà annos sex, etiàm tempore, quo pater à loco recesserit vel decoctus, num. 73.

Metus reuerentialis purgatus censetur per lapsum biennij, num. 74.

Metus reuerentialis præsumptio excluditur ex probatione qualitatis, & conditionis filij contrahentis exclusiua præsumptionis talis metus, num. 75.

Metus reuerentialis excluditur ex probatione solita contradictionis filij cum patre, cuius persona est valdè considerabilis quoad præsumendum, vel excludendum metum, num. 76.

Euentus malus non est habendus in consideratione, quandò aliquid fit in vtilitatem alicuius, numero 77.

Lucrum, quod parere potest negotiatio patris, profuturum est etiam filio, ad quem spectare debet patris successio per naturalem quasi legem, & tacitam rationem, num. 78. Deducitur ratio, n. 79. & 80.

Præsumptio spontanea voluntatis oritur, quòd quis potiùs volens, quàm coactus facere videtur, quod ei vtile futurum est, num. 81. Ampliatur num. 84.

Metus, vel illius suspicio excluditur à verisimilitudine, quæ omninò considerari solet, num. 82. Pro vt quoq. è contrà includitur. Ibidem.

Verisimilitudo in qualibet materia est tantæ efficaciæ, vt eam pro se habens, illamq. allegans, legis casum habere, & allegare dicatur, quia lex iubet, verisimile esse seruandum, num. 83.

Metus ad hoc, vt excludatur, valdè attendi debet probitas Notarij, num. 85.

Saluiani Interdicti requisita enumerantur, num. 86.

De euictione obligatus vltrà restitutionem precij rei euictæ, tenetur ad damna, expensas, & interesse, num. 87. Ampliatur num. 88.

Decisio VIII.

Circa Tertium Articulum, & Vltimum.

DEueniendo modo ad tertium, & vltimum Articulum concernentem prætensam rescissionem contractus, de quo ageba-
1 tur, ex causa asserti metus; Cùm in iure satis absoluta, & trita sit conclusio, quòd metus non præsumitur, & quòd ideò ab allegante est probandus, *l. 2. C. de his, quæ vi met. caus. fiunt cum ibi notat. per DD. Socin. iun. cons. 67. num. 37. lib. 2. Rot. Rom. decis. 463. num. 3. par. 2. recent. dec. 267. num. 4. par. 3. recent. Sperell. decis. for. Eccles. 79. n. 37. D. Altograd. cons. 5. n. 57. & 59.*
2 Quæ conclusio procedit etiamsi à filio metus reuerentialis allegetur; *Gratian. discept. forens. cap. 108. num. 51. Rot. Rom. d. decis. 463. n. 3. part. 2. recent. Ludouis. decis. 120. num. 21. Ca-*
3 *rena resolut. 85. num. 15.* Metus etenim non causatur ex sola reuerentia personæ, cum qua fit contractus, *Gratian. d. cap. 108. num. 51. D. Altograd. d. cons. 5. num. 64. Carena d. resolut. 85. num. 16. & resolut. 94. num. 14. Ioseph Roman. cons. 96. numer. 27. Ludouis. dict. decis.*
4 *120. numer. 22.* Et sola præsentia patris non sufficit ad arguendum metum, *D. Altograd. d. cons. 5. num. 56. Bell. cons. 65. num. 5. Viu. commun. opin. in verbo metus, Cyriac. controuers. 410. num. 88. Ludouis. d. decis. 120. num. 22. & seq.* vbi de communi testatur *Rot. decis. 463.*
5 *sub num. 3. part. 2. recent.* Vlteriùs enim requiritur Ius, minæ, & similia, & quòd aliàs Pater sit solitus minas exequi, *Cyriac. d. controuers. 410. num. 88. Rot. Rom. d. decis. 463. sub num. 3. part. 2. recent. decis. 115. nu. 10. par. 7. D. Altograd. d. cons. 5. num. 64. Bell. d. cons. 65. num. 6. Merlin. Pignatell. controuers. forens. cap. 39. num. 24. parte 1. Rot. penes Pen. decis. 491. num. 19.*

num. 9. Excellentiss. D. meus Andreol. contro-
uers. forens. 73. num. 43. Carena d. resol. 94. n. 15.
6 Quandoquidèm quicunq. metus non est suffi-
ciens ad rescindendum contractum, sed iustus,
& cadens in constantem virum, *l. 3. cũ quatuor*
sequentibus, ff. quod metus causa, l. 4. C. eod. cum
simil. Salon. de Pace cons. 3. num. 52. Ottothom.
in §. quadrupli. num. 37. Instit. de act. Ramon. d.
cons. 96. n. 20. Andreol. d. controuers. 73. n. 43.
7 Cuius generis nõ est ille, qui de facili remoueri
potest, *Rot. Rom. decis. 343. num. 19. part. 6.*
recent. Ramon. d. cons. 96. num. 26. paulò post
8 *med. in versic. Et vbi posset*; Metus autem ca-
dens in constantem virum quis sit, relinquitur
arbitrio iudicare debentis, *Sanch. de Matrim.*
lib. 4. disput. 5. num. 1. Gabriel. Pereyr. decis. Lu-
sit. 30. num. 8. versic. Qui autem sit metus, Ca-
still. rerum quotid. lib. 3. cap. pri. numer. 143.
9 Qui quidèm iudicare debens in hoc metu ar-
bitrando ad tria potissimum animaduertere
debet videlicèt ad personam metum incutien-
tem, ad personam metum passam, & ad ma-
lum, quod timetur; Cùm, inquam, in Iure
indubitata sit conclusio, quòd metus non præ-
sumitur, nisi ab illum allegante probetur. No-
bis visum fuit, probationem huiusmodi in oc-
currenti casu ex parte dicti Sp. Laurentij defi-
cere, quapropter declarauimus rescissioni
prædicti cõtractus locum non esse; Siquidèm
ex depositionibus testium examinatorum ad
instantiam dicti Spect. Laurentij nulla elicitur
probatio asserti metus, tàm si consideremus
personam Sp. Philipphi patris d. Sp. Laurentij,
& sic personam metum incutientem, quàm si
consideremus personam metum passam, scili-
cèt Sp. Laurentium, & malum ipsum, *Calderin.*
in cons. 1. de his quæ vi, metuſue causa fiu. Cùm
respectu personæ Sp. Philippi ageretur cum
patre non potente, non seuero, non valdè ira-
to, non minante, ac non solito minas exequi
cõtrà oppugnãtes suam voluntatem, & quam-
uis testes examinati ad instantiam Sp. Lauren-
tij deponant, ipsum inuitum se obligasse, &
aliquis eorum etiàm aliquandò dictum Spect.
Philippum minatum fuisse d. Sp. Laurentium,
eorum tamèn depositiones nullius sunt robo-
ris, tùm quià non est aliquis, qui concluden-
tèr per eum deposita probet, quisq. enim de-
ponit de auditu alieno, & ab eodem Sp. Lau-
rentio, ac de propria eius opinione, & credu-
litate, vèl non reddit causam legitimam eius
dicti, vèl est singularis in sua depositione, aut
varius, & sibi partìm constans, imò & dictum
vnius in pluribus ex dicto alterius destruitur;
Adeò, quòd quilibet rectus, & discretus Iudex
cognoscere poterat ex sola ipsorum testium
lectura, nullam eis præstandam esse fidem,
maximè cùm prædictorũ testium aliquis esset
consanguineus, aliquis autèm colonus partia-
nus, siuè conductor, & aliquis famulus dicti
10 Sp. Laurentij; Etenim testium fides prò Iudi-
cem diligentèr examinanda est inspecta tàm
eorum persona, quàm persona, per qua depo-
suerunt, ac eorum conditione, & qualitate,
iuxtà dispositionem *Text. in l. testium fides, ff. de*
testibus; Tùm quid prædicti testes deponunt
in genere de minis, & alia de causa factas fuisse
minas prædictas, vt videre est ex eorum depo-
sitionibus; quo in casu talis probatio nullius
11 est momenti; Quandoquidèm licèt anceps,
& satis controuersa sit quæstio, an ad rescin-
dendum contractum ob metum incussum ab
eo, cui debetur reuerentia, sufficiat probatio
minarum, verberum, & [illegible] in genere,
aut quòd aliàs in præteritum solitus esset is, à
quo prætenditur metum incussum fuisse,
minari, minasq. exequi, malè tractari, & acri-
tèr sæuire in personam illam, quæ sibi reueren-
tiam præstare tenebatur contractibus suis,
obligationibusq. consentire recusantem; An
verò requiratur specifica probatio actuum
positiuorum exequutionis minarum, verberũ,
aut [illegible] illius contractus intuitu, de cuius
rescissione disceptatur, & sufficere genericam
probationem tenere videantur multi, inter
quos connumeratur *Fontanell. de pact. nupt.*
tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 3. num. 61. & seq. prout
animaduertit Ioseph Ramon. in allegato cons. 96.
12 *numer. 20.* Contrariam tamèn sententiam,
nempè non sufficere genericam probationem,
sed requiri specificam tanquàm veriorem, &
communem tenendam esse testatur *idem Ra-*
mon. in prædict. cons. 96. sub num. 20. in versic.
Verum vbi, num. 21. pro hac sententia allegat
Dec. in cons. 89. num. 17. Ibi: *Sed nè pondetur,*
quòd [illegible] minæ faciunt præsumptionem,
quando sunt factæ in specie, Afflict. decis. 246.
vbi clarè idem cõfirmat, atq. ità decisum fuisse
in suo Senatu asserit, & ibi *Vrsill. Hippolyt. de*
Marsil. in §. expedita, num. 20. in praxi. Io. Gu-
tierez. de iura. confir. cap. 1. num. 16. Grass. de
Except. except. 11. nu. 33. Vrsill. decis. 507. n. 19.
lib. 4. Mastrill. decis. 140. num. 16. Paris. cons.
40. num. 20. lib. 4. Iason. in cons. [illegible] num. 1.
Rot. Rom. decis. 5. num. 9. part. prim. recent. &
hanc sententiam fuisse canonizatam in Regio
13 illo Senatu testatur, *idem Ramon. in d. consil.*
96. sub num. 21. ad finem, vbi numero 22. Latè
Fontanellæ opinionem impugnat, rationes per
eum adductas reprobat, easq. non cõcludentes
appellat, & decisiones ab ipso relatas, nonq.
aduersariorum Doctores ab eodem allen-
14 gatos ad rem [illegible] probat; Hanc
nostram quoq. sententiam [illegible]
ritate

ritate comprobant *Marc. Salon. de Pace in conſ.*
5. num. 9. & 10. Baptiſta Larrea in eius allegat.
Fiſcal. lib. 1. allegat. 35. num. 9. & 10.
15 Porrò ſi ad probandum metum ſufficien-
tem ad reſcindendum contractum ſufficeret
generica probatio minarum, quilibet aliena-
tionis contractus, quem maritus feciſſet con-
ſentiente vxore, vel pater conſentiente filio,
vel alius, cui reuerentia debetur, conſentiente
illo, à quo debetur reuerentia, præſumeretur
meticuloſus, & reſcinderetur *contrà Tex. in l.*
16 *quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* Præſertim quià
minæ vt plurimùm proferuntur proptèr inten-
tionem, & verba calore iracũdiæ potiùs, quàm
animo parato, & determinato prolata cen-
ſentur, prout animaduertit *idem Ramon. in*
allegato conſ. 96. ſub num. 26. in verſic. Nec de-
17 *ſunt ex Phœbo in deciſ. 26. num. 8.* Siquidèm
metum non inſtationibus, vel conteſtationi-
bus, ſed atrocitate facti probare conuenit,
18 *l. metum, C. de his, quæ vi metuſuè;* Et metus
ad reſcindendum contractum debet eſſe mali
grauis, vt inferiùs probabitur *Ramon. in d. conſ.*
96. num. 25. vbi num. 26. Alias vrgentes ad-
ducit rationes, & quod attinet ad perſonam
Sp. Laurentij, cui illatum fuiſſe metum à patre
19 prætenditur; Cùm metus incuſſus non dica-
tur iuſtus, niſi cadat in virum conſtantem, vel
in fœminam conſtantem, pupillum conſtan-
tem, & minorem conſtantem; ſi agatur de
viro, fœmina, pupillo, & minore metum paſſo.
Abb. in cap. conſultationi in 4. notat. Aretin. in
conſ. 24. n. 7. & alij, qui ad idẽ cumulari poſſent;
Et dictus Sp. Laurentius eſſet maior annis 18.
ſolitus patri non obtemperare, & iræ patris
reſiſtere reſpondendo, & altercando; Item
ſolitus domo egredi, & apud conſanguineos
refugium habere, & paratus extra domum
viuere potiùs, quàm patris voluntati cedere,
& qui facillimè, ſi quis potuiſſet interuenire,
tollere habendo recurſum ad Sp. Silueſtrum
Trentam Auunculum, vt conſtat ex proceſſu;
Quomodo iure affirmari poterit, aſſertũ metũ
incuſſum fuiſſe in virũ conſtantẽ, qui ob talem,
& tantum metum inductus fuerit ad celebran-
20 dum contractum, de quo agebatur. Demùm
quod pertinet ad malum, quod timetur, debet
eſſe graue, mortis videlicèt, vel corporis cru-
ciatus, *Marc. Salon. de Pace in conſ. 5. n. 11. in*
verſic. Nec quilibet, Ioſeph Ramon. in allegato
21 *conſ. 96. num. 25.* Qui loquitur de metu illato
à viro vxori, & ſic de metu illato ab eo, cui
reuerentia debetur, ibidem firmando, quòd ſi
quis meticuloſus rem nullam fruſtrà timuerit,
non reſtituitur, quoniàm neq. vi, neq. metus
cauſa factum eſt, *l. nec timorem, ff. quod met. cauſ.*
22 Quod maximè procedit, quandò agitur de
reſcindendo contractu iurato, vt in caſu præ-
ſenti, quo in caſu maior exigitur probatio me-
tus, vt eſt ſingularis doctrina. *Abb. in cap. cum*
dilectus, col. pen. verſic. Sed contrà hoc oppono,
quod metus cauſa, relati per Curt. Iun. in l. inter-
poſitas C. de tranſact. num. 9. quos refert, & ſe-
quitur *Marc. Salon. de Pace in conſ. 5. num. 12.*
23 *ad fin.* Ac etiàm quandò agitur de reſcin-
dendo contractu oneroſo in tertij præiudi-
cium, vt animaduertit *Ramon. in dict. conſ. 96.*
24 *num. 24. ad finem.* Et quamuis opinio hæc,
quod ſcilicèt metus cadens in conſtantem
virum dicatur ſolùm metus mortis, vel cru-
ciatus corporis, contradictoribus non careat,
cùm metus in cõſtantem virum cadens qualis
dicatur, relinquatur arbitrio Iudicis, vt conclu-
dit *Sanchez. de Matrim. lib. 4. diſput. 5. num. 1.*
25 Qui eam aſſignat rationem, quià non poſſunt
in particulari exprimi omnes caſus, non poſſet
enim eſſe arbitrarium Iudici, ſi abſolutè à Iure
26 diffinita certa minarum qualitas; Extrà ta-
men omnem penitùs, & omninò controuer-
ſiam eſt, quòd Iudex, cuius arbitrio remiſſum
eſt, quis metus dicatur cadens in conſtantem
virum, non omnem metum iuſtum, & ſufficien-
tem ad reſcindendum contractum arbitrari
debet, ſed ſolùm illùm, quem talem indicant
facti circunſtantiæ, *Cald. in d. conſ. 1. circa prin-*
cipium de his, quæ vi metuſuè cauſa fiunt; Ex
quibus profectò in caſu propoſito nullus me-
tus, nullanè ſuſpicio probabilis metus elici po-
terat ex facto ipſo, cùm reſpectu metus Sp. Phi-
lippus aliquid mali minatum fuiſſe cõtrà dictũ
Sp. Laurentium, niſi ipſo conſentiente appa-
reat, ſed cùm teſtes de hoc loquantur, dicant
ſolùm d. Sp. Laurentium inuitum ſe obligaſſe
ex propria tamèn eorum opinione, & credu-
litate, vel dè auditu ab ipſomet Laurentio, qui
27 propterea nihil probant; Tùm quià metus
non probatur per teſtes de auditu à metum
paſſo, *Rot. in dec. 666. num. 4. part. 4. recent. et*
Add. ad deciſ. 20. in collect. per Farinac. poſt eius
primum volumen conſ. criminal. in litt. A. Tùm
28 quià teſtibus, deponentibus de proprio iudi-
cio circà metus probationem, nulla adhibetur
fides; Siquidèm teſtes huiuſmodi cauſam me-
tus afferre tenentur, cùm ſit certum, quòd me-
tus ſemper excluditur, niſi tale factum probe-
tur, ex quo metus incuſſio reſultet; *Rot. Rom.*
deciſ. 5. num. 9. parte pr. recent. Ramon. d. conſ.
29 *96. num. 25.* Et quoad ſuſpicionem metus,
ſuppoſito, citrà tamen veri præiudicium, quòd
illa ſufficeret, & prò metu haberetur, vt vo-
luerunt nonnulli DD. ex eo, quòd timor iuſtus
ex affectu metuentis dignoſcatur, *iuxtà tradita*
per Alberic. in rub. ff. ex quib. cauſ. maior. nu. 1.
30 Et iuſta metus ſuſpicio ſufficiat pro metu.

Fontanell.

Fontanell. de pact. nuptialib. clauf. 7. Glof. 2. part. 3. num. 65. Grammatic. decis. 59. num. 7. cum duobus seqq. Rimin. conf. 15. num. 26. Nulibi ex processu constat de tali suspicione, non solùm non apparet de metu aliquo, vel suspicione metus, sed potiùs de contrario; Siquidem emicant plures, & illæ quidem vrgentes coniecturæ, & præsumptiones metum prædictum, illiusque suspicionem penitùs excludentes, & prædicti Sp. Laurentij liberam, non quidem coactam, asserto metu mediante voluntatem præseferentes, vt ex infrà deducendis satis superq. apparebit.

31 Non obstat, quòd contractus, de quo in præsentiarum agitur, sit gestus per filium familias in beneficium patris ex eo, quòd pecunia non ad ipsum, sed ad patrem peruenisse præsumatur. *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 14. nu. 11. cum duobus seqq. & præsumpt. 22. num. 4. cum pluribus seqq. Crauett. conf. 91. num. 3. Port. conf. 54. num. 45. & 46. Paris. conf. 94. num. 31. lib. 1. Decian. conf. 49. nu. 23. & seqq. lib. 2. Borgnin. decis. 33. num. 8. part. 1. in Indice in verbo maritus, & vxor*
32 *num. 1.* Vbi dicit hanc esse communem, & magis communem sententiam, maximè quandò filius est in potestate patris, & pater administrat omnia negocia domus, quod confirmat etiam *Fontanell. de pact. nuptialibus clauf. 7. Glof. 2. part. 4. num. 19. Franch. decis. 474. num. 2. & ibi Viscont. in addit. vers. & è contra Surd. decis. 47. n. 6. & conf. 290. n. 18.*

33 Et consequentèr læsionem non solùm enormem, & enormissimam, sed in totum continere dicatur, quo in casù, cũ ex actu, vel contractu gesto cum eo, cui debetur reuerentia, resultet læsio enormis, vel enormissima tali reuerentiam debenti, tunc actus ipse præsumitur gestus per metum, etiam nullis interuenientibus, nèc probatis minis præcedẽtibus, & talis metus præsumptus ex læsione sufficit ad contractus rescissionem. Neq. enim est præsumendum, quòd filius tantæ læsioni consensisset, nisi metu, vi, vel dolo ad id inductus fuisset. *Surd. conf. 395. num. 29. Gaspar. Anton. Thesaur. q. forens. 51. n. 29. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptialib. clauf. 7. Glof. 2. part. 6. num. 5. & 6. Menoch. de arbitrar. iudic. caf. 136. num. 9. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 127. num. 14. Mascard. de probat. conclus. 1051. seù 1055. num. 15. & num. 27. Honded. conf. 29. num. 42. lib. 1. Vinc. de Franch. decis. 119. nu. 5. Rot. Rom. apud Buratt. decis. 75. num. 14. & decis. 230. num. 1. & 308. num. 3. Hodierna ad Surd. decis. 86. nu. 16. Faber. in eius Cod. lib. 2. tit. 8. de eo quod metus caus. definit. 2. ad finem, & lib. 4. tit. 30. de rescind. vendit. definit. 16. Rot. Rom. decis. 102. num. 5. part. 5. diuersor. Kalasch. consult. 130. num. 21. & 22. Rot. Rom. decis. 36. num. 6. Valenzuel. conf. 173. n. 79. 80. & 81. Cacheran. decis. Pedemont. 179. n. 4. & 5. Francisc. Hieronym. Leo in respons. iur. post decis. 173. num. 178. lib. 2. Cancer. variar. resolut. part. 3. cap. 1. de actionib. & obligat. num. 86. & 89. Feral. decis. 220. nu. 5. part. 2. Graff. de except. except. 11. num. 18. Donat. Anton. de Marin. resolut. quotid. lib. 1. cap. 144. nu. 20. & 21. Didacus de Man. ad decis. Grammat. 103. nu. 27. Rouit. super pragmatic. Regni Neapolit. pragmatic. 1. de Senat. consult. Macedonian. numer. 61. pag. mihi 686. Castillus quotidianar. Controuers. lib. 8. cap. 1. nu. 155. Cyriac. Controuersia 403. num. 19. Caualc. commun. contra commun. quæst. 727. num. 12.*

34 Quam quidèm conclusionem procedere etiam in contractibus, in quibus non attenditur læsio, prout in donatione, & alijs contractibus sui natura læsiuis, testantur, *Mandell. in conf. 100. nu. 5. Honded. conf. 29. num. 46.* & alij quos refert, & sequitur, *Graff. de except. except. 11. num 19.* quod quoq. confirmat
35 *Magon. in decis. Florent. 18. num. 4.* Ratio est, quia in dictis contractibus læsio sumitur per modum coniecturæ ad metum, vt videre est ex traditis per DD. supradictos.

36 Et metum hunc præsumptum ex læsione illatum à patre filio, non solum patri metum inferenti, sed etiam Tertio nocere, quamuis bona fide Tertius ille contraxerit; & metum ignorauerit, & de eo particeps non fuerit, probare videntur. *Tex. in l. metũ autem §. fin. in l. si cum exceptione §. in hac, & §. pedius quoq. ff. quod metus causa*, quod confirmant *Rum. in conf. 113. num. 4. & 6. vol. 5. Paris. in conf. 139. nu. 21. & 22. vol. 4. Fontanell. de pact. nuptialib. clauf. 7. Glof. 2. part. 5. nu. 20. cum multis seqq. Valenzuel. in conf. 29. num 56. & 57. & in conf. 173. num. 76. Paschal. de virib. patr. potest. part. 3. cap. 2. num. 38. Christoph. de Castillion. conf. 13. num. 34. & seqq. Pereira. decis. Lusit. 30. num. 11. Faber. in eius cod. lib. 2. tit. 11. definit. 7. num. 3. in allegat. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 4. de consensu coactiuo disput. 8. num. 7. Morot. in conf. 75. num. 3. Surd. in conf. 513. num. 46. vol. 4. Vrsill. in add. ad decis. Afflict. 263. nu. 6.* alios plures refert. *Io. Baptista Larrea in allegat. Fiscal. 35. num. 43.*

37 Ea potissimum ratione, quia quamuis hæc sit personalis actio, tamen cẽsetur in rem scripta, & sequitur quemcunq. possidentẽ *Glof. in l. 3. in verbo quoq. Cod. quod met. causa vbi Cinus, Bartol.*
38 *& Bald. nu. 2. & 3.* Vbi tradit actionem hanc in rem scriptam esse, & ideò ad singularem successorem extendi, quia metus rem afficit.

39 Idque verum esse, & procedere testantur
DD. plures etiam si tertius ille, qui contraxit,
& metum ignorauit, de eoq. particeps non
fuit nō lucratiuā, sed onerosam causā habeat,
*Angel. in l. aliquando ff. quod met. causa Fulgos.
in l. ex hoc edicto ff. eod. Azon. in eius summa
lib. 2. C. in rub. de his qua met. causa gest. sunt nu.
6. ad fin. Alberic. in l. in hac actione ff. quod
met. caus. num. 7. ad med. Roman. in l. eo autem
num. 11. ad fin. ff. solut. matrim. Valenzuel. in
cons. 291. nu. 56. & 57. & cons. 173. nu. 76.*
40 Nam quamuis nonnulli DD. agentes de quæ-
stione hac, an metus noceat Tertio non parti-
cipi de metu, distinguant intèr tertium ha-
bentem causam lucratiuam, & onerosam, vt
primo casu noceat, secundo verò casu nequa-
quam, est tamen aduertendum, quòd distin-
ctio prædicta procedit solùm in nonnullis casi-
bus, & primò si non de metu agatur, sed de
dolo, & per actionem, seù per exceptionem
doli quis veniat ad rescissionem contractus;
nàm hæc actio non intenditur, nec exceptio
opponitur cuilibet, ad quem ex dolo aliquid
peruenit, sed contrà dolosum tantùm, & con-
trà habentem causam titulo lucratiuo, non
contrà habentem causam titulo oneroso, se-
cùs vbi agitur, seù excipitur ex metu, cuius
actio, aut exceptio est in rem scripta, & da-
tur contrà quemlibet possessorem quocunq.
titulo, prout ità distinguendo firmat. *Alberic.
in l. si cum exceptione §. in hac actione ff. quod
met. causa, Petrus Plarean. Angele. in Parapica.
51. in tit. Instit. de exceptionibus num. 9. vers.
non autem emptori Gabriel. Pereir. decis. Lusit.*
41 *30, num. 14.* Secundò si bona in rerum na-
tura ampliùs non extent, vt quia absq. culpa
eius, qui bona acquisiuit, sint perempta;
nam tunc non conuenitur tertius. *Angel. in
l. si cum exceptione §. in hac actione num. 1. &
in §. aliquandò ff. quod met. caus. Bart. in eod.
§. aliquando Azon. in summa tit. de eo; quod
met. caus. num. 6. in fine Christoph. de Castiglion.*
42 *in cons. 13, num. 35.* Tertiò quia de Iure com-
muni ad fauorem eius, qui acquisiuit titulo
oneroso volunt aliqui, dari exceptionem or-
dinis, vt scilicèt priùs conueniatur ille, qui me-
tum intulit, & si ab eo non potest suum recu-
perare, detur in subsidium actio, aut Iudicis
officium, siuè etiàm exceptio contrà eum, non
obstante, quòd acquisiuerit titulo oneroso, vt
videtur distinguere. *Glos. in d. l. si cum exce-
ptione §. in hac actione in verb. Lucrum tamen
Angel. in eod. l. §. aliquando Fulgos. in l. metum
§. & ex hoc edicto in fine vers. Minuit. ista Glos.*
43 *Alberic. in d. l. si cum exceptione num. 7.* Quo-
rum tamèn sententia videtur contrà. *Tex. in
l. 3. Cod. eodem tit. & in l. si ipsu ff. eod.* Et in
diuiduo est reprobata. *Per Alberic. in d. l. si
cum exceptione §. in hac aduotatione nu. 7. vers.*
44 *Sed hoc est contrà*; Vbi ait, hanc conclusio-
nem non habere locum in contractu inito per
metum, sed inito per dolum, & paritèr in
puncto eam reprobat. *Fulgos. in l. metu §. ex
hoc edicto ad finem in d. vers. minuit. ista Glos.*
45 Quoniā responsum fuit, quòd, præsupposita
etiam veritate conclusionis superius firmatæ,
videlicèt actū gestum cum eo, cui debetur re-
uerentia concurrente enormi, vel enormissi-
ma læsione per metum gestum præsumi etiam
quòd nullæ interuenirent minæ, vel verbera,
& talem metum præsumptum ex læsione suf-
ficientem esse ad contractus rescissionem,
quam tamen. *Ex Alex. Crauett. Iason. Curt.*
46 *Iun. Paris, & Roderic. Suaref.* Impugnat.
Marc. Salon. de pace in cons. 5. num. 11. Vbi.
Ex Curt. Iun. testatur de communi opinione.
47 Et sic tenendum admonet quicquid in cōtra-
rium voluerint. *Paul. Castren. & alij in l. in-
terpositus C. de transact.* Quam etiàm sententiā
amplexū fuisse. *Merlinum in eius tract. de legi-
tima in lib. 3. tit. 2. quæst. 28.* Colligitur *ex ibi
traditis per ipsum. A Rot. Rom. apud Pan. in
decis. 491*, illam quoq. approbauerunt. *Cenall.
quæstion. commun. contrà commun. quæst. 727.*
48 *num. 23.* In contractibus tamen, & renuntia-
tionibus filiorum, secùs in contractibus mu-
lierum. *Merlin. Pignatell. in secunda cent.
eius controuers. forens. in cap. 100. num. 62. &*
49 *seqq.* Nec non admissa etiàm veritate am-
pliationis eiusdem conclusionis, nimirum,
vt procedat etiàm contra tertium, quæ tamen
non transit fine maxima difficultate, vt vide-
re est *ex traditis. Per Io. Baptistam Larreum in
eius allegat. Fiscal. in allegat. 35. nu. 41. cum*
50 *seqq.* Vbi disputato articulo, & relatis vtri-
usq. sententiæ fautoribus, *num. 44. & 45.*
Inquit, quòd in hoc opinionum conflictu vl-
tra quàm quòd æquitas pro Tertio vrget, nè de-
cipiatur Tertius contrahens, & fortè simulato
metu intèr eum, cui debetur reuerentia, &
eum, qui reuerentiam debet, contractus rescin-
datur in hac quæstione ea adhibenda est di-
stinctio, vt opinio affirmatiua procedat in
casu, in quo Tertius metum sciuit, vel de eo
particeps fuit, vel quotiès Tertius non con-
traxit cum metum passo, nec ab eo rem, aut
commodum accepit, sed ab eo, qui metum
intulit postquàm iam metus illatus est, & à
metum inferente rem acceperit, vel demùm
quando Tertius habet rem, vel commodum ex
actu meticuloso, qui prouenit ex causa lucra-
tiua, opinio autem negatiua sibi vindicet lo-
cum, cum Tertius metum ignorauit, ac de eo
particeps non fuit, vel quotiès Tertius metum
igno-

ignorans rem accepit à metum passo mediante contractu cum eo inito, vel quando Ter-
51 tius habuit rem ex causa lucratiua. Responsum fuit inquam, quòd læsio iuncta cum reuerentia dicitur esse coniectura ad metum reuerentialem; *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 127. num. 14.* & melius *idem de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 136. num. 9.* Et si aliqui ex *DD. allegatis* dicant solùm sufficere ad rescissionem contractus, qui tamen non videntur aptè loqui; quia considerant metum reuerentialem, quando nihil aliud est præter id, quod est contraxisse, vel pro eo, cui quis
52 reuerentiam debet; Cùm sit iuris conclusio ab omnibus ferè *DD.* recepta, quos refert *Io. Castill. quotidian. controuers. iur. lib. 3. cap. 1. num. 150.* quòd sola reuerentia non pro-
53 bat metum; Et ideò propriùs, & secundùm leges loquuntur, qui quærunt, an metus probetur ex sola reuerentia personæ debita, vel aliud vlteriùs requiratur, prout animaduertit *Fontanell. de pact. nuptialib. claus. 7. Glos. 2. par. 3. num. 35. cum tribus seqq. pag. mihi 431.,* & colligitur *ex traditis per ipsum in præcitato loco in seq. cap.* vbi agit. de metu reuerentiali *num. 5.*
54 *& 34.* Metus autèm quemadmodùm indicijs, & coniecturis probatur, ex quo est difficilis probationis, *Fontanell. d. claus. 7. Glos. 2. part. 3. nu. 39. Farinac. in fragment. part. 1. in verb. metus, num. 181.* cum alijs pluribus ibi
55 per eũ congestis; Ità per contrarias coniecturas, & præsumptiones spontaneam voluntatem præseferentes excluditur, quoniam præsumptio vna tollit alteram, *l. diuus, ff. de restit. in integr. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 611. num. 34., & 650. num. 33., & 657. nu. 33. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 75. nu. 27. lib. 2. præsumpt. 21. nu. 9. lib. 5. & præsumpt.*
56 *64. num. 40. lib. 6.* Et multò magis præsumptio vna cedit pluribus, *idem Gratian. in d. cap. 657. num. 34. Ioseph. Ramon. in consil. 23. num. 16. Menoch. de præsumpt. quæst. 30. nu. 4.*
57 *in vers. quæ hactenus lib. 1.* Et iq diuiduo quòd metus præsumptus ex reuerentia, & læsione excludatur per coniecturas, & præsumptiones, *ex Tusch., & Roland.* probat *Petr. de Luna in cons. 46. num. 5. inter cons. Diuersor. feud.*

Coniecturas autèm plures, & illas quidèm vrgentes ponderauimus, ex quibus potentiorem metum reuerentialem ex læsione præsumptum penitùs tolli, & insufficientem reddi ad effectum rescissionis contractus, de quo
58 agitur, arbitrati fuimus; Iudicis enim arbitrio committitur, an, & quandò, & ex quibus coniecturis probatus censeatur metus, & qualis metus sit sufficiens probatio ad rescindendum contractum, *Menoch. de arbitrar. Iudic.* quæst.

cas. 136. num. 2., & cons. 199. num. 9. Larrea allegat. Fiscal. 35. num. 19. ad finem Graff. de except. except. 11. num. 70. ad finem Rot. Rom. decis. 341. nu. 4. parte 2. Diuers. Ridc. in eius collect. decis. 2454. part. 6. Thesaur. qq. forens. q. 51. num. 22. lib. 1. Peregrin. decis. Lusit. 30. num. 8. in vers. qui autem Pactum. In cons. 54. num. 71. cũ seqq. Et in terminis metus reuerentialis *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 28. num. 9. & Cancer. variar. resolut. part. 3. cap. 11. de actis,*
59 *& obligat. sub num. 87.* Vbi concludit ad iudicis arbitrium referri, an quando contractus læsiuus celebratus cum eo, cui debetur reuerentia, nullis præcedentibus verberibus, aut minis, veniat Iudicis officio rescindendus;
60 Subdens, *num.* 88. quòd optimus Iudex ad discernendum, an teneatur rescindere contractum læsiuum factum cum persona, cui debetur reuerentia etiàm nullis minis, aut verberibus præcedentibus, cõsiderare debet, an persona maior, cui reuerẽntia debetur, sit homo austerus, seuerus, & crudelis ergà eos non obtemperantes, nèc non etiàm qualitatem subditi, an sit meticulosus, & qui nullatenus audeat superioris voluntati resistere, & an sit modicæ ætatis, ac alias circumstantias, quod confirmant quoq. *Larrea in præcitata alleg. 35. num. 9. ad finem Graff. de except. d. except. 11. num. 70. ad finem, Menoch. de arbitr. iudic. d. cas. 135. num. 4. Ludouis. decis. 326. num. 10.,* & optimè *Donat. Anton. de Marin. in eius resolut. quotid. lib. 1. cap. 144. num. 25.* & cæteri omnes de materia loquentes.
61 Prima igitur coniectura ex eo desũpta fuit, quòd regulariter contractus spontè factus præsumitur, nisi manifestè contrarium probetur; *l. 2. C. de his, quæ vi, metusue causa fiunt, Mascard. de probat. conclus. 1055., & 1056.* cum alijs plenè cõgestis *per Larreâ in eius allegat. Fiscal. allegat. 35. num. 11. part. prima.*
62 Secunda est coniectura, quòd contractus, de quo agebatur, fuit celebratus in loco insigni, nempè in hac alma vrbe, in qua redditur Ius, quo in casu excluditur præsumptio metus, *Graff. de except. except. 11. num. 50., & 92. Farinac. in fragment. part. 1. in verbo metus nu. 154. Mil. in repertor. in verb. metus si allegatur pag. mihi 266., Paris. in cons. 135. num. 11.*
63 *lib. 4.* Qui subdunt tali in casu probationes per coniecturas non sufficere; sed requiri probationes claras metus, vt in causa criminali idem firmant, *Rot. Rom. in decis. 336. num. 4. coram Seraphin. & Andreol. in controuers. 73.*
64 *num. 43. in vers. Imò;* & *Farinac. in præcitato loco num. 187.* Firmat, metum non probari coniecturis, quandò prò non metu adest aliqua coniectura, sed clariorem requiri pro-

bationem, ex depoſitione ſcilicèt trium teſtiũ
omni exceptione maiorum, quæ quidèm
coniectura robur ſumit ex eo, quòd metus al-
legatus, & celebratio dicti contractus tolli
potuiſſet nè dùm per acceſſum ad Iudicem,
vel alios Magiſtratus, ſed etiàm per acceſſum
ad Sp. Siluestrum Trentã auunculum, & alios
coniunctos, vt dicunt teſtes, Primus ſcilicèt,
Secundus, & Tertius *ſuper* 49. *Interrogat.*
65 & quartus, *ſuper* 50. *Interrogat.* Siquidèm
non poteſt dari metus ſaltèm iuſtus, vbi re-
moueri potuit per recurſum ad Magiſtratum,
ac ad conſanguineos, & Superiores. *Ioſeph.
Ramon. in allegat. conſ.* 96. *num.* 26. *Andreol.
controuer.* 73. *ſub. num.* 43. *Ludouiſ. deciſ.* 326.
num. 34.

66 Tertia accedebat coniectura metus exclu-
ſiua, deſumpta ex geminatione contractuum,
eorumq. ratificatione, & eò magis, quoniàm
geminatio, & ratificatio facta fuit ex inter-
uallo, & abſente patre. *Petr. de Luna in allegata
conſ.* 46. *num.* 31. *Hector. Capyc. Latro, conſult.*
152. *num.* 54. *Io. Bapt. Larrea allegat. Fiſcal.* 35.
67 *num.* 13. *lib.* 1. Nàm in caſu, de quo in præ-
ſentiarum agitur, fuit celebratum primum In-
ſtrumentum venditionis factæ D. Io. Andreoli
prò perſona nominanda, deindè ratificatum
Inſtrumentum poſt nominationem factam in
Sp. Petrum Tuccium, patre abſente, cuius
abſentia eſt valdè conſiderabilis ad excluden-
dum metum, vt animaduertit. *Idem Petr. de
Luna in præcitato conſ.* 46. *num.* 21. Poſtea ſti-
pulatus contractus conditionis eorundem
bonorum intèr venditores, & emptorem,
Itidèm celebratum aliud Inſtrumentum ceſ-
ſionis effectuum Sp. Petro de Maſeis, deindè
aliud conſeruationis indemnitatis erga fide-
68 iuſſores; Ex multiplicatis enim actibus, &
præſertim ex interuallo excluditur præſum-
ptio metus. *Idem Capyc. Latr. d. conſult.* 152.
num. 57. *Gionagnon. conſ.* 67. *num.* 28. *Gallerat.
de renunt. cent.* 2. *renunt.* 120. *num.* 6., & 7.
69 Nec dicatur ratificationem Inſtrumenti,
de quo agebatur, cæteroſq. contractus haben-
tes originem à d. Inſtrumento venditionis,
fuiſſe celebratos in vita patris, & antequam
decoctus ipſe declararetur, & ſucceſſiuè du-
rante cauſa metus, & propterea non induce-
re approbationem eiuſdem contractus meti-
culoſi, & purgationem metus. *Ioſeph. Ludo-
uic. deciſ. Luc.* 18. *num.* 14. *Rauden. deciſ.* 51.
num. 21. *part.* 2. *Io. Baptiſta Larrea d. allegat.*
35. *num.* 15. alios innumeros congerit, *Carol.
de Graſſ. in ſuo tracta. de except. except.* 11,
num. 84.

Quia tollitur obiectum ponderando, quòd
nos non vtimur ratificatione, & alijs actibus,
ſeù contractibus voluntarijs poſt dictum In-
ſtrumentum venditionis factis per d. Sp. Lau-
rentium, cui metum illatum fuiſſe prætendi-
tur, ad inducendam approbationem eiuſdem
Inſtrumenti, & purgationem metus, ſed ſo-
lùm ad ſumendã coniecturam ſpontaneæ vo-
luntatis, & ad elidendam præſumptionem
70 metus deductam ex læſione; Quæ quidèm
coniectura validior redditur animaduertendo,
quòd Sp. Philippus non erat ità potens, vt ve-
riſimilitèr Sp. Laurentius timuerit patris po-
tentiam, ſi non ratificaſſet contractum præ-
dictum, & non tacuiſſet, poterat enim fuge-
re ad locũ tutũ, vèl habere recurſum ad ſupe-
riores, nec non ad eius conſanguineos, quod
cùm non fecerit, præſumendũ eſt ab initio ab-
fuiſſe omnem metum, omnemq. metus ſuſpi-
cionem, faciunt tradita *per Io. Baptiſt. Larrea
in d. allegat.* 35. *num.* 15. *ad finem.*
71 Quarta coniectura, at illa quidem valdè
vrgens eſt, quòd dict. Sp. Laurentius nèc tem-
pore celebrationis dicti contractus venditio-
nis, nèc antè, nèc poſteà reclamauit, vel pro-
teſtatus fuit, cùm tamèn id facillimè facere
poſſet, quando enim qui proteſtari potuit,
non proteſtatur, aſſertus metus reuerentialis,
ac omnis alius abfuiſſe præſumitur *Larrea d.
alleg. Fiſcal.* 35. *num.* 10. *paulo poſt med. in
verſ. & quando* vbi multos cumulat, & meliùs
num. 19. *Decian. in conſ.* 18. *num.* 135. *lib.* 1.
Menoch. de præſumpt. lib. 3. *præſumpt.* 126. *n.* 34.
72 Et in terminis ad excludendum metum præ-
ſumptum ex læſione. *Crauett. in conſ.* 114. *nu.*
6. *lib.* 3. quẽ paritèr in eiſdem terminis referr,
& ſequitur. *Petr. de Lun. in allegato conſ.* 46.
nu. 10. Vbi hanc coniecturam vrgentiſſimam
appellat.
73 Quinta coniectura deſumebatur ex taci-
turnitate per ſpatium annorum ſex, & vltrà
etiàm tempore, quo dict. Sp. Philippus ab hac
Vrbe receſſerat vel decoctus, quæ excludit
omnem præſumptionem metus, inducitq.
præſumptionẽ ſpontaneæ, & liberæ voluntatis
in terminis. *Crauett. in d. conſ.* 114. *num.* 5.
quem cum alijs pluribus refert, *Idem Petr. de
74 Luna in d. conſ.* 46. *num.* 18. Quinimò qui-
dam voluerunt, quamuis eorum opinio rece-
pta non fuerit, quòd metus reuerentialis pur-
gatus cenſeatur per lapſum biennij, prout te-
ſtatur *Barbat. in conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 1. relatus
per Farinac. in fragment. part. 2. *in verbo me-
tus num.* 147.

Sexta coniectura, quam vrgentiſſimam, &
omnium fortiſſimam exiſtimauimus, deducta
fuit ex qualitate perſonæ dict. Sp. Laurentij,
cuius natura erat, ùt metu concuti non poſ-
ſet, non ſolùm quia in maiori ætate reperie-
batur

batur, & habebat coniunctos, quæ assertum
metum impedire potuisset, ac extrà domum
patris commodè viuere poterat, cùm habe-
ret pensionem scutorum centum, & vltrà,
sed solitus erat non obtemperare patri cum
ipso altercando, & ab ipso recedendo, prout
deponunt primus testis *super 17. Interrogat.*
tertius testis *super 13.16. & 17. Interrogat.*, &
quartus testis *super 19. Interrogat.* Quinimò
deponit vnus ex testibus supradictis examina-
tis ad instantiã Sp. Laurentij, quòd d. Sp. Laurẽ-
75 tius, inuito patre, duxit vxorẽ; Nàm excludi-
tur pręsũptio metus reuerẽtialis ex probatio-
ne qualitatis, & conditionis filij contrahentis
exclusiua præsumptionis talis metus. *Thor. in
compend. decis. Neapolit. in verb. contractus part.
3. Petr. de Luna in allegat. cõs. 46. n. 25. Carena in
eius resolut. 94. n. 15. in vers. Respõdetur quarto in
facto*, optimè *Rot. Rom. apud Peniã in decis. 491.*
76 *n. 3.* Vbi, quòd metus reuerentialis excluditur,
quandò probatur, filium solitum esse contra-
dicere patri, & fortior redditur hæc coniectu-
ra, attenta etiàm qualitate personæ Sp. Phi-
lippi patris dict. Sp. Laurentij, quæ est valdè
considerabilis quoad præsumendum, vel ex-
cludendum metum, vt admonet. *Ludouis. in
decis. 236. num. 10. Cancer. variar. resolut. lib.
3. cap. 1. num. 8.*, & alij superiùs per me relati
ante primã coniecturã *in vers. Iudicis enim ar-
bitrio*; Siquidèm prædictus Sp. Philippus non
erat potens, terribilis, asper, seuerus, nèc mi-
nax, sed probatæ vitæ, quamuis aliquando ira-
sceretur, moderatè tamèn, & ex causa, vt de-
ponunt primus testis *super 21. Interrogat.*, &
super cap. 1. secundus *super 12. Interrogat.*, &
quartus *super 10., & 12. Interrogat.*.

Septima, est coniectura, quòd nõ alia ratio-
ne vendita fuerunt bona, de quibus agebatur,
quàm vt eorum pretium poneretur in societa-
tem mercantilem, cum magna spe lucri, &
cum spe ex lucro percipiendo ex negotiatione
persoluendi æs alienum, quo grauatus erat
dictus Sp. Philippus pater prædicti Sp. Lauren-
tij, prout deponunt tertius testis *super 26. &
27. Interrogat.*, & quartus *super 26., & 53.
Interrogat.*, & *super 9. cap.* Mercatura enim,
seù negotiatio solet non paruum lucrum affer-
re eam exercentibus, quarè cùm dict. Sp. Lau-
rentij ratione naturalis pietatis, quam solent
habere liberi erga parentes, interesset, vt pater
ex ære alieno, quo præmebatur, eximeretur
ob molestias, quas eidem à creditoribus in-
ferri posse probabilitèr timere poterat, &
etiam ex dicta negotiatione vtilitatem spera-
77 re posset; Licèt postea dicta spes euanuerit,
& capitale quoq. dictæ negotiationis perierit
ob eius malum euentum, qui tamèn in consi-
deratione habendus non est, *l. verum §. scien-*
78 *dum ff. de minoribus*; Siquidèm in dubium
reuocari nequit, quin lucrum, quod parere
poterat dicta negotiatio profuturum esset
non solùm Sp. Philippo, verùm etiàm Sp. Lau-
rentio eius filio, ad quem spectare debeat pa-
tris successio per naturalem quasi legem, &
tacitam rationem, *l. cum ratio ff. de bon. dam-*
79 *nat. parentum*; Etenim commune votum est
bona filijs dimittere, *l. scripto, ff. vnde lib. l. nàm
& si parentib. ff. de inoffic. testam. Ioseph. Ramon.
in cons. 100. nu. 159. post med. in vers. Cum hoc*, &
parentes filiorũ gratia opes acquirere præsu-
muntur, *Laderch. cõs. 41. n. 3.* relat. *per Ramon. in*
80 *d. cons. 100. n. 469. ad finem*; Cum plus diligant
filios, quàm se ipsos. *Glos. in l. isti quidem ff. quod*
81 *met. caus. ad finẽ in vers. & nota quòd pater.* Hinc
non secùs oriebatur spontaneæ voluntatis di-
cti Sp. Laurentij præsumptio, cùm potiùs vo-
lens, quàm coactus quis facere videatur, quod
ei vtile futurum est, faciunt tradita *per Larrea
in præcitata allegat. 35. sub numer. 17.* Siqui-
dèm tunc quodammodò cessare videtur ratio,
super qua fundatur præsumptio metus ex læ-
sione, & hæc præsumptio verisimilitudine
roboratur: Nàm valdè verisimile redditur,
quòd dictus Sp. Laurentius ductus spe lucri,
quod dicta negotiatione mediante fieri pote-
rat, & pietate motus spontè venditionem
prædictã elegerit, vt pretium a patre nego-
82 tiaretur; Et verisimilitudo ad effectum ex-
cludendi metum, vel illius suspicionem con-
siderari omninò solet. *Rot. Rom. coram Pen.
in allegat. decis. 491. num. 17. Helisę. Danza in
addit. ad decis. Grammatic. num. 35. Ludouic.*
83 *decis. Lucens. 10. num. 12.*; Siquidèm verisi-
militudo in qualibet materia tantæ est effica-
ciæ, vt eam prò se habens, illamq. allegans
legis casum habere, & allegare dicatur, quia
iubet lex, verisimile esse seruandum. *l. semper
in stipulationibus ff. de reg. iur. Crauett. cons. 9.
num. 35., & cons. 29. num. 6.* latè *Mantic. de
tacit., & ambig. conuent. lib. 3. tit. 1. sub n. 15.*
A verisimili .n. arguitur libertas animi, & quòd
spontè, & libentèr actus fiat, vt *post Aldo-
brandinum cons 23. nu. 34.* fuit dictum *per Rot.
apud Ludouisium decis. 26. nu. 6. circa medium.*
Prout è contra à verisimili etiàm metus pro-
bari dicitur stantibus circumstantijs, & præ-
sumptionibus illum inducentibus, *Crauetta
cons. 49. num. 5.* latè *Roland. cons. 120. num.
112., & seqq. lib. 4. Decian. cons. 15. nu. 34. lib. 1.
Honded. cõs. 29. n. 30. lib. 1. Rot. apud Giouagnonũ
post cons. 67. nu. 62., & seqq. lib. 1. eadem Rot.
apud Ludouisium citata decis. 26. num. 6.*
84 Et maximè, quia talis venditio neq. bonis
moribus repugnabat, neq. legibus, sed ratio-
nabilis

nabilis facta ſcilicèt tùm ratione pietatis, tùm ratione propriæ vtilitatis, vt ſuperiùs ponderatum fuit, præſertim cùm idem Sp. Laurentius remaneret creditor patris de pretio dict. bonorum ad ipſum patrem peruento, vt conſiderat, licèt in diuerſis terminis; *eadem Rot. Rom. apud Pan. in allegata deciſ. 491. dict. num.*
85 *17. in verſ. Et eò maximè*; Quibus omnibus coniecturis adſtipulatur probitas Notarij, qui confecit Inſtrumentum prædictum, rogatum enim fuit ab olim Egr. Pompeo Morganti viro integerrimo, & probo, cuius probitas ad excluſionem metus valdè attendi ſolet, *teſte Merlino in eius tract. de legitim. lib. 3. tit. 7. q. 28. nu. 8.* loquente in terminis metus reuerentialis, vbi etiam affirmat, quòd *Rot. Rom.* de facili hanc metus reuerentialis exceptionem reiicere ſolet.

Sublatis itaq. ex dictis tàm in primo, quàm in ſecundo, & tertio articulo exceptionibus rei iudicatæ, & nullitatis contractus venditionis bonorum, de quibus agebatur, nec non ſublato prætenſo metu reuerentiali, patens redditur Iuſtitia noſtræ ſententiæ, in qua pronontiauimus, Sp. Petrum Tuccium immittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum controuerſorũ, vt idem Sp. Petrus ſibi poſſet ſatisfacere de fructibus prò ſumma ſcutorum 5500. ſolutorũ pro parte pretij bonorum per ipſum emptorum a DD. Sp. Philippo, & Laurentio; Itidem prò expenſis, damnis, & intereſſe paſſis, & in futurum patiendis occaſione euictionis
86 prędictorum bonorum; Conſtabat enim de credito, mediante euictione prædictorum bonorum ſequuta, & hypotheca ad fauorem d. Sp. Petri, & de poſſeſſione bonorum, de quibus agebatur, penès d. Sp. Laurentium Podium, quæ ſunt requiſita Saluiani interdicti, *Rot. Rom. in collect. per Statil. poſt tract. de Saluiano interdict. deciſ. 55. num. 1. Merlin. Deciſ. Luc. 22. num. 1. cum ſeqq.*

Et quamuis in foro Mercatorum idem Sp. Petrus, mediante ſententia in eo emanata, & deindè in iudicatum tranſacta, declaratus fuiſſet creditor pretij dictorum bonorum, eidem ſoluendi per Syndicos creditorum Spect. Philippi patris Sp. Laurentij, & ea propter ex parte eiuſdem Sp. Laurentij obijceretur, ipſum non potuiſſe moleſtari ab eodem Sp. Petro prò ſatisfactione pretij dictorum bonorum, cum ea obtinere debent vigore ſententiæ prędictæ, cuius executionem etiàm ipſe Sp. Petrus in eodem mercatorum foro petierat contra prædictos Syndicos creditorum in bonis, & effectibus d. Sp. Philippi exiſtentibus penès prædictos Syndicos;

Conſideratum tamen fuit, ſententiam prædictam nihil ſuffragari, adeò iuuare d. Sp. Petrum, cùm omnia bona; omneſq. effectus prædicti Sp. Philippi exiſtentes penès Syndicos creditorum conſumerentur prò ſolutione creditorum anteriorum, ità vt non ſolùm ipſe, ſed etiàm alij ipſo anteriores penitùs inſoluti, & inanes remanerent, vt notorium eſt, & clarè, & euidentèr ex parte prædicti Sp. Petri probatum fuit, quo attento, dicta ſententia non obſtante cenſuimus, locum eſſe petitæ immiſſioni in poſſeſſionem bonorum, de quibus agebatur, ad fauorem eiuſdem Sp. Petri, quam eidem conceſſimus etiàm prò ſatisfactione
87 damnorum, expenſarum, & intereſſe; Quoniàm obligatus de euictione vltrà reſtitutionem pretij rei euictæ, tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe, *l. venditor, vbi Bart. & Bald. & l. euicta, ff. de euict.* cum alijs Iuribus, authoritatibus, de quibus *per Mangil. de euict. quæſt. 179. num. 1. & 13.* in puncto *poſt Salgadum deciſ. 55. num. 12. & 13. & deciſ. 56. num. 1. & 2. poſt eundem Salgadum*, vbi latè.
88 Quòd maximè procedit, quandò venditor, vèl fideiuſſor ſe expreſsè obligauit ad damna, expenſas, & intereſſe, vt ſubdit ibidem, *Idem Mangil. num. 6. cum duobus ſeqq.*

Et ità deciſum vtraq. parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis ſi ab Eccleſia concedatur pluribus fratribus in ſolidum recipientibus prò ſe, & eorum deſcendentibus, & cum Iure accreſcendi intèr eos, portio deficientis prò rata ſpectat ad ſuperſtites etiàm Iure repræſentandi. Proximitas quandonàm ſit dimetienda ab vltimo defuncto, vèl à primo acquirente in ſucceſſionibus emphyteuticis. Confeſſio iurata, & per partem acceptata non nocet confitenti, quandò eſt erronea, cui quandò probatio magis plena præualeat, tangitur.

SVMMARIVM.

Repræſentatio non datur in emphyteuſi præſertim Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia acquiſita, num. 1. & 2. Et de ratione, num. 3.

Subingressio non procedit in successione emphyteusis concessæ absq. qualitate hæreditaria num. 4.

Emphyteusis admittit gradaum prioritatem, & donèc adsunt de prima generatione, excludit eos, qui sunt in secunda, nèc dat repræsentationem numero 5.

Nepos in emphyteusi non excludit patruum, sed patruus excludit nepotem num. 6.

Emphyteusis ex pacto, & prouidentia quomodò differat ab hæreditaria, & emphyteusis Ecclesiastica qualis ex istis censeatur num. 7. 8., & 9.

In Linea transuersali quoto gradu distat remotior à communi stipite, eodem gradû distant inter se, n. 10.

Stat. vniuers. Luc. de successsion. ab intestat. cap. 9. lib. 2. *Mandat numerari gradus secundùm Ius Canonicum, ob quòd non est habenda ratio computationis graduum Iuris Ciuilis num. 11.*

Proximior inspecto Iure Ciuili non excludit æqualem in gradû inspecto Iure Canonico num. 12.

Contrahentes præsumuntur se conformare cum dispositione Statuti in successionibus etiam emphyteusis ex pacto, & prouidentia num. 13.

Vinculi duplicitas non consideratur in successionibus ab intestato, nèc habet locum in successione nepotis numero 14.

In Emphyteusi Ecclesiastica non potest considerari maior affectio ergà proximiores primi Receptoris, quàm vltimi defuncti num. 15.

Emphyteusis per mortem vltimi defuncti capitur prouti de Iure, Iure quodam succedendi num. 16. Idemq. procedit in feudo num. 20.

Proximitas est dimetienda ab vltimo defuncto tàm in fideicommisso, quàm in emphyteusi, cùm ab vna ad aliud valeat argumentum, num. 17. Et ab emphyteusi ad Feudum, quandò non reperitur diuersa decisio num. 21.

Stylus iudicandi inducitur per binas iudicaturas numero 18.

Exarantur multæ decis. Sact. Rot. Rom. *Affirmantes, proximitatem esse dimitiendam ab vltimo defuncto, num. 19. Ponitur ratio, num. 22.*

Proximitas respectû primi acquirentis in successionibus feudalibus, seù emphyteuticis, aùt hæreditarijs quandò attendatur, & quandò proximitas vltimi defuncti cum rationibus, num. 23. 24. 25. & 26.

Ius accrescendi quandò habeat locum intèr Inuestitos in contractû emphyteusis, & ex quibus colligatur, num. 27. & 28.

Pars, deficiens ob mortem, accrescit potiùs portioni, quàm personæ iuxta portiones diuisas, nu. 29.

Regula, quòd emphyteusis, in vnam lineam ingressa, in ea perpetuare debeat, & obaenta vni ex proximioribus inuestitis, donèc superest aliquis ex dicta linea, etiàmsi sint in Inuestitura comprehensi, non admittantur, quandò procedat, & multis exemplis explicatur n. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.

Nullitas ex defectû citationis quandò dicatur sanata, num. 37. & 38.


Confessio plenè probat contra confitentem num. 39.

Confessio nèdùm simplex, sed etiàm iurata non nocet confitenti, quando est erronea, etiamsi fuerit acceptata per partem num. 40.

Probatio magis plena sempèr præualet confessioni iudiciali factæ intèr easdem partes in alio iudicio moto num. 41.

Confessio emissa ad vnum effectum, releuat etiàm quoad alium, qui venit in consequentiam illius, præsertim quandò confessio est adminiculata, & tendit in merum præiudicium confitentis num. 42.

Dubietas articuli potest facere absoluere partes ab expensis num. 43.



Decisio IX.

EX suppositione in facto, quòd Monasterium Adm. RR. Patrum SS. Bartholomæi, & Pontiani de Luca Concessit ad Liuel-
3 lum, siuè emphyteusim Quirico, Paulino, & Augustino fratribus, & filijs qu. Laurentij Sbragiæ de Massa Macinaia recipientibus, & conducentibus in solidum pro se se, & eorum, & cuiuslibet eorum filijs masculis legitimis, & naturalibus descendentibus vsque in tertiam Generationem masculinam incipiendam ab ipsis stipulantibus, Itaquod dicti Augustinus, Quiricus, & Paulinus sint in prima generatione; eorũ filij in secũda, & filij filiorum in tertia, & vltima generatione, & cum Iure accrescendi inter eos, nonnulla bona posita in Communi Massæ Macinaię pro annuo Canone stariorum vndecim frumenti, vt latiùs constat ex publico Instrumento rog. ab Egr. S. Alexandro Lippio sub die 1. Maij 1598., quæ bona postea vnà cum alijs intèr eos diuiserunt, postquam diuisionem &c. obijt Paulinus vnus ex dd. fratri-
bus primis acquirentibus, relicto post se Ioan- 5
ne eius filio, vt constat ex testibus in processu examinatis super 3. *Capitulo*, ac etiam ex confessione Iudiciali facta inter easdem partes in alio Iudicio moto de anno 1640. per d. Quiricum patrem Reorum conuentorum, vt constare visum fuit ex actis Egr. D. Carelli de Carellis, qui paritèr vitam cum morte commuta-

uit

uit, superstitibus tantùm Quirico eius patruo,
& Mattheo, ac Laurentio eiusdem Ioannis fratribus patruelibus. Quapropter prædicti Laurentius, & filij dicti Matthæi, conuenerunt Franciscum, & Georgium filios dicti Quirici coràm Iudice Ordinario vtili rei vindicatione, scilicèt pro vendicandis ab eis bonis pro rata d. q. Paulini, & instructo processu, dd. Actores Laurentius, & filij d. Matthæi obtinuerunt sententiam fauorabilem à d. D. Iudice ordinario supèr bonis in calce libelli descriptis; Qua Causa deuoluta ad Rotam per viam Appellationis interpositæ per Franciscum, & Georgium Reos conuentos, & filios Quirici.

Hodiè proposui dubium coràm DD. meis, àn d. Sententia D. Iudicis ordinarij esset infirmanda, vel confirmanda, & DD. vnanimitèr confirmādam esse dixerunt moti ex plutibus.

1 Nàm licet in Iure adsit famigerata illa quæstio, an scilicèt in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, præsertim Ecclesiastica, cesset repræsentatio, ita vt patruus in portione fratris deficientis excludat nepotes ex altero fratre; Et quòd non detur repræsentatio, est doctrina *Bartol. in authent. post fratres, Cod. de legit. Hæredib. Cuman. in l. cum ita §. in fideicommisso, ff. de legatis 2. Bald. in liberti, libertaq. n. 24. Cod. de oper. libert. Socin. iun. cons. 73. nu. 17. & 31. lib. 1. Alex. cons. 129. num. 8. lib. 5. Molina de Hyspaniar. pr. genijs lib. 3. cap. 7. nu. 40. Caldas Pereira de nominat. emphyteut. qu. 17. num. 5. & 6. & seq. & cons. 30. num. 56. Emanuel a Costa in quæst. patrui, & Nepotis pagina 34. Mantica de tacitis, & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 9. cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 347. num. 8. Gamma decis. Lusitana 174. num. 16. Magon. decis. Luc. 19. num. 13.*
2 *Capyc. Latro decis. 126. num. 1. & 26.* Qui eleganter reportat decisum in Sacro Consilio Neapolitano non dari repræsentationem in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, præsertim Ecclesiastica, *Addentes ad Buratt. dec. 838. num. 16. & 17.* vbi plures cumulantur *Rotæ Romanæ decisiones*, præsertim *decis. 219. numer. 5. parte 4. diuers. eadem Rota in illa Romana Emphyteusis 13. Iunij 1620. coràm B. M. Pirouano, & in Romana de Rouilijs 22. Maij 1628. coram eodem, & fuit dictum in Vrbinaten. Emphyteusis 29. Maij 1648. coram Eminentiss. Ottobono §. Etenim certum est*, Quæ est in
3 eius impressis *decis. 148. num. 5.* Ex eo, quòd emphyteusis Ecclesiastica ex pacto, & prouidentia non est quid hæreditarium, aut hæreditati cohærens; Cùm in ea non succedatur Iure hæreditario, sed iure sanguinis, prout quisque proximior est. *Donatus Anton. de Marinis quotid. resolut. liber. 2. capit.* *116. numer. 7.* qui testatur de receptiori opi-
4 nione; Ità vt subingressio non detur in successione emphyteusis concessę absquè qualitate hæreditaria, *Horatius Montan. controu. 3. per totam*, qui inuehit contrà *Castillum*, & alios contrariam opinionem sustinentes.
5 Et sic in tali emphyteusi non attenditur dispositio municipalis, quæ patruum vna cum nepote ad successionem patrui vocat, sed iuxta graduum prioritatem, & donèc adsunt de prima generatione, qui sunt in secunda non admittuntur, nèc datur repræsentatio, *Valasc. de iure emph. q. 50. Fulgin. eodem tract. tit. de success. in bonis emphyt. qu. 1. per totam. Mangil. de imput. quæst. 77. num. 161. & 162. Berous cons. 55. num. 11. & 12. lib. 2. Surd. cons. 403.*
6 *num. 54. vol. 3.* & consequenter Nepos non excludit patruum, sed patruus excludit nepotem, *Rota Florentina apud Monac. decis. 53. numer. 7. 8. 9. & 10. Fulgin.* vbi supra. *citat. qu. 1. tit. de success. in bonis emphyt.* præcipuè *numer. 60.*

7 Et hinc oritur differentia inter emphyteusim ex pacto, & prouidentia, & hæreditariam; Nam prima tunc dicitur, quandò est concessa ad tertiam generationem pro se, filijs, & descendentibus, absquè qualitate hæreditaria, vt fuit firmatum *in Fulginaten. emphyt. 28. Iunij 1627. coram B. M. Pirouano*, & fuit dictum *in Fulginaten. Saluiani coràm R. P. D. Bichio impress. post Merlin. de pignor. dec. 69. n. 5.*
8 Et emphyteusis Ecclesiastica ex sui tenore videtur ex pacto, & prouidentia tanquam concessa pro se, filijs, & nepotibus masculis absque mentione hæredum, *ex doctrina Bartoli in l. iuris iurandi §. si liberi num. 4. ff. de operis libertor. Peregrin. cons. 28. num. 11. lib. 1. Menoch. cons. 1153. num. 3. & 4. Surd. cons. 76. num. 3. cum seqq. Roscut. de faudis cap. 11. conclus. 7. num. 5.* & fuit dictum *in Farfen. bonorum 27. Nouembr. 1648. coram R. P. D. Cerro, §. Placuit responsio*, Et in illa succeditur iuxtà graduum proximitatem, vt suprà fuit
9 fundatum; In hæreditaria autèm pro se, filijs, & hæredibus attenditur ordo, quo Lex ad hæreditatem vocat, idest, vt simul admittantur omnes, qui in eodem gradu sunt verè, vel per repræsentationem legis, & sic in hæreditaria filius intrat in locum Patris, & nepos cum patruo, prout ità respondendo contrarijs, & in specie *Roland. cons. 68. num. 36. lib. 1. & Gabriel. cons. 86. num. 9. & 10. lib. 1.* cum alijs, qui allegari possunt, dixit *eadem Rota in dicta Vrbinaten. Emphyteusis 7. Iunij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. §. Nam vbi agitur.*

Attamèn Domini dixerunt, quod non versamur in terminis præcitatæ quæstionis iàm ex

dictis

dictis resolutæ, dùm non agitur cum Patruo succedere volente fratri defuncto in concursu cum nepotibus ex altero fratre, ex eo quod Paulinus, de cuius portione agitur, decessit cum filio masculo vocato Ioanne, sed agitur de succedendo nepoti, proptèr cuius mortem extincta fuit linea Paulini, & concurrunt patrui, & nepotes ex altero fratre prædefuncto, qui respectu vltimi decedentis sunt in æquali
10 gradu, ex regula illa, quòd in linea transuersali quoto gradu distat remotior à communi stipite, eodem gradu distant inter se, vt *per Glosam, & Doctores in capit. finali de consanguin. & affinit. Couarr. in epitom. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 6. num. 7. vers. tertia regula Petrus Gregorius Tholosan. syntagmatum iuris Vniuersi part. 2. cap. 9. num. 9.* nouissimè *D. Lælius Altogradus cons. 46. num. 18. 19. lib. 2.* Ideoque non debet cessare concursus, qui tamen cessat quandò agitur de successione fratris, cui est proximior magis, quàm sint nepotes ex altero fratre, qui contendunt venire ad successionem cum d. patruo, & licèt patruus de iure ciuili dicatur esse in tertio gradu, & nepotes in quarto; Ideoq. versari in terminis primæ quæstionis iam resolutæ: Cùm etiam respectu patrui vinculi duplicatis consideretur, non solùm vti vnius ex inuestitis, sed etiam vti magis proximi Paulino, & sic ad d. partem admitti debeat, exclusis nepotibus, &c.
11 Fuit enim responsum, quòd *per Statut. de successionibus ab intestato cap. 9. lib. 2. Statut. Vniuersal.* non solùm admittitur patruus vna cum nepotibus ex altero fratre in successione nepotis, seu fratris patruelis, sed etiam mandat numerari gradus secundùm Ius Canonicum, & sic non esse habendam rationem computationis graduum Iuris ciuilis, vt in puncto fundat *Paris. cons. 66. nu. 6. cum plurib. seqq. lib. 2. Ruin. cons. 32. nu. 6. 7. & nu. 15. lib. 3.* & conse-
12 quentèr proximior inspecto Iure ciuili non excludit æqualem in gradu inspecto Iure Canonico, *Soccin. Iun. cons. 15. num. 6. lib. 4. Hondedeus cons. 4. num. 99. lib. pri. Decius cons. 444. num. 4. 5. 6. & 7. Marta de success. legali parte 2. quæst. 4. art. 6. num. 6. 7. 8. 9. in fine vers. Idem in statut. Cyriac. controu. 386. nu. 36.* Vltrà quod adest præsumptio descendens ex d.
13 Statuto, cuius dispositioni certum est contrahentes se conformare voluisse, & eo modo succedi quo succeditur ab intestato, etiamsi versemur in emphyteusi ex pacto, & prouidentia secundùm veriorem doctrinam *Bartoli in l. iuris iurandi §. si liberi, ff. de operis libertor.* tradunt *Soccin. Iun. cons. 82. nu. 6. lib. 4. & cons. 70. num. 1. lib. 1. Fusar. de substitut. quæst. 379. num. 13. & seqq. & num. 16. Cornazan. decis.* *Luc. 121. per tot.* latissimè. *Rot. Rom. apud Cavalerium decis. 555. per tot. & decis. 583. num. 5. & 6. & apud Buratt. decis. 838. num. 1. &* & ibi. *Verallu. in additionibus, Merlinus decis. 447. nu. 20. 21. Ioan. Paulus Melius allegat. 66*
14 *num. 73. lib. 2.* Et in successionibus ab intestato non consideratur vinculi duplicatas, vbi habet locum in successione nepotis: ex text. in *auth. cessante C. de legitimis hæredibus, & in auth. itaq. C. commun. de success. Bart. in l. 1. §. legit. n. 1. ff. de suis, & legitimi. hæredib. Cutell. cons. 166. num. 9. lib. 5. Gozzadin. cons. 19. n. 20. Peregrin. de fideicommissis art. 19. Marta de success. par. 3. qu. 4. art. 2. n. 5. & 6.* & fuit firmatum à Rota in illa Firmana fideicommissi 28. Nouembris 1640. coràm Eminentiss. Ottobono §. denique.

Vnde per DD. meos fuit restricta difficultas pro resolutione istius Causæ ad illam quæstionem; an proximitas sit dimetienda à primis Inuestitis, quibus est proximior patruus, quàm sint nepotes; Vel sit attendenda proximitas vltimi defuncti, cuius ratione patruus, & nepotes dicuntur esse in æquali gradu, & certè dicimus, secundùm magis communem inter Moderniores, esse attendendam proximitatem vltimi defuncti Ioannis filij q. Paulini; Ita vt Quiricus, seu illius filij, scilicet Franciscus, & Georgius Rei conuenti ad portionem Paulini, seu Ioannis eius filij debeant concurrere vna cum Laurentio, & Matthæo filijs, & descendentibus ex Augustino vno ex primis acquirentibus æquali portione; Ex eo quòd
15 emphyteusis habetur ab Ecclesia concedente, in qua non potest considerari maior affectio ergà proximiores receptoris primi, quam vltimi defuncti; *ad tradita per Bartol. in l. mortis causa capitur in princip. ff. de donat. causa mortis & in l. si mihi, & Titio ff. de verbor. obligat. Molin. de pri. genus Hyspaniar. lib. 3. cap. 4. nu. 14.* in puncto; *Rota in Bancn. seu Senogallien. Bonorum 14. Martij 1646. Cor. R. P. D. Meltio §. pr. ad fin.* vbi latè. *DD. & decis.* Cumulat, & sic in eo dicendum est, quòd succedatur prout de iure, scilicet vltimo defuncto, per cuius mortem capitur emphyteusis iure quodam succedendi, ve in puncto emphyteusis consuluerunt *Gabriel cons. 116. à n. 101. lib. 1.* quem refert, & sequitur *Mantic. de tacitis lib. 21. tit. 18. nu. 38. Ruin. cons. 159. nu. 6. vers. & ideo. Paulus de Castro cons. 191. nu. 8. vers. & istud etiam voluit lib. 2. & cons. 47. nu. 6. lib. 3. Roland. cons. 100. nu. 16. Hondedeus cons. 13. num. 29. lib. pr. Malnasia cons. 31. num. 10. Gabriel. cons. 86. à num. 12. vsque ad finem & cons. 90. num. 23. & cons. 131. num. 16. lib. pr. & cons. 68. num. 8. lib. 2. Decian. cons. 25. num. 12. lib. 3. & cons. 546. sub num. 5. Paris. cons. 3. num. 38. lib. pr. & cons.*

36. *num.* 2. *& cons.* 42. *num.* 24. *lib.* 3. *Corneus*
cons. 190. *Menoch. cons.* 269. *vsque ad num.* 27.
lib. 3. *Soccin. Iun.* loquens de feudis, & emphyt.
cons. 126. *lib. pr. & cons.* 34. *num.* 16. *lib.* 3. *Tobias Nonius cons.* 26. *num.* 3. *Pancirol. cons.* 179.
num. 8. *Giouagnon. cons.* 24. *n.* 39. *& seqq. vol.* 2.
Negusant. Iun. responsa 263. *num.* 2. *&* 14. nouissimè. *D. Lelius Alegr. cons.* 13. *num.* 52. *lib.*
2. *Berrett. cons.* 37. *num.* 7. *lib. pr.* & fuit doctrina etiam *Bartol. in l. ius iurandi §. libri ff. de operis libertor. Bald.* in puncto loquens de emphyt. *in l.* 2. *nu.* 5. *Cod. de iur. emphyt.* & non
dissentit *Alex. in l. ex facto §. si quis autem in pr. notab. ff. ad Trebellianum. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 4.
solut. 3. *num.* 31. *Tiraquell. de iure primogenit. q.*
3. *numer.* 6. *Alciat. in l. proximus ff. de verbor. signif. Marta de success. legal. par. pr. q.* 10. *art.*
2. *num.* 9. *verb. idem in emphyt. Rosenthal. de feud. cap.* 7. *concl.* 57. *num.* 10. *&* 11. *Giurba de succ. feud. cap.* 118. §. 2. *Glos.* 13. *num.* 35.
Antonin. de Amato var. resolut. resol. 10. *num.*
19. *Gabriel. commun. conclus. tit. de iure emphyt. concl. pr. num.* 17. *Fusarius de substit. qu.* 484. *a num.* 10. qui cumulat 60. Doctores. *Thesaur. decis.* 64. *num.* 3. qui cumulat etiàm prò ista opinione alios 32. Doctores. *Magon. decis. Lucen.* 59. *in addition. litera B. vers. quò verò ad materiam emphyt. Rot. Rom. decis.* 72. *num. pr. par.*
17 *pr. diuers. & decis.* 22. *par.* 3. *diuers.* Qui omnes
Consulentes licèt loquantur partim in fideicōmisso, & partim in emphyteusi, scilicèt proximitatem esse dimetiendam ab vltimo defuncto, tamèn eadem conclusio vindicat sibi locum tàm in emphyteusi, quàm in fideicommisso; Cùm ab vna ad aliud valeat argumentum, in puncto *Decian. cons.* 25. *num.* 22. *lib.*
3. *Peregrin. de fideicomm. art.* 27. *num.* 4. *Fusarius de substitut. q.* 484. *num.* 15. Et cum recepta sit ista opinio à *Rot. Rom. in Casenaten. emphyteusis* 14. *Decembris* 1635. *coràm Merlino*, quæ est inter eius impressis *decis.* 699. *nu.* 12. *& c.* ac etiàm visit comprobata in ista Rota, vt videre est *de anno* 1596. *in causa quorundam de Fagnano, & de anno* 1646. *per acta Eg. S. Francisci Stocchetti in causa Bernardini Angelini, cui*
18 *& c.* Rota paritèr ipsam firmare voluit; Cùm
stylus iudicandi inducatur per binas iudicaturas, *Vicent. de Franchis decis.* 238. *nu.* 3. *& decis.*
19 470. *num.* 5. Vbi *Addentes, Capyc. Latro dec.*
30. *numer.* 20. *Mastrill. decis. prim. numer.* 20.
& faciunt prò ista opinione latissimè cumulata *per Censal. in obseruat. ad Peregrin. de fideicommiss. art.* 20. *per totum à fol.* 28. *col.* 2. *usq. ad fol. & per tot.* 94. vbi latè, hæc omnia comprobat. *Impress. Venetæ.* & fuit firmatum, *In Amerin. fideicommiss.* 26. *Nouemb.* 1644. *coram*
Eminentissimo Otthobono, confirmata 17. *Maij* 1645. *in eius Impress. decis.* 21. & in terminis Emphyteusis videnda est decisio *in Casenaten. Emphyteusis* 16. *Iunij* 1651. *coràm R. P. D. Albergato §. Quod autèm.* vbi quòd attendatur proximitas vltimi.
20 Idemque diximus affirmandum in successionibus feudorum ob eandem rationem, prout fundat *Rosental. in suo tract. feud. conclus.*
57. *num.* 10. *&* 11. vbi multa ad propositum ponderat, latissimè. *Roland. d. cons.* 100. *lib.*
21 *pr. Intrigliolus decis.* 43. *num.* 94. Cùm valeat argumentum de feudo ad emphyteusim, quandò non reperitur diuersa decisio, in specie. *Corneus cons.* 42. *num.* 5. *vers. in hoc tamèn idem diù lib.* 4. *Belloni de iure accrescendi cap.* 6. *qu.*
38. *num.* 2. ac etiàm quòd idem procedat in fideicommissis, vt suprà firmaui, *ex Marta de success. legali qu.* 11. *art. pr. num.* 11. *cum seqq.* vbi testatur de magis communi opinione. *Fu-*
22 *sarius cons.* 150. *num.* 3. Ex eo, quòd si proximitas Testatoris inspiceretur, plurima sequerentur absurda, & successiones sæpissimè turbarentur, & à liberis morientis in transuersales remotissimos fieret transitus, & quisque negligeret res hæreditarias, & domina rerum essent sub incerto; Eò quòd si per longissima tempora Testator esset mortuus, non posset tunc inueniri, quis illi proximior esset, & lites essent inextricabiles. *Simon de Pratis cons.* 90. *num.*
5. *&* 6. *Cancer. variar. resolut. parte pr. cap. pr. num.* 302. *Cyriacus controu.* 414. *num.* 3. *par.* 3. *Hodierna ad Surd. decis.* 66. *num.* 5. *Addentes ad Molin. de primogen. Hyspan. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.*
3. *vsque ad* 21. *Antonin. de Amato variar. resol. resol.* 10. *num.* 2. *Romanus cons.* 50. *nu.* 7. *Adrian. Negusant. qu.* 30. *num.* 21. *& qu.* 173. *num.* 56. *& qu.* 300. *num.* 6. & ita fuit decisum *in Rota Bononien.* teste *Barzio decis.* 11. *num.* 11. *& apud Magon. decis.* 83. *num.* 16. & hanc opinionem canonizauit *Rota Romana*, vti veriorem, & magis communem, & signantèr *in decis.* 72. *par. pr. diuers. & decis.* 681. *par.* 2. *recent. & apud Buratt. decis.* 107. *num.* 2. & ibi *add.* vbi inquit hanc esse tutissimam opinionem, *& apud eundem decis.* 744. *n.* 6. & ibi paritèr *add. lit. A.* & *in Bonon. de Cataneis* 5. *Nouēb.* 1629. *corā Pirouano.*
23 Et licèt non desint Doctores contrariam opinionem sustinentes, nimirùm quòd in successionibus feudalibus, seù emphyteuticis, non autèm hæreditarijs attendatur proximitas respectu primi Acquirentis ex ratione, quià succeditur primo Acquirenti, non autèm vltimo defuncto. *per tex. in cap. pr. §. vltimo de success. frat. vel grad. succed. in feud. Rota decis.* 127. *nu.*
3. *par. pr. recentior Marescott. variar. resolu. lib.*
3. *cap. pr. Menoch. cons.* 507. *num.* 11. *Monacus*

decis. Florent. 53. *nu.* 11. *Tiraqnell. tract. de re-*
24 *tract. lignager.* §. 11. *Glos. pr.* qui fundat, quòd
proximitas vltimi defuncti debeat considerari
in successionibus feudalibus hæreditarijs, secùs
tamèn in ijs ex pacto, & prouidentia, quià tunc
debet attendi proximitas primi acquirentis,
& hanc distinctionem approbauit. *Couarr. pra.*
Eticar. quæst. cap. 38. *num.* 1. *vers. sed ille tex.*
sequitur *Peregr. de fideicomm. art.* 51. *num.* 59.
vers. quo circà, & hæc distincto placuit in de-
cidendo. *Ludouic. dec. Luc.* 29. *num.* 38. & in
consulendo. *Menoch. cons.* 507. *nu.* 11. & priùs
cons. 124. *num.* 42. *Surd. cons.* 31. *num.* 30.
25 Etenim fuit responsum, quòd omnes Do-
ctores suprà relati per nos ad fundandam no-
stram sententiam loquuntur in feudo, seu em-
phyteusi ex pacto, & prouidentia, proùt hìc,
nequè negat. *Peregrin. de fideicomm. citat. art.*
51. *num.* 59. Contrariæ opinionis sectator, qui
pro sua opinione allegat. *Roland. cons.* 100. *nu.*
12. *lib. pr.* Qui si benè perpendatur concludit
prò prima nostra sententia, & quòd dicta di-
stinctio sic futilis, & imaginaria, proùt nouis-
simè ipsam refellit. *D. Lalius Altogradus cons.*
25. *num.* 20. *lib. pr.*
26 Imò rationes Doctorum suprà citatorum
contrariam sustinentium latè refellit. *Rosental.*
de feud. cap. 7. *conclus.* 57. *num.* 10. eò quòd hæc
duo simul stare possunt, quòd in feudo, seù
emphyteusi succedatur primo Acquirenti, &
circà ordinem succedendi attendatur proxi-
mitas respectu vltimi defuncti, ùt in terminis
etiàm respondet. *Clarus* §. *testamentum qu.* 76.
num. 14. qui loquitur in fideicommisso, quod
idem est, scilicèt quòd succedatur Testatori,
& quòd attendatur proximitas grauati, eò
quòd grauato semel adeunte, factum est patri-
monium eius, *l. sed si plures* §. *filio ff. de vulgar.*
Glosa, *&* *Doctores in l. pr.* §. *Veteris ff. de acquir.*
possess. in puncto. *Marta de success. Legali parte*
pr. qu. 12. *art. pr. num.* 12. & hæc, & simila pon-
derat. *Roland. cons.* 100. *num.* 19.
27 Quibus omnibus ad decisionem nostram
valdè congruentibus adiungebatur motiuum
solidissimum, scilicèt quòd emphyteusis, de
qua agitur in præsenti, est facta dd. tribus fra-
tribus, scilicèt Quirico, Paulino, & Augustino
in solidum recipientibus pro se, & eorum de-
scendentibus, & cum iure accrescẽdi inter eos,
& sic intrat conclusio, quòd vbi emphyteusis
est pluribus coniunctim concessa cum clausula
In solidum, & cum expressa circumstantia Iu-
ris accrescendi inter eos, clarè constat inter
dd. Inuestitos habere locum Ius accrescendi,
siuè hoc succedat ex iure accrescendi abusiuè
sumpto, siuè ex vi pacti, & Inuestituræ, certum
sempèr est, quòd portio deficientis pertinet,
& spectat ad superstites, cùm in contractibus
sempèr sit spectandum, & seruandum, quod
à contrahentibus actum est, *l. semper in stipu.*
lation. 35. *ff. de regulis iuris*, & in terminis em-
phyteusis. *Bellonus de iure accrescendi cap.* 6. *q.*
38. *nu.* 7. *vers. tertius casus Socein. cons.* 50. *vol.*
pr. Gabriel cons. 87. *Alex. cons.* 30. *num.* 9. *vol.*
3. *Curtius Senior cons.* 48. *&* 49. vbi hanc appel-
lat communem opinionem. *Rota in Recentior.*
parte 5. *decis.* 176. *num.* 7. *& seqq. Durao. dec.*
301. *num. pr.* qui alias decisiones eiusdem *Rota*
refert, nouissimè innumeris Doctorum autho-
ritatibus cumulatis fundat. *Fulgineus de con-*
tractibus emphyteuticis qu. 34. *num.* 12. qui lo-
quitur in fortioribus terminis, vt videre est;
28 Sicque sequitur, quòd cùm clarè onus soluen-
di Canonem sit vnicuique in solidum imposi-
tum, paritèr commodum proueniens ex ca-
pite Iuris accrescendi intèr eos in solidum
quoquè esse debet in puncto. *Ruinus cons.* 159.
num. 10. *vol. pr. Decian. cons.* 73. *num.* 8. *vol.* 2.
Bellon. de iure accresc. cap. 6. *qu.* 38. *num.* 146.
& faciunt relata, *per Barbosam de clausulis in*
claus. in solidum num. 4. & in terminis. *Rota*
Rom. decis. 435. *num.* 6. *par. pr. recent.* Ideo-
que cùm quilibet ex dd. primis Acquirentibus
habuerit suam portionem de prædictis bonis
in solidum linellaris à d. Monasterio, & ad di-
uisionem deuenerint iuxtà formam Instrumẽ-
ti rogati ab Egr. S. Fabritio Calceo, ad easdem
portiones pro rata debet accrescere portio de-
ficiens, & sic d. tertia pars deficiens ob mor-
29 tem Ioannis filij qu. Paulini accrescit potiùs
portioni, quàm personæ *per text. in l. si totum*
ff. de acquir. hared. l. qui ex duabus ff. eodem tit.
l. si Titio ff. de vsufructu, notat. *Bartol. in l. Mar-*
cellus §. *quidam liberis num.* 7. *ff. ad Trebell.* *&*
in l. re coniuncti num. 20. *ff. de legatis* 3. *Bald. in*
l. pr. num. 18. *Cod. quando non petentium partes*
Alex. cons. 24. *num.* 9. *lib.* 4. *Corneus cons.* 131.
num. 6. *lib. pr. Gratian. discept. for. cap.* 347. *n.*
12. nouissimè *Bottiglierius tractat. de successio-*
nibus theoremat. 53. *num.* 2.
30 Quibus non obstat regula illa, quòd emphy-
teusis in vnam lineam ingressa, in ea perpetua-
re debet, & sic cùm emphyteusis semel sit in-
gressa in lineam d. Quirici, in ea continuare
debet vsquè ad totalem illius extinctionem,
ad text. expressum in cap. pr. in fin. de natura suc-
cession. feudi vbi *Bald. num. pr. Afflict. num.* 77.
qui licèt loquatur de feudo, habet etiam
locum in emphyteusi, vt voluit. *Ruin. cons.* 166.
num. 10. *& cons.* 9. *num.* 5. *lib. pr. vers. quinimò*
videtur. Corneus cons. 263. *num.* 10. *lib. pr. Hon-*
dedens cons. 36. *num.* 35. *lib. pr.* loquens de em-
phyteusi Ecclesiastica. *Natta cons.* 22. *num.* 1.
lib. pr. cum alijs latissimè cumulatis, *in Case-*

naten. emphyteuſis 14. Decembris 1635. §. ſecun-
31 dò quia coràm B. M. Merlino, & quòd quandò
res emphyteutica vni ex proximioribus inue-
ſtitis obuenit, donèc ſupereſt aliquis ex d. li-
nea, etiamſi ſint in Inueſtitura compræhenſi,
non admittantur, conſuluerunt. Berous conſ.
93. num. 26. lib. pr. Decian. conſ. 98. num. 13.
lib. 3. Mantica de tacitis lib. 23. tit. 33. num. 17.
& in iſtis terminis dicebant informantes, fun-
daſſe. Rotam in Caſenaten. emphyteuſis 15. Mar-
tij 1652. coràm R. P. D. Meltio §. demùm vſquè
ad finem.
32 Fuit enim reſponſum, quòd obiectum pro-
cedit, quandò Emphyteuſis fuit diuiſa, & por-
tio liuellaria aduenit in deſcendentes ab vno
titulo diuiſionis, & iſto caſu, donèc ſupereſt ali-
quis de linea illius, in quem fuit ingreſſa pro-
ptèr diuiſionem illa portio, alij de alia linea,
etiàm in Inueſtitura compræhenſi repelluntur,
& ità procedit tex. in cap. pr. de natura ſucceſſ.
feud. cum omnibus Doctoribus in obiecto ci-
tatis, proùt in terminis reſpondet obiecto, &
omnibus Doctoribus in eo adductis conci-
liando. Rotæ deciſ. Fulgin. tract. de emphyt. tit.
de ſucceſſ. in bonis emphyt. qu. 2. num. 18. quem
approbauit, Rota, ipſum referendo in d. Ca-
ſenaten. emphyteuſis 15. Martij 1652. coràm R.
P. D. Meltio §. demùm, & in terminis paritèr
33 loquitur diuiſionis d. deciſ. Caſenaten. Secùs
tamèn, quandò non titulo diuiſionis, ſed alio
titulo, quia tunc non intrat regula, quòd linea
ſemèl admiſſa ſemper duret admiſſa, Io. Bapt.
Coſta de facti ſcient. & ignor. centur. 1. diſtinct.
100. num. 55 & conſ. 53. num. 4. 5. D. Franciſc.
Cenſalius meus Germanus latiſſimè in obſeruat. ad
Peregr. art. 27. verſ. addo num. 16. fol. mihi 149.
& 150. Impreſſione Veneta.
34 Vel ad omne peius dicebant Domini ex
prędictis pro ſubſiſtentia deciſionis, dato, quòd
Quiricus poſſet excludere nepotes ratione
proximitatis, eo quia ipſe erat in primo gradu,
& nepotes in ſecundo, ſi volumus attendere,
& metiri proximitatem ab ipſis primis acqui-
rentibus contrà id, quod ſuperiùs firmatum
fuit, dum hodiè per obitum d. Quirici d. pro-
ximitas eſt redacta ad æqualitatem, ceſſat pa-
ritèr regula, quòd emphyteuſis ſemel ingreſsà
in vnam lineam, in ea ſempèr duret, & ſemèl
excluſus ſempèr dicatur excluſus, ex quo per
obitum d. Quirici ceſſat ratio d. excluſionis,
videlicèt gradus prærogatiua, vt in terminis
35 vltrà citatos fundat. Capyc. Latro deciſ. 126.
num. 15. lib. 2. Ità quòd patruus, qui de Iure
ciuili eſt in ſecundo gradu, excludat nepotes,
qui ſunt in tertio, ſolùm quouſquè adſunt, &
viuunt, & ſic pro tempore vitæ ſuæ, & num. 17.
ibi & ſic quouſq. ſuperſunt filij qui ſunt in ſecun-
do gradu, & clariùs num. 18. ibi conſequens eſt
quandò non iure ſucceſſionis, & ſanguinis, in
quo vnuſquique ſuum proprium repræſentat gra-
36 dum, & proindè quandò adſunt filij, qui ſunt
in ſecundo gradu conceſſionis, nepotes ex fra-
tre non admittuntur, per text. in l. ſi libertus §.
ſi libertus ff. de bonis libert.
37 Non obſtat citatio facta pro die prima Iuris
in oblatione libelli contra formam cap. 16. lib.
1. Statut. Tùm quia in facto non ſubſiſtit, & ex
actis exhibitis contrarium apparet, tùm etiàm
quià cum Rei conuenti in iudicio comparue-
rint, & litem ſuſceperint, eamquè conteſtati
fuerint, propter expreſſam negationem, omnis
prætenſa nullitas ſanata fuit, Vincentius de Frā-
chis deciſ. 514. num. 9. Caputaq. deciſ. 11. parte
pr. Ludouiſ. deciſ. 27. num. 3. & ibi add. num. 9.
Ferentill. ad Buratt. decis. 127 num. 8. cum ſeqq.
plures cumulat. Ridolphin. in praxi par. pr. cap.
38 4. num. 32. & 33. Quod procedit etiam, quan-
dò quis comparuit ad effectum excipiendi de
nullitate citationis Beltramin. ad Ludouiſ. d. dec.
27. num. 9. & Ferentill. ad Buratt. d. deciſ. 127.
num. 9. Ridolphin. d. cap. 4. num. 34.
39 Non obſtat confeſſio emanata in libello,
quòd Paulinus mortuus fuerit ſinè filijs, quæ ple-
nè probat contrà confitentem ad tradita per
Tuſc. concl. 645. num. pr. littera C.
Quia conſtat de errore d. confeſſionis per
teſtes examinatos ſupèr articulis Actorum,
40 quibus Rei conuenti nihil oppoſuerunt, &
confeſſio nedùm ſimplex, qualis eſt iſta, de
qua in libello, ſed etiàm iurata non nocet con-
fitenti, quandò eſt erronea quantumuis acce-
ptata fuerit per partem, quæ acceptatio in
actis non legitur. Berous conſ. 194. num. 1. conſ.
201. num. 15. & conſ. 206. num. 34. 35. lib. 3.
Decius conſ. 408. per tot. Pariſ. conſ. 131. num.
35. & ſeq. lib. pr. Gratian. diſcept. for. cap. 501.
num. 27. 28.
41 Præterea cùm probatio teſtium ſit confor-
mis confeſſioni Iudiciali factæ inter eaſdem
partes in alio iudicio moto de anno 1640. per
Quiricum patrem reorum conuentorum, vt
ex actis Egr. D. Catelli de Catellis, debebat
præualere ſimplici confeſſioni dd. Actorum
emanatæ in hoc libello, quià ſempèr præualet
probatio magis plena, Aymon. conſ. 6. num. 4.
& conſ. 53. num. 6. 7. Menoch. de retinen. rem.
3. num. 718. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 506.
num. 49. & cap. 562. nu. 20. & confeſſio emiſ-
ſa ad vnum effectum releuat etiàm quo ad aliū,
qui venit in conſequentiam illius, præſertim
quandò confeſſio eſt adminiculata, ac reddit
in merum præiudicium confitentis, Pacian. de
probat. lib. 2. cap. 6. num. 27. Felinus in capit.
per tuas de probat. num. 12. verſ. & licèt contra-

 rium

rium Rota in Romana hæreditatis de Gratian. 7. Februarij 1642. §. minus obstat il primo vers. confessio coram R. P. D. Roxas.

42 Absoluimus ambas partes ab expensis ex multis causis animum nostrum mouentibus, præcipuè proptèr dubietatèm articuli, *ad tradita per Menoch. de arbitrar. iudicum cas. 577. per totum, & per Zuccar. decis. Luc. 51. num. 170.* cum alijs passim.

Atque ita fuit decisum vtraque parte informante.

ARGVMENTVM.

Vxor àn, & quandò possit se obligare prò viro concurrentibus solemnitatibus statuti generalitèr loquentis. Statutum Lucæ in obligationibus mulierum non requirit cognitionem causæ decretæ in scriptis redigendæ, quæ àn præsumatur, & ligitima dicatur; & àn prædicta procedant de Iure Romano. Fideiussor indemnitatis àn possit molestari à principali fideiussore, adhùc damnum non passo, & non facta contrà principalem obligatum excussione.

SVMMARIVM.

Vxor fideiubens prò viro cum solemnitatibus Statuti validè obligatur, num. 1. fallit. num 2.

Verba admodùm generalia, & geminata dispositæ per statutum sunt apta comprahendere etiam obligationes vxoris pro marito, num. 3.

Mulieres prò viris non possunt intercedere num. 4.

Vxoris obligationi impeditiuæ carcerationis sui viri, licèt non iurata, solemnitatibus statuti munita, & non excedenti medietatem dotis non repugnat. Auth. si qua mulier &c. *num. 5. Ampliatur nu. 7. & 8. Ac de ratione num. 6.*

Carceratio infert infamiam personæ nobili num. 9.

Dotis commodo præponi debet decus mariti nu. 10.

Dos debet esse fortunarum mariti consors num. 11.

Mulier potest renunciare beneficio Velleiani *nu. 12. Ampliatur num. 13.*

Vxoris obligatio non dicitur voluntaria, si fuerit facta ad sublevandum virum magno ære alieno grauatum, & prò alijs indigentijs Domus num. 14.

Vxoris obligatio quandò præsumatur facta causa cognita num. 15. & 16.

Iudicis authoritas, & interpositio causa cognita in scriptis decreta non requiritur. ex Stat. Lucens. *Quod secùs* ex Stat. Vrbis. *Et explicatur,* Decis. 333. num. 4. Greg. *num. 17. Quomodò procedat ibidem.*

Causa non censetur legitima, cum non respiciat vtilitatem mulieris, & eius personam num. 18.

Obligatio mulieris quibus solemnitatibus indui debeat. per Stat. Luc. *Et quam causam requirat ad hoc, ùt sit valida, & sustineatur. num. 19. & 20.*

Fideiussor antequàm soluat, & damnum patiatur non potest agere contra fideiussorem indemnitatis num. 21. contrarium habetur num. 22. 23. & 24.

Excussio est potiùs facienda contrà principalem obligatum, antequàm molestetur fideiussor indemnitatis num. 25. fertur ratio num. 26. fallit nu. 27.

Excussio quandò habeatur, ac si fuisset legitimè facta num. 28.

Excussio fieri potest lite pendente, non obstate recursù, vbi noua probationes non admittuntur num. 29. Ampliatur num. 30.

Discussionis exceptione Rei principalis non iuuatur, quandò quis executiuè conuenitur, vigore Instrumenti num. 31. Ampliatur num. 32. & 33.

Exceptio discussionis Rei principalis est de apicibus Iuris num. 34.

Fideiussor indemnitatis non tenetur soluere de proprio, sed tantùm creditor habet actionem prò conseruatione indemnitatis ex Statuto Lucæ cap. 166. lib. 1. *num. 35.*

Fideiussor indemnitatis potest per releuatarium ad satisfactionem cogi, adueniis mora, & die solutionis reiecta oblatione alterius idonei expromissoris num. 36.

Actor an dicatur malè egisse patiendo ob moram sibi solui creditum debitum per debitricem, qua ad factum tenetur num. 37.

Clausula salutares intelliguntur ipso Iure adiecta in petitione, licèt in ea non legantur, ex cap. 15. lib. 1. Stat. Luc. *num. 38. Qua clausula quantum iuuent num. 39.*

Alienatio an videatur facta citate detentore, & non curatore hæreditatis iacentis vltrà eius vires debitis grauata num. 40.

Debitor cùm per æquipollens consequutus fuerit terminum à Statuto assignatum, impletur, & satisfit dicto Statuto num. 41.

Decisio X.

1 PRonunciamus ad fauorem DD. de Baldinottis mori; Quià fideiussio præstita per D. Lauiniam prò Sp. Sanctuccio eius viro fauore DD. de Baldinottis cum solemnitatibus omnibus. *cap. 39. lib. 2. Statut. Vniuersal.* erat valida stantibus prædictis iuxta tradita

tradita per Castrens. cons. 41. lib. 1. Seraph. de
priuileg. Iuramen. priuileg. 95. Rot. decis. 6. nu.
1. decis. 11. num. 12. penès Picum ad stat. Vrb.
2 Nèc dici poterat, ipsam remanere indota-
tam; Cùm ei salua esset medietas, & vltrà sua-
rum dotium, quæ ascendebant ad scuta 3000.
quòd si sic non fuisset, alitèr dicendum esset,
ad tradita per Thesaur. decis. 223. num. 13. Gra-
tian. discept. forens. cap. 108. Hodiern. ad Surd.
decis. 86. num. 19. Rot. decis. 1187. num. 2. co-
ràm Seraphino.

Nèc obstat dispositio cap. 39. lib. 2. Statut.
vniuersal. quæ cùm non disponat de obliga-
tionibus, quas vxor faceret prò marito, quæ
tanquàm de Iure prohibita prætendebatur
exaduerso in eo non compræhendi.
3 Fuit enim responsum Statutum. loqui per
verba admodùm generalia, & geminata, quæ
sunt apta compræhendere etiàm huiusmodi
contractus: Monac. decis. Florent. 69. num. 7.
Barbos. de dictionibus diction. 241. num. 1. Rot.
coràm Gregor. decis. 315. num. 11. in fortioribus
terminis Fenzon. ad Stat. Vrb. inspect. 1. par. 2.
decis. 24. num. 11., & 12. Rot. apud Pic. decis.
6. num. 2. & decis. 8. num. 4. cum alijs passim.

Nèc quicquam facit, quòd multò magis
obiectum, de quo suprà, procedat attenta dis-
positione cap. 39. Ex quo arguebatur, d. obli-
gationem minimè posse subsistere; Cùm in
casù præsenti resistat. Senat. cons. Vell. vt ex l.
1. & tot. tit. ff. & Cod. ad Velleian. & auth.
4 si qua mulier Cod. ad Senat. cons. Vellei. Ex qui-
bus mulieres prò viris non possunt intercedere
Thesaur. decis. 223. num. 1. cum alijs cumulatis
per Hodiern. ad Surd. decis. 164. per tot.
5 Respondetur enim dictam fideiussionem fu-
isse præstitam per D. Lauiniam ad effectum,
nè dictus D. Sanctuccius eius vir in carceribus
detruderetur per eius creditores; Ideò cùm in
obligatione, ab ea facta, Statuti solemnia in-
interuenerint, & non remaneat indotata vltra
dimidiam suarum dotium, non iuuatur bene-
ficio d. Authen. Licèt obligatio dictæ D. Laui-
niæ non sit Iurata. Gratian. discept. forens. cap.
108. num. 2. & 8. Hodiern. ad Surd. decis. 86.
num. 2. & 7. Thesaur. Iun. in addit. ad d. decis.
223. num. 7. Rot. penès Cenc. de censib. decis. 32.
num. 5. & apud Pic. ad Statut. Vrb. decis. 11.
6 nu. 12. Quia dicto casù non voluntaria, sed ne-
cessaria cẽsetur; Cùm de iure vxor teneatur sub-
uenire necessitatibus mariti. l. 1., & Auth. pro-
pterea Cod. vndè vir. & vxor Surd. cons. 367. nu.
27. Gratian. d. cap. 108. num. 2. & 3. & d. dec.
32. num. 6. apud Cenc. de censib.
7 Quæ procedunt, si vxor voluerit liberare vi-
rum è carceribus, vèl è manibus executorum,
& periculo nè iret ad carceres. Gratian d. cap.
108. numer. 16. Rot. decis. 53. numer. 4. decis.
280. per Farinac. in posthum. par. 2. & apud
8 Cenc. d. decis. 32. nu. 7. Et extenditur siuè cau-
sa sit Ciuilis, siuè Criminalis, & siuè culpa viri
præcesserit, siuè non. Thesaur. decis. 223. num.
7. Gratian. d. cap. 108. nu. 34. Hodiern. ad Surd.
9 d. decis. 86. num. 7. & 8. Maximè attenta no-
bilitate dictorum coniugalium; qui ob carce-
rationem infamiam contraxissent. Hodiern. d.
decis. 86. num. 9. per tex. in l. penult. cum Glos. in
10 verb. iniuriam Cod. qui bon. ceder. poss. Quo ca-
sù decus mariti commodo dotis præponi de-
bet. Surd. cons. 367. num. 14. Grammatic. dec.
318. num. 2. idem Hodiern. d. deci. 86. num. 10.
11 & 11. Cùm ipsa etiàm debeat esse fortuna-
rum mariti consors Cigal. Sicul. tract. de actio-
nibus §. 21. num. 503.
12 Et tollitur omnis difficultas ob renunciatio-
nem Velleian. Quod facere potuit, Barc. &
Alberic. in l. fin. §. fin. ff. ad Senat. Consult. Vellei.
Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 77. num. 1.
& 2. Rot. penès Cenc. d. decis. 32. num. 11. Nec
id negat Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. num.
13 21. & 22. Vt habeat locum in renunciatio-
ne non iurata; Cùm fuerit facta ad certioratio-
nem Iudicis in contractu interuenientis. Mant.
de fideiussorib. tex. 8. num. 93. & 94. Hering. d.
tract. cap. 7. num. 466. & 469. Qui refellit
omnes contrarium tenentes. Gaill. d. obseruat.
77. num. 1. & 10. Inspecta maximè disposi-
tione cap. 101. lib. 1. Statut. Vniuersal.

Quòd in casù nostro immineret carceratio
parebat clarè, nèc controuertebatur; Cùm con-
staret de fideiussione, & petitione conseruatio-
nis indemnitatis, potuisset enim in carceribus
detrudi ad fideiussoris placitũ, quod satis erat;
14 Nè obligatio voluntaria foret, vt si esset ad
subleuandum illum, magno ære alieno grauа-
tum, & prò alijs indigentijs domus. Bald. cons.
20. lib. 2. Surd. cons. 367. num. 14. Rot. d. decis.
32. apud Cenc. de censib. num. 5. & 6.
15 Ex quibus tollitur obiectum, quòd idem de-
cretum interposuerit, causa minime cognita.
Dùm ex narratis contrarium constat, & de
iure præsumitur, l. generalitèr, §. petitum, ff. de
fideiussorib. Thesaur. Iun. decis. 223. num. 7. Pic.
ad Stat. Vrb. Glos. 21. num. 13. Rot. decis. 76. nu.
16 13., & 14. par. 6. diuers. Vèl saltèm resultaret
ex facto, de quo in Instrumento. Aretin. cons.
48. num. 6. Magon. decis. Lucen. 17. num. 18. Pic.
vbi suprà Glos. 22.
17 Nec obstat. Gregor. decis. 333. num. 4. cæte-
riq. Authores allegati exaduersò; Cùm loquan-
tur in terminis cap. 151. Statut. Vrb., Ex for-
ma requirentis, quòd Iudices nonnisi causa
cognita in scriptis decreta interponant; quæ à
Statuto nostro Lucensi non requiritur, nèc eo-
tum

rum authoritas esset tuta. *Ric. supr. Glos. 21. num. 17.*
18 Nec dicatur, causam saltèm non censeri le-
gitimam; Cùm non respiciat vtilitatem mulie-
ris, nèc eius Personam, *Ad Gregor. decis. 333. num. 5. & 7.*
19 Respondetur enim, quòd Statutum nostrum
non requirit, quòd causa, prò qua mulier obli-
gatur, sit ei vtilis; Sed solùm requirit solemni-
tates interuenisse, quæ cùm sint in casù nostro,
causa an fuerit legitima, eius arbitrio statur.
Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cap. 171. nu. 6. Fenzon. ad Statut. Vrb. in sp. 1. par. 1. decis. 24.
20 *num. 3.* Et sustinetur contractus, etiamsi
mulieri non sit vtilis, dummodò non remaneat
penitùs indotata, videlicèt citrà dimidiam
suarum dotium, *Rot. decis. 187. num. 2. cor. Seraph. Fenzon. vbi supr. fol. 391. & ad cap. 151. num. 30. fol. 332.* Vbi testatur, fuisse pluriès
iudicatum contrà *d. decis. Gregor. 333.* Et licèt
contrarium sentiat. *D. Petr. Noguerol. allegat. Iur. allegat. 29. sub num. 192.* Illi satisfacit op-
timè; Ità vt ampliùs desiderari valeat. *Salgad. Labyrinth. Credit. par. 2. cap. 4. à num. 68. vsque ad 102.*
21 Nèc obstat, D. Lauiniam fideiussisse prò in-
demnitate; Ideò non potuisse DD. de Baldi-
nottis agere, antequàm vel fideiussores solue-
rent, & damnum passi sint. *Glos. in l. 1. Cod. de Magistrat. conueniend. Alex. cons. 199. num. 3. lib. 7. Benintem. decis. Bononien. 8. num. 12.*
22 Obiectum enim tollitur, *per cap. 166. lib. 1. Stat. Vniuersal.* in quibus terminis habemus,
Magon. decis. Lucan. 6. num. 34. Rot. decis. 205.
23 *apud Cenc. de censib.* quod etiàm est de Iure
communi, *ad Gaill. practic. obseruat. lib. 2. cap. 29. Coler. de process. exeq. par. 1. cap. 10. num. 21. idem Magon. d. decis. 6. nu. 29. & 30. Car-*
24 *rocc. de excuss. bonor. par. 2. q. 14. nu. 24.* Ma-
ximè quòd dies restitutionis aduenerat, & cō-
trà eos præcesserant inquisitio, & protestatio
ad creditoris instantiam. *Coler. d. cap. 10. num. 318. Rot. decis. 58. apud Fenzon. ad Statut. Vrb.*
25 Nèc dicatur, quòd cùm D. Lauinia sit fide-
iussor indemnitatis, debuisset priùs excussio-
nem fieri contrà curatorem hæreditatis iacen-
tis D. Sanctuccij. *Bertazzol. de clausul. clausul. 4.*
26 *Glos. 2. num. 1.* Cùm dicatur obligata sub con-
ditione, quatenùs principalis non sit soluendo.
Gallerat. de renunciat. lib. 5. cap. 4. nu. 69. Afflict. decis. 318. num. 2.
27 Prædicta enim non procedunt, quandò deb-
tor est notoriè non soluendo. *Maur. de fideiuss. sess. 3. cap. 17. num. 24. Afflict. decis. 318. num. 3. vbi Vrsill. Carrocc. d. tract. quæst. 14. num. 30.*
28 *Coler. d. tract. par. 1. cap. 10. num. 340.* vt ex
testibus erat videre, & confessione emanata
in Instrumento mutationis possessionis factæ
per D. Lauiniam in repudiatione hæreditatis;
Cùm esset hæres instituta, & in relatione duo-
rum Nunciorum, quo casù habetur, ac si ex-
cussio esset legitimè facta, *ex cap. 139. lib. 1. Sta-
tut. Vniuersal.* quod est conforme dispositioni
Iuris communis. *Iacob. de Arena tract. de excuss. num. 15. Coler. d. tract. par. 1. cap. 10. nu. 343. Cigal. Sic. d. tract. de actionib. §. 6. nu. 35.*
29 Nèc dicatur, dd. diligentias fuisse factas lite
coràm nobis pendente, & sic in recursù, in
quo nouæ probationes non admittuntur, po-
tuit enim d. excussio, & inquisitio fieri lite
pendente. *Aymon. cons. 223. Turniol. cons. 6.*
30 *num. 24. lib. 1.* Maximè cùm tendat ad con-
tinuandum deducta in primo Iudicio *iuxta tradita per Magon. decis. Lucan. 69. num. 25.*
31 Prætereà cùm fuerit D. Lauinia executiuè
conuenta vigore dicti Instrumenti; non iuua-
tur exceptione discussionis rei principalis, *Cin. in l. 1. num. 5. Cod. de confess. Bald. Castrens.* &
alij, de quibus *per Coler. d. par. 1. cap. 10. nu. 335.*
32 Maximè attentis verbis amplissimis, & præ-
gnantibus dictæ promissionis indemnitatis.
Carrocc. d. tract. par. 2. qu. 14. num. 19. 20. 21.
33 *25. & 30.* Tantò magis quià hìc proceditur
sola facti veritate inspecta. *Socin. cons. 24. nu. 20. lib. 1. Coler. d. cap. 10. par. 1. numer. 335.*
34 *Turniol. cons. 21. nu. 14. lib. 1.* Exceptio enim
prædicta est de apicibus Iuris. *Roman. cons. 430. Turniol. cons. 21. num. 14.*
35 Nèc dicatur, D. Lauiniam non promisisse
de proprio soluere, sed indemnes conseruare;
Ideò solùm actionem habeant ad conseruatio-
nem indemnitatis, *ad cap. 166. lib. 1.* non au-
tem ad persoluendum; Hoc enim est contrà
naturam fideiussionis indemnitatis *ad Mantic.*
36 *de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 22. nu. 14.* Quo-
niàm, attenta mora contracta in restituendo
pecuniam creditrici infrà triennium conuen-
tum, quod iàm diù lapsum erat, hoc solùm erat
agendum à DD. de Baldinottis, ùt per releua-
tricem satisfieret creditrici per annualem so-
lutionem pecuniæ, non vt alium expromis-
sorem idoneum offerret, ùt *per Coler. d. tract. par. 1. cap. 10. num. 332.* Imò ad assignationem
bonorum posset procedi, *ad cap. 166. vers. quæ fidelitas.*
37 Nèc dicatur, Actores malè egisse, dùm pe-
tierunt sibi solui summam controuersam, quasi
illis solis competeret actio tantùm ad conse-
quendum interesse ob moram per debitri-
cem, quæ ad factum tenetur, non ùt ipsis to-
tum persolueret creditum, *Bald. in l. in his §. celsus ff. famil. ercifcun. l. Lucius ff. mandat. Cenc.*
38 *de censib. par. 2. cap. 2. qu. 3. art. 3. nu. 21.* Vl-
trà quod cùm in petitione Clausulæ salutares
intel-

intelligantur ipſo Iure adiectæ, licèt in ea non legantur, *ad cap.* 15. *lib.* 1. *Stat.* Debuiſſent ob-
39 tinere ex competenti remedio; Cùm dd. clauſulę tantę ſint efficaciæ, vt eorum virtute omnis actio, omneque remedium competens, & reſultans ex narratis, in Iudicium deductum eſſe videatur *Iaſ. in* §. *omnium*, *Inſtit. tit. de actionib. num.* 149. *&* 151. *Gall. practic. obſeruat. lib.* 1. *obſeru.* 61. *num.* 11. *Surd. conſ.* 273. *num.* 5.

40 Nèc obſtat, debuiſſe citari Curatorem hæreditatis iacentis; Nàm eius detentatio eſt ſolùm ratione pignoris prò ſuis dotibus, ſed dominium eſt in hæreditate penès Curatorem; Nàm cùm pateat, dicta bona eſſe obligata prò debitis excedentibus eorum valorem, cenſendum eſt, dictum Curatorem habuiſſe ea prò derelictis; Quaſi quòd non ſit veriſimile, ipsùm illam luiturum; Idcircò videtur facta alienatio *Bart. in l. qui, num.* 2. *ff. de legat.* 3. *Neguſant. de pignor. par.* 3. *membr.* 1. *num.* 27. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 422. *num.* 13. Ideò ea ſola erat citanda *Gregor. deciſ.* 46. *num.* 7.

41 Quòd autèm D. Lauiniæ ſint aſſignati tres dies, *ad cap.* 166. *lib.* 1. Cùm debuiſſent decem aſſignari; Statutum enim non obligat ad talem terminum aſſignãdum, & cùm dictus terminus fuerit elapſus iàm diù lite pendente, dicitur plenè ſatisfactum d. Statuto; Cùm valeat per æquipollens ei ſatisfieri, & impleri; Ex quo debitor dictum terminum fuit conſequutus *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 42. *Rot. deciſ.* 309. *num.* 1. *& deciſ.* 1413. *coràm Seraph. & deciſ.* 149. *nu.* 5. *par.* 6. *diuerſ.*

Ex quibus abſoluimus ambas partes ab expenſis, *ad tradita per DD. in l. properandum, §. ſin autèm alterutra, Cod. de Iudic.*

Et ità fuit deciſũ vtraq. parte informãte &c.

ARGVMENTVM.

Cenſus an, & quando valeat extingui per compenſationem, & an compenſatio inducatur ipſo Iure, vel parte opponente, & an cenſus valeat extingui pro rata etiam inuito creditore, ità vt compelli valeat ad ipſum extinguendum. Maritus recipiendo ſtabilia, cenſus, vel quid ſimile ratione dotis, an ipſa ſubrogentur, vel accepta dicantur loco fundi dotalis.

SVMMARIVM.

Liber tentus, ſcriptus, & ſignatus iuxtà Stat. Cur. Mercat. Luc. lib. 1. cap. 20. *Plenè probat contractus initos inter Mercatores, num.* 1.

Libris tentis, & deſcriptis à perſona optimæ conditionis, & famæ iam viaa functa debetur integra fides, & concurrentibus requiſitis à Iure indactis, & adſiſtente conſuetudine Ciuitatis num. 2.

Productio abſquè vlla proteſtatione facta inducit confeſſionem, & approbationem producentis num. 3.

Creditum probatur ex calculo facto, & propria manu deſcripto. num. 4.

Creditum probatur ex libris creditoris, & ex computo producto à debitore, per quem impugnari non poteſt num. 5.

Probatio alia ad fauorem debitoris non eſt neceſſaria, quandò illa apparet ex propria confeſſione, & ſcriptura creditoris ceaſut, num. 6.

Confeſſio propria ſuperat quamlibet aliam probationem num. 7.

Proteſtatio, ſeu declaratio debitoris cenſus iudicialiter facta de compenſando eius credita in extinctionem cenſus, extinguit eum num. 8. *Qua declaratio non ſolùm poteſt fieri à creditore, & debitore ſimul, ſed etiàm à ſolo debitore num.* 9.

Debitoris eſt electio, & facultas declarandi ſe compenſare velle magis cum vno debito, quàm cum alio, quatenùs adſit num. 10.

Declaratio demonſtrat voluntatem compenſare volentis, cuius effectus retrotrahitur ad tempus, quo fieri poterat, num. 11.

Declaratio retrotrahitur ad diem petitionis etiam data controuerſia eius, quod compenſari petitur, num. 12. *Aſſignatur ratio num.* 13. *&* 14.

Ignorantia hominis impedire nequit legis operationem, num. 15.

Compenſatio inducitur ex cõtrapoſitione partitarum, maximè inter mercatores, num. 16.

Error, & nullitas in facto proprio, & à Iure non improbato, non poteſt allegari num. 17.

Errore concludenter non probato, calculum impugnari non poteſt, num. 18.

Stat. Cur. Mercat. Luc. lib. 1. cap. 20. *Præſtat plenam fidem libro, vbi ratione officij proxenetici apparent deſcripta negociationes, ex quibus habent ortum credita proxeneta num.* 19.

Merces proxenetica debetur ad rationem dimidij vnius ſcuti pro ſingulo cẽtenario vigore Stat. Luc. *num.* 20.

Obſeruantia, & conſuetudo vti interpretatiua legis eſt attendenda, num. 21.

Obſeruantiam interpretatiuam ad inducendam non requiritur ſpatium longi temporis, nec præſcriptio, ſed ſufficit aliquandò ità fuiſſe obſeruatum, n. 22. *Ampliatur, quòd nequè requiratur, vt ſit obtenta in contradictorio Iudicio num.* 23.

Cõſuetudo eſt attẽdenda, etiamſi eſſet cõtrà Ius n. 24.

Stat. Cur. Mercat. Luc. *Dat certam formam proxenetis ineundi Societates num.* 25.

Societas dum non apparet per Instrumentum, vel privatam scripturam, sequitur eam non fuisse contractam num. 26.

Probatio vbi indiget scriptura, negatiua probatur per ipsius inspectionem num. 27.

Societas si fuerit registrata, & contracta cum vno, dicitur, quòd nunquàm fuerit socius cum alio in registro non nominato num. 28.

Societas vti quid facti non præsumitur num. 29.

Societas concludenter ab ipso allegante probari debet num. 30.

Testes plenè, & concludentèr probare debent societatem per tales actus, qui citrà Ius, & nomen societatis fieri non possunt num. 31.

Societas per participationem non probatur num. 32.

Societate prò inducenda, requiruntur actus certi, indubitati, non difformes, non aequiuoci, & qui citrà Ius, & nomen societatis fieri non possunt num. 33.

Testes deponentes adesse societatem debent reddere rationem concludentem sua scientia num. 34.

Testes, oportet, ùt distinctè de actibus socialibus deponant, & non sufficit dicere tales fuisse socios num. 35.

Societas non inducitur, quandò non apparet de libro sociali, communi nomine descripto ad formam Stat. Luc. *num. 36.*

Societatem ad probandam non sufficit communis reputatio, seu fama num. 37.

Præsumptio societatis cessat quandò quis puniri potest in pecunia, & in priuatione officij num. 38.

Socij nominatio non est necessaria ad effectum, ùt quis remaneat obligatus ex alterius contractu num. 39.

Societas apparens ex aliqua scriptura, & non constans principalitèr de ipsius initionis subiecto, valet verificari ex lucri, ac damni participatione, ob non probatur societas num. 40.

Mandatum intèr socios nunquàm præsumitur, nisi in comprahensis in societate, & non vltrà num. 41.

Hæres non tenetur ex contractu facto à socio extrà termines societatis, cum eius Author nec contractui interuenerit, nec se obligauerit num. 42.

Contrahentium mens qualis fuerit à principio, deducitur ex dispositione Statuti, & ex obseruantia num. 43.

Fides facta post motam litem diù agitatam, & tempore, quo eam faciens distat à Ciuitate, etiàm si formitèr fuisset examinatus, nullam fidem meretur num. 44.

Testis quotiescunq. reperitur interessatus cum aliquo, eius depositio reijci debet, nec vllum probationis gradum constituit num. 45.

Fides simplex nullum gradum probationis facit num. 46. Ampliatur num. 47.

Fides fidem non meretur, quandò est producta lite pendente num. 48.

Fides non est attendenda, si fuerit producta, postquàm diù lis agitata fuit num. 49.

Census extinctio inducitur per compensationem crediti aquè liquidi num. 50.

Extinctio census resultat ipso Iure, facta declaratione compensandi, imò absquè oblatione compensandi numer. 51. Ampliatur etiàm inuito censuario num. 52.

Compensatio est actus retrosimilis, & habet vim propria, & realis solutionis num. 53.

Disdicta non est necessaria, quandò compensatio sequitur de consensu partium ex contrapositione partitarum, per quàm inducitur compensatio intèr partes num. 54.

Extinctio census fit per compensationem, non secus ac per actum retrosimilem restitutionis sortis, dato, quòd non adsit Instrumentum formalis extinctionis num. 55.

Extinctio census fit per non interuentum numerationis pecunia, & valet fieri cum altera specie, maximè accedente partium consensu num. 56.

Decisioni Surd. 191. num. 15. & 16. & alijs relat.

Tenentibus in censù non admitti compensationem, nec illa ipsius extinctionem operetur, nisi parte opponente, contrariò respondetur per alias authoritates num. 57. & 58.

Compensatio, quandò agitur de inhibendo cursum vsurarum, in odium illarum fit ipso Iure, & ab initio ministerio legis, non expectata partis oppositione num. 59.

Compensatio etiàm non opposita ab initio à lege inducitur ad euitandum præiudicium creditoribus num. 60.

Compensatio nisi ipso Iure daretur, in eodem subiecto concurreret actio, & passio num. 61.

Compensatio fit ipso Iure per extinctionem crediti, & debiti ministerio legis num. 62.

Compensatio priùs fit cum vsuris, & posteà cum capitali num. 63.

Vsuræ absquè alia hominis oppositione compensantur cum fructibus ad euitandum cursum earum, & illud, quod superest, compensatur cum sorte nu. 64.

Compensatio tàm fructuum, quàm sortis inducitur ipso Iure, etiàm absq. hominis oppositione nu. 65.

Census extingui valet pro rata num. 66.

Extinctio census fit prò rata quamuis inuito creditore, dummodò pars soluta sit notabilis, & notabilis dicitur, si solutum excederet dimidiam capitalis num. 67.

Compensationem ad inducendam summa non aequiualens admittitur prò concurrenti quantitate num. 68.

Census Dominus etiàm inuitus potest cogi, & compelli ad recuendendum partem illius num. 69. Fallit de Iure communi num. 70.

Solutio facta simplicitèr, & de tempore illius, decursis fructibus, tunc in eosdem fructus cedit nu. 71.

Solutio semper præsumitur facta in causam duriorem, & consequenter in causam fructuum num. 72.

K Computo

Computo dato est standum de Iure num. 73.

Compensatio de debito claro, & puro, non potest dari cum debito in diem num. 74.

Extinctio census fit per compensationem absque alio actù retrosimili num. 75.

Exceptio non solutionis, quæ est de Iure Tertij, non potest opponi num. 76.

Compensatio non datur à debito proprio ad creditum sociale num. 77. Quæ conclusio in quibus terminis vindicet sibi locum nèc nè num. 78. & 79.

Illatio ex diuersis non datur num. 80.

Census consentiente creditore potest extingui prò quacunq. parte, & eo inuito etiàm prò parte considerabili num. 81.

Compensatio fieri nequit inuito creditore, nisi residuum offerat compensare prætendens, quod intelligitur, ante quàm creditor recipiat particulares solutiones, & non posteà num. 82.

Maritus longè post promissam dotem recipiendo ad computum eiusdem, sibi in pecunia promissa, Iura, census, stabilia, vel quid aliud, non operatur, quòd illa Iura, seu census &c. sibi acquirat prò fundo dotali, sed vxori solùm competit actio ad quantitatem num. 83. Ampliatur quod quicquid deindè traditum fuerit prò eius satisfactione, vel ex ipsa pecunia emptum, licèt à partibus appelletur de dote, vel dotale, non censetur Iure fundi dotalis num. 84.

Scriptura priuata in actis recognita habet vim publici Instrumenti num. 85.

Producens videtur fateri omnia, quæ in scriptura producta continentur num. 86.

Confessio Iudicialis nunquàm intelligitur reiecta à Statuto num. 87. Ampliatur num. 88.

Expensæ vigore Stat. Luc. Non reficiuntur, quandò sententia Iudicis à quo per Rot. reformatur nu. 89.

Decisio XI.

DOm. Paulinus Bartolanus die 7. Iulij anni 1620. supèr quibusdam suis bonis constituit vnum annuum perpetuum Censum scut. 60. quem posteà vendidit adm. Exc. D. Nicolao Baschio pro pretio scut. 857. qui paritèr posteà ipsum vendidit Sp. Petro Tuccio pro eadem summa, qui similitèr deindè eundem Censum integrum, & quasi non diminutum, nec in parte extinctum ex causis inferius dicendis, vendidit admodùm Exc. D. Francisco Mariæ de Florentinis pro eodem pretio scut. 857. & postmodum ab eodē D. Francisco Maria de Florentinis d. D. Tuccio retrocessum. Qua sumpta occasione Tutores D. Reguli Bertolani filij minoris, & hæredis d. q. Paulini eius patris cum beneficio legis, & Inuentarij, per viam libelli instituerunt Iudicium contrà d. D. Petrum de Tuccijs &c. coràm D. Iudice ordinario, instando declarari d. Censum fuisse extinctum, & pro maiori parte resolutum, ipsiusque capitale scut. 857. remansisse tantùm in summa scut. 235. 19. 1. iuxta calculum D. Bertolani, & compilato processu supèr tali petitione. d. D. Iudex ordinarius sententiauit, non esse locum declarationi petitæ ex parte, & pro parte d. D. Reguli, siuè &c. Reseruato tamen d. D. Regulo Iuribus talibus, qualibus in alio Iudicio deducēdis pro eius iuribus, & creditis contra d. D. Tuccium, seù &c. prout latiùs in sententia in actis, & in processu exhibita, cui &c. Quapropter deuoluta causa ad Rotam per viam appellationis interpositæ pro parte dicti Bertolani, & hodiè proposita coram DD. meis, diximus (vno tamen ex DD. dissentiente) sententiam prædictam D. Iudicis ordinarij fore, & esse reformandam, & successiuè fuisse locum declarationi petitæ ex parte dicti D. Reguli de Bettolanis, siuè &c. cum moderamine tamen vt infrà.

Moti ex pluribus fundamentis; Primò quia creditū q. Paulini Bertolani visum fuit apparente iustificatū ex infrascriptis partitis, videlicet.

1 Prima enim partita pro mercede proxenetica in summa scut. 60. iustificatur primò ex libro D. Paulini tento, scripto, & signato ad præscriptum *stat. Cur. Mercator. lib. pr. cap. 20.* qui cùm plenè probet quoad contractus initos intèr Mercatores, per necesse supponit mercedem proxenetæ debitam, & eius fides comprobatur per testes amborum partium in primo Iudicio examinatos.

2 Secundò probatur ex libris ipsius D. Bertolani, quibus paritèr debetur integra fides, vt tentis, & descriptis à persona optimæ conditionis, & famæ, idm vita functa, & concurrunt requisita à Iurē inducta, & adsistat consuetudo huius Ciuitatis, vt asserunt Testes, *Menoch. cons. 39. num. 14. Decian. cons. 51. num. 14. libr. 2. Gratian. decis. 94. num. 10. Vmins decis. 94. nu. 8. Chartar. decis. 127. num. 3. 4.* Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 129. & seqq.*

Tertiò probatur ex computo, seù bilancio in processu producto à D. Tuccio *fol. 42.* & quidèm sine vlla protestatione, vt videre est

3 in processu *fol. 38.* ex qua productione inducitur confessio, & approbatio producentis *Rot. Rom. penes Buratt. decis. 160. num. 3. & decis. 934. num. 4. penes Ludouis. decis. 238. num. & ibi plenè Add. num. 15. penes Caualer. decis. 464. num. 6. penes Durap. decis. 185. num. 17. & decis. 108. num. 3. & 559. num. 9. part. Recent.* latissimè *Rot. in Romana Reintegrationis 31. Maij 1649. §. calculus coram Eminentissimo Otthobono impressa post Salgad. decis. 44. num. 3.*

& decis.

& decis. 77. num. 7. & 8. & alibi passim.

4 Quartò probatur ex calculo facto à D. Tuccio, & propria manu descripto in liberculo D. Bertolani *ad tradita per Rot. Ianuen. decis. 15. num. 29. decis. 176. num. 4. decis. 186. num. 7. & decis. 207. nu. 1. Rot. Rom. penès Duran. decis. 352. num. 7. eadem Rota decis. 612. num. 5. par. 3. recent. decis. 510. nu. 1. par. 5. tom. 2. recent. & decis. 55. num. 4. & 9. par. 7. recent.*

Secunda partita scut. 100. iustificatur ex libro proxenetico d. D. Paulini, necnon ex priuato ipsius *fol.* 8. & ex computo in processu producto à D. Tuccio ad sup. alleg.

Tertia scut. 28. 16. apparet in libris priuatis, & familiar. ipsius D. Bertolani.

Quarta pro mercede proxenetica anni 1646. licèt in creditum Societatis fuerit descripta partita *scutor.* 48. cùm tamen ex adnotatione facta à Paulino Bertolano appareat, summam tantùm scut. 60. ad eum spectare pro rata ad ipsum tangente, quæ partita scut. 60. cùm fuerit pro parte D. Tuccij admissa in creditum ipsius Bertolani, vt ex productione computi, de quo in actis; Ideò d. summam tantùm scut. 60. excomputandam censuimus, & compensandam cum credito census.

5 Quinta partita scut. 14. 8. probatur ex dictis libris D. Bertolani, & ex computo producto à D. Tuccio, vt suprà; Ideoq. ipsum impugnare minimè potest *iuxta text. in cap. cum venerabilis vbi omnes de except. Felin. in cap. imputari num. 7. de fide Instrumentor. Addent. ad Gregor. decis. 238. num. 15.* cum alijs *per Rotam in Melevitana Canonicatuum 13. Nouembris 1647. num. pr. coram Eminentiss. Otthobono.*

Sexta scut. 210. & septima scut. 41. 10. verificatur ex scripto priuato D. Tuccij, de quo in processu *fol.* 20. vbi ipse promisit omne id, quod soluerit D. Bertolanus D. Ottolinio, bonum facere ad computum, & in extinctionem Census pro rata; & de solutione constat ex cõfessione D. Tuccij in responsione ad 10. positionem; Secundò eadem partita verificatur ex computo facto in liberculo D. Bertolani, & scripto propria manu ipsius Tuccij ad supra tradita.

Octaua partita scut. 8. 6. iustificatur ex libris, de quibus suprà, & ex computo producto &c. à D. Tuccio.

Nona, & decima partita in summa scut. 170. 15. 5. iustificatur primò ex scriptura priuata D. Tuccij, de qua in processu *fol.* 19. Secundò ex confessione partis in responsione ad 13. 14. 15. capitula in processu *fol.* 16. Nèc non ex computo facto in liberculo D. Bertolani, de quo vt suprà.

Debitum autem D. Bertolani pro fructibus Census cùm ascendat ad summã scut. 244. 16. 8. prout ex infrascriptis partitis apparet, V.G. pro residuo fructuum anni 1644. scut. 48. 13. 9. pro fructibus anni 1645. maturatis sub die 7. Iulij scut. 60. pro anno 1646. scut. 60. pro anno 1647. scut. 60. & pro anno 1648. vsque ad diem 7. Iulij scut. 16. 2. 9.

Propterea habita ratione debiti, & crediti creditum capitalis Census spectans ad D. Tuccium remanet in summa scut. 445. 1. 1. sub die 7. Iulij 1648.

Quapropter cùm totum appareat non solùm ex libris proxeneticis vt suprà, quibus debetur integra fides, sed etiam ex propria con-
6 fessione, & scriptura d. D. Tuccij creditoris Census, alia probatio non est necessaria, *Burat. decis. 121. num. pr. decis. 147. num. 10. & decis. 378. num. 3.* & in terminis firmat *Rot. post Salgad. in tractat. Labyrint. creditor. decis. 74. nu. 2.*
7 *& 3.* & ratio est patens, quia confessio propria superat quamlibet aliam probationem *vulgata l. cum te la secunda C. de transactionibus l. generaliter. Cod. de non numer. pecunia Gratian. discept. forens. cap. 274. num. 11. & cap. 339. num. 10. Roland. consil. 75. num. 23. lib. 2. Rota decis. 71. num. 3. par. pr. diuersor. & in recentior. decis. 495. nu. 3. & 4. par. 7.* & fuit dictum in terminis extinctionis Census *in Romana reintegrationis 15. Iunij 1648. §. quia corã R. P. D. Meltio.*

Quibus enim partitis iustificatis extinctio præfati Census in parte non poterat in du-
8 bium reuocari, maximè stante protestatione, seù declaratione D. Paulini de Bertolanis Iudicialitèr facta de anno 1648. se velle, mediante dictorum creditorum compensatione, Censum præfatum extinguere, vt in terminis fuit dictum *in Romana Census 10. Iunij 1641. §. sed nec obstat vers. responsum fuit coram R. P. D. Cerro*, & fuit dictum *in Romana Saluiani 19. Iunij 1651. coram R. P. D. Verospio §. vel quid fructus vers. præsertim* latè *Cenc. de cens. qu. 88. num. 6. vers. contrarium tamen, Rota post eundem decis. 137. num. 4. & decis. 374. nu. 10. & seqq. par. 5. recentior.* & fuit firmatum *in Romana Census 13. Martij 1651. coram R. P. D. Peutingero §. deinde*, quia stante declaratione oritur, quod solutiones antecedentes ab ipso D. Paulino factæ, & in manibus d. D. Tuccij relaxatæ ad effectũ, vt ad dict. partis Census extinctionẽ
9 cedere deberent, cùm declaratio antedicta nõ solùm perfici valeat ab vtroque, sed etiã à solo debitore, *ad text. in l. 1. vbi Bart. ff. de solut. Paris. consil. 122. num. 6. lib. 4. Rota in Anconitana Bonorum 12. Ianuarij 1607. coram B. M. Mazanedo impressa apud Marchesanum de cõmiss. par. 2. fol. 159. num. 3.* & fuit dictum *in Romana Census 13. Iunij 1646. coram R. P. D. Peutingero §. nullitati*

nullitati quoque versus finem, vers. Cumque; Et
10 quòd debitoris sit electio, & facultas decla-
randi, se compensare velle magis cum vno de-
bito, quàm cum alio, quatenus adsit, firma-
runt *Io. de Imola in l. 1. nu. 8. ff. de solut. Alexand.*
cons. 85. & seqq. lib. 3. Dec. cons. 308. num. 9.
in fine Menoch. cons. 121. num. 43. Gratian. dis-
cept. forens. cap. 105. num. 6. & cap. 224. nu.
21. Antonin. de Amato resolut. 41. num. 2. Pau-
lus Staiban. Iun. resolut. forens. decisarum resolut.
34. num. 33. 34. & 35. Magon. decis. Floren. 39.
num. 9. Surd. decis. 186. num. 7. & 8. & fuit di-
ctum *in Romana pecuniaria 13. Maij 1644. co-*
ram R. P. D. meo Bichio impress. post Merlin. de
pignor. decis. 88. num. 8. eadem Rota decis. 74.
sub num. 3. par. 3. recent. Ludouis. decis. 366. nu.
4. & ibi *Addentes litera B. & C. & decis. 334. nu.*
10. par. 5. recentior. & decis. 142. num. 31. post
11 *tract. Merlin. de pignor.* & sic per declarationem
prædictam demonstratur voluntas d. D. Pauli-
ni compensare volentis, quæ & si facta de anno
1648. eius effectus retrotrahitur ad tempus;
quo fieri poterat, vt in puncto fundat *Faber. in*
§. bonæ fidei num. 11. & 12. vers. & ex hoc con-
cluditur institut. de actio. Costa de retrotract. cap.
9. casu 4. num. 13. Surd. de alimentis tit. pr. quæst.
42. num. 88. Egomet in meis ad Surd. addition.
decis. 29. à num. 11. Imò & ad propositum fuit
12 dictum in casu fortiori, quòd dicta declaratio
retrotrahitur ad diem petitionis, dato etiam,
tunc esset controuersum illud, quod compen-
sari petitur, latè *Thesaur. Iun. quæst. foren. lib.*
4. quæst. 21. num. 7. Et ratio subiungitur, quia
ad fictionem retrotractionum non requiritur,
13 vt extremum ad quod concurrit actualitèr,
sed sufficit, quod potentialitèr prout consulue-
runt in proprijs nostris terminis, *Berous cons.*
46. num. 34. lib. 2. Giouagnon. cons. 35. num. 15.
14 *lib. 1.* & consequentèr, quòd liquidatio retro-
trahitur ad principium actus ad præfatum ef-
fectum compensationis; in puncto firmauit
idem Thesaur. Iun. citat. quæst. 21. num. 7. &
12. lib. 4. Fontanell. decis. 306. num. 16.
Ita quòd pro facienda compensatione ipso
iure non requiritur scientia, & notitia com-
pensare debentis, sed sufficit creditum esse
15 certum per rerum naturam; Cùm ignorantia
hominis impedire minimè valeat legis opera-
tionem, *ex text. difficili in l. venire præterito 84.*
l. cum quidam 30. §. suum hæredem, ff. de acqui-
renda hæreditate, vbi *Bartol.* & reliqui scribentes,
& in terminis consuluit *Corneus cons. 111. num.*
7. lib. 4. Peregrin. cons. 107. num. 5. lib. 2. Ro-
driquez de annuis reddit. lib. 2. quæst. 18. nu. 10.
Costa de Port. Rata quæst. 61. num. 6. & sic deci-
sum reportat *Capycius Latro decis. 25. à num. 40.*
quemadmodum etiam in istis terminis firma-
uit *Rota in Romana de Luraghis 4. Iunij 1646.*
coram R. P. D. Cerro §. his positis vsque ad finem.

Vndè in casu præsenti non solùm habemus
declarationem d. D. Paulini, sed etiam Sp. D.
Tuccij emanatam in dicto liberculo propria
manu conscripto; & ex computo producto,
proptèr quod cognoscitur animus reducendi
d. censum, & consequentèr quod est semel de-
claratum, non potest reuocari, seu retractari
per vulgat. axioma, quod semel placuit, am-
pliùs displicere nō potest: Ità vt additis dicto
calculo in liberculo descripto supèr enunciatis
partitis debitis ex causa mercedum proxeneti-
carum, quæ non soluuntur, nisi in pecunia nu-
merata, vt probat primus testis pro Bartolano
examinatus *fol. 4. supèr 9. interrogatorio* secūdus
fol. 17. quartus *fol. 42.* & sextus *fol. 54.* Omnes
supèr nono interrogatorio, sequitur quod con-
16 trapositio sit de per se clara, & cōpensatio in-
ducatur ex cōtrapositione partitarum, maximè
intèr Mercatores, vt in puncto firmarunt *Ale-*
xand. cons. 85. num. 5. lib. 3. Menoch. cons. 121.
num. 43. Rota Ianuens. decis. 16. num. 7. & 8.
Ludouis. decis. 366. num. 3. Caualer. decis. 165.
num. pr. & par. 3. recent. decis. 321. num. 1. &
2. & decis. 33. num. 5. par. 5. recent. cum alijs
in Romana sequestri 11. Decembr. 1645. coram
Eminentiss. Otthobono impressa post Merlin. de
pignor. decis. 107. num. 2. Et licèt possit dici,
quòd in d. calculo contrapositionis, scilicèt vt
ipsamet contrapositio sit erronea; Tamen pla-
cuit responsio, primò quòd cum in potestate
D. Tuccij esset, eam contrapositionem facere
tàm ad partitam capitalis, quàm fructuum,
cessat prorsùs omnis error, & nullitas asserta,
17 quæ in facto proprio, & à Iure non improba-
to non potest allegari, *Menoch. cons. 410. num.*
23. & cons. 454. num. 17. Surd. decis. 293. num.
18 *12. Rota decis. 3. num. 25. par. 7. recent.* Se-
cundò, quòd nō probato concludentèr errore
per d. D. Tuccium, prædictum calculum mi-
nimè impugnare potest *Rota penes Puteum dec.*
386. lib. 2. in correctis, & decis. 314. sub num. 4.
vers. Nec potest amplius par. 4. recentior. eadem
Rota post Post. de manutenen. decis. 271. num.
8. vers. nihilominus cum seqq. & post Cenc. de cens.
decis. 210. num. 8. vers. & quicquid sit cum seqq.
cum alijs latissimè *cumulatis in Senogallien. Sal-*
uiani 19. Iunij 1651. coram Eminentiss. Corrado
§. tertio quia vers. quarè; & faciunt tradita *per*
Rotam post Salgadum decis. 77. num. 7.

Quaproptèr cùm de validitate prædictorum
creditorum præd. D. Paulini ipsi debitorum ex
diuersis negociationibus, spectantibus ad Apo-
thecam D. Tuccij, non posset difficultari, quòd
totum, vt dixi, non solùm appareat ex com-
puto, quòd datur, & in manibus d. D. Tuccij
ad

ad effectum extinctionis Census à præd. Pauli-
19 no relaxata; sed etiam ex libro eiusdem Pau-
lini Bertolani, vbi ratione officij proxenetici
apparent descriptæ prædictæ negociationes, ex
quibus habent ortum credita d. Paulini, cui
libro præstatur plena fides, vt habetur *in statut.
Curiæ Mercator. lib. pr. cap. 20. vers. Vogliamo
ancora, & vers. Non essendosi osservata pagin. 53.*
Accedentibus præsertim depositionibus te-
stium in processu examinatorum, de prædicto-
rum creditorum compensatione non erat du-
bitandum ad supra fundata.

Neque supradictis fuit visa releuans opposi-
tio facta per D. Tuccium, scilicèt quòd D. Pau-
linus mercedem proxeneticam calculauerit ad
rationem vnius scuti prò singulo centenario
20 mercium venditarum; Cùm tantùm merces
calculari debeat ad rationem dimidij vnius
scuti pro singulo centenario valoris mercium
venditarum iuxtà statuti præfati dispositionem
in vers. I Pregi, e Mercedi &c.

Tamen pro responsione fuit primò dictum,
quòd est notoria, & practicata obseruantia in
hac Ciuitate, vt prò similibus negotijs solua-
tur scutum vnum pro singulis centum, vt pro-
bant omnes testes in processu super 11. *Inter-
21 rogatorio*, quæ obseruantia, & consuetudo, vtì
interpretatiua legis, est attendenda, *l. minimè
ff. de legib. cap. cum dilectus de consuetudin. Bald.
in capit. pr. in princ. p. de feudo sine culpa non
amittend. Gratian. discept. for. cap. 608. nu. 16.
Bald. cons. 48. numer. 3. lib. 3. Corneus cons. 54.
num. 5. lib. 4. Menoch. cons. 148. num. 36. vers.
Ibi, & veram esse illam interpretationem, Decius
cons. 11. num. 9. Fulgos. cons. pr. in fine, Socciu.
sen. cons. 263. num. 1. lib. 2. Riminald. Iun. cons.
15. num. 134. vers. Vera est interpretatio, Afflict.
22 decis. 73. num. 3.* Ità quòd ad inducendam
obseruantiam interpretatiuam non requiratur
spatium longi temporis, nec præscriptio, sed
sufficit aliquandò ità fuisse obseruatum, *Gra-
tian. d. cap. 608. num. 17. Surd. cons. 140. num.
45. Menoch. d. cons. 148. num. 36. Riminald. Iun.
cons. 153. num. 7. vers. non requiritur*, & fuit di-
*ctum in Romana successionis de Comitibus 26. Iu-
nij 1647. coram Reueren. Terracinen. §. supradi-
ctis accedit in fine, eadem Rota in Romana pretij
grani 14. Februarij 1648. coram R. P. D. Meltio
23 §. ex quo colligitur*; Imò quòd neque requira-
tur, vt sit obtenta in contradictorio Judicio
Rota Bonon. decis. 57. num. 57. 58. nouissimè
Lelius Altogradus cons. 83. num. 96. Quemad-
modum fuisse obtentam in contradictorio in
proprijs terminis non vna vice, sed in pluribus
patet ex sententijs latis in Cur. Mercator. de
annis 1647. & 1651. & de anno 1639. in Curia
Episcopat. Lucen. in causa D. Arrighi Arrigo-
ni contra D. Stephanum Golanduccium per
acta Egreg. Gasparis Schiattæ 7. Septembris
1647. & 13. Iunij 1651. in causa Iacobi Fiuiza-
ni contra Alamannum Pierotti per acta Egreg.
Iacobi Mottoni, & in Curia Episcopat. in cau-
sa Ludouici Pescia contra Sp. Franciscum Carli
24 per acta Egr. Bernardini Pieroni, & sic d. con-
suetudo venit attendenda, etiam si foret con-
tra Ius, *Rota decis. 141. num. 13. & 14. par. 6.
recent.* Verùm fuit animaduersum, quòd obie-
ctum corruit ex eo, quòd pars æquiuocauit,
nàm ex computo, & bilancio clarè constat,
mercedes ipsas proxeneticas esse calculatas ad
rationem medij scuti pro centenario partito-
rum simplicium &c. in quibus verificatur dis-
positio statuti, in partitis autèm duplicibus,
scutum vnum deberi pro singulis centum, non
est, qui hoc neget, & consequentèr, dum ita
calculus pro parte DD. de Bertolanis ad ratio-
nem supra dictam sit confectus, non posse con-
trouerti ex hoc capite responsum fuit.

Neque tertiò obstat visum fuit obiectum de-
ductū pro parte D. Tuccij, scilicèt summas vsu-
pta conflatas nō esse debitas in totū d. D. Pau-
lino, quia habebat in socios de anno 1645. in
d. eius exercitio proxenetico D. Iacobum An-
dreolium, & Iacobum Natuccium, & de anno
1646. solùm Ioannem Andreolium, & vltimò
esse detrahendum valorem mercium nuncu-
patarū Stoffi, traditarum d. D. Ioanni Andreo-
lio per partitum conclusum intèr Sp. Henri-
cum Arnolfinium ex vna, & Sp. Petrum Tuc-
cium, & Philippum de Podio ex altera ascend.
ad valorem scut. 4000.

Nàm fuit responsum, quia quicquid sit de
dicta proxenetica societate intèr prædictos
Paulinum Bertolanum, & Andreolium, & Na-
tuccium, cùm initi non posset, resistente san-
25 ctione statutaria sub cap. 20. *Statut. Curia
Mercator. mandante proxeneticis, vt non valeant
inire societates, nisi de ijs appareat Instrumentum
publicum, aut priuata scriptura à partibus subscri-
pta, & registrata per Egr. Notarium, & Actua-
rium in dicta Curia Mercatorum* ad hoc deputa-
tum, vt apparet ex illis verbis, *Item vogliamo,
26 che non possino &c.* ex quo sequitur, nunquam
d. societatem fuisse contractam, eò ipso quod
talis assertæ societatis non apparet publicum
Instrumentum, vèl priuata scriptura, *Ercolan.
de negat. probat. num. 169. 170. & 171. Buratt.
27 decis. 120. num. 15. 16. & 17.* vbi quod in istis
casibus non potest fieri probatio, nisi per scri-
pturam, ideoque negatiua probatur per ipsius
inspectionem, *Rota decis. 740. num. 2. tom. 3.
part. 4. recent. Merlin. decis. 754. num. 6. & 7.
Duran. decis. 368. num. 39. & 40. Rota decis. 85.
num. 6. & decis. 216. num. 9. & 10. part. 6. re-
cent.*

28 *cent.* Sitque cùm tantùm reperiatur registrata
societas contracta ab eodem Paulino cum Ia-
cobo Natucelo, sequitur, quòd obiectum so-
cietatis circa Andreolium, de quo in registro
non fit mentio, quod ipse nunquam fuerit so-
cius *ex doctrina Bart. in l. finali Cod. de rebus
creditis, & in l. Titia Textores, vbi Alex. ff. de
legatis primo, idem Alexand. cons. 55. num. 24.
lib. 4.* cum alijs *per Franciscum Hercolan. de pro-*
29 *bat. negat. num. 167. & 168.* Vltrà quod socie-
tas vti quidfacti non præsumitur, latissimè *Rot.*
in proprijs nostris terminis *in Rom. prætensæ so-
cietatis 12. Iunij 1645. corã Eminentiss. Otthobo-
no impressa post Merlin. de pignor. decis. 99. num.
6. & 7.* & confirmata *10. Decembr. 1646. coram
eodem Otthobono §. quo verò ad etc.* vbi allegatur
*Alexand. cons. 134. num. 4. lib. 4. Cephalus cons.
247. num. 10. Surd. cons. 138. num. 9.* cum alijs
cumulatis *in Tridẽtina Societatis 21. Iunij 1638.
& 4. Aprilis 1639. coram Panzirolo, & in ea-
dem 15. Aprilis 1641. & 17. Martij 1642. co-*
30 *ram Carrillo,* Et cõcludentèr ab ipso allegante
probari debet, *l. 2. ff. de probat. Surd. cons. 138.
num. 9. vers. & communio, Buratt. decis. 397. nu.
pr.* cum alijs latissimè congestis *per Michalo-
rium tractat. de fratrib. part. 2. cap. 19. num. pr.
& 2.* & fuit firmatum *in Anconitana officiorum,
seu nullitatis concordiæ 4. Decemb. 1647. coram*
31 *B. M. Arguelles, §. Deinde,* Ita vt Testes plenè,
& concludentèr probare debent societatem
per tales actus, qui citrà Ius, & nomen socie-
tatis fieri non possint, *Surd. cons. 441. num. 9.
& decis. 267. num. 6. Gratian. discept. for. cap.
993. num. 5.* & dixit *Rota in supra citatis decis.
& decis. 32. num. 9. & seq. part. 5. recent.* Cùm
possit dari casus, quòd quis participet de so-
32 cietate, & non sit socius, & participatio non
probat societatem, *Rota Ianuen. decis. 39. nu. 9.*
33 & consequentèr pro societate inducenda re-
quirantur actus certi, indubitati, non diffor-
mes, non æquiuoci, & qui citrà Ius, & nomen
societatis fieri non possint, *Aymon. cons. 875.
Rota post Merlin. de pignor. cit. decis. 99. nu. 25.
& penès Buratt. decis. 467. num. 7. Cyriac. con-
trouers. for. controu. 477. num. 8.* cum alijs *in d.
Romana prætensæ societatis* confirmata de anno
1646. coram eodem Eminentiss. Otthobono, d. §.
34 *quo verò,* & sic testes, qui deponunt adesse so-
cietatem, debent reddere concludentem suæ
scientiæ rationem *ex Mascard. de probat. con-*
35 *clus. 1315. num. 5. 48. 49. & 50.* Ità vt non
sufficiat dicere, tales fuisse socios, sed oportet,
vt distinctè de actibus socialibus deponant *Fe-
lic. de societ. cap. 11. num. 12. vers. Sed aduerte,*
36 & hoc tantò magis procedit, quantò quia non
apparet de d. libro sociali communi nomine
descripto ad formam præfati Statuti Curiæ
Mercatorum *cap. 20. Felic. de societ. d. cap. 11. n.
19. & 21. Mascard. d. conclus. 1315. num. 18.
Medic. decis. Marchiæ 8. nu. 8. Rota post Merlin.*
37 *de pignor. cit. decis. 99. num. 15.* Neque com-
munis reputatio, aut fama sufficit ad proban-
dam societatem *Ruin. cons. 92. num. 10. in
fine, & seq. lib. pr. Rimnald. Iun. cons. 377. nu.
37. Felic. de societ. cap. 11. num. 20. Mantica de
tacit. & ambig. lib. 6. tit. 10. num. 21.* & fuit
dictum *in Romana prætensæ societatis 10. Decem-
bris 1646. coram Eminentiss. Otthobono, §. Præ-
tèr quam.*

Quemadmodum etiam neque fuit visum
posse tacitè contrahi d. societatem, renuente
supra citato statuto, & pœnam imponente,
38 Ideoque non esse capiendam præsumptionem,
vt voluerint contrahere societatem, ad hoc,
vt puniri possent non solùm in pecunia, sed
etiam proptèr priuationem officij, nàm nega-
tiua patet ad sensum iuxtà vulgata.

39 Et licèt posset dici in præsenti casu, quòd
non sit necessaria nominatio socij, ad effectum,
vt quis remaneat ex alterius contractu obliga-
tus *ad solemne consilium Castrens. 242. numer. 2.
lib. primo.* Tamen fuit per vnum ex DD. ani-
40 maduersum, quòd etiam admissa dicta socie-
tate, quæ apparere posset ex aliqua scriptura,
dùm non constat principalitèr de ipsius initio-
nis subiecto, & potest verificari in lucri, & dam-
ni participatione, vt non per hanc participa-
tionem probatur societas, ità *Rota in Roma-
na participationis 3. Ianuarij, & 9. Maij 1583.
coram Bubalo apud Marchesan. de commiss. par.
pr. fol. 772. num. 4. & in alia Romana participa-
tionis 2. Iunij 1614. coram Vbaldo apud eundem
Marchesan. par. 2. fol. 508. num. 4.* & in termi-
nis ità respondet *Rota ad d. Consilium Castrens.
d. decis. 99. n. 28. 29. & 30. impress. post Merlin.
de pignor.*

Imò data d. societate, fuit dictum, quòd illa
iniri non poterat, neque exerceri, nisi super
solo proxenetico ministerio, & sic in concer-
nentibus artem, & exercitium proxeneticum;
Et consequenter, & si d. Andreolius fuisset so-
cius, non poterat se ingerere, & conuenire de
accipiendis mercibus proprio, aut sociali no-
mine, nec de ijs vendendis, nec accollandis, &
similiter excomputandis in mercedibus à Mer-
catoribus debitis, nõ solũ resistente d. sanctio-
ne statutaria *sub cap. 20. vers. Vogliamo ancora,*
pœnam pecuniariã, & priuationẽ officij impo-
nente ipso Iure incurrendam, sed etiã, & si An-
dreolius fuisset socius, extrà munus suũ non po-
terat obligare d. Paulinũ proptèr mercata intèr
41 alios conclusa, Cùm mandatum nunquam
præsumatur inter socios, nisi in compræhensis
in societate, & non vltrà, *ad text. in l. Iure
socie-*

societatis ff. pro socio l. nemo ex socijs ff. eodem
Felic. de societ. cap. 14. nu. 44. & 47. cum seqq.
& cap. 28. num. 71. & seqq. Michalor. tract. de
fratrib. cap. 8. sub nu. 8. & 9. Rota penes Duran.
decis. 416. num. 2. & eadem Rota decis. 266. nu.
4. par. 4. tomo 2. recent. Paris. cons. 39. num. 28.
vol. pr. Alexand. cons. 139. in pr. dubio lib. 5.
cum alijs latissimè cumulatis per *Valasch. con-*
sultat. 98. num. 3. Caballus cons. 121. num. 18.
& 24. lib. 2. Decius cons. 556. num. 1. quapro-
ptèr non tenetur hęredes D. Paulini Bertolani,
42 ex contractu facto extra terminos proxeneti-
cæ societatis ab Andreolio, cum D. Paulinus
nec contractui interuenerit, nec se obligauerit
Paris. cons. 94. num. 22. lib. pr. Cephal. cons. 635.
par. 4. & seqq. Riminald. Iun. cons. 331. num. 5.
& seqq. Thesaur. decis. 136. num. 2. & 6. Rota
penès Buratt. decis. 514. num. 3. & fuit dictum
in Romana prætensæ societatis 10. Decemb. 1646.
coram Eminentiss. Otthobono §. alterum quoquè
fundamentum.

Vltrà quod tertius testis eiusdem partis sci-
licèt Dominicus Iacobus Natuccius, & socius
d. D. Paulini Bertolani *fol. 39.* in processu depo-
nit, ex pacto expresso fuisse intèr dd. socios cō-
uentum, quòd vnus non posset alium obligare
sine speciali mandato, cuius testis depositio est
attendenda, cùm non solùm sit conformis dis-
positioni *Statuti Cur. Mercator. lib. pr. cap. 29.*
sed etiam stylo, & consuetudini, per quam, vt
supra fuit probatum, proxenetæ nullum aliud
exercent negotium, quod non sit de natura, &
43 forma exercitij proxenetici. Ideoque ex ipsa
dispositione, & obseruantia deducitur, qualis
fuerit à principio mens contrahentium, scilicèt
dd. sociorum, *l. minimè ff. de legib. cap. cum*
dilectus de consuetudinibus Bald. in cap. 1. de feu-
do non amittendo Gratian. discept. forens. cap.
608. num. 16. vers. Ibi, & veram esse illam in-
terpretationem, cū alijs supra citatis *in Romana*
pretij grani 14. Februar. 1648. coram R. P. D.
Meltio §. 1. versus fin.

Neq. prædictis obstare visum est, quod di-
ctum fuit, scilicèt quòd dispositioni statutariæ
sub dicto cap. 29. fuerit renunciatum, vt etiam
constat per fidem factam à D. Andreolio, quā
absque dubio dicebant informantes nocere d.
D. Paulino Bertolano consocio, ipsiusque hæ-
redibus, &c.

Quia quicquid sit de d. partito inito respe-
ctu dictarū mercium scilicèt stoffi receptarū à
D. Henrico Arnolfinio, cùm non plenè fuerit ex
44 parte dd. de Tuccijs doctū, tamen cùm totū
fundamentū fiat in fide ipsiusmet D. Andreolij
facta post motam litem diù agitatam, & tem-
pore quò ipse distat à Ciuitate; Quapropter
etiamsi dictus Andreolius fuisset formitèr exa-
minatus, nullam fidem faceret in præiudicium
dd. de Bertolanis *ad tradita per Rot. decis. 162.*
num. 16. par. 4. tom. 2. recent. & ratio est eui-
dens, quia cùm magnum adsit interesse intèr
D. Tuccium, & D. Andreolium, & in specie
illud scut. 1500. quòd compromissum fuit in
personam Sp. D. Cæsaris Burlamacchi, intrat
45 conclusio, quòd quotiescumq. Testis reperi-
tur interessatus cū aliquo, eius depositio reijci
debet, nec vllum probationis gradum consti-
tuat *l. omnib. Cod. de testibus, l. nullus eodem tit.*
l. Lucius circa fin. ff. de fideiussor. Surd. cons. 94.
num. 11. & 72. Corneus cons. 160. num. 3. lib. 2.
Riminald. Iun. cons. 42. num. 96. & cons. 489.
num. 39. Rota apud Seraph. decis. 176. num. 3.
& decis. 768. num. 2. & in recentior. decis. 371.
num. 5. ibi est etiam interessatus cum alijs latis-
simè citat. *in Bononien. censuum 30. May 1646.*
coram R. P. D. Meltio §. quartum tamen obiectum
circa finem, sequitur ergò, quod tantò magis ip-
sius simplex fides extraiudicialis non veniat
46 attendenda, cùm simplex fides nullum proba-
tionis gradum constituat. *l. 3. §. diuus ff. de*
testamen. authen. si quis in aliqua Cod. de eden-
do Cephal. cons. 384. num. 21. Decian. cons. 56.
47 *num. 91. Guido Papa decis. 19. num. 2.* maximè
quandò fides tendit ad destruendum contra-
riū eius, quod per libros proxeneticos apparet
prout apparere visū fuit, vt in terminis fuit fir-
matū *in Melegnana bonor. 10. May 1652. corā R.*
48 *P. D. Meltio,* & fides fidem non meretur, quan-
dò est producta lite pendente, vt fuit firmatum
in Bonon. fideicomm. de Amorinis 18. May 1648.
§. fides coram R. P. D. Meltio, & in Bononien. Ma-
nutentionis 19. Iunij 1647. §. eò minùs coram R.
49 *P. D. Bichio,* & consequentèr non esse atten-
dendam, quia fuit producta postquàm lis diù
agitata fuit, *per tex. in l. si quis forsè in fine ff.*
de pœnis, ibi nec enim debebant tam magnam rem
tam diù retinere, & firmarunt *Crauetta cons. 28. n.*
6. & cons. 76. nu. 9. Bertazzol. cons. 521. nu. 28.
Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. num.
8. & lib. 3. presumpt. 122. num. 94. Osasc. decis.
Pedemontana 117. num. 9. cum alijs *in Auenio-*
nen. pecuniaria 18. Martij 1652. coram R. P. D.
Royas §. iniustitia verò.

50 Quibus sanè perpensis, & in iure firmatis,
diximus, quòd census extinctio inducatur per
compensationem crediti æquè liquidi, prout
sunt mercedes proxeneticæ, quæ statim de-
bentur in pecunia numerata, ùt fuit probatum
in processu examinis testium *fol. 4. 17. 27. &*
53. ità vt de eorum liquiditate non possit con-
trouerti, vt supra fuit demonstratum *§. Quibus*
enim, & in puncto firmat *Cenc. de censib. qu. 108.*
51 *num. 4. & 5.* vbi subdit, quòd talis extinctio
resultat ipso iure, facta declaratione compen-
sandi.

ſandi. Imò abſq. oblatione compenſandi, vt
inſeriùs dicam, *Rota poſt Cenc.de cenſ.decíſ.*516.
num. 2. *& par.* 5. *recent. deciſ.* 354. *num.* 2. *&*
ſeqq. Felic. de cenſib. lib. 4. *cap. vnico num.* 13.
Molina de contract. diſput. 394. *ſub num.* 7. *verſ.*
Extingui etiam poſſe, Idem Cenc. de cenſib. cit.
quaſt. 108. *num.* 4. *in additionibus ad dictum ar-*
ticulum num. 8. *Duard. de cenſib.* §. 5. *quaſt.* 8.
num. 9. *eadem Rota poſt Cenc. deciſ.* 121. *num.* 1.
& deciſ. 148. *etiam num.* 1. *&* 4. *par.* 6. *recent.*
& poſt Merlin. de pignor. deciſ. 41. *nu.* 15. *&* 16.
52 cum alijs cõcordantibus ibi allegatis; & quod
vendicet ſibi locum dicta concluſio, et iam
renuente cenſuario, vt ipſe inuitus teneatur
compenſare *Molin. d. diſput.* 394. *ſub num.* 7.
53 *verſ. Tum quia*; Cùm compenſatio ſit actus
retroſimilis, & habeat vim propriæ, & realis
ſolutionis *eadem Rota deciſ.* 374. *nu.* 15. *par.* 5.
recent. & poſt Merlin. de pignorib. d. dec. 41. *n.* 16.
54 *& d. dec.* 148. *n.* 5. *&* 6. *par.* 6. *recẽt.* Ità vt nec etiã
ſit neceſſeria diſdicta, quandò compenſatio
ſequitur de conſenſu partium ex contrapo-
ſitione partitarum, per quam induci compen-
ſationem intèr partes non dubitatur, vt fuit
firmatum *per Rotam poſt Merlin. de pignor. deciſ.*
107. *num.* 2. & in proprijs terminis *eadem Rota*
poſt eundem Merlin. cit. deciſ. 41. *num.* 15. *&*
16. *& poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 516. *per totam,*
ſitque per talem compenſationem fieri cenſus
extinctionem, *Molina de iuſtitia, & iure tract.*
2. *diſput.* 394. *num.* 7. cum alijs *per Rotam vbi*
ſupra. Ità, & talitèr, vt per dictam compen.
55 ſationem fiat extinctio Cenſus, non ſecùs ac
per actum retròſimilem reſtitutionis ſortis, da-
to quòd non adſit Inſtrumentum formalis ex-
tinctionis, vt ſuit firmatum *à Rota in Signina*
Saluiani 27. *Aprilis* 1640. §. *ſed ſolum in fine co-*
ram Reuerendiſs. Salamantino, & in puncto fuit
dictum *in Romana Cenſus luna* 7. *Martij* 1653.
coram R. P. D. Bichio §. *Ideò DD.* Imò addeba-
tur ad materiam, quòd Cenſus remanet extin-
56 ctus, quàmuis actus numeratæ pecuniæ non
intercedat, cùm extinctio valeat fieri etiàm
cum altera ſpecie, maximè accedente conſen-
ſu partium *ad text. in l. ſatisfactio ff. de ſolut. &*
in l. ſi rem §. *omnis ff. de pignorat. actione, Cenc. de*
cenſib. quaſt. 108. *num. pr. cum ſeq. Rota poſt*
eumdem deciſ. 351. *num.* 2. *& deciſ.* 530. *num.* 8.
& fuit dictum in *Ciuitat. Caſtelli Cenſus* 10. *De-*
cembris 1649. *coram R. P. D. Veroſpio* §. *prima*
verſus Finem.
57 Cui reſolutioni non obſtat deciſio *Surd.* 191.
num. 15. *&* 16. *& conſ.* 246. *num.* 18. *Honded.*
conſ. 38. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 2. cum alijs cumu-
latis *per Rotam apud Merlin. deciſ.* 773. *num.* 13.
vt ſcilicèt in Cenſu non admittatur compen-
ſatio, nec illa ipſius extinctionem operetur,

niſi parte opponente, & conſequentèr cùm
tempore factæ declarationis D. Paulinus eſſet
debitor ex cauſa cenſuum decurſorum per to-
tam diem 11. Maij 1648. de ſcut. 417. vt ſuo
calculo aſſerebat D. Tuccius, nullius propte-
reà momenti debet exiſtimari; quod dicitur
dè compenſatione, niſi ſit oppoſita &c.
58 Quia fuit reſponſum, quòd contrariam opi-
nionem tuentur DD. magni ponderis, & in
ſpecie *Martin. antiquus Gloſator* relatus *à Gloſa*
in l. ſi conſtat, & in l. vltima Cod. compenſat. Tyn-
dar. de compenſat. art. 6. *num.* 47. *&* 51. cum
alijs relatis *a Rot. in Romana pecuniaria* 11. *Maij*
1643. *coram R. P. D. Veroſpio*; Ideoquè quan-
59 dò agitur de inhibendo curſum vſurarum, in
odium illarum compenſatio fit ipſo iure, &
ab initio miniſterio legis, non expectata par-
tis oppoſitione, vt probat ad literã *tex. in l. eius*
7. *Cod. de ſolut. & l. etiam Cod. eodem Alexand.*
conſ. 74. *num.* 4. *lib.* 5. *Ioan. Franc. de Ponte*
conſ. 19. *per tot. Valenzuel. conſ.* 78. *num.* 34.
Scaccia de commercijs §. 2. *Gloſ.* 5. *numer.* 425.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. *Gloſ.* 2. *par.* 6.
num. 61. *cum ſeqq. Craſſus de except. except.* 16.
ſub num. 49. *Rodriquez de annuis redditib. lib.* 2.
quaſt. 18. *num.* 1. *cum ſeqq. & quaſt.* 19. *num.* 2.
Tiraquellus de retractu lignag. §. 3. *Gloſ.* 3. *num.*
10. *Eſcobar de ratiocinijs par.* 2. *comput.* 14. *nu.*
2. *cum pluribus ſeqq. & nu.* 13. *Rota diuerſ. dec.*
53. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 483. *num.* 4. *par.* 3.
recent. Praſ. de Franchis deciſ. 642. *num.* 5. *Rot.*
Ianuen. deciſ. 14. *num.* 2. & in terminis ſic re-
ſpondet obiecto *Surdi*, & aliorum *in d. deciſ.*
Merlini allegator, Rota in Romana de Luraghis 4.
Iunij 1646. *coram R. P. D. Cerro*, §. *Nec obſtat*
60 *reſponſio*. Et ratio eſt patens, quia ſi compen-
ſatio non induceretur ipſo iure, magnum fieret
præiudicium creditoribus, qui ob ingentia
damna, & intereſſe, quæ decuriſſent ex pri-
mo credito, non poſſent conſequi eorum ſatiſ-
factionem in bonis communis debitoris, & ſic
lex ad euitandum hoc præiudicium, inducit
ab initio compenſationem, etiam non oppo-
ſitam, *Sebaſt. Med. tract. de compenſat. par.* 1.
quaſt. 40. *nu.* 2. *&* 8. *Rodriquez. de annuis red-*
ditib. lib. 2. *quaſt.* 18. *num.* 3. *&* 4. *Valenzuel.*
conſ. 78. *num.* 37. cùm alijs pleno calamo ad-
ductis *per Rotam in Romana pecuniaria* 11. *Maij*
1643. *coram R. P. D. Veroſpio, verſ. In eadem*
etiam, vbi ad ſaturitatem.
Vndè etiam fuit ponderata ad propoſitum
alia ratio, ſcilicet quòd ſequeretur abſurdum,
61 ſi non daretur compenſatio ipſo iure, cùm in
eodem ſubiecto daretur actio, & paſſio *contra*
tex. in l. frater à fratre ff. de conditionib. indebit.
62 Cùm quiſque non poſſit eſſe creditor, & de-
bitor ſui ipſius, & conſequentèr ipſo iure fit
com-

compensatio ministerio legis per extinctionē crediti, & debiti, vt habetur *per text. in l. Vranius ff. de fideiuss.* in puncto *Alex. cons.* 149. *sub num.* 2. *vers. tamen quandò poneremus*, quem refert *Rota Ianuen. decis.* 190. *num.* 10. latissimè *Rouitus cons.* 60. *lib. pr.*

Quod non solùm fuit firmatum, procedere tantùm in cursu vsurarum, seù fructuum, vt in odium illarum ipso iure fiat compensatio, vlla partis expectata oppositione, sed etiam habere locum conclusionem in sorte census, vt etiam parte non opponente fiat ipsius extin-
63 ctio per compensationem, hoc modo, videlicet. vt. priùs fiat compensatio cum vsuris, & deindè cum capitali, *ex text. in l. minor.* 25. *annis* §. *prædia ff. de minor*, *& l. emptor ff. de rei vendicatione*, in quibus cauetur expressè, quod
64 absquè alia hominis oppositione vsuræ compensantur cum fructibus ad euitandum cursum earum, & illud, quod superest, compensetur etiam cum sorte, vt in pũcto defendit *Bald. in d. l. emptor. Soccin. in l. Iulians num.* 10. *ff. de condic. & demostrat. Petrus Barbos. in l. diuortio* §. *ob donationem num. final. ff. solut. matrimonio*, in puncto *Excobar. de ratiocinijs lib.* 2. *comput.* 14. *à num. pr.* vbi facta fructuum liquidatione per creditorem, si aliquid de valore, vltra fructus, in posse creditoris remanserit, ipso iure fiat compensatio cum alia simili quantitate principalis debiti, ità vt tantò minùs sit principale debitum anno sequenti, quantum in posse creditoris permansit, solutis tamèn fructibus census anni præcedentis, & sic de singulis, & consequentèr vt inducatur compensatio
65 ipso iure, etiam absq. hominis oppositione, tàm fructuum, quàm sortis tenent *Tyndar. de compensat. artic.* 6. *Afflict. decis.* 121. *Trentaquinque de compensat. resolut. pr. num.* 24. *Stacia de commerc. & cambijs* §. 20. *Glos.* 5. *num.* 433. & in puncto sic decisum refert *Regens. Capyc. Latro decis.* 25. *lib. pr. num.* 15. 16. *&* 17. *num.* 20. 21. *&* 22. *& nu.* 43. & sic cùm in casu præsenti ampliùs adsit declaratio d. D. Bertolani cõpensare volentis, imò etiàm assensus D. Tucci, vt suprà fuit demonstratum, omni rem difficultate carere fuit visum.

Qua resolutione sic firmata, & roborata, resoluimus secundum punctum, scilicèt quòd
66 census valeat extingui prò rata, vt latissimè tuetur *Cenc. de cens. quæst.* 110. *in nouissima im-*
67 *pressione signanter nu.* 4. vbi. quòd etiam inuito creditore fiat talis extinctio, dummodò pars soluta sit notabilis, & notabilis dicitur, si summa soluta excederet dimidiam capitalis in puncto *Felician. de censib. cap. vnico num.* 12. *in fine*, *Rota decis.* 354. *num.* 9. *par.* 5. *recent. & post Duard. de censib. decis.* 147. *num.* 7. *& decis.* 362. *num.* 1. *& decis.* 148. *nu.* 5. *par.* 6. *recent.* Ità quòd communis est opinio, vt etiamsi summa non sit æquiualens ad compensationem
68 inducendam, vt ipsa pro concurrenti quantitate admittatur *Peregrin. cons.* 107. *nu.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 105. *nu.* 11. *& discept.* 224. *num.* 24. *Surd. decis.* 186. *sub num.* 8. *&* 9. Vbi ego latè, *& Hodierna nu.* 3. & in terminis præcisis tradidit *Rodriquez. de annuis reddit. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 10. *Felicianus de censib. lib.* 4. *cap. vnico nu.* 12. *circa finem*, & supponit *Rota post Cenc. decis.* 121. *num.* 1. *post addit. & decis.* 272. *nu.* 7. *post tract.* & sic possit D. census etiam inuitus cogi, & compelli ad reuendendum partem illius probat *Cenc. de cens. cit. quæst.* 110. *in nouissima impressione nu.* 4. vbi quod hæc opi-
70 nio cõmunitèr seruetur in Tribunalibus, quicquid aliud dicendum foret de iure communi, secundùm quod D. census non potest compelli inuitus ad reuendendam partem ipsius latè *Gratian. discept. forens. cap.* 717. *num.* 20. cum alijs *apud eundem Cenc. d. quæst.* 110. *nu.* 4. qui *sub num.* 16. *vers. & licet, eidem Gratian.* respondet, & pro hac parte cõcludit, & dixit *Rota post eundem Cenc. decis.* 444. *num. pr. Ludouis. decis.* 157. *num.* 17. *Buratt. decis.* 526. *num.* 6. *Duard. de censib. tit. de cens. solut. qu.* 21. *nu.* 14. vbi de magis communi, & latiùs §. 5. *qu.* 16. *per tot.*
71 Quibus non fuit visum obstare obiectum, quòd solutio quandò est facta simplicitèr, & de tempore illius essent decursi fructus, quòd priùs solutio illa in eosdem fructus cedet, vt *per eundem Cenc. d. q.* 110. *num.* 7. *&* 8. & adsunt vulgata iura, sempèr solutionem præsumi
72 factam in causam duriorem, & consequentèr in causam fructuum *idem Cenc. quæst.* 103. *nu.* 8. *Rota par.* 5. *recent. decis.* 403. *num.* 16. & fuit dictum *in Mediolanen. census* 17. *Maij* 1640. *coram R. P. D. Verospio*, *& in Romana census* 10. *Iunij* 1642. *coram Cerro*, *& in Senogallien. compromissi* 3 *Iunij* 1641. cùm alijs passim *coram Reuerendiss. Dunozet*, & consequentèr cùm in casu, de quò agitur, prætendantur fructus de anno 1648. per totam diem 10. Maij ascendentes ad scuta 417, partitæ in computo relatę debent cedere in dictã causam fructuum, non autèm in extinctionem capitalis census.

Quia fuit responsum, quòd conclusio est vera, sed in facto discordat, quia fuit ostensum, quòd de anno 1644. fructus non excedebant
73 summam scutorum 48. 13. circitèr, ut ex computo dato apparet, cui standum esse tàm de iure *ad firmata per Buratt. decis.* 592. *num.* 4. quàm ex dispositione Statuti *cap.* 97. *lib. pr.* non dubitamus.

Neque obstare visum fuit, quòd creditum ex d. causa proxenetica in omnem casum de-

 beret

beret compensari cum alio debito scutorum
1500, quod habebat D. Panlinus Bertolanus,
vel fideiussor D. Io. Andreolij cum D. Petro Tuc-
cio vigore publici Instrumenti rogati à Ser.
Egreg. Not. Pompeo de Morgant. sub die 29.
Decembris 1645.

Nàm fuit responsum, non posse dictam
compensationem inttare, ex eo quòd creditũ
prædictum non erat ità liquidum, imò tur-
bidum, vt ipsam inducere posset, dum fuit
factum compromissum in Sp. Cæsarem Burla-
macchium de dicto prætenso credito de anno
1648, qui laudauit esse soluendum in tempori-
bus ipsis assignatis, & propterea non poterat
74 dari compensatio de debito claro, & puro,
cum debito in diem *ad tex. in l. quòd in diem 7.
ff. de compensat. Rota post Merlin. de pignor. dec.
44. num. 5. & 6. & decis. 147. num. 5. Gratian.*
in puncto *cap. 224. nu. 15.* vbi alios congerit.

Nequè visum fuit obstare aliud motiuum de
Statuto Gabellæ, quòd in redemptione census
requiratur actus retrosimilis vnà cùm solutio-
ne ipsius Gabellæ.

75 Quia fuit responsum, vt suprà, esse receptam
opinionem, quòd per compensationem fiat
extinctio census absquè alio actù retrosimili,
ùt vltrà allegatos suprà, dixit *Rota apud Mer-
lin. de pignor. decis. 41. num. 15. & decis. 148.
nu. 6. par. 6. recent. Capyc. Latro decis. 188. nu.*
76 *44. & 45.* Quapropter exceptio non solutio-
nis dictæ Gabellæ, vltra quod est exceptio de
Iure tertij, & non potest opponi, nisi à solo
Gabellario. *Rota decis. 653. num. 3. par. 4. re-
cent.* Tamèn fuit ad propositum responsum,
quòd Statutum Gabellæ loquitur in casu, quo
fieret actualis retrouenditio census; Hoc enim
casu debet solui Gabella pro dicto Instrumen-
to retrouenditionis, & alitèr Notarius non pos-
set se rogare de eo, sed cùm d. Instrumentum,
vt in principio decisionis fundaui, non sit ne-
cessarium, cessare prorsùs fuit dictum motiuũ
solutionis Gabellæ, quæ tantùm in actu retro-
uenditionis census debetur, non autèm quãdò
per compensationem ministerio legis fit extin-
ctio ipsius census, vt suprà pleno calamo fuit
demonstratum, vèl etiam quandò celebrabi-
tur Instrumentum extinctionis, prout fuit pe-
titum in libello grauari d. D. Toccium ad fa-
ciendum Instrumentum d. extinctionis, tunc
enim soluetur Gabella.

Prout nequè obstare visum fuit, quòd cre-
ditum D. Bertolani esset cum societate Toccij
& de Podio, & debitum census sit cum ipso
77 D. Petro Tuccio; Ita vt à debito proprio ad
creditum sociale non detur compensatio, *ad
tradita per Salgad. tract. labyrint. creditor. par.
3. cap. 6. §. vnico num. 19. cum seqq.*

78 Fuit enim responsum, Doctores ex aduerso
allegatos, & adductos *per Salgad.* loqui in de-
bito sociali, quod petitur à creditore societa-
tis contra socium, qui si est creditor nomine
proprio, non potest, durante societate, & do-
nèc facta fiut computa, & solidatæ rationes in-
tèr socios, opponere compensationem sui cre-
diti proprij cum debito sociali, quod petit idẽ
creditor, ea ratione, quià, ùt inquit *Scaccia de
commerc. & camb. §. pr. qu. pr. n. 449. & seqq.
& §. 6. Glos. pr. n. 15.* contingere potest, ùt so-
cius factis computis, nihil habere reperietur in
societate *ad latè tradita etiam per Rotam in
Romana Societatis affictus 3. Iunij 1647. coram
B. M. Arguelles 9. non autem, & in dicta Roma-
na census 10. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro
impressa post. Merlin. de pignor. decis. 47. per to-*
79 *tam,* & præcipuè *à num. 11.* At in casu propo-
sito D. Bertolanus, dissoluta societate cum
DD. Tuccio, & de Podio, cùm esset creditor
eiusdem D. Tuccij, vel obligati in solidum pro
d. societate ergà d. D. Bertolanum pro mer-
cede proxenetica, iuxta dispositionem *cap. 21.
lib. pr. Stat. Cur. merc.* & dixit *Rota nostra apud
Magon. decis. pr. num. 28.* declarauit velle, ùt
D. Tuccius compensaret censum passiuum D.
Bertolani cum credito eiusdem Bertolani, quo
casu non intrat conclusio prohibitiua compẽ-
sationis, quia negare non potest D. Tuccius,
se esse debitorem D. Bertolani prò d. mercede,
Neq. potest considerari vlla læsio aliorum cõ-
sociorum, stante quòd est finita societas, &
remansit D. Tuccius debitor D. Bertolani ex
causa d. mercedis, vt suprà satis ostensum cre-
80 dimus; Ex diuersis igitùr non rectè infertur
l. Papinianus exul. ff. de minorib. & ex eisdem
met libris proxeneticis apparet de satisfactio-
ne dd. consociorum in alijs partitis proxeneti-
cis, quarum pars spectabat ad d. D. Bertola-
num, & ipsis assignata, ad hoc, vt liberum,
& absquè vlla hæsitatione creditum proueni-
ens ex mercedibus proxeneticis pro negotijs
factis prò D. Tuccio &c. apud ipsum, ad effe-
ctum compensandi cum censu, liberum rema-
nere deberet, iuxtà declarationem per D. Ber-
tolanum factam, & à D. Tuccio accepratam,
ùt suprà pleno calamo fuit demonstratum &c.

Quemadmodùm minimè obstare visum fuit
obiectum factum per vnũ ex DD, scilicèt quòd
compensatio non possit fieri, inuito creditore,
nisi residuum offerat compensare prætendens,
ad vulgata &c.

81 Quia primò fuit responsum, quòd in iure
est indubitata conclusio, quòd consentiente
creditore, census possit extingui pro quacun-
que parte, & eo inuito etiam pro parte consi-
derabili. *Sotus de Iustitia, & Iure lib. 6. cap. 5.*

à num. 3. vſquè ad fin. verſ. Quinta concluſio Na-
uar. in commentar. de vſur. num. 78. in fine, &
num. 95. Gutierrez. practicar. lib. 2. cap. 174. n.
3. Rodriquez. de annuis redditibus lib. pr. 18. nu.
36. & 38. Rota deciſ. 554. num. 5. par. 5. recen-
tior. & eſt text. in cap. 1. de empt. & vend. inter
extrauag. commun. relatus à Paulò Rubeo in ad-
dit. ad deciſ. 454. à num. 72. 73. 74. par. 4. tom.
2. recent. ibi ipſum annuum cenſum in totum, vel
in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab
ipſis receperunt, quandoquè vellent redimere &c.
ſicquè dum habemus text. expreſſum, non eſt
ampliùs inſiſtendum in prædicta quæſtione, &
dictus Rubeus inuehit contra obſtinatos ani-
mo contrariam opinionem pertinacitèr ſectã-
tes, & fundat, quòd contraria opinio poteſt
ſaluari, quandò à principio intèr partes eſt cõ-
uentum, vt cenſus pro parte non poſſit extin-
gui, vt ibi per eum in fine, quòd pactum in
caſu noſtro non concurrit.
82 Vèl quia ſecundò fuit reſponſum, quòd cõ-
cluſio procedat, antequàm creditor recipiat
particulares ſolutiones, & non poſt, vt in ter-
minis reſpondet prætèr alios Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 105. num. 11. & d. cap. 224. nu. 24.
& nouiſſimè comprobat dictam veritatem Io.
Baptiſta Hodierna ad Surd. deciſ. 186. num. 2. 3.
Gabriel conſ. 48. num. 3. lib. 2. idem Surdus ſic
in ſpecie reſpondet d. deciſ. 186. num. 9.
Proùt nequè fuit viſum obſtare obiectum
vltimo loco excitatũ, quòd cùm præfatus cen-
ſus fuerit aſſignatus V. D. Dorotheæ vxori d. D.
Petri Tuccij pro ſua dote, vt conſtare dicebant
informantes ex Inſtrumento in proceſſu pro-
ducto, cui &c. & conſequentèr non poſſe fieri
extinctionem ipſo iure, ſed omninò requiri
conſenſum, & præſentiam d. V. D. Dorotheæ
cũ ſolemnitatibus requiſitis ad formam Statuti
in cap. 39. libr. 2. &c.
Fuit enim reſponſum, quòd d. Ven. Doro-
thea fuit nuptui tradita de anno 1613. & dictus
cenſus fuit creatus de anno 1620. & venditus
D. Nicolao Baſchio, & ſic dos fuit promiſſa
in pecunia numerata, vt patet ex facto, & apo-
dixa gabellæ regiſtrata in publico Inſtrumen-
to aſſignationis d. cenſus; Vndè ſequitur, quòd
83 maritus longè poſt promiſſam ſibi dotem, re-
cipiendo ad computum dotium ſibi in pecu-
nia promiſſarum, iura, cenſus, ſtabilia, vel
quid aliud, non ex hoc infertur, quòd ille cen-
ſus ſit dotalis, ſed ſolùm vxori competit actio
ad quantitatem, ità poſt Monacum deciſ. Lucana
67. nu. 7. & 8. Rota coràm Card. Ludouiſ. deciſ.
573. num. 4. & ibi Beltramin. & deciſ. 52. nu. 6.
& 7. par. 6. recent. cum alijs ſuſiſſimè citatis per
Excellentiſſ. D. meum Andreolum in puncto cen-
84 ſus controuer. 130. per tot. & ſic quicquid deinde traditum fuit, quòd magis eſt, pro eius ſa-
tisſactione, vel ex ipſa pecunia emptum, licèt
ab ipſis partibus appelletur de dote; vel dota-
le, non ideò cenſetur iure fundi dotalis, in
puncto fundant Cephal. conſ. 351. ſub num. 31.
verſ. Itèm etiàm cum ſeqq. Hondedeus conſ. 41.
ſub num. 18. verſ. Nèc prædictis obſtant verba illa
lib. pr. Rota deciſ. 476. num. 4. verſ. Non obſtat
par. 4. recent. cum alijs in iſtis terminis citatis
in Maceraten. Saluiani 11. Martij 1647. §. quia
cum præceſſerit coràm Eminentiſſ. Corrado.
Nequè tandèm fuit viſum obſtare Statutum
in cap. 129. lib. pr. quòd prohibet compenſari
creditum, de quo non conſtat per publicum
Inſtrumentum, quandò d. compenſatio op-
ponitur aduersùs aliud creditum Inſtrumenta-
le. Tùm quià de partitis, quæ fuerunt per nos
85 compenſatæ conſtat, vèl ex ſcriptura priuata
d. Sp. Petri Tuccij, & in actis recognita, quæ
habet vim publici Inſtrumenti. Magon. deciſ.
Lucana 15. num. 30. Merlin. deciſ. Luc. 46. num.
1. & 3. Lepid. deciſ. 21. Barzius deciſ. 21. num. 4.
& deciſ. 36. num. pr. & ſeqq. Vel ex propria
confeſſione d. Sp. Petri reſultante ex computo
D. Bertolani per eum producto, & reproducto
86 in actis ſecundæ inſtantiæ; Cùm producens
videatur fateri omnia, quæ in ſcriptura produ-
cta continentur. DD. in cap. cum venerabilis, &
ibi Dec. num. 90. de except. Surd. conſ. 151. nu.
87 16. Rota per Buratt. deciſ. 934. num. 4. & con-
feſſio præſertim Iudicialis nunquàm intelligi-
tur reiecta à Statuto. Kalaſc. de Iure emphyteut.
88 quæſt. 7. num. 17. Tùm etiàm quià cùm in pro-
ceſſu nunquàm de hoc fuerit oppoſitum, & ca-
pitula fuerunt admiſſa, ſtatutum allegatum
non procedit, ſi pars non opponat. Iaſon. in l.
certi conditio §. quoniam num. 12. ff. ſi certum pe-
tatur Cremenſis ſing. 43. & 152. Carpan. ad Stat.
Mediolani cap. 88. num. 10. & 11. Kalaſc. de
Iure emphyt. quæſt. 50. num. 12.
89 Abſoluimus tamèn ambas partes ab expen-
ſis, eò quia ipſæ non reficiuntur, quandò ſen-
tentia D. Iudicis, à quo per Rotam reformatur,
proùt pluriès deciſum fuit in hac Rota refert.
Lepid. deciſ. 51. in fine, & fuit deciſum in Lucana
ſolutionis affictus in cauſa Sp. Galeotti contra Ia-
cobum Bandonum de anno 1644. in libro D. Lau-
rentij Therij in Curia fundaci §. circa expenſas.
Diximus etiam D. Regolum teneri ad pro-
curandum liberationem D. Tuccij à credito
D. Claræ eius matris compenſato cum d. cen-
ſu, quia licèt fortaſsè non videretur neceſſaria
ex cauſis latè deductis per DD. Informantes
prò d. Regulo, tamèn omnis æquitas ſuadet,
vt d. D. Tuccius vndequaque ſit tutus ab omni
moleſtia, quæ aliàs inferri poſſet per d. D. Clarã.
Die ſecunda Auguſti 1656. iſta mea deciſio

fuit confirmata ab Excellentiss. Bartholomæo Benassai Iudice Delegato, ac virò Integerrimo vti Tertio ab Excellentiss. Senatu per viam reclamationis electo, attenta discordia vnius ex collegis, vt constat ex sententia rogata manu Egreg. Ser. Bernardini de Barberijs digniss. ac versatissimi Cancellarij Curię Excellentiss. Anzianorum in Palatio residentium.

Quare ita fuit decisum vtraque parte accerrimè informante &c.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum à proprio Parocho àn, & quandò reputetur validum, & àn tale Testamentum sit publicum, vel priuatum; Ità ùt publicatione indigeat. Legitimatio personarum quandò, & quomodò in talibus testamentis sit facienda, & de alijs ad ornatum *tex. in cap. cùm esses de testament.*

SVMMARIVM.

Testamentum confectum à Parocho, ad hoc, ùt sit validum, debet in publicam formam redigi, & citatis citandis approbari, & confirmari à Iudice per suam interlocutoriam sententiam num. 1.

Testamenti publicatio, manu Parochi confecti, quomodò sit facienda num. 2. & 6.

Testamentum remanet sicuti simplex fides, si conficiatur à Parocho; cui, cùm non sit persona publica, vti Notarius, non creditur; nisi illius scriptura redacta sit in publicam, & authenticam formam num. 3.

Scriptura confecta à Parocho, & non redacta in publicam formam, nunquàm prò publica haberi potest num. 4.

Testamentum confectum à Parocho penitùs corruit, si testes moriantur antè eius publicationem num. 5.

Legitimatio personarum antè omnia est facienda in omni Iudicio num. 7.

Legitimatio personæ ùt fiat dicatur ob Testamentum contrà se confectum, quomodò esse debeat num. 8.

Parochi scriptura habetur prò priuata, per quàm non probatur Testamentum num. 9.

Parocho proprio per cap. cùm esses de Testam. datur facultas conficiendi Testamentum coràm duobus testibus, non tamen Instrumentum desuper faciendi; Vndè dicitur scriptura priuata, & non publica num. 10.

Testamentum à Parocho confectum prò forma indiget ostensione citationum interessatorum, examinatione testium, & Iudicis interuentù num. 11.

Testamenti solemnitatibus per partes renunciari nequit num. 12.

Instrumentum publicum Testamenti facit probationem probatam, ac rem manifestam tribuit nu. 13.

Decisio XII.

D. Antonius Mazzantes de Verne annis præteritis vitam cùm morte commutauit, relictis post se Bartholomeo eius filio legitimo, & naturali, ac dominabus Clara, Matthæa, & Maria sororibus, ac D. Antonij filiabus legitimis, & naturalibus, qui Bartholomæus deindè pariter decessit superstitibus præfatis eius sororibus, condito tamèn prius vltimo, cum quo decessit, Testamento rogato ab E.S. Bartholomæo Nicolino sub die 1. Aprilis 1651, in quo suas hæredes vniuersales instituit præfatas sorores, & in quo, etiàm iure legati, reliquit D. Matthææ eius vxori quædam bona in d. communi Verni, quæ post mortem dicti Bartholomæi non controuertitur fuisse possessa ab eadem Matthæa ex causa prædicti legati; Sed cùm dd. sorores prætenderent eadem bona possessa per d. Matthæam ex causa præfati legati ad ipsas spectare, & pertinere, vti substitutas d. Bartholomæo ab Antonio eius patre vigore cuiusdam asserti Testamenti ab eodem Antonio conditi, instituerunt Iudicium coràm D. Vicario Gallicani, & petijerunt illam condemnari ad dimittendum, & relaxandum eadem bona vna cum fructibus &c. à die mortis d. Bartholomæi iuxta liquidationem faciendam, ùt constat ex reuolutione chartarum processus fabricati in Curia Gallicani, cuius Commissarius condemnauit d. Matthæam ad petita per dictas sorores, & in expensis; à qua sententia interposita appellatione ad Rotam per d. Matthæam, Hodiè fuit dubitatum, àn d. sententia esset infirmanda, vel confirmanda, & DD. vno ore dixerunt esse infirmandam, moti ex pluribus fundamentis, & primò.

Nàm licèt totum partis fundamentum constituatur in asserto Testamento condito à prædicto Antonio patre d. Bartholomæi, in quo fuit idem Bartholomæus institutus hæres ipsius Antonij eius patris, & in casu, quo moreretur sinè hæredibus, fuerunt eidem substitutæ dictæ eius sorores, vt patet ex verbis asserti Testamenti, ibi, *Caso, che detto mio figliuolo si partisse da questo mondo senza heredi, voglio, & intendo, che tutto quello, che si ritrouarà in detta mia hereditá*

redità si distribuiska alle mie figliole &c. Attamèn cùm eiusdem Testamenti substantialia deficiant, certum est, quòd omne fundamentum, in quo prima sententia consistebat, de-
1 struatur; Cùm nullitas claré appareat, ex quo prædictum testamentum non à publico Notario, sed à Parocho, seù Rectore Ecclesiæ S. Martini de Verno fuit confectum, absquè eo, quòd deindè fuerit in publicam formam redactum, & citatis citandis fuerit à Iudice per suam interlocutoriam Sententiam approbatum, & cõfirmatum, prout necesse erat ad illius validitatem *iux. tex. in l. publicati Cod. de testam.* vbi *DD. Alex. cons. 168. nu. 3. & 4. lib. 5. Honded. cons. 77. num. 10. & infrà lib. 1. Rot. diuers. decis. 173. per tot. par. 2. Altograd. cons. 50. num. 3.*
2 *lib. 1.* Ità quòd publicatio Testamenti manù Parochi confecti est facienda publicè in Iudicio per examinationem testium subscriptorũ, & præuia citatione hæredis, qui successurus fuisset abintestato, vt tradunt *DD. in d. l. publicati*, & in specie *Bart. num. 1. Bald. num. 2. Salycet. num. 5. Angel. num. 4. Castr. nu. 3. Speculat. in tit. de Instrum. edit. §. ostenso num. 26. Grass. de success. ab intestat. §. Testamentum quæst. 61. num. 2. Rolan. à Vall. cons. 36. nu. 11. lib. 1.*
3 Et ratio est, quia alitèr faciendo remanet prædictum Testamentum, veluti simplex fides Parochi, cui, cùm non sit persona publica vt Notarius, non creditur, nisi illius scriptura redacta sit in publicam, & authenticam formam, vt in terminis tradunt. *Dec. cons. 126. num. 1. & cons. 612. num. 4. Couar. practic. quæst. cap. 19. numer. 8. vers. quod si sacerdos Gabr. cons.*
4 *169. num. 26. lib. 1.* Alias nunquam scriptura prò publica haberi potest *iux. tex. in l. Instrumenta, & l. de exemplo Cod. de probat.* latè *Hon-*
5 *ded. cons. 26. num. 10. & seqq.* Vbi, quòd si testes moriantur antè dictam publicationem, Testamentum penitùs corrueret, *Rot. decis.*
6 *126. num. 3. par. 6. recent.* Imò, & quòd magis est, non solùm citandi sunt ij, qui sunt successuri abintestato, cum generali citatione, sed specialis, & indiuidua requiritur, vt à *Bald. in d. l. num. 6. Salyc. num. 5. Ang. num. 4. Castrens. num. 5. Rolan. cons. 36.* & huic praticæ congruit dispositio *cap. 1. lib. 2. Statut. vniuers.* ibi *Quibus depositionibus, & subscriptionibus stetur.*
Hac igitur publicationis forma omissa, Testamentum nihil probat, adeò vt, stante nullitate prædicta, perindè sit, ac si nullum fuisset à d. D. Antonio conditum Testamentum, quo casù certum est, d. D. Bartholomæum potuisse de dd. bonis in d. hæreditate remansis per vltimam voluntatem liberè disponere, vt fecit;
7 Et ratio euidens redditur, ex quo in omni Iudicio antè omnia facienda est legitimatio personarum, *Christoph. Mart. Medic. decis. 13. n. 16.*
8 *& exam. 35. num. 4.* Cùm ad hoc, vt dd. sorores possent dici personæ legitimæ, ipsis opere prætium fuisset, vt Testamentum prætensum d. q. Antonij docuissent legitimum, authenticatum, præuia citatione omnium interesse habentium, & examinatione formitèr facta de testibus, in dicto Testamento producto enunciatis, *iux. tex. express. citat. per Christoph. Mart. Medic. decis. 13. num. 6. 20. 25. & decis. 95. num. 34. vers. vlterius, & decis. 97. num. 9. & examin. 6. nu. 7. vers. dummodò, & examin. 58. num. 11. 35. 36. & 38. Gail. de except. tit. 1. except. 5. par. 3. num. 55. & seqq. Ioseph. Lud.*
9 *decis. Lucen. 53. num. 22.* Qui *sub num. 24.* ait, scripturam Parochi haberi debere, vt priuatam, per quàm non probatur Testamentum. *Christoph. Mart. Medic. exam. 6. num. 5. & 7. Rot. decis. 4. num. 5. par. 1. & decis. 552. etiàm par. 1. in nouiss. Capr. cons. 57. num. 3. & 7. & cons. 75. num. 26. cùm seqq. Paris. cons. 140. num. 2. & 3. lib. 4. Dec. cons. 120. nu. 1. & cons. 112.* & deducitur ex *firmana codicillorum 13. Nouembris 1645. coràm Reuerendiss. Ghislerio §. non*
10 *obstat*; Vbi, quòd licèt *cap. cùm esses de Testam.* admittat Testamentum coram proprio Parocho, & duobus testibus, non tribuit tamèn Parocho facultatem Instrumentum desupèr faciendi, ità vt scriptura Parochi sit absquè dubio priuata, & non publica.
11 Tantò magis quia in præsenti prò forma per vnum ex DD. dicebatur, citationes interessatorum ostẽdi debere, examinationem testiũ, & Iudicis interuentũ. *Vrsill. ad afflict. dec. 113.*
12 Vbi quòd etiàm aliæ quindecim solemnitates interuenire debent, antèquam reassumatur Testamentũ, solemnitatibus autèm prò forma requisitis, Nec etiàm per partes renuntiari potest. *Donad. de renunciat. cap. 18. n. 29. 30. 31. 37. & 38. Galerat. tit. de renuntiat. tom. 2. centur. 2. cap. 113. num. 1. Mangil. de subhastat. qu. 25. & qu. 69. num. 8. Thesaur. variar. sentent. lib. 417. cap. 4.*
Ex quibus sequitur, quòd cùm dicta bona, de quibus agitur, fuerint D. Matthea iure legati relicta à Bartholomæo eius viro in eius vltimo Testamento manù publici Tabellionis confecto, minimè DD. visum fuit dubitari posse, quin D. Matthæa eorundem bonorum, ex causa dicti legati beneficio restitutionis, pos-
13 sessionem continuet, dùm habet suam intentionem fundatam in Instrumento publico præfati Testamenti, quod facit probationem probatam, ac rem manifestam tribuit, iuxta vulgata; & in terminis nostris post alios, quos refert, firmat, *Altograd. cons. 50. num. 8. & 9.*
Vltrà quàm quòd per vnum ex DD. fuit animaduet-

maduersum, quòd dato assertum Testamentum valeret, prout non valet, ùt fuit supra ostensum, potuisset tantùm de ijsdem bonis d. Bartholomæus liberè disponere; Cùm ipsa fuerint bona dotalia D.Catharinę eius matris, cuius ipsa fuit hęres, ùt constat ex positionibus de, quibus in processù, quæ fuerunt habitæ prò confessis attenta partis contumacia, & pronuncia, de qua in actis.

Absoluimus ambas partes ab expensis, ex quo dd. sorores reportauerunt primam sententiam fauorabilem.

Et ità fuit decisum vtraq. parte informante.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in supplementum àn, & quandò sit deferendum creditori, vel debitori, probatò credito genericè, sed non quantitatiuè. Solutio àn probetur per depositiones testium singularium, & quandò testium singularitas dicatur adminiculatiua, vel obstatiua ad solutionem probandam, seù præsumendā. Compromissa vigore *Stat. Lucæ lib. 1. cap.* 130. non possunt probari, nisi per Instrumenta.

SVMMARIVM.

Creditori debet deferri Iuramentum circà quantitatem debiti probati num. 1. Declaratur nu. 5. Vbi quomodò procedat doctrina. Rainer. de Foroliu. & Sequacium.

Debiti substantia quandò constat ex testibus, vel alio modo, tunc super quantitate potest creditori deferri Iuramentum suppletorium num. 2.

Iuramentum in supplementum deferendum est creditori, qui semiplenè probauit suum creditum nu. 3.

Actor si semiplenè probauerit, infert magnam præsumptionem contrà Reum deferentem Iuramentum suppletiuum probationis, ipsi deficientis num. 4.

Debitor si fateatur debitum, sed neget fuisse illius quātitatis, quàm creditor asserit, tunc etiamsi per testes, vel per acta debitum probaretur, de quantitate autèm non constaret, non est standum supèr quantitate Iuramento creditoris, non concurrentibus alijs coniecturis num. 6. Et quandò est deferendum, & standum Iuramento debitoris num. 7.

Testium fides non minuitur per ipsorum singularitatem non obstatiuam, vel obiectiuam, sed adminiculatiuam num. 8.

Testium singularitas operatur, ùt omnia dicta coniungantur ad plenam probationem faciendam n. 9.

Testium singularitas dicitur adminiculatiua, quandò ipsorum depositio tendit ad probandas solutiones factas ad computum rei habitæ num. 10.

Stat. Lucæ lib. 1. cap. 130. *iubet compromissa alitèr probari non posse, quàm per Instrumenta num. 11.*

Computorum vera ratio dicitur illa, quæ dati, & accepti veram commemorationem facit numer. 12. Ampliatur num. 13.

Scripturæ occultatio, vel non productio prabet præsumptionem, ùt mala causa fouseatur num. 14.

Decisio XIII.

PRò pretio cæmentorum præstitorum, nèc solutorum egit Locuntenens Bernardinus de Monte S. Quirici contra M. Matthæum Vallettam insignem fabrū murarium in Curia fundaci, & cùm Reus conuentus debiti substātiam non inficiaretur, sed solummodò ad petitam quantitatem ascendere negaret, de aliquibus solutionibus aduersùs Actoris petitionem plenè docuit; Vndè sibi Iuramentum suppletiuum deferri institit, prò cuius paritèr delatione Bernardinus Actor vrgebat, sed D. Officialis Curiæ fundaci cùm voto D. *Consultoris* Iuramentum Reo conuento deferendum esse censuit, à qua sententia interposita coràm Nobis appellatione prò parte d. Actoris, Nos benè Iudicatum, & malè *fuisse* appellatum communi voto diximus.

1 Quamuis enim communis videatur opinio, quòd probato debito, debeat deferri Iuramentum creditori circà quantitatem ipsius, prouç magistralitèr docuit. *Raynerius de Foroliuio in l. 1. per illum tex. ff. de in lit. Iuran. & per l. fin. Cod. de bon. author Iudic. possess.* quem refert, & sequitur *Cepoll. cautel. 210. Dec. in l. certi conditio §. quoniàm nu. 8. ff. si cert. petat. & in cap. 1. num. 33. vers. 3. accedat de probat. & cons. 146. col. 5. in fin. & cons. 536. num. 12. Crauett.*
2 *cons. 198. num. 9.* Vbi expressè docet, quòd quandò ex testibus, vel alio modo constat de debiti substantia, tunc supèr quantitate potest deferri creditori Iuramentum suppletorium. *Bolognett. in l. in actionibus numer. 186. circà med. ff. de in lit. Iurand. Osasc. dec. 66. num. 3.* prò qua opinione videtur esse tex. *express. in cap. vlt. §. 1. de Iur. Iur.* quatenùs ibi Summus Pontifex dicit. *Nisi Iudex Actori potiùs defe-*
3 *rendum putauerit*; Si etiàm aliquandò creditori deferendum est Iuramentum in supplementum, vtiquè nullo magis casù, quàm cùm de suo credito semiplenè probauit, vti communis sententia, & forensis vsus docuit; Id, quod

etiam

etiàm cauetur: *in l. in bonafidei Cod. de reb. cre-
4 dit. & Iure Iur*, Vt videlicèt cùm Actor semi-
plenè probauerit, ità ùt magna sit præsumptio
contra Reum Actori deferendum Iuramentum
suppletiuum probationis, quæ illi deest. *Esco-
bar. de ratiocin. cap. 22. num. 8.*
5 Hanc tamèn *Rainer. & Sequacium*. doctri-
nam sanè, & cum distinctione esse admittendã,
dixerunt DD. Siquidèm illa solùm procedit,
quandò debitor substantiam debiti negasset, &
per probationis ab Actore factas conuictus fuis-
set de mendacio, & de illius dolo constaret;
Hoc namquè casù, constito de crediti substan-
tia, statur Iuramento ipsius creditoris circà
crediti quantitatem; Quòd si à debitore non
inficietur debitum, imò illud fateatur, sed non
in tanta quantitate, tunc vtiquè non procedit
doctrina supradictorum, cùm satis darum vi-
deatur, cùr potius creditoris, quàm debitoris
Iuramento standum sit circà crediti, & debiti
respectiuè quantitatem, ità intelligendam esse
doctrinam. *Rayner. & aliorum* docet, *Aymon.
de antiquitat. temp. par. 1. sectione vidimus nu.
19. vers. 2. respondeo. Plot. in l. si quandò nu. 660.
post med. vers. & debene intelligi. cùm vndè vi,
Fachin. contron. lib. 1. cap. 18. circa fin. Menoch.
de arbitr. lib. 2. cas. 190. num. 19. Cyriac. contr.
37. num. 54.* & optimè, *Rot. decis. 746. vers.
6 nihilominùs hoc dictum par. 1. diuers.* Vbi quòd
quandò debitor fatetur debitum, sed negat
fuisse illius quantitatis, quam creditor asserit;
Tunc etiàmsi per testes, vel per acta debitum
probaretur, de quantitate autèm non consta-
ret, non debet supèr quantitate stari Iuramen-
to creditoris, nisi aliæ concurrant coniecturæ,
7 quæ tantùm abest, quòd in præsenti causa
considerari possint, quòd imò potiùs contra-
rijs solutionum probationibus, prò parte M.
Matthæi factis, elisa remanserit probatio cre-
diti in substantia, quo casù non ambigendum
censuimus, quin debitori Iuramentum esset de-
ferendum, *Fachin. d. cap. 18. in fin.*

Quòd verò M. Matthæus de solutionibus ad
computum sui debiti plenè docuerit, illud sa-
tis liquet ex depositionibus plurium testium
prò illius parte examinatorũ, qui prætèr quàm
quòd sunt contestes de aliquibus partitis, ad-
hùc quandò essent singulares, optimè proba-
rent ad effectum, de quo agitur, scilicèt solu-
tionem aliquam ad computum debiti M. Mat-
8 thæi; Cùm illorum singularitas non sit obsta-
tiua, vel obiectiua, sed adminiculatiua, quæ
propterea fidem testium non minuit, ùt per
*Glos. & DD. in l. ob carmen. §. si testes ff. de testib.
Rot. decis. 433. num. 4. par. 4. tom. 3. recen. &
in Anconitana dotis 4. Iulij 1641. §. pr. coràm
R. P. D. Cerro, & in Spoletana Bonorum. 7. Fe-
bruarij 1648. §. nec dici potest coràm Reuerendiss.
Terraconen. & in Romana Pecuniaria, seu Legati.
11. Martij 1650. §. fin. coràm R. P. D. Albergato,
& in Romana Societatis Officij 27. Ianuarij 1653.
9 §. fin. coràm eodem*; Sed operatur, vt omnia
dicta coniungantur ad plenam probationem
faciendam, ùt *post. Aymon. de antiquit. temp.
par. 4. num. 11.* dixit. *Gratian. decis. March. 36.
10 num. 6. Rot. decis. 87. num. 6. par. 6. diuers.* Ad-
miniculatiua verò debet dici hæc singularitas
in præsenti causa, cùm depositio omnium te-
stium tendat ad probandas solutiones factas à
M. Matthæo ad computum cæmentorum habi-
torum à Bernardino Actore, ùt tradit. *Ludouic.
decis. Perus. 9. num. 14. & seqq. Gratian. decis.
March. 36. num. 6.* & in simili dixit. *Rot. in An-
conitana Dotis. 25. Nouembris 1647. §. quid cùm
praeneuatur coràm bo. me. R. P. D. Arguelles.*

Nec quicquàm obstare censuimus deposi-
tiones M. Gottardini, & Iosephi Signorini te-
stium examinatorum ad instantiam Bernardi-
ni, qui videntur concludere, se de ordine, &
mandato M. Matthæi, & d. Bernardini solidas-
se inter eos rationes dati, & accepti, & d. M.
Matthæum remansisse debitorẽ de scutis duo-
decim; Siquidèm fuit responsum, quòd siuè
velimus attendere eorum depositiones vti ar-
bitrorum, siuè vtì testium, nullo modo con-
cludunt debitum M. Matthæi, non vtì arbitro-
11 rum repugnante dispositione *Statuti lib. 1. cap.
130.* qua cauetur compromissa alitèr pro-
bari non posse, quàm per Instrumenta, nequè
vtì testium, cùm M. Gottardinus fateatur in
suo examine, se in solidatione computorum
non inspexisse solutiones factas à M. Matthæo,
sed solummodò partitas crediti ipsius Bernar-
dini, qua ratione verò potest dici, aliquem
remanere debitorem non visis, nequè habitis
in consideratione eius solutionibus ad compu-
12 tum sui debiti factis; Cùm vera ratio compu-
totum illa dicatur, quæ dati, & accepti veram
commemorationem facit. *Bald. in rubr. Cod.
13 de fid. Instrum. num. 31.* & hinc inquit. *Soccin.
cons. 149. vers. ex quibus*, illam rectam, veram-
què rationem esse, quæ hinc indè crediti, &
debiti commemorationem continet, qua me-
diante quid reliquatum sit, ostenditur.

Fuit vlteriùs ponderatum, quòd ex deposi-
tione M. Gottardini testis examinati ad instan-
tiam ipsius Bernardini Actoris constat, fuisse
confectam scripturam concordiæ per ipsum
initæ, ac perfectæ intèr M. Matthæum Vallet-
tam, & D. Bernardinum, quæ scriptura vtiquè
pænès ipsum creditorem remansisse præsumi-
tur, ùt de per se satis notum est; Ideòquè dùm
illa non exhibetur, vrgens oritur præsumptio,
vel quòd fuerit confecta longè antè tempus so-
lutionis,

lutionis, à M. Matthæo factæ in caupona, *detta la Pantera*, vel quòd aliud quid contineat, ex quo vel solutio integri debiti, vel computo-
14 rum error probetur: Ex hac occultatione, vel non productione ipsius scripturæ, resultat præsumptio, quòd Bernardinus malam causam foueat *ad latè tradita per Barbat. cons. 54. num. 4. lib. 3. & per Genu. de script. priuat. lib. 1. qu. 5. num. 12. & seqq.*

Absoluimus ambas partes ab expensis ratione dicti Iuramenti per d. Reum Vallettam præstandi iuxtà stylum Rotæ.

Et ità decisum vtraquè parte informante.

ARGVMENTVM.

Restaurum àn, & quandò conductori, seù emptori gabellæ debeatur ob impedimentum per edictũ pestis emanatum à Principe eiusdem locatore, seù venditore; Factum Principis àn, & quãdò habeatur prò iusto, & necessario, vel voluntario, ad hoc ùt conductor, seù emptor gabellæ possit consequi vel tantùm mercedis remissionẽ, vel etiàm interesse quoad lucrum cessans. Declaratur *tex. in l. si iactum retis. 13. ff. de action. empt. & tex. in l. nèc emptio 8. ff. de contrahen. empt.* in quibus casibus procedat. Examinatur *famigerata allegatio Larreæ 17. lib. 1.* Et de multis alijs materiam restauri, & remissionem mercedis concernentibus discutitur.

SVMMARIVM.

Restaurum debetur ad ratam damni passi Proueutualibus, impedita introductione mercium per Principem venditorem, seù locatorem gabellæ num. 1. Ampliatur num. 2.

Damnum infertur ob prohibitum commercium in substantia vectigalium, consistente in transitù, & mercium introductione, quæ censentur concessa, & stipulata in contractù num. 3.

Restaurum, seù remissio ad ratam damni passi debetur à Principe tollente substantiam rei venditæ, seù locatæ proptèr eius factum, licèt iustum, & necessarium prò conseruatione Reip. & ipsius boni regiminis num. 4.

Locatæ, seù venditæ rei substantia si in totum, vel in parte perierit, non admittitur distinctio, àn impedimentum illatum fuerit iustum, vel iniustum num. 5. Ampliatur num. 6. & 7.

Conducens hospitium causa hospitandi transeuntes, si postmodùm ex aliquo casù pauci, aùt nulli homines transeant, omninò debetur mercedis remissio, seù restaurum num. 8.

Locator per banna impediens transitum, & introductionem mercium, tenetur omninò facere mercedis remissionem num. 9.

Damnum àn sit modicum, vel intollerabile est considerandum solùm, si contingat in fructibus, secùs si in substantia rei num. 10.

Damnum modicum est reficiendum, quotiès prouenit facto Locatoris num. 11.

Damnum siuè sit ingens, siuè modicum, sempèr affert restaurum, data peremptione gabellarum, & datiorum in substantia ob impedimentum introductionis mercium num. 12.

Substantia conductionis gabellæ salis consistit in capitibus humanis num. 13.

Restaurum debetur prò ea parte bonorum aduehi prohibitorum, prò qua dicitur deperdita vectigalis substantia num. 14.

Restaurum habet locum etiàm prò minima damni parte, quandò perempta est substantia, quia in illa parte cessat contractus fundamentum num. 15.

Damnum inest in substantia, si fuisset impeditus vsus rei, num 16.

Substantia contractus deficit ob non præstitam successiuam patientiam vtendi, & fruendi remotis impedimentis per Locatorem num. 17.

Locator tenetur ad restaurum tradens rem conductori, & non defendens, ac minimè faciens vti frui toto tempore conuento nu. 18. Ampliatur nu. 19.

Contractus omnis debet intelligi cum clausula, Rebus sic stantibus, vel in eodem statù permanentibus, *num. 20.*

Promissio facta ipsi Deo, rebus notabilitèr mutatis, non ampliùs obligat num. 21.

Promissio, votum, seù Iuramentum intelligitur rebus in eodem statù permanentibus num. 22.

Restaurum, seù remissio competit proptèr suspicionem, seù pestis timorem num. 23.

Verba Ciceronis *ponuntur circà effectus pestis n. 24.*

In contractibus bonæ fidei, qualis est locatio, & venditio; deterioratio, seù diminutio petitur non officio Iudicis, sed Iure actionis eiusdem contractus num. 25.

Locatoris damnum est, pereunte re in substantia siuè in totum, siuè in parte in absquè culpa conductoris num. 26.

Manutentione promissa super vectigalibus; & impedimentis minimè remotis, non dicitur impletum, prò promittentis parte num. 27.

Exceptio non implementi obstat, & reiecta nunquam censetur,

censetur, si promittens manutentionem non remoueat impedimentum num. 28.

Damnorum, & interesse refectio, sed non mercedis remissio debetur à non valente remouere impedimentum in manutentione locationis num. 29.

Verbum Vendo, *in contractu apposito quandò dijudicari debeat potiùs locationis, quàm venditionis num. 30.*

Locationis contractus quandò præsumatur, quamuis fuerit habita mentio venditionis, & prò vno anno constituta vnica pensio num. 31.

Contractus iuxta eorum naturam, non autem verborum sonù attento, denominationem suam recipere debent num. 32.

Contractus natura met operatur, vt à falsa denominatione recedatur num. 33.

Contractus gabellarum locationis potiùs, quàm venditionis meretur appellari, in quibus non veniunt nisi factum, & patientia concedentis num. 34.

Venditionis natura propriè est, vt omne periculum, & omnes casus fortuitos in re vendita contingentes post ipsius perfectionem emptor sustinere debeat num. 35.

Restaurum damni, seù remissio debetur in contractu venditionis, quotiès ipsum prouenit facto gabellarum venditoris num. 36. Ampliatur num. 37.

Gabellæ venditor semper promisisse videtur, se nihil facturum, quod eius exactionem impediat, num. 38.

Restaurum semper debetur, si damnum proueniat facto venditoris quamuis iusto, & necessario, num. 39.

Pactum, quòd durante peste contractus, seù illius effectus suspendatur in aliud tempus, manifestum facit cōtrahentes noluisse accipere in se huiusmodi periculum num. 40.

Gabellæ emptor quandò potiùs credere debeat, quòd assignanda essent loca prò mercium expurgatione, quàm prauidere, quòd præiudicium emanauerit à totali impedimento commercij causando facto Principis illud prohibentis num. 41.

Restaurum adhùc habet locum, etiamsi de tempore contractus vigeret bellum, & eius suspicio, dummodò postmodùm præiudicium fuit auctum longè vltrà expectatum num. 42.

Pactum emptoris gabellæ restrictum ad casum pestis actualis crassantis in statu, non autem in locis remotis, quid operetur num. 43.

Locator quandò excusetur à remissione, seù restauro, nec nè, ex quo explanantur multorum DD. dicta, num. 44. & 45.

Conductoribus nulla damni refectio debetur ex Larrea, quando Princeps bellum iustum indicit, & ipsius occasione edicta decernit prò arcendo à suis finibus epidimia morbo num. 46.

Restaurum omninò est reficiendum Prouentualibus, seù Arrendatoribus gabellarum, detrimentum patientibus ex bannis Principis locatoris iustis, & prò necessaria Populi salute coactè emissis nu. 47.

Damnum illatum priuatis ex facto Principum, permisso ob publicam vtilitatem, est reficiendum num. 48.

Princeps, ad commodum publicæ vtilitatis, auferens Ius priuati necesse habet illud restaurare num. 49.

Fiscus non potest euitare emendam sub prætextu, quòd iusto facto, & rationabilitèr commercia fuerint impedita num. 50.

Appaltatores, seù Prouentuales emëntes gabellas, vel ipsas cōducentes ab aliquo Principe dicuntur redemptores aleæ, seù iactus retis num. 51. Et propterea si eis contingat aliquod damnum ex casibus inopinatis, insolitis, & fortuitis, cedit eorum periculo num. 52. Declaratur num. 53.

Locatio, vel conductio quandò dicatur continere iactus retis, seù alea emptionem, ex quà non debeatur restaurum num. 53. & 54.

Locationis contractus natura non mutatur, si promiscuè accipiantur locatio, & conductio, emptio, & venditio in contractu gabellæ num. 55. Ibidemq. datur ratio.

Restaurum est reficiendum iuxtà naturam cōtractus locationis num. 56.

Sententia Larreæ *æquiparantis conductores, seù redemptores vectigalium emptoribus iactus retis reijcitur, declaraturq. tex. supèr hoc allegatus nu. 57. & 59.*

Locator tenetur remouere obices, & præstare successiuàm patientiam per totum tempus locationis, vt conductor valeat vti frui re locata iuxtà naturam dicti contractus num. 58.

Emptor fructuum, & emptor iactus retis quomodò inter se differant remissiuè num. 60.

Illatio nulla fieri valet à minimo ad maximum, non secùs, ac à finito ad infinitum num. 61.

Piscator iactare nolens actione ex empto, vel incerti condictione tenetur num. 62.

Vectigalium redemptor si sibi faueret tex. in l. si iactum 12. ff. de action. empt. *posset agere contrà Remp. venditricem, ex facto eius exactione impedita, vel actione ex empto, vel condictione incerti ex stipulatù num. 63.*

Periculum omne censetur contractum, & susceptum in alea, secùs in emptione vectigalium, nisi expressè fuerit conuentum num. 64.

Remissio, seù restaurum habet locum in piscatione, & alea num. 65.

Contractus non dicitur factus per Prouentuales sub spe iactus, nisi exprimatur num. 66.

Gabellæ Prouentuales, seu Appaltatores an, et quandò dicantur emisse non spem aleæ, sed spem in re; Ità quod ob impedimentum introductionis mercium in Ciuitatem, emanatum à Principe locatore possint consequi restaurum num. 67.

Sententia Larreæ allegat. 17. *declaratur, quandò procedat num. 68. & 74.*

Pactum non meret recessum ab ipso sine expressa conuentionum factarum violatione, & alitèr factum, omne Ius abhorret, num. 69.

Pacta, & contractus seruare tenentur Principes, perindè si, ac ipse Deus contraheret, & suppositus esse vellet, num. 70. Ibidemque ponitur Prophet. *dictum.*

Pactorum obseruantia est de Iure Gentium. num. 71.

Fauori suo renunciare quis non præsumitur, nisi contrarium paciscendo sit expressum. num. 72.

Ad Conductorum fauorem in dubio est pronunciandum. num. 73.

Ratio publicæ vtilitatis, & causæ tacitè, & præsumptiuè derogare non potest Iuri Diuino, & Naturali, in contractibus, conuentionibus, ac Iuramento contentis. num. 75.

Princeps absq. lege vniuersali, & prauiè promulgata, ac sine recompensatione ob publicam vtilitatem auferre nequit Ius alteri ex contractù quæsitum, vel à se concessum. num. 76.

Locatoris factum iustum, & necessarium causat tantummodò pensionis remissionem; Si verò iniustum, seù voluntarium producit actionem ad totale interesse. num. 77.

Conductor non potest aliud prætendere, nisi vt sibi remittatur pensio, vbi damnum prouenit ex accidenti absq. facto, & culpa Locatoris; Secùs vbi prouenit ex facto, seu culpa Locatoris, ex quo ei competeret actio ad totale interesse. num. 78.

Vendens, seu Locans non potest in aliquo facere deteriorem conditionem Emptoris, siuè Conductoris, aliàs etiamsi id faciat fauore publico, tenetur ad omnia damna. num. 79.

Conductor, vel Emptor si ob publicam necessitatem priuetur commodo rei emptæ, seù locata per Communitatem locatricem, siuè venditricem pedagij, Communitas dicitur in culpa, etiamsi non sit culposa. num. 80.

Interesse totale debetur Prouentualibus vectigalium habito respectu ad id, quod solitum erat fieri, & percipi, nisi prouideatur eorum indemnitati prouenienti ex culpa Locatoris, seù Venditoris earundem. num. 81.

Conductor impeditus vti frui re conducta facto Locatoris iusto, petere potest interesse passum, sed sine lucro; Impeditus verò facto Locatoris iniusto vltrà damnum petere potest interesse lucri cessantis, num. 82.

Restaurum, seù mercedis remissio, non autèm interesse quòad lucrum cessans peti valet, quandò edictum fuit emanatum à Principe locatore vectigalium ob publicam vtilitatem, & prò tuenda salute. num. 83.

Decisio XIV.

DE anno 1630. Cum Excellentissima Resp. Lucen. vendiderit, seù potiùs locauerit Ciuitatis, & totius Status Vectigalia DD. Vincentio Barsotto, & Io. Baptistæ Ludouici, cuius ad præsens sunt Cessionarij Spect. de Bonuisis, plures fuerunt initæ conuentiones, & inter alias, scilicèt: *In caso, che nel fine dell' anno si ritrouasse la detta Gabella hauer perso; All' hora li predetti Prouentuali debbano perdere scudi 1200. con il quarto di più di detti scudi 1200.* Et inferius: *Che per tutto l' anno 1630. di detta metà di Gabella se ne possa valere, quelle tenere, e possedere, e riscuotere, promettendo del mantenimento legitima difesa di detto prouento in forma di ragione valida.*

Paulò post celebratum Instrumentum propter suspicionem Contagij in locis vicinis crassantis sub diuersis sanè temporibus per Excellentissimum Senatum plura fuerant promulgata edicta, quibus sub graui pœna interdicebatur ingressus in Territorium Reip. huius cuiuscunque generis mercium, quæ à Regionibus Germaniæ, Galliæ, pluribusq. Italiæ Prouincijs deferebantur, hocquè, vt suprà dixi, propter imminentis pestis timorem; Vndè Vectigalia præfata grauissimum, notabilequè detrimentum passa fuere, ex quo eorum fructus principaliter consistebant in huiusmodi mercium delatione: Qua de re apud Magistratum, qui tunc temporis vectigalibus præerat, Prouentuales antedicti conquesti fuere, & humili denunciatione protestati; Atque cum Principis permissione per eosdemmet Prouentuales instituto Iudicio super restauro coràm Iudice primarum instantiarum, probatisque hinc indè eorum incumbentijs, instructoque processu; Tandèm ipse decreuit minimè restaurum præfatis Prouentualibus esse faciendum, prout in sententia, cui &c. A qua pronuncia, siuè magis sententia sentientes se grauatos ijdem Prouentuales, ad Rotam appellationem interposuerunt; & discussis hinc indè fundamentis; Hodiè proposita causa coràm DD. meis, an esset benè, vel malè iudicatum; & DD. vna mecum malè iudicatum pronunciandum esse dixerunt (licèt sententia ex causa in fine decisionis apposita non fuerit postmodùm per Actuarium causæ rogata) ac coràm ipsis de duobus dubitari contigit, seù oportuit; Nempè, an pro parte dd. Prouētualiū, siuè illorū Cessionariorū ob merces facto Principis nō introductas posset peti restaurum. Secundò, an vltrà restaurum in omnem casum prętendi posset

posset lucrum amissum, quod verisimilitèr lu-
crari potuissent, nisi impedimentum illud fuis-
set præstitum.

1 Quoad verò primi dubij resolutionem DD.
vnanimi voto dixerunt, restaurum ad ratam
damni passi Prouentualibus, siuè &c. omninò
deberi; Moti potissimùm, quia impedimen-
tum introductionis mercium euenit factò Ex-
cellentiss. Reipub. venditricis, seu magis loca-
tricis, *iuxta doctrinam Bald. in l. vnica, col. pe-
nult. Cod. de his, quæ pæn. nom. Ioan. de Anan.
cons. 74. num. 3. Carroc. de locat. & conduct. tit.
de casibus fortuit. quæst. 5. per tot. Franc. Marc.
2 dec. Delphin. 62. per tot. par. 1.* Ità quòd pro-
cedat conclusio, etiamsi dd. Prouentuales su-
scepissent in se casus fortuitos, omneque risi-
cum, & periculum, non tamen intelligeretur
de casu proueniente ex culpa partis *ad tex. in
l. cum proponas, vbi DD. Cod. de nautic. fænor.
Corn. cons. 23. num. 12. vol. 2. & cons. 12. n. 3.
cum seqq. vol. 4. Sebastian. Medic. tract. de casib.
fortuit. par. 2. qu. 10. num. 44. Surd. decis. 326.
num. 56.*

3 Etenim cùm negari non posset ex talibus
edictis fuisse impeditum commercium, & sic
damnum fuisse illatum in ipsa substantia vecti-
galium, cuius effectus principalitèr consistit
in transitù, & mercium introductione, idquè
censeri in contractu concessum, ac stipulatum
docuerunt *Cuman. in l. interdùm, §. quod ex nau-
fragio, num. 1. ante med. ff. de acquiren. possess.
Boss. de remiss. merced. nu. 105. Carpan. ad Stat.
Mediol. cap. 394. num. 206. tit. 2. Surd. cons. 34.
num. 20. cons. 197. num. 4. & seqq. consil. 326.
num. 65. & cons. 400. nu. 10. cum seqq. ac cons.
507. num. 6. & 7. & dec. 326. nu. 58. 62. 64.
& 65. Menoch. cons. 671. num. 6. & 17.* in ter-
minis *Pereg. cons. 98. ex num. 4. lib. 5. Marchin.
de bell. Dinin. seu pestilential. tempor. par. 9. cap.
7. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 195. n. 2.
& cap. 534. numer. 37. & cap. 557. numer. 61.
Mastrill. decis. 299. num. 111. cum plurib. seqq.
Rot. Roman. apud Buratt. decis. 110. numer. 5.*

4 Cumq. æquissimum sanè sit, quòd etiamsi fa-
ctum Principis considerari debeat vel iustum,
& necessarium pro conseruatione Reipublicæ,
& ipsius boni regiminis; Dùm tamen exindè
tollitur substantia rei venditæ, seù locatæ; Hoc
non obstante teneatur ad remissionem, seù
restaurum ad ratam damni passi, vt in his præ-
cisis terminis, quandò damnum prouenit ex
similibus edictis, & sic in substantia rei, vt de-
beatur restaurum, tenent *Alex. cons. 152. n. 5.
versic. Item illud posset procedere lib. 6. Bursatt.
cons. 309. num. 10.* plenissimè *Eugen. consil. 50.
num. 56. & 57. lib. 1. Camil. de Medic. cons. 23.
n. 6. versic. Ex his concludo, & cons. 141. per tot.*
præsertim *à num. 2. 3. & 10. Io. Franc. à Pont.
cons. 88. per tot. vol. 2. Mart. Ventur. cons. 15.
num. 60. et seqq. Thor. in compend. decis. Neapol.
par. 3. fol. 193. Castill. controuers. par. 3. cap. 3.
num. 44. Clapper. in centur. causar. caus. 43. n. 3.
Larrea ex aduerso allegatus allegat. 17. num. 27.
& allegat. 18. num. 6. & 13. & allegat. 20. à
5 num. 7. ad 26.* Ità quòd sit semper verum di-
cere, quòd quandò substantia rei locatæ, seù
venditæ, in totum, vel in parte perierit, non
admittatur distinctio; An impedimentum
illatum fuerit iustum, vel iniustum, firmant
*Menoch. cons. 27. num. 53. cons. 55. numer. 14.
cons. 119. num. 1. & 2. cons. 246. nu. 8. et cons.
671. nu. 16. Giurb. ad consuet. Messan. obseru. 24.
num. 11. Castil. quotid. lib. 3. d. cap. 3. ex n. 56.
Cyriac. controu. Iur. controuers. 274. nu. 1. et 2.
Marcian. cons. 7. ex num. 4. lib. 2. Cephal. cons.
217. num. 14. & 15. Rimnald. Iun. consil. 719.
num. 8. 15. & 16. Becc. cons. 45. num. 19. &
20. & cons. 233. num. 5. Montesperel. cons. 111.
num. 4. Bonifac. Regger. cons. 7. nu. 56. & seqq.
et n. 72. Cauagnol. consult. 83. n. 15. & seqq. lib. 2.*

6 Etiamsi id, quod fit, esset respectu Locatoris
fieri necessarium *Corn. cons. 38. nu. 20. & 24.
vol. 2. Rip. de remed. cont. pest. num. 95. Thor. in
compend. decis. Neap. par. 1. fol. mihi 462. verb.
Remissio mercedis;* Latissimè etiam firmaui *in
meis lugubrationibus ad tex. in l. vnica Cod. si
quis Imperat. maledix. §. 13. à numer. 34.* Vbi
plura notatù digna ad istam materiam Amice
Lector conspicies.

7 Quam conclusionem procedere dixerunt
DD. etiam quòd damnum proueniret ex illis
casibus, qui soliti essent rei conductæ accide-
re, quiquè potuissent à Conductore præuideri,
vt optimè ad propositum firmat *Thesaur. Iun.
quæst. forens. lib. 2. quæst. 47. per tot. Anton. de
Butr. in cap. proptèr sterilitatem num. 19. de locat.*

8 Vbi quòd Conducenti hospitium causa hospi-
tandi Transeuntes, si postmodùm ex aliquo
casu pauci, aut nulli homines transeant, omni-
nò debetur mercedis remissio, seù restaurum,
& sequitur *Ancheran. cons. 402. per tot. Aretin.
cons. 52. per tot. Camill. de Medic. citat. consil.
141. num. 5. Corn. d. cons. 181. num. 2. vol. 3.*

9 Vbi prò certo tenet, quòd quandò transitus,
& introductio mercium est impedita propter
banna Locatoris, omninò debeatur mercedis
remissio, & in puncto de bannis emanatis post
affictatam Gabellam *Alberic. in rubr. Cod. de
vectigal. & commiss. Anna allegat. 21. num. 1.
et singul. 577.* vbi ità decisum refert *Bertacchin.
de Gabell. par. 2. numer. 41. Mastrill. decis. 299.
num. 90.* qui allegat *Castrens. cons. 30. num. 40.
Sebast. Medic. tit. de casib. fortuit. par. 2. quæst.
10. num. 147. & 148.*

10 Nec propterea attenditur, an damnum
sit modicum, vel intollerabile; Quia talis
distinctio perfici solet tantùm, quandò dam-
num contingit in fructibus; Secùs tamen
quandò in substantia rei, vt cumulatis de more
multis DD. authoritatibus, fundat Amat. Pa-
normit. resolut. 18. ex num. 23. & seqq. part. 1.
Becc. cons. 45. ex num. 19. per tex. in l. si merces
§. 1. & 2. ff. locat. Natt. cons. 360. num. 1. cum
seqq. Castill. controuers. Iur. lib. 3. cap. 3. ex n. 4.
vsq. ad 17. Paytell. expedit. 39. in aduocat. ex
num. 4. Rot. Rom. decis. 605. ex num. 3. cum
seqq. par. 4. tom. 3. et decis. 192. n. 12. par. 5. rec.
& in puncto fuit etiam per me firmatum in
dd. meis lugubrationib. ad tex. in l. vnico, Cod. si
quis Imperat. maledix. §. 13. num. 30. cum seqq.
vbi latè de præfata distinctione, quomodo
11 procedat. Et sic dato, quòd damnum sit
modicum, sempèr refici debet, quotiès pro-
uenit facto Locatoris, Costa in suis memorab.
verb. conductor. Eugen. cons. 50. num. 58. lib. 1.
Amat. citat. resolut. 18. num. 21. Marcell. Mar-
12 cian. cons. 7. num. 4. lib. 2. Et sic est sempet
verum dicere, quòd quotiès Ius exigendi ga-
bellas, & datia est alicui concessum prò mer-
cium introductione, quòd dicatur negotium
perire in substantia ob impedimentum intro-
ductionis mercium, & consequentèr debeatur
restaurum, siuè damnum sit ingens, siuè mo-
dicum, firmant Surd. cons. 507. post numer. 6.
13 versic. Quinto, & num. 7. Qui loquitur in
quadam gabella salis consumenda in certis
Terris, & dicit substantiam conductionis con-
sistere in capitibus humanis, idem Surd. dicta
decis. 326. num. 64. & 65. Menoch. dict. consil.
671. num. 6. in fin. & seqq. & num. 17. Dicit,
14 quòd si aliqua bona afferantur; Tamen si alia
prohibeantur adduci, prò ea parte non addu-
cta, dicatur deperdita vectigalis substantia, &
ideò debetur restaurum; & in eisdem terminis
loquitur Mastrill. decis. 299. num. 110. & 111.
& relato Boss. Carpan. & alijs Amat. var. dict.
cap. 18. num. 22. et 27. vers. Pariter per quinque
casus, Marchin. de bell. Diuin. seu pestil. tempor.
par. 9. cap. 7. sub n. 2. Mart. Ventur. cons. 15. n. 7.
15 & seqq. Qui vltrà citatos dicit, quòd restau-
rum debeatur etiàm prò minima damni par-
te, quandò perempta est substantia, quia in
illa parte cessat contractus fundamentum,
Surd. cons. 400. num. 26. & 27. Mozz. de locat.
tit. de accident. locat. num. 8. Ciarlin. controuers.
16 200. num. 41. Vbi dicit, quòd damnum in
substantia inesse dicatur, si tamen vsus rei fuis-
set impeditus, & controuers. 201. num. 37. &
38. par. 2. Vermigl. consil. 478. num. 5. & 6.
17 Vnde concluserunt DD. quòd cùm in casu,
de quo agebatur, dubitari non posset, substan-
tiam contractus defecisse ob non præstitam
successiuam patientiam vtendi, & fruendi, re-
motis impedimentis per Locatorem peractis,
in quibus tota substantia contractus gabella-
tum consistebat, vt suprà diximus, & est tex.
in l. ex conducto 16. in princip. l. si in vno 17. §.
vbicunq. vers. Planè si Dominus, & ibi Glos. l. si
in l. locationis 17. §. Colonus, ff. locat. l. si quis
domum 9. & l. si tibi 7. ff. eod. tit. Conan. lib. 7.
comentar. cap. 11. Petr. Gregor. Syntagmat. Iur.
lib. 27. cap. 1. par. 3. Mozzius de contract. tit. de
locat. & conduct. de substant. liberæ locationis
18 num. 10. Excellentissima Respub. locatrix
restaurum euitare non potest; Cùm non suf-
ficiat Locatori, vt rem tradat Conductori, sed
tenetur eam defendere, & facere vti frui toto
tempore conuento, l. si merces, §. 1. l. si fundus,
ff. locat. Bart. & alij in l. corruptionem ff. de vsu-
19 fruct. Caccheran. decis. 51. Quòd habet locum
etiamsi culpa Locatoris non sit præordinata
ad casum, Surd. cons. 12. num. 64. & 68. Beron.
cons. 141. num. 8. Boss. de remiss. merc. conduct.
num. 64. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 8.
20 numer. 12. Et in omni contractu intelligitur
Clausula, Rebus sic stantibus, vel in eodem statu
permanentibus, Glos. in l. quod seruus, vbi etiàm
Ias. num. 8. ff. de condit. caus. dat. latè Mart. de
21 Clausul. Claus. 127. Et adeò vera est supraci-
tata conclusio, vt promissio facta ipsi Deo,
rebus notabilitèr mutatis, non ampliùs obli-
22 get; Ex quo promissio, votum, seù Iuramen-
tum intelligitur, rebus in eodem statu perma-
nentibus, per tex. in cap. quemadmodùm de Iur.
Iuran. & latè prosequitur Gutierez. de Iuram.
part. 1. cap. 29. numer. 6. & cap. 71. numer. 6.
23 Quæ omnia locum sibi vendicant non solùm
in casu, quo pestis vigeat, sed etiàm proptèr
suspicionem, seù pestis timorem, vt restaurum,
seù remissio competat, Ancheran. consil. 88.
24 Et pulchra sunt Ciceronis verba in orat. pro
Gneo Pomp. Ibi: In vectigalibus non solùm ad-
uentus mali, sed metus ipse calamitatem affert;
Quia pecora relinquuntur, agricultura deseritur,
Mercatorum nauigatio, & itineratio conquiescit;
Quarè totius anni fructus vno rumore periculi, &
vno terrore belli, vel pestis amittuntur.
25 Ex quo fit, quòd in contractibus bonæ fidei,
qualis est locatio, & venditio, actione eiusdem
contractus, deteriotatio, seù diminutio peti-
tur, non quidèm officio Iudicis, sed Iure
actionis, Caldas cum multis, quos allegat de
empt. & vendit. cap. 27. num. 50. & 51. per tex.
in l. si vt certo, §. Nunc videndum, ff. commodat.
l. maritus 62. l. si quis fundum 10. §. Imperator,
26 ff. locat. Ità quòd semper sit verum dicere,
quòd damnum verè sit Locatoris, quandò res
petijt in substantia, siuè in totum, siuè in parte
absquè

absquè culpa Conductoris, *Mozz. d. tract. de locat. & conduct. tit. de aceiden. locat. num. 8. Amaya obseru. Iur. lib. 3. cap. 3. num. 14. Ciarlin. controuers. 201. num. 37. & 38. par. 2.*
27 Quæ tantò magis procedere dixerunt DD. mei, ex quo Resp. promisit manutentionem, & sic cum fuerit humili interpellatione pulsata apud Magistratum, qui tunc temporis vectigalibus præerat, & impedimenta non substulerit, non dicitur per consequens impleuisse pro ipsius parte, *Monac. decis. Bonon. 38. num. 1.*
28 *& seqq.* Illiq. obstare exceptionem non implementi, quàm reiectam nunquàm censeri, in puncto firmarunt *Marescott. lib. pr. variar. resolut. 88. num. 3. Rot. decis. 77. numer. 4. post Zacch. de obligat. Cameral.* & in terminis respondit nouissimè *Io. Mar. de Vermigl. cons. 478.*
29 *num. 1. & seqq.* Et licèt hoc impedimentum ipsa Resp. remouere non potuerit ex rationibus supra adductis; Non tamèn per hoc liberatur à mercedis remissione; Sed solummodo à refectione damnorum, & interesse, *Surd. d. decis. 326. numer. 16. Cyriac. controuers. 274. num. 4.*

Quibus sanè præhabitis ad omnia vrgentiora obiecta per DD. Informantes prò Excell. Repub. allata sigillatim respondere existimauimus.

Primò etenim acertimè obijciebatur dd. Prouentuales non versari in cõtractu locationis, in quo supra narrata locum sibi vendicare possent; sed in contractù puræ venditionis: Cùm non alitèr fuerint gabellæ per Excellentissimam Remp. locatæ, sed venditæ de anno 1630. & per consequens restaurum minimè faciendum; Cùm omne periculum post factam venditionem contingens, spectet ad Emptorem, non autèm ad Venditorem iuxta vulgata.

Fuit enim responsum, circumscripta quæstione, an talis contractus dijudicari deberet locationis potiùs, quàm venditionis, maximè quãdò Contrahentes vsi sint verbo *Emptionis, & Venditionis*, & nè pugnam detrectare videremur circa præfatæ quæstionis cognitionem, aliqua non iniucunda per DD. adducta fuere priùs quàm ad obiectum propositum responsio daretur.
30 Et quòd non obstante verbo, *Vendo*, In contractù apposito dijudicari debeat potiùs locationis, quàm venditionis, latè *Bart. qu. 4. à num. 9. & 14.* Vbi plures casus distinguit, *& quæst. 22. num. 1. & in L. cæcum ferro, §. qui Maximos num. 4. cum seqq. ff. de publican. Rip. de priuileg. caus. pest. à numer. 47. vsque ad 53. Alex. cons. 107. per tot. lib. 3. Corn. consil. 23. num. 7. lib. 2. & consil. 12. num. [illegible] lib. 4.*
31 Et indistinctè præsumi contractum locationis, quamuis fuerit habita mentio venditionis, & pro vno anno constituta vnica pensio vltrà *DD.* suprà citatos, *Medic. de Casib. fortuit. quæst. 10. par. 2. num. 45. post med. Menoch. cons. 27. num. 22. Gratian. discept. forens. cap. 755. num. 27. Rot. decis. 350. num. 9. part. 4. recen.* Ità quòd dato, quòd Tabellio in actu contractus fuerit vsus verbo *Vendo*, Non autem *Loco*; Quià tamen pacta, in eodem apposita, locationi magis, quàm venditioni cõueniunt;
32 Contractus iuxtà eorum naturam, non autem verborum sonù attento, denominationem suam recipere debet *iuxta Glos. in l. si vni in princip. in verb. sed transactio, ff. locat. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. ampliat. [illegible] num. 3.* & in puncto quæstionis defendunt *Soccin. Sen. cons.*
33 *88. num. 1. & 2. lib. 1.* Cùm natura met contractus operetur, vt à falsa denominatione recedamus, *Menoch. in terminis cons. 27. n. 42. 43. 44. 45. et 46. Gratian. discept. foren. cap. 755. nu. 26. & 27. Surd. decis. 326. num. 10. et seqq.*
34 Vbi latè, & hoc maximè procedit in contractibus gabellarum, qui quoquomodò sint concepti, locationis potiùs, quàm venditionis propriè merentur appellari, vt fundant proximè citati *DD.* & sic in tali contractù non venire, nisi factum, & patientiam Concedentis, strenuissimè fundat *Peguer. decis. Chatal. 214. num. 9.*

Pacta autèm in eo, de quo agitur contractù, quòd propriè sint locationis, & naturæ venditionis præcisè repugnent, dignoscitur ex illis verbis ibi: *In casibus fortuitis, belli, vel pestis, preseruantur. Prouentuales immunes à damno, quod propter huiusmodi infortunia pati possent, & reseruatur eorum Ius integrum in meliori tempore exercendum*; Vt patet ex verbis eiusdem contractus, qui se refert ad statutum Gabellæ, de materia loquens, ex quo solùm pacto clarè desumitur, locationem, non autèm venditio-
35 nem fuisse perfectam; Cùm natura venditionis propriè sit, vt omne periculum, & omnes casus fortuitos in re vendita cõtingentes post ipsius perfectionem Emptor sustinere debeat; vt eleganter ponderat *Soccin. citat. consil. 88. num. 2.* & clariùs *Menoch. cons. 835. num. 19. versic. Respondetur tertiò.* Secundum pactum in eo consistit scilicèt: *Quòd etiamsi precium conuentum non perciperetur ex gabellis dicti Emptores, seù Conductores, nihilominùs non possent amittere, et soluere non teneantur, nisi scuta 1200.* Quod est contrà naturam expressam venditionis; Cùm si verè esset venditio, totum precium debuissent deperdere, vt consideranti patet.
36 His tamèn non obstantibus; & si in Iure, & in

& in facto ſatis benè fundatis, adhùc tamèn,
diximus dato, quòd verſaremur in contractù
venditionis, eſſe locum remiſſioni, ſeù reſtauro
damni, quotiès ipſum prouenit facto gabella-
rum Venditoris, vt in puncto firmant *Io. de*
Mon. Sperell. conſ. 111. per tot. Alex. conſ. 84.
ex numer. 4. lib. 6. Soccin. Sen. conſ. 156. lib. 2.
Menoch. conſ. 34. num. 12. & ſeqq. Crauett. conſ.
91. lib. 1. Mart. Venturin. latiſſimè *conſ. 15. ex*
num. 11. cum plurib. ſeqq. Mangil. de ſubhaſtat.
qu. 139. num. 15. cum plurib. ſeqq. Peguer. citat.
deciſ. 214. numer. 9. Manent. deciſ. Mant. 38.
n. 25. & 26. Rot. deciſ. 52. n. 4. par. 3. rec. juncto
37 præſertim pacto manutenendi Emptores,
proùt in noſtro casù in puncto *Eugen. conſ. 50.*
38 *num. 7. cum plurib. ſeqq. lib. 1.* Ex quo Vendi-
tor gabellæ ſemper promiſiſſe videtur, ſe nihil
facturum, quod eius exactionem impediat, vt
vltrà ſuprà *DD.* citatos dixerunt *Bald. in cap. 1.*
§. ad hac de pac. Conſtant. Corn. citat. conſil. 23.
num. 11. verſic. Et idem procedere, Gutierrez de
39 *gabell. qu. 136. num. 12.* Et ſic quandò dam-
num prouenit facto Venditoris, quamuis iuſto,
& neceſſario, non autèm ex ſolo casù fortuito
peſtis, vel belli, in quibus terminis procedit
concluſio, vt non ſit locus reſtauro, ex quo
tunc cenſetur emptus iactus retis, vt inferius
demonſtrabitur tunc sẽper deberi reſtaurum.
firmarunt *Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos*
num. 6. & 7. ff. de public. Ibi. *Ad vnum tamen*
volo, & ſolicitè aduertere; Quià prædicta ſunt
vera, quandò guerra non eſt propter aliquam cul-
pam ipſius Ciuitatis &c. Sed ſi Ciuitas iſta
infert guerram alijs propter inimicitias, tenetur
publicano ad intereſſe, & poſſet peti, vel fieri ex-
computum precij, ſi non eſſet ſolutum &c. Idem-
que repetit *in l. ſi merces §. culpa autem, verſic.*
Et per iſtud §. dico, quòd iſti, qui emunt à Ciuitate
podagia, & ſequitur *Ancheran. in cap. propter*
ſterilitatem numer. 25. de locat. Corn. conſil. 23.
num. 9. & conſ. 38. num. 20. lib. 2. & conſ. 10.
num. 12. lib. 4. Bald. conſ. 246. numer. 1. in fin.
verſic. Salutis lib. 3. Menoch. conſ. 27. num. 32.
Boer. deciſ. 249. num. 7. verſic. Et non ſolùm
eſt remiſſio mercedis facienda, quandò eſt lo-
catio, ſed etiam quandò eſt pura fructuum
venditio *ex tradit. per Boſſ. tract. de remiſſ. mer-*
ced. num. 92. in fin. verſic. Et loquuntur etiam
prædicti DD.

Secundò acerrimè obijciebatur, quòd cùm
de tempore contractus iam vigeret ſuſpicio
peſtis, hoc ideò eſſe præſumendum Prouen-
tuales prędictos ſeſe ſubijcere voluiſſe huic pe-
riculo iàm per ipſos præuiſo.
40 Fuit enim reſponſum, quòd obiectum cor-
ruit ex facto, dùm in contractù expreſsè appa-
ret, Prouentuales eorum indemnitati in caſum
peſtis proſpexiſſe per pactum, quòd ea duran-
te, contractus, ſeù illius effectus ſuſpenderetur
in aliud tempus, & ſic manifeſtè patet, eos
noluiſſe accipere in ſe huiuſmodi periculum,
quemadmodùm in puncto reſpondet *Franc.*
41 *Clapper. cauſ. 43. in fin.* Vltrà quàm quòd
obiectum procedere forsàn poſſet, ſi Condu-
ctor conquereretur de damnis illatis à peſte;
Cùm iſte caſus potuerit ab Emptore præuide-
ri, ſecùs verò dùm præiudicium emanauit à
totali impedimento commercij, cauſato facto
ipſius Principis illud prohibentis, quem caſum
præuidere nõ debuit, ſed potiùs credere, quòd
aſſignanda eſſent loca ſolita pro mercium ex-
purgatione, vt ratiocinatur *Burſatt. conſ. 309.*
42 *num. 10. verſic. Secundò.* Et in proximis ter-
minis, quòd etiamſi de tempore contractus
vigeret bellum, & eius ſuſpicio; Si tamèn
poſtmodùm præiudicium fuit auctum longè
vltrà expectationem, adhùc ſit locus reſtauro
fundant *Corn. citat. conſ. 12. numer. 12. vol. 4.*
Ibi: *Poteſt dici, quòd dd. Emptores fortè non*
curauerunt in ſe ſuſcipere periculum aduentus Gen-
tium armigerum Sanctiſs. D. N., vel Communis
Tuderti; Quia non putabant veriſimiliter eis af-
ferre magnum damnum, Burſatt. conſ. 81. n. 18.
Ibi: *Non obſtat, quòd tempore conductionis adeſ-*
ſent talia bella; Quià reſpondetur bellum hoc cùm
ingens, & magnum non cenſeri remiſſum, ſeù co-
gitatum, Boſſ. de remiſſ. merced. num. 59. Molin.
de contract. diſputat. 493. numer. 2. in puncto
Valaſc. de Iur. emphyt. qu. 27. nu. 18. circa fin.
verſic. Ex quibus ſubinfertur eſſe longè diuerſum
caſum impedimenti illati à peſte, & eius, quod
prouenit ex banimentis illius occaſione factis à
Principe, ex quibus totale commercium fuit im-
peditum, & per eadem ferè verba ratiocinatur
Io. Franc. à Ponte conſ. 88. num. 14.

Tertiò obijciebatur, quod dùm in Inſtru-
mento fuit per pactum ſuſpenſionis cõtractus,
ſatis prouiſum Conductoribus in caſum peſtis,
ſibi imputare debent, ſi hanc viam non elige-
runt, & per conſequens haud reſtaurum præ-
tendere valeant.
43 Tollitur enim obiectum, ex quo tale pactũ
eſt reſtrictum ad caſum peſtis actualis craſſan-
tis in ſtatu, non autem in locis remotis, iuxta
firmata *per Riminald. Iun. conſ. 282. num. 18.*
Nec proindè licitum erat intempeſtiuè talem
facultatem exercere.
44 Quartò minimè obſtare diximus authori-
tates *Riminal. Iun. conſ. 182. in fin. Galeot. reſ-*
ponſ. fiſcal. 18. num. 42. Capyc. Latro dec. 171.
num. 44. lib. 2. Qui videntur excuſare Loca-
torem etiam à remiſſione, ſeù reſtauro, quan-
dò ipſius factum eſt iuſtum.
45 Fuit itaque reſponſum, quòd *Riminald.* ad-
mittit

mittit expresse distinctionem *Bart. in citat. l. si vno, §. cum quidam, ff. locat.* scilicèt inter dam-
num prouenient facto Locatoris iusto, vel in-
iusto, vel facto Conductoris, & in suo casu pu-
tat factum adscribi potiùs debuisse Conducto-
ri, dùm ibi agebatur de pistoribus, qui con-
duxerant facultatem coquendi panem vena-
lem, & cùm prætenderent posteà restaurum
propter passus clusos ex causa pestis in locis
vicinis grassantis, dicit nullam adscribi po-
tuisse culpam Ciuitati, & satiùs fuisse arcendo
forenses, qui essent de locis infectis, conser-
uare cæteros, quàm permittendo aduentum
omnium inficere Ciuitatem; Ex quo si lues
statum, & Ciuitatem irrepisset, longè mino-
rem quantitatem panis potuissent expendere:
Ad *Galeot.* Pari modo respondetur, dum in
dicto responso 18. solùm se fundat *in d. consil. Ri-
minald.*; ad *decis. Capyc. Latr.* In qua firmat,
causam iustam, & necessariam pro bono regi-
mine excusare Locatorem à remissione mer-
cedis, Fuit responsum contrariam opinionem
esse veriorem *ex supra allegatis*; & *Larrea*, quem
solùm pro hac opinione adducit *Allegat.* 20.
Totum oppositum firmat; quemadmodùm &
ipse Capyc. in alia sua decis. 162. *nu.* 30. firmat,
quòd ex causa pestis, & belli solùm fieri debet
Conductoribus mercedis remissio, allegando
Marchin. de bell. Diuin. par. 9. *cap.* 3. *& Ansald.
cons.* 88. *per tot.*

46 Quintò objiciebatur per DD. Informantes,
posse Principem in consequentiam boni regi-
minis bellum iustum indicere, & ipsius occa-
sione edicta decernere pro arcendo à suis fini-
bus epidimiæ morbo, & propterea nullam
hoc casù fieri debere vectigalium Conducto-
ribus damni refectionem *ex authorit. Larreæ in
sua famigerat. allegat. fisc.* 17. *per tot. lib.* 1.

47 Equidèm antequàm *ad Larr.* fundamenta
totalitèr eneruanda, vt inferiùs demonstrabi-
tur, respondeamus, præmittendum putaui-
mus, quòd omnes *DD.* suprà citati vno ore
firmant, quòd etiamsi factum Principis Loca-
toris sit iustum, ac pro necessaria Populi salute
emissum; Ita vt huiusmodi impedimentum
præstitisse dicatur coactus, ùt publicæ vtilitati
consuleret; Nihilominùs si ex huiusmodi ban-
nis detrimentum sequatur Prouentualibus, seù
gabellarum Arrendatoribus, reficiendum eis
omninò fore restaurum, tradunt *Eugen. consil.*
50. *num.* 29. *Rolan. cons.* 69. *lib.* 4. *Bero. consil.*
146. *numer.* 44. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 146. *in fin.
Corn. citat. cons.* 12. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 4. *Boss. tit.
de remiss. merced. num.* 67. Et præ cæteris vi-
dendus in puncto *Donat. Ant. de Marin. quotid.*
48 *resolut. lib.* 2. *cap.* 187. *per tot.* Et si enim
Principibus aliquid facere permittatur ob pu-
blicam vtilitatem; Si tamèn ex tali facto ali-
quod damnum Priuatis inferatur, illud restitui
debet, benè *Cranett. cons.* 95. *num.* 7. & meliùs
sub num. 8. *Franc. à Ponte cons.* 88. *vol.* 2. *per tot.
Alex. cons.* 151. *lib.* 6. *sub num.* 2. *versic. Circa
secundum dubium*: Qui *sub num.* 3. Assignat
49 rationem; Quia si Princeps vult ad commo-
dum publicæ vtilitatis Ius priuati auferre, ne-
cesse habet illud restaurare; prout paritèr in
terminis consuluit *Camill. de Medic. consil.* 141.
per tot. præsertim *sub numer.* 1. *versic. Nec dicat
Regia Curia talia emanasse banna ad futuram cu-
standam pestem, vt per hoc dicatur emanasse pro-
hibitionem, & ipsa banna facto iusto, & rationa-
bili, vt excludat Arrendatorem à præsenso ex-
computo, & emenda; Nam etc. & sub nu.* 2. *et* 3.
50 Tandèm concludit, vt per hæc non possit eui-
tare emendam Fiscus eo sub prætextù, quòd
iusto facto, & rationabilitèr Excellentissimus
Prorex motus fuerit ad commercia impedien-
dum, & *sub num.* 10. omnibus contrarijs res-
pondet, prout *sub num.* 11. *&* 12. Et priùs
consuluerat *consil.* 23. *num.* 6. Qui de commu-
ni, & receptissima opinione testatur, ac deci-
sum dicit *Thor. in par.* 3. *decis. Neapol. fol. mihi*
193. in puncto *Bursatt.* de bann. publicat. Man-
tuæ ob timor. pest. & commerc. illor. occas.
prohibit. *cons.* 309. *per tot.* & præsertim *sub n.* 9.
idem Thor. in compend. decis. Neap. par. 1. *fol.*
462. *Giurb. ad Consuetud. Messan. par.* 1. *obseru.*
24. *sub num.* 11. *amplias.* 3. & infinitos allegans
Castill. controuers. lib. 3. *cap.* 3. *à num.* 26. *vsque
ad* 46. *Cæsar. Manent. decis. Mant.* 38. *num.* 26.
& 27. *Mangil. de subbastat. quæst.* 139. *per tot.*
& præsertim *numer.* 10. 13. 15. 24. 25. *&* 27.
Marcel. Marcian. consil. 7. *lib.* 2. *num.* 4. *Mart.
Ventur. cons.* 15. *num.* 60. *&* 61.

Quibus sanè præmissis superest nunc, vt *ad
Larr. allegat.* Respondeamus. Inquit enim
51 *Larr.* quòd dd. Appaltatores, seù Prouentua-
les, qui emunt gabellas, vel ipsas conducunt
ab aliquo Principe, dicuntur redemptores aleæ,
seù iactus retis *vulgat. tex. in l. si iactum* 13. *ff.
de act. empt. l. nec empto* 8. *ff. de contrahen. empt.*
52 Et per consequens quicquid damni ipsis de-
indè contingit ex casibus inopinatis, insolitis,
ac fortuitis sibi ipsis imputari debet, ac eorum
periculo cedat, *vt per tot. allegat.* Per hæc, &
alia, materiam examinando, *idem Larr.* deci-
sum dicit.
53 Verùm quia ad Iuris apices prouocati fui-
mus à *Larr. citat. allegat.* Objiciendo subtilis-
simas spei, & aleæ emptiones, & venditiones
contra Conductores vectigalium, vocàdo illos
redemptores: Diximus, quòd nullo modo in
casù, de quo agitur, neque spes, nec alea
empta dici poterat, quotiès locatio, vel con-
ductio

ductio non est concepta, vel contracta per
anersionem, idest sub vnica solutione pensio-
nis, vel precij, suscepto in se omni periculo
l. 4. §. 1. ff. de pericul. & commod. rei vendit.
l. fin. Cod. de doc. promiss. Menoch. cons. 27. num.
10. & 17. Ciarlin. controuers. 200. n. 31. tom. 2.
54 Sed quotiès locatio non est vnica, & istan-
tanea, sed sub successiuis diurnalibus, men-
struis, & annuis præstationibus, & cum pactis
reseruatiuis hinc indè in casum belli, vel pestis,
non solutionis, & similium, prout in Instru-
mento Appaltus, cui &c. Hoc ideò non pos-
sunt haberi in consideratione iactus retis, nec
emptio aleæ sine re, si ità non fit actum *ad tex.*
express. in l. necessariò 8. §. si ità res. ff. de peric.
& commod. rei vendit. l. nec emptio 8. ff. de con-
trahen. empt. l. 1. §. exercitor. 15. ff. de exercitor.
act. l. fin. §. fin. ff. ad l. Rhod. de iact. l. opus 39.
& l. in nauem 34. ff. locat. Emmud. Merill. obser-
uat. Iur. lib. 6. cap. 25. & firmat etiam *Mancin.*
de Iuram. par. 4. post effect. 228. respons. 5. num.
74. & 75. & in indiuiduo in conductione, &
locatione vectigalium à fisco respondendo
omnibus motiuis allegatis *à Larr.* videndus
Hieronym. Pantschman. quæst. de locat. et cõduct.
quæst. 18. num. 28. & 98. & quæst. 17. num. 22.
& 87. Merend. lib. 24. controuers. cap. 13. n. 10.
tom. 4. n. 87. pagin. mihi 197. & 213. Quibus
reportatis cum alijs fuit etiam firmatum *in*
meis lucubrat. ad tex. in l. vnica, Cod. si quis Im-
perat. maledixer. §. 13. à num. 37. & 38. Vbi
de hac decisione mentio perficitur.
55 Neque ob id, quod locatio, & conductio,
emptio, & venditio promiscuè accipi sæpiùs
soleant apud Doctores, & Conductores em-
ptores fructuum, atque Publicani, Emptores
paritèr, & Redemptores vectigalium dicantur,
in qua verborum promiscuitate vim facit *Larr.*
Tamèn non per hoc natura contractus muta-
tur *l. liberto 21. ff. de annu. legat. l. veteres, et l.*
seq. ff. de actionib. empt. l. 2. ff. de publican. Cu-
iacc. obseruat. lib. 9. cap. 15. tom. 2. DD. in l. si
ij, qui 14. Cod. locat. l. ea lege 53. §. locaui, ff. eod.
tit. Pantschman. d. quæst. 18. num. 59. versic.
Et ità, Decc. consil. 95. Soccin. Iun. cons. 68. n. 2.
56 *vol. 3.* Ità quòd restaurum omninò reficien-
dum iuxtà ipsius contractus locationis natu-
ram veniat *l. si merces, & l. ex conduct. ff. locat.*
idem Pantschman. quæst. 17. num. 23. vers. Spreta
itaque, & quæst. 18. n. 21. versic. Et etiam posito.
57 Præterea diximus omninò reijciendam
doctrinam *Larr. citat. allegat. 17. lib. 1.* Vbi
æquiparat Conductores, seù Redemptores
vectigalium Emptoribus iactus retis, spei, &
aleæ, & per consequens si nihil perceperint ex
vectigali ob casum fortuitum belli, siuè pestis,
sibi imputent damna: Nàm ad intelligentiam
d. tex. per vnum ex DD. fuit dictum, esse ani-
maduertendum præ cæteris, iactum retis in-
ferre simultaneum actum, & vnicum iaciendi
modum, quo nihil citiùs secundùm verbi pro-
prietatem dici potest, & ideò spem subitaneam
appellat *Valerius Maxim. lib. 4. cap. 1.* Ibi;
A piscatoribus in Milesia verriculum trahentibus
quidam iactum emerat; Apuleius apolog. prim.
Ibi; *Cùm animaduertisset à quibusdam piscatori-*
bus verriculum trahi, fortunam eius iactus vno
impetù emisset, Sueton. & alij apud Brisson. de
v. s. lib. 9. pag. mihi 266. Pratei. in verb. iactus,
& in verb. alea Lexicon. Caluin. in dd. verbis,
text. in l. 5. ff. de nautic. fanor. l. 10. ff. de incend.
ruin. & naufrag. l. 4. ff. de ver. diuis. & docet
idem tex. in l. si iactum in illis verbis; Ibi; *Si*
iactum retis emero. Numerò videlicèt singulari
loquendo, *iuxtà tex. in l. boues. §. hoc sermone,*
ff. de verb. signif. Medic. regul. 3.
58 Vndè cum in præsenti agatur de patientia
successiua præstanda per annum, vt posset
Conductor vti frui re locata, remotis per Lo-
catorem obijcibus iuxtà naturam dicti con-
tractus, *l. 1. & 2. l. si in vno, & l. si in lege, ff.*
59 *locat.* cum concordantibus: Anthonomia *dicti*
tex. Non potuit applicari casui, de quo dispu-
tabatur; Cùm ibi tantùm agatur de spe circà
rem modicam, idest circà capturam plurium,
vel pauciorum piscium sub modico *præiudi-*
cio, & circà aliquod obuenturum non multò
plus nihilo, vt est piscatio, venatio, & similia
ad tradita per Fabr. in §. hoc ampliùs instit. de
rer. diuis. vbi *Glos. litt. N. et d. l. nec emptio 8.*
ff. de contrahen. empt. idem Faber. rational. Iur.
lib. 18. tit. 1. super tex. in d. l. nec emptio; Vbi
60 ponit differentiam inter Emptores fructuum,
& iactus retis *tom. 5. Pantschman. d. quæst. 17.*
num. 46. 51. 52. 53. 54. & 55. In conductio-
ne verò vectigalium facta per dd. Prouentua-
les agitur de spe, & damno supra quinquiès
61 mille aureos; Ità vt nulla fieri valeat illatio
à minimo ad maximum, non secùs ac à finito
ad infinitum *ad tex. in l. si ea lege 27. §. Colonus,*
ff. locat. l. si quis conduxerit 49. ff. eod. l. 22. 23.
& 24. Cod. de contrahen. empt. Claud. Praten.
prognostic. Iur. lib. 2. cap. 3.
Imò alter ex DD. aliam solutionem *ad tex.*
in d. l. si iactum contrà Larr. & se in illo fundan-
tes subiungebat, scilicèt admisso, sed tamèn
non concesso, quòd dicatur iactus retis em-
ptus, ex quo *I. C. Cels. in d. tex. in l. si iactum*
62 infrascripta verba profert, nempè; *Si iactare*
piscator noluerit, incertum huius rei æstimandum
est; Et sic vel actione ex empto, vel incerti
condictione *iuxtà tex. in l. vbi autem in prin-*
63 *cip. 75. ff. de verb. obligat.* Quid enim cessan-
te peste Resp. nec iactare rete, hoc est spem
iactus,

iactus, siuè exactionis successiuè præstare potuit, & hoc ideò rete iam disruptum, & fractum remanserit; Adeò vt ipsius facto exactio propter impedimenta præstita perfici nequiuerit, & ex hoc Redemptores vectigalium vel in totum, vel in parte, spe ipsa frustrati sint, ex præfata dispositione *d. tex. in l. si iactum.* prò omni eo, quanti valebat spes, & quantum lucri ab ijs percipi potuisset cōtrà se Excellentiss. Resp. vel actione ex empto, vel conditione incerti ex stipulatu, agi nunc pati debet *Pantschman. d. qu.* 18. *num.* 101. *&* 102. *per tex. in d. l.* 5. *ff. de nautic. fænor. Merend. controu. lib.* 12. *cap.* 50. *à num.* 25. 26. 28. *&* 29. *tom.* 2. & est *tex. in l. inter stipulantem* 83. §. *sacram. ff. de verb. oblig. Faber super tex. in d. l. nec emptio lib.* 18. *rational. tit.* 1. *tom.* 5. *vers. Aliud est in missilibus.*

Ex quibus pariter patet responsio *ad tex. in d. l. nec emptio* 8. *ff. de contrahen. empt.* Ibi: *Enim alea, & iactus retis conuertuntur, & vnum prò*
64 *alio exemplificatur*; Et quid in alea supponitur, ac intelligitur pactum de alea in se, fortunaque suscepta cum expressa conuentione omnium periculorum &c. Secùs tamen in casù, de quo agebatur, in quo partes contrahentes expresse se retulerunt ad Statutum Gabellæ, in quo de contrario constat *d. l.* 5. *ff. de nautic. fænor. & d. l. nec emptio, et d. l. si iactum*
65 *Soccin. cons.* 88. *num.* 3. *lib.* 1. Et in fortioribus terminis, quòd habeat locum remissio, seù restaurum in piscatione, & alea *Pantschman. d. quæst.* 17. *num.* 15. *vers. Cùm ergò.*
66 Vndè cùm dd. Prouentuales non contraxerint sub spe iactus; Quià id expresse actum non fuit *Pantschman. d. qu.* 18. *num.* 28. *&*
67 *qu.* 17. *num.* 17. Imò expresse contraxerint cum pacto restauri; Cùm in contractù reseruauerint Ius exercendi, & exigendi in meliori tempore in casum belli, vel pestis iuxtà statutum Gabellæ, ad quod expresse se retulerunt; Sequitur, quòd deficientibus solitis, & cōsuetis emolumentis propter impedimenta non introductionis mercium in Ciuitatem, ex quibus solita, & consueta emolumenta percipiebantur, sit verum semper dicere, non esse emptam spem aleæ, sed spem in re *d. l.* 5. *ff. de nautic. fænor. Pantschman. dict. quæst.* 18. *numer.* 101. Qui vnus sufficiat pro omnibus allegari possunt contrà fundamenta *Larr. d. allegat.* 17. reiecto in specie *Bald. à num.* 28. Et cōtrarium sentit *idem Bald. cons.* 343. *vol.* 5. *Merend. dict. cap.* 50. *numer.* 17. *lib.* 12. *tom.* 2. *controuers. Faber. d. lib.* 18. *tit.* 1. *Rational. per doctr. Bart. in d. l. si iactus.*
68 Et demùm *ad Larr. allegation.* fuit responsum, quòd loquitur in quadam Persona, quæ conduxerat Regia Vectigalia secundùm leges Hispaniæ, & Conductor ibi specialitèr assumpserat in se casus Belli, Pestis, Incendij, Ruinæ, etiamsi Bellum causatum fuisset ab ipso met Principe Locatore, nulla prorsus ad sui fauorem facta reseruatione; Vndè nil mirum si inhærendo dd. pactis omninò seruādis dictum fuerit *à Larr.* d. Personam emisse spem, & retis iactum, & sic conqueri non potuisse, dum his
69 durissimis legibus subiacere voluit; Secùs tamèn in casù, de quo cotàm Nobis disputabatur, vbi vltrà pacta, & relationem habitam ad statutum Gabellæ de materia loquendo ad fauorem Prouentualium, expresse fuit initum pactum super manutentione dd. gabellarum, à quo pacto recedi non potest sine manifesta conuentionum prædictarum violatione, quod omne Ius abhorret *Pantschman. qu.* 9. *n.* 206.
70 *Larr. d. allegat.* 17. *num.* 29. Cùm Princeps tàm pacta, quàm contractus seruare teneatur, perindè si ac ipse Deus contraheret, & suppositus esse vellet *iuxtà dictum Prophet. in psalm. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, & ità cōcludunt *Bald. in cap.* 1. *de natur. feudor. & in l.* 2. *Cod. de seruit. & aqu. num.* 45. *et cons.* 327. *num.* 2. *&* 3. *in princip. Bart. & Castrens. in l. digna vox Cod. de legib. Dec.* plenissimè *cons.* 25. *numer.* 21. *& seqq. lib.* 1. *Ant. Gomez. in l. quarta Tauri num.* 89. *& tom.* 2. *variar. cap.* 1. *Surd. decis.* 43. *num.* 11. *Sesse decis. Aragon.* 181. *num.* 1. *& seqq.* cum innumeris alijs congestis *in meis Lucubrat. ad tex. in l. vnica, Cod. si quis Imperat. maledix.* §. 8. *à num.* 33. *vsq. ad num.* 38. *& seqq.* vbi latissimè, quibus addi possunt *Menoch. cons.* 27. *num.* 27. *Amaia obseru. Iuris lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *& numer.* 27. 96. 100. *& num.* 101. *Merlin. Pignatellus controuers. forens. Centur. prima, cap.* 2. *num.* 30. *Franciscus Maria Pratus discept. forens. cap.* 50. *numer.* 61. *& se-*
71 *quentib. tom.* 2. Et pactorum obseruantia est de Iure Gentium *l.* 1. *ff. de pactis*; Et quis
72 suo fauori renunciare non præsumitur, nisi contrarium paciscendo sit expressum *Anchoran. cons.* 427. *n.* 4. *circà fin. Peregrin. cons.* 86. *numer.* 62. *lib.* 6. & faciunt tradita *per Monac. decis. Bononien.* 38. *num.* 20. *& seqq. & Larr. d.*
73 *allegat.* 17. *nu.* 30. Atq. in dubio ad fauorem Conductorum esse pronunciandum, firmat *Cyriac. controuers.* 151. *in fin.*
74 Cætera *per Larream* deducta non minùs sublata censentur vno insuper addito verbo, hoc est, eius argumenta de spe, & alea esse illatiua, non indiuiduantia conclusiones firmatas in locationibus, & conductionibus huic nostræ similibus; Sed è cōtrà habentur Iura expressa, & clara in terminis prò remissione, & restauro; Nèc non ratio publicæ vtilitatis considerata *per eundem Larre. d. allegat.* 17. *à num.* 27.

 cessat

cessat in præsenti casu, quia apud eum publica vtilitas erat informata, & qualificata legibus vniuersalibus Regni illius, & vnita pactis, ac renunciationibus expressis conductorum de non faciendis, nec petendis respectiuè restauro, & remissione prò quouis casu fortuito, etiam insolito, nec sperato, vt supra dictum
75 est, secùs verò in casu nostro; Nàm huiusmodi ratio publicæ vtilitatis, & causæ tacitè, & præsumptiuè derogare non potest Iuri Diuino, & Naturali in contractibus, conuentionibus, & Iuramento contentis *Bart. in l. vlt. §. 1. ff. de pig. act. Ias. cum alijs in l. Barbarius num. 36. & seq. ff. de offic. Prætor. Menoch. cons. 103. n. 26. 52. & 53.* & non diffitetur *ipse Larrea allegat.*
76 *56. num. 2. 6. & 7. ead. part. prim.* Nec ob publicam vtilitatem Princeps absquè lege vniuersali, & præuiè promulgata, ac sinè recompensatione potest auferre Ius alteri ex contractù quæsitum, vel à se concessum *Menoch. d. cons. 103. d. num. 26. 27. 28. 52. 53. 54. 69. et seq. Io. Ant. Bellon. cons. 66. num. 2. 3. & 5.* & idem *Menoch. consil. 27. numer. 23. 24. 25. 26. & 28.*

77 Quo verò ad secundum caput, seù dubium, nè aliquid intactum remaneat respectù lucri fieri possibilis, diximus, præmissa distinctione inter factum Locatoris iustum, & necessarium, & factum iniustum, seù voluntarium: Primò enim casù datur solùm remissio pensionis, & de hoc iam suprà ad saturitatem fuit degustatum: Secundò verò casù competit actio ad totale interesse, prout sunt *tex. clari in l. si quis domum, §. hic subiungi potest, & l. qui Insulam, & l. si fundus, ff. locat. Bart. in l. si in vno §. cùm quidem num. 2. & in l. si merces, §. culpa autem. num. 1. ff. eod. & in l. cotem ferro, §. qui maximos num. 7. ff. de publican. & qu. 4. numer. 14. versic. Hoc autem intelligo, & quæst. 22. num. 2. Castren. in d. l. si merces, §. si culpa num. 2. Ancharan. in cap. propter sterilitatem num. 25. de locat. Soccin. Sen. cons. 88. num. 3. vers. Si autem lib. 1. Alex. cons. 84. num. 2. & 4. lib. 6. Crauett. cons. 95. num. 8. Medic. de casibus fortuit. qu. 10. num. 43. vers. Secundò non tenetur par. 2. Menoch. cons. 27. num. 32. 52. & 54. & consil. 119. num. 1. & cons. 671. num. 24. Corn. cons. 24. num. 9. lib. 2. & cons. 12. num. 7. cum seqq. lib. 4. Bursatt. cons. 309. per tot. Cephal. cons. 577. num. 9. Paris. cons. 40. à princ. vsquè ad fin.* & præcipuè *num. 7. vol. 1. Rolan. à Vall. cons. 69. num. 28. vol. 4. Paul. de Montepic. cons. 76. n. 15. Franc. Aretin. cons. 139. num. 2. Boss. de casib. seu remiss. merced. num. 92. & 108. cum seqq.* præsertim *num. 112. vers. Si tamen illud factum fuit iniustum, Ioseph. Ludouic. conclus. 12. versic. Et quod dictum est cum seqq. Ferret. de Gabell. num. 294. et 297. Gutierr. eod. tract. quæst. 136. num. 11. cum seqq.* plenissimè *Castil. Controuers. Iur. lib. 3. cap. 3. nu. 26. Donat. Ant. de Marin. quotid. resolut. lib. 2. cap. 187. per tot. Capyc. Latr. decis. 162. nu. 57. tom. 2. Capunaquen. decis. 283.*
78 *part. prim.* Et ratio præfatæ distinctionis in eo consistit, quòd scilicèt vbi damnum prouenit ex accidenti absquè facto, seù culpa Locatoris, ei nihil est imputandum, & Conductor non potest aliud prætendere, nisi vt sibi remittatur pensio. At vbi prouenit facto, aut culpa Locatoris, contra fir pacto tacitè inito, mè quid fiat, propter quod impediatur vsus, & redditnũ perceptio, & proindè datur actio ad totale interesse, vt benè *post Ferrett. de Gabell. num. 294.* & alios suprà enunciatos *per Castil. citat. par. 3. lib. 3. num. 35.*

Qua præhabita distinctione insistebant dd. Prouentuales vectigalium, iustè prætendere posse totale interesse; Cùm facto Principis venditoris, seù locatoris impedita fuerit delatio mercium, in qua subsistit constantia vectigalium, stantibus edictis prohibitiuis propter timorem pestis in vicinis locis crassantis, vt suprà fuit dictum; Licèt enim huiusmodi factũ videatur iustum, imò necessarium prò saluanda Ciuitate, & Statu; Nihilominus respectù Emptoris, seù Conductoris dicitur iniustum;
79 Cùm Vendens, seù Locans nõ possit in aliquo facere deteriorem conditionem Emptoris, seù Conductoris, alias etiamsi id faciat fauore publico, tenetur ad omnia damna iuxta sen-
80 sum *Corn. cons. 38. num. 10. vol. 2.* Qui animaduertit in similibus casibus non esse bonam excusationem, quòd Communitas, quæ vendidit, seù locauit pedagia, præstiterit impedimenta propter publicas necessitates, quodq. ideò non possit dici in culpa, ex quo tenetur curare, quòd Emptor, seù Conductor non priuetur commodo rei emptæ, seù locatæ, saltèm facto suo, vel eius contemplatione, & consequenter culpa sibi adscribitur, etiamsi non sit culposa, & idem repetit *citat. cons. 12. d num. 4. ad 12. vol. 4. Crauett. cons. 95. num. 8. Alciat. cons. 95. num. 4. tom. 3. lib. 8. Gozzadin. consil. 28. Cott. verb. Conductor, versic. Quarto adde. Decian. cons. 108. num. 2. lib. 2. Menoch. cons. 671. in fin. Donat. Ant. de Marin. quotid. resol. cap. 187. lib. 2. in fin.* plenissimè *Amat. var. resolut. resol. 18. nu. 24. Altograd. cons. 21.*
81 *num. 51.* Attento maximè, quia Resp. vllo modo prouidit indemnitati dd. Prouentualium ipsis assignando loca proportionata, & opportuna pro mercium expurgatione, nõ in totum vetando delationem ipsarum, & sic cùm ipsius culpa omiserit hanc cautelam, præstari debet totale interesse, habito respectù ad id, quod solitum

solitum erat fieri, & percipi tempore sanitatis, vt in puncto ratiocinatur *Bursatt. citat. consil. 309. vers. Secundò cum vt dixi*.

Attamèn DD. quoad damna, & interesse respectù lucri, censuerunt non deberi; Quià impedimentum emanauit ob publicam vtilitatem, sequuti distinctionem originalem *Bart. in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locat.* fir-
82 mantis, quòd aùt Conductor impeditur facto Locatoris iusto, & tunc interesse passum, sed sine lucro petere potest, aùt facto Locatoris iniusto, & tunc etiàm vltrà damnum potest petere interesse lucri cessantis & *Bart. distinct.* sequuntur communitèr *DD.* præsertim *Surd. decis. 326. num. 15. 16. 24. & 25. Gratian. discept. foren. cap. 376. num. 3. & 18. Vivi. decis. 317. num. 6. part. 2. Peguer. decis. 214. num. 7. Mastrill. decis. 209. n. 17. Boss. de remiss. merced. num. 108. cū seqq. Camill. de Medic. cōs. 23. et cons. 141. per tot. Regens Reuerter. decis. Reg. Cam. Neap. 84. per tot.* vbi nouissimè, ac doctissimè obseruat *Regens Donat. Ant. de Marin.* Qui vere dictas decisiones *Reuerter.* cum suis obseruat. illustrauit impressas de anno 1661. Lugduni.

83 Quippè quòd cùm dubitari non possit, quin edicta emanauerint in casu, de quo disputabatur ob publicam vtilitatem, & pro tuenda salute, cessat omnis difficultas, vt nempè omninò fieri debeat mercedis remissio, seù restaurū, minimè autem peti valeat interesse quoad lucrum, vt in puncto damni cōtingentis ex peste distinguendo, consuluerunt *Bursatt. toties citat. cons. 309. per tot. Camill. de Medic. d. cons. 141. per tot.* & innumeri alij superadducti, inter quos *Regens de Pont. cons. 88. ex num. 13. lib. 2.* & non dissentit *Capyc. Galeot. respons. Fiscal. 18. num. 43. lib. 1.* Sic decisum dicit in Sac. Cons. Neap. *Io. Leganar. in addit. ad pragmat. Ronit. super rubr. de vectigal. à princ. vsquè ad fin.* & præsertim *à vers. Et demùm antiqua, & nota Publicanorum Auaritia &c.*

Quæ causa cùm inter DD. de Rota vna mecum fuisset, vt suprà vocata; Ità vt tantùm publicatione indigeret, eadem die, qua suum finem recipere debebat, comparuit Spectab. Dom. Aduocatus Fiscalis prò parte Excellentissimæ Reip. protestando non posse deueniri ad expeditionem causæ, opponendo nullitatē citationis in libello appellatorio transmissæ, sub eo prætextù, quòd præfata citatio fuerit exequuta sub die 19. Maij 1655. quæ ob festiuitatem S. Theodoti erat feriata in honorem Dei, & consequentèr cùm in ea die non potuerit relaxari dicta citatio, seù libellus appellationis interpositę iuxtà dispositionem *Statut. in cap. 16. lib. 1. Stat. Vniuers. in fin.* remansit nulla appellatio; Ità vt prima sententia D. Iudicis à quo fecerit trāsitum in rem Iudicatam; Proptereà DD. dixerunt esse supersedendum in pronunciatione nostræ sententiæ, donèc discuteretur dictus punctus; & cùm interim fuissem vocatus à Serenissima Rep. Ianuen. ad exercēdum munus vnius ex Auditoribus illius insignis Rotæ Criminalis; Ideò in lucem non prodijt præfata decisio à me tunc temporis summo studio elaborata, quam peritissimis Iuris Prudentiæ luminibus supponere non dubitaui. Quare &c.

ARGVMENTVM.

Statutum Lucæ de prohibit. alienat. in Forens. in cap. 74. lib. 2. Stat. Vniuersal. quomodò, & in quibus casibus procedat, & àn tale *Statut.* dicatur principalitèr odium continere, & secundariò publicam vtilitatem, vel è contrà, & àn dictum *Statutum* compræhendere valeat etiàm hypothecam; Ità vt illam Forenses acquirere nequeant; & examinantur *cons. Mazzol. & Phanucc.* super *d. Stat.* Iudex àn, & quandò valeat pronunciare supèr probatis, licèt in libello non deductis. Clausula *Plena Iure*, seù *Naturali Domino* àn, & quandò verificari queat in simplici dominio hypothecæ, & àn *d. Stat.* habeat locum in Clerico, & àn, & quandò Rubrica declaret Nigrum latè examinatur.

SVMMARIVM.

Instrumentum clausulis, & cautelis optimè roboratum facit probationem probatam, claram, & manifestam, num. 1.

Mandatum de associando sempèr concedendum est habenti clausulam Constituti, *siuè* Præcatij *in Instrumento insertam, num. 2.*

Clausula Constituti *præbet facultatem capiendi fructus rei, ad effectum sibi satisfaciendi cum ipsis de credito, num. 3.*

Constituens non valet se opponere Constituario, n. 4.

Statutum auferens Ciuibus liberam facultatem disponendi de rebus proprijs ad eorum libitum, & Forensibus ipsamet bona acquirendi, est contrà

tex. in l. in re mandata Cod. mandat. & in l. dudum de contrahen. empt. num. 5. *Quod statutum an dicatur principalitèr odium continere, & secundariò publicam vtilitatem, vel è contrà, & an admittat latissimam extensionem, etiamsi esset pœnale, vel tantum operetur, quantum specialitèr, & verbis expressis disponit, num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*

Statutum quandò tendit principalitèr contrà priuatam vtilitatem, licèt secundariò publicæ vtilitati faueat, Instrumentum Iuramento firmatur non obstante statuto prohibitiuo, num. 17. Et de ratione, num. 18.

Actio dicitur mixta, & non tollitur per generalem statuti dispositionem, nec comprahenditur, quandò agitur actione personali habente annexam hypothecam cum clausula Constituti, *num. 19.*

Alienatio perfecta à Ciue in Forensem dicitur casus mixtus, ratione cuius mixtura sustinetur, n. 20.

Extensio ex identitate rationis minimè perficitur, quandò inclusio mixti est odiosa, & exorbitans à Iure Communi, num. 21.

Statutum prohibens alienationem an prohibeat hypothecam etiamsi generalem, num. 22. 23. et 24. Et an habeat locum in alienatione, à Laico in Clericum forensem facta, num. 29.

Verba genitiui Mobilium, & Immobilium *ostendunt quoddam Ius in re, num. 25.*

Ius in re, & Ius ad rem quomodò intèr se differant, num. 26.

Pignorans, vel hypothecans non alienat, nèc Ius in alium transfert, dùm pignus remanet in bonis debitoris, num. 27.

Hypotheca specialis non habet vim transferendi dominium, sed solam, & nudam possessionem, seù detentationem; Vndè eam statutum prohibitiuum alienationis in Forensem non comprahendit, n. 28.

Statutum Lucæ sub cap. 74. lib. 2. *quam interpretationem semper habuit, num. 30.*

Mazzol. conf. 59. & Phanucc. conf. impress. post tract. de Inuent. *reprobantur, num. 31.*

Consuetudo iudicandi inducta videtur, etiamsi semel fuisset super statuti intelligentia iudicatum, n. 32. & 33. Ampliatur num. 34.

Tex. in l. fin. Cod. de rebus alien. non alienan. *quandò habeat locum, num. 35.*

Hypotheca improprijssimè dicitur alienatio, & ideò non potest supèr proprietate verborum statuti contineri, nullam facientis mentionem de hypotheca, num. 36.

Alienatione prohibita, intelligitur prohibitus omnis actus, per quem sequitur alienatio, limitatur ista conclusio in statutis, num. 37. Vndè non videtur prohibita pignoris acceptatio, num. 38.

Alienatione prohibita, seù venditione, non censetur propriè prohibita hypotheca, vel obligatio, n. 39. Ampliatur num. 40.

Verba Emere, vel aliquo quocunquè titulo, siuè modo acquirere *vniuersalitèr prolata extenduntur ad impropriam, imò improprijssimam alienationem, et sic ad hypothecam tàm specialem, quàm generalem, num. 41.*

Statutum Lucæ cap. 74. lib. 2. *interdicit tantùm alienationem, quæ transfert dominium, minimè verò eam, quæ non transfert dominium, num. 42.*

Alienatio tunc propriè fieri dicitur, quandò quis abdicat à se rem aliquam in alium transferendo, num. 43. Et quandò propriè dicatur etiam alienatio, num. 44.

Statutum de vera dominij translatione, non autèm de ea, per quam nuda possessio auocatur, intelligendum est, num. 45. Ampliatur num. 46.

Dictio Alius *iuncta dictioni* Quocunquè modo, *implicat titulos, ac modos similes eiusdem qualitatis, & naturæ, ac priùs sunt expressi, num. 47.*

Verbum Alienatio, *vti genericum, quandò est positum inter suas species, ab illis sempèr restringitur, et iuxtà illarum sonum de sola alienatione dominij translatiua restringitur, num. 48.*

Verba vniuersalia, siuè generalia, licèt videantur omnia comprahendere, non possunt tamen per species specificatas ampliari, quàm sint, sed benè restringi, num. 49. Affertur exemplum in verbis Quoquo modo, *seù* Aliquo modo, *num. 50.*

Prohibitio alienationis facta à statuto Iuris Communis correctorio, & restringibili, vti valdè odiosa, & exorbitans, dato, quòd sit verbis vniuersalibus, & geminatis concepta, semper venit restringenda, num. 51. Ampliatur num. 52.

Verbum nullum est tàm vniuersale, quantumuis geminatum, quòd non recipiat restrictionem ex consideratione debitarum circumstantiarum, num. 53.

Statutum fauorabile nullo modo extendendum venit ad casus improprios, & non expressos, num. 54.

Hypotheca siuè generalis, siuè specialis constituta supèr bonis æquiualentibus iuxtà obligationem, ità vt cesset spes luitionis, censetur propriè alienatio à statuto prohibita. num. 55.

Testium fides controuerti nequit, si eorum dictum in quantitate, & valore fructuum, qui percipi possunt, & percipiuntur, fundent, num. 56.

Hypotheca inducit veram alienationem contrà formam statuti prohibentis acquisitionem, seù dominij translationem in Forenses, cessante spe luitionis, ex quo cõtractus ab initio remanet infectus, n. 57.

Statutum prohibitiuum acquisitionis bonorum in Forense non procedit in Forense obtinente associationem, eadem bona vendendi causa in personas Subditas, & pretium exindè retrahendum consequendi in extinctionem sui crediti, num. 58.

Forensi, cui per statutum acquirere prohibetur, non potest denegari associatio, ad hoc, vt possessione adepta, valeat in personam Subditam, & capacem alienare, num. 59.

Prohibi-

Prohibitus rem acquirere, non est prohibitus, nequè incapax aestimationis, & pretij, num. 60.

Forensis, non obstante prohibitione statuti, potest acquirere bona, & Iura super ipsis, eorumquè detentionem nancisci, non ad effectum retinendi, sed Subdito vendendi, & pretium consequendi, n. 61. & 98.

Statutum Lucae, *de quo suprà, vendicat sibi locum, siuè respiciat personam alienantis, siuè acquirentis, num. 62. Et non resistit quoad acquisitionem pretij, num. 63.*

Prohibitus rem acquirere est semper capax pretij, & aestimationis ipsius rei, num. 64.

Acquisitio facta ad effectum in Subditum transferendi, eanquàm momentanea, non subiacet dispositioni statuti prohibentis alienationem in Forensem, num. 65.

Forensis, non obstante statuto, valet retinere rem stabilem per annum, & postea vendere Subdito, et sibi pretium retinere. num. 66.

Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, num. 67.

Referens est, ac si de singulis partibus, & capitibus contentis in relato facta fuisset specialis mentio, num. 68.

Instrumenti approbatio, ac ipsius validitatis declaratio resultat ex productione eiusdem parte citata fer. fer. & non reclamante, num. 69.

Instantia prima aliquod omissum patiente, illud suppleri potest in appellatione, num. 70.

Actori licitum est in secunda Instantia nouas probationes iustificare ad elidendam Rei replicationem, num. 71.

Declaratio facta prò exercendo pacto resultante ex Instrumenti ventre nihil noui operatur, & quandocunque fieri potest, num. 72. Imò denuò decerni potest, num. 73.

Iudex potest pronuntiare super remedio competenti Actori ex his, qua deduxit, licèt aliud Actor ipse petierit, num. 74. Ampliatur num. 75.

Actori quod deberi apparet, & non eius petitio attenditur in causis summarijs, & vbi proceditur sola facti veritate inspecta, num. 76. Declarantur Parif. Ruin. & Surd. *contrarium tenentes, n. 78.*

Sententia ferri potest super probatis, licèt in libello non deductis, num. 77.

Procurator constitutus cum Iuramento in rem propriam, & sic irreuocabilis operatur translationem dominij pleno Iure, num. 79.

Clausula semper debent intelligi secundùm subiectam materiam contractus, in quo apponuntur, nu. 80.

Contrahentes semper censentur contraxisse iuxtà leges, vbi contrahunt, & eum ipsis se conformare. num. 81.

Dominium semper manet penès debitorem, & creditor dicitur solùm procurator debitoris in re pignori data, seù obligata, num. 82.

Clausula Pleno Iure, *seù* Naturali dominio, *in mandato apposita, verificatur in simplici dominio hypothecae, idest possessionis simplicis, ad effectum percipiendi fructus prò satisfactione crediti, n. 83.*

Clausula Pleno Iure *plerumquè non significat plenitudinem omnimodam respectù proprietatis, & dominij, sed restringitur secundum subiectam materiam ad solam possessionem, & perceptionem fructuum, num. 84.*

Dominium aliud est proprietatis, aliud hypothecae, & vsusfructus, num. 85.

Clausula Constituti *Instrumento alicui adiecta, quam vim habeat, num. 86. 87. 88. Super qua Clausula respondetur multis* DD. *num. 89. 90. 91. & 93.*

Clausula Ponens *importat dominij translationem, num. 92.*

Dominij translatio si sit temporanea, et per modicum temporis spatium, nempè ad effectum vendendi non excluditur per statutum prohibens eiusdem translationem in Forensem, num. 94.

Menoch. *ad propositum vbi sibi ipsi contrarius, nullam fidem meretur, num. 95.*

Verba prohibitiua statuti an dirigantur in alienantem, siuè acquirentem, nullam constituunt differentiam, num. 96.

Statutum prohibens acquisitionem Iurium, & actionum, non censetur prohibere acquisitionem Iurium pro persona Subdita, & habili, ac prò consequenda aestimatione, num. 97.

Surdi decis. 30. num. 5. 6. & 35. in fin. *declaratur quomodò procedat, num. 99.*

Datio non soluitur in executionem publici Instrumenti clausula Constituti *muniti, nisi post immissionem, vel bonorum adiudicationem à Iudice factam, num. 100.*

Verbum Accipere *importat apprahensionem, seù translationem dominij, vel possessionis, num. 101.*

Statutum prohibens alienationem, ac translationem possessionis debet intelligi de apprahensione facti, secùs verò quandò res, vel eius possessio in Forensem realitèr non peruenit, num. 102. Ampliatur num. 103.

Dispositio qualibet regulatur à sui ratione, & declaratur restrictiuè, ac ampliatiuè sicùt ratio exposcit, num. 104.

Petitio quid sit, num. 105.

Verba sequentia statuti prohibentis & petitionem, et protestationem prò nanciscenda possessione, cùm agatur in poenalibus, an possint extendi, vt comprehendant Iudicium praeambulum ad apprahensionem possessionis, & quomodò, num. 106.

Rubrica regulat, & declarat totum Nigrum, num. 107.

Rubrica demonstrat, qualis fuerit intentio Nigri. num. 108.

Nigrū restringitur, et declaratur per Rubricā, n. 109.

Bonorum translatio in Forenses quandò intelligatur in concreto, & non in abstracto, num. 110.
Obseruantia vel interpretatiua legis, siuè statuti omninò est attendenda, num. 111.
Obseruantia interpretatiua, vt inducta dicatur, non requirit spatium longi temporis, nec præscriptio, sed sufficit aliquandò ità fuisse obseruatum, n. 112. Ampliatur num. 113. 114. 115. & 116.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem in Iudicio Associationis, ad merita, seù in alio Iudicio reseruantur, num. 117. Ampliatur num. 118.
Verbum In continenti quomodò intelligatur remissiuè, num. 119.
Absolutio à Iuramēto est necessaria, nè dùm ad effectum agendi, sed etiā ad effectū excipiendi, n. 120.
Iudex potest absoluere partes ab expressis ex causis eius animum mouentibus, num. 121.
Confirmatio præsentis decisionis ponitur, num. 122.

Decisio XV.

DOm. Octauius Fredianus de anno 1653. se cōstituit debitorem de notabili summa Excell. Quintilij Farsetti de Massa Carrariæ, ac promisit, & se obligauit ad dicti debiti satisfactionem in certum tempus, & pro reddendo magis cautum ipsum Creditorem, vltra generalem omnium suorum bonorum obligationem ad fauorem ipsius, & suorum hæredum pro solutione præfata, tàm Capitalis, quàm Interesse, hypothecauit, ac obligauit vnum Prædium positum in Communi Fornoli Lucensis Districtus, Luogo detto alla Colombara, cum clausula Constituti, ac etiam in casu non solutionis, d. possessionem vendendi, prout latiùs in Instrumento rogato per Egr. Ser Bernardinum de Barberijs die 30. Iulij 1653. Cumque dictus Octauius solutiones, seu solutionem præfatam distulerit, fuit de præsenti Anno motum Iudicium coràm Perill. D. Iudice primarum Instantiarum, præuia Citatione ad dicendum quare, ac petita associatio super prædio, vt supra specialitèr obligato, ad effectum se eum eius fructibus satisfaciendi de credito ascendente ad scuta 2939. 3. monetæ Lucensis. Qui D. Iudex instructo Processu, pronunciauit præfatam associationem esse concedendam iuxta petitionem factam super bonis, de quibus agitur, ad effectum vendendi in personam subditam infrà annum, quo elapso, associationem præfatam nullam declarauit, prout latiùs in Sententia, cui &c. A qua pronuncia interposito Recursu ad Rotam, Hodiè fuit dubitatum, an d. Sententia esset infirmanda, vel confirmanda: & duo ex DD. infirmandam esse dixerunt: Ego autem dubio procùl confirmandam existimaui infrascriptis sanè fundamentis.

1 Primò enim certum est, quòd D. Farsettus Actor egit cōtra Magn. Octauium Fredianum vigore publici Instrumenti cum clausulis, & cautelis optimè roboratis, quod facit probationem probatam, claram, & manifestam, l. ad probationem Cod. de probat. l. pecunia Cod. de solut. Bald. in l. interest in vlt. not. num. 2. Cod. de solut. Bartol. in l. pr. num. 8. ff. noui oper. nunciat. Decius cons. 423. nu. 9. & 10. Decian. cons. 66. num. 58. lib. 3. Rota apud Mantic. decis. 26. num. 1. & decis. 166. num. 12. & apud Gregor. XV. decis. 157. num. 13. & decis. 180. num. pr. & decis. 60. ac decis. 135. num. pr. par. 6. recent. cum alijs passim; Ac ipsius vigore, & clausula Constituti in eo apposita Associationem petijt, ipsiq. concessa ad effectum vendendi vt suprà,
2 & Meritò, quia Mandatum de associando semper concedendum venit ei, qui clausulam Constituti, siuè Precarij in Instrumento insertam habet Afflict. decis. 326. Magon. decis. Lucens. 87. num. 15. Chartarius decis. Genuæ 12. n. 7. Rota apud Cencium de Censib. decis. 253. nu. 10. & decis. 58. num. 4. parte 3. & decis. 34. nu. pr.
3 & decis. 65. num. pr. parte 6. recent. Non quia ipsa transferat dominium, aut possessionem, sed quia præbet facultatem capiendi fructus rei ad effectum sibi satisfaciendi cum ipsis de credito, de quo agitur, prout in terminis fuit dictum in Romana Census 26. Iunij 1647. §. pr.
4 & 2. coràm R. P. D. meo Bichio. Quapropter d. M. Octauius constituens neque valebat se opponere d. D. Quintilio Constitutario. Rota decis. 232. num. 2. parte 2. recentior. cum alijs per Ridolphin. in sua Praxi iudiciaria par. 2. cap. 5. num. 34. & 35.

Quibus de plano se ità habentibus, se offert opposita resistentia Statuti in cap. 74. libri 2. statutor. vniuers. vbi sancitur, Forenses bona immobilia in Territorio, seù Statu Lucensi acquirere non posse, imò neque Iura, & actiones Mobilium, vel immobilium cōtra Ciuem Lucensem, vel alium de Territorio Lucen. emere, vel alio quocunque titulo, sinè modo acquirere voluntariè inter viuos, vel per vltimam voluntatem, seù in Iudicio contentioso; & si aliquis contrafecerit, tàm vendens, cedens, vel alienans, quàm emens, seù acquirens, siuè Cessionarius, vel is, in quem alienatio facta foret, puniatur in libris 100. & nihilominùs talis venditio, seù cessio, siuè acquisitio ipso iure sint nulla, & nullius valoris, ac roboris, prout latiùs in d. Statuto, cui &c. Ideoquè cùm dictus D. Quintilius Farsettus sit forensis, ipsi omninò præfatam sanctionem obstare, fortitèr insistebant DD. Informantes pro d. Mag. Octauio Frediano.

5 Verùm

Verùm ad hoc, vt videatur quantum hæc mea, seù nostra Sententia validis fulciatur fundamentis, antequam ad Iuris nodos, & obiectorum eneruationem, & adhucusque semper seruatam præfati Statuti interpretationem accedam, ne sycophantias decantare cognoscat, præmittendam putaui illam sanè quæstionem, an præfatum Statutum *in d. cap. 74. lib. 2.* vti auferens Ciuibus liberam facultatem eis à Iure concessam disponendi de rebus proprijs ad eorum libitum *l. in re mandata Cod. mandati*, & forensibus facultatem ipsamet bona acquirendi *contra text. in l. dudum de contrab. empt.* dicatur principalitèr odium continere, & secundariò publicam vtilitatem, vel è contrario.

In qua quæstione maxima existit *DD.* Controuersia, nempè, quòd præfatum Statutum, tãquàm ob publicam vtilitatem principalitèr inductum, ea scilicèt intentione, vt Ciues possidentes immobilia ad onera grauari possent, & eorum exactio facilior redderetur, fauorabile omninò dicatur *ad notata per Ripam in l. filius familias, §. diui, ff. de legatis pr. num. 79. 80. & 102. & responso 2. num. 11. Castrens. cons. 342. col. 2. Alex. cons. 116. num. 7. & 8. lib. 6. & lib. 5. cons. 41. num. 11. Riminald. iun. cons. 28. nu. 13. lib. pr. Phanucc. in suo cons. post tract. de inuentario num. 27. Caphal. cons. 53. num. 8. & cons. 246. num. 38. Honded. cons. 6. num. 31. lib. 2. Surd. cons. 276. num. 9. lib. 2. & cons. 353. num. 54. lib. 4. Roman. cons. 509. num. 11. 12. & 13. Alba cons. 218. nu. 5. & 8. Corneus cons. 78. num. 3. & 4. Mazzolus cons. 59. num. 5. in fine, & num. 6. lib. pr. Calcaneus cons. 126. n. 4. Petra de fideicom. qu. 5. num. 69.* Er hoc ideò in illius interpretatione latam, imò latissimam extensionem faciendam firmant *Decius consil. 661. num. 2. Soccin. Iun. cons. 19. nu. 6. in prin. Bursatt. cons. 281. nu. 41. in 3. Roman. cons. 210.* Quod procedere etiam dicunt dato, quòd statutum pœnam contineret *iuxta Glos. & DD. in l. si constante, ff. solut. matrim. Alex. in l. pr. nu. 59. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, Riminald. Iun. cons. 354. num. 16.* & assignant rationem: Nàm quoties militat fauor Reipublicæ æquè fit extensio statuti odiosi, sicut fauorabilis, *Marsil. cons. 85. num. 15.* & in totum dicatur fauorabile *Abbas in cap. non dubium num. 3. de sententia excom. Rota Romana decis. 240. num. 11. & decis. 475. num. 6. parte pr. in nouiss. Crauett. cons. 118. numer. 10.* Maximè accedentibus verbis vniuersalibus, puta *Quocumque titulo, vel modo*, quia tunc comprahendit, etiamsi sint dissimilia, vel maiora, nèc patitur restrictionem vllam, siuè limitationem *Iason. cons. 147. nu. 3. lib. 4. Crauett. cons. 294. num. 2. Alex. cons. 155. num. 3. lib. 2. Peregrinus de fideicomm. artic. 14. nu. 4. Ruin. cons. 98. num. 11. vol. 2.*

9 Tamèn indubitata, & roborata est opinio, quòd præfatum Statutum dicatur principaliter odiosum, ac odium continere, quamuis secundariò publicam vtilitatem concernere videatur, *ad tradita per Ripam de iure naturali gent. & ciuili respons. 4. num. 4. Caphal. cons. 13. n. 4. & cons. ibi num. 6. & cons. 576. num. 23. Fulgosius cons. 215. num. 3. Corneus cons. 111. num. 4. lib. 3. Cuman. cons. 85. num. pr. & cons. 215. n. 3. Soccin. Sen. cons. 81. num. 13. vol. 3. Berous cons. 173. num. 35. & 36. lib. pr. Menoch. cons. 165. num. 5. Hondedeus cons. 13. num. 16. 17. et 22. lib. 2. Decian. cons. seu responso 71. num. pr. lib. 5.* qui testatur de communi *Bertazzol. cons. ciuili 55. num. 20. Claudius ad Bertazz. d. cons. 399. versic. Sane est illud certum, Caballus consil. 149. num. 2. & 3. lib. pr. Surd. cons. 48. n. 9. & cons. 461. n. 19. versic. Nec mouetur. Angelus cons. 2. in fine. Peregrin. consil. 19. num. 10. 11. & 12. vol. 3. Ruinus cons. 24. num. 6. lib. 3. Riminald. Sen. cons. 244. num. 4. Barbatia cons. 43. nu. 9. lib. pr. Riminald. Iunior. cons. 501. num. 66. & 640. num. 6. Ladercb. cons. 37. num. 10. & 11. & cons. 64. num. 2. Hondedeus cons. 8. num. 50. 53. & 58. lib. pr. Eugen. cons. 9. num. 39. et 40. Turrett. cons. 7. num. 22. & 23. lib. pr. Thobias Nonius cons. 10. num. 18. Cardinal. Alban. cons. 20. num. 20. Tiraquell. de retract. lignager. in præfat. num. 58. & 60. Gratian. discept. forens. cap. 295. num. 40. 43. lib. 2. Surd. decis. 9. n. 16. versic. Non etiam. Athatus decis. Ferrarien. 65. num. 5. Rota Rom. decis. 64. nu. 4. part. 2. diuers. nostra Rota apud Cornazzan.* in terminis præfati statuti *decis. 10. numer. 14.* nouissimè *D. Lalius Altogradus* in ijsdem terminis *cons. 3. num. 38. et 39. lib. pr.* qui infiniros allegat *D. Hieronymus Palma cons. 63. num. 43. Redenasch. cons. pr. à num. pr. cum seqq.* vbi latè hæc omnia comprobat, & fundat plenè de more talia statuta esse odiosa, licèt secundariò fauorabilia dicat; Ideòquè strictè intelligenda, vt *sub num. 19.*

10 Proindequè vtì odiosum, & pœnale aliquam extensionem non patitur; Imò dato statutum mentionatum esset fauorabile, nihilominùs cùm sit Iuris correctorium, & tollat liberam facultatem, quam quilibet habet disponendi de rebus suis *iuxta text. in d. l. in re mandata Cod. mandati*, in quo disponitur; quòd vnusquisquè est moderator, & arbiter rerum suarum, ac etiam *contra textum in l. dudum Cod. de contrab. empt.* vbi cuilibet, etiam forensi, & extero res quælibet vendi potest tãquàm contra ius Ciuile, Canonicum, & Diuinum *ad tradita per Barbatiam dict. cons. 43. col. 9. & seq.*

omninò

omninò reſtringendum, in puncto Soccin. conſ.
81. num. 13. volum. 3. Cephal. conſ. 13. num.4.
Claud. ad Bertazzolum cit. conſ. 399. verſ. Et in
11 hac re; Ac etiam nullo modo extendendum
ad caſus improprios, & non expreſſos, Alex.
conſ. 207. num. 18. lib. 6. Riminald. Iunior conſ.
501. num.78. Hondedeus conſ.13. num.21. lib.2.
Caſtrenſ. conſ. 89. num. pr. lib. 2. Maluaſia conſ.
93. num.53. in terminis Altogradus citato conſ.
3. num. 39. in fine lib. pr. cum alijs fuſiſſimè ci-
tatis per D. Hieronymum Palmam conſ.63.n.45.
Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſ. 85. num.11. lib.2.
Cornazzan. deciſ. Rotæ noſtræ 10.n.14.15.et 21.
12 Ità quòd tantùm operari debet, quantum ſpe-
cialitèr, & verbis expreſſis diſponit, & non
13 plus, Alex. conſ. 172. col. 2. num. 5. Nec ex-
tenſionem aliquam patitur etiam ex maiori-
tate rationis ſecundùm communem DD. opi-
nionem, de qua teſtatur Iaſon. conſ. 164. n. pr.
lib. 4. Natta conſ. 52. num. 8. Caball. conſ. 16.
14 num. 21. qui ſub num. 22. Fundat, quòd tale
Statutum ſemper intelligendum, & interpre-
tandum ſit, nè à Sapientibus poſſit redargui,
nequè repræhendi, l. ſaluius Ariſto, ff. de legatis
præſtandis, l. Claudius felix, ff. qui potiores in pi-
gnore habeantur, Roland. conſ.72. num.43. lib.3.
Cephal. conſ. 765. num.35. Rota deciſ. 708. n.5.
part. pr. diuerſor. & in dubio ſemper eſt reti-
nendus ille intellectus, per quem reuertimur
ad Ius commune, Gloſa in cap. ſtatutum verbo
numerandum de præbendis in 6. Felin. in cap. cum
acceſſiſſent num. 5. de conſtitutionib. Surd. deciſ.
272. num. 34. Rota Rom. apud Clem. Merlinum
15 deciſ. 564. num. 14. & 15. Vndè, vt dictum
eſt, tanquam auferens contra Ius naturale li-
beram facultatem de rebus ſuis diſponendi, nil
refert vtilitas illa Ciuium, & incolarum, ità vt
poſſit dici publica principalitèr, ſed tantùm
ſecundariò ad doctrinam Bartoli l. pr. §. huius
ſtudij in 2. oppoſitione, ff. de iuſt. & iure, Cephal.
conſ. 13. num.4. & conſ.161. num.6. & 7. idem
Bartol. in l. pr. in 4. oppoſit. verſic. Exemplum,
ff. ſoluto matrim. Caballus cit. conſ.16.n.26. lib.2.
16 Ideòquè ex his emanat pronida concluſio,
quòd quandò in Statutis Ratio publicæ vtili-
tatis non eſt ſpecialiter expreſſa, tunc prima-
riò ſemper ſtatutum dicatur odioſum, licèt
ſecundariò fauorem publicum concernat, &
ità debet intelligi opinio omnium DD. pro
contraria adductorum, vt in puncto fundant
Alba conſ. 218. num. 5. cum alijs, Natta conſ.
52. num. 9. idem Caball. conſ. 16. num. 27. Cor-
nazzan. d. deciſ. 10. num. 14. & 15. plenè Al-
togradus conſ. 3. num. 39. in fine lib. pr. Thomaſ.
in ſua Decade tract. 2. cap. 34. num. 928.
17 Et ex his inſerebatur, quòd quādò ſtatutum
tendit principalitèr contrà priuatam vtilita-
tem, licèt ſecundariò publicæ vtilitati faueat,
Inſtrumentum Iuramento firmatur, non ob-
ſtante ſtatuto prohibitiuo Vaſquius de ſucceſſ.
cred. part. pr. lib. 3. §. 26. limitat. 32. num. 28.
verſic. Stat ergò, Couarruu. in Præludijs ſuper ru-
brica de pactis lib.6. par.2. §. pr. num.5. Fachin.
controuerſiarum Iuris lib. 3. cap. 83. verſic.
18 Reſpondeo in fine; Et ratio eſt, quià ſtatutum
præfatum non extenditur ad caſum, & diſpo-
ſitionem Iuratam ex defectu poteſtatis, Rota
apud Seraphin. deciſ. 746. nu.6. & coràm Pænia
deciſ. 741. num. 12. in puncto Beccius conſ. 100.
num. 11. Gratian. diſcept. for. cap. 490. num. 6.
& ſeqq. & num. 16. & fuit latiſſimè firmatum
in illa Regien. Bonor. 23. Februarij 1646. coràm
Eminentiſſimo Cardinali Corrado, §. Alter autèm
defectus in impreſſ. poſt Cenſalium ad Peregrin.
deciſ. 24. à num. 33. vbi latè.
19 Secundò infertur, quòd quādò agitur actio-
ne perſonali, quæ habet annexam hypothecā
vna cùm clauſula Conſtituti, pròut fuit actum
in caſu noſtro, actio præfata dicitur mixta, &
cōſequentèr per generalem ſtatuti diſpoſitio-
nem non tollitur, nèc comprehenditur ex do-
ctrina Baldi in authentica eò decurſum Cod. de
donationibus ante nupt. Bartol. & DD. in l. certi
conditio §. quoniam nummos, ff. ſi certum petat.
Aretinus in l. ſi ità ſcriptum in principio, ff. de
liberis, & poſthum. Alex. conſ. 24. num. 44. et
conſ. 116. nu. 9. vol.2. Soccin. Senior. conſ. 246.
nu. 3. verſ. Tertiò confirmo. lib.2. Gabriel. conſ.5.
num. 33. lib. 2. in puncto D. Lælius Altogradus
20 conſ. 31. numer. 30. vbi ſub num. 31. Firmat,
quòd quandò alienatio perficitur à Ciue in fo-
renſem, dicitur Caſus mixtus, ratione cuius
mixturæ ſuſtinetur alienatio, etiam facta in
forenſem, in puncto Crotus in l. filius familias
§. Diui. num.78. ff. de legatis pr. Iaſon. conſ. 112.
num. 4. vnde per ſocium lib.4. Plotus d. conſ. 19.
num. 121. per text. in l. ſi his qui duos ff. de liber.
legat. vbi Bartol. & Alex. Peregrin. conſil. 120.
num. 6. lib.5. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. Noue
Conſtit. in cap. Collegijs nu. 60. idem Altogradus
conſ. 7. num. 38. lib. 1. Turretus conſ.17. lib.2.
21 Thom. tract. 2. d. cap. 34. num.875. Maximè
quādò incluſio mixti eſt odioſa, & exorbitans
à Iure communi, quià tunc etiam ex identita-
te rationis extenſio minimè perficitur, vt in
terminis fundat Merlinus Pignatell. controuerſ.
forenſ. tom. pr. cap. 47. à num. 8. & 9. mirificè
idem D. Altogradus conſ.18. num.61. 62. et 63.
lib.1. Brunorus à Sole in compend. variar. reſolut.
in verbo mixta, pagina mihi 137. & ità in termi-
nis fuit firmatum per Rotam in Mutinen. dotis
15. Nouembris 1641. coràm bon. mem. Cardinali
Pauzirolo impreſſa poſt Merlinum de pignorib. de-
ciſ. 51. à num. 7. & 8.

22 Quibus

22 Quibus tantùm pro mei animi alacritate, præmissis prò vera nostri statuti intelligentia, aliam quæstionem ad terminationem causæ perutilem, & necessariam percurrere existimaui, nempè, an prohibita alienatione, dicatur prohibita etiam hypotheca licèt generalis, in qua sanè quæstione adsunt prò, & contrà, nonnulli magni nominis DD. Alij enim asserentes (attento præfato statuto) benè hypothecam, licèt generalem compræhendi, ex quo præsefert acquisitionem iurium super re immobili *Felin. in cap. final. de accusat. num.* 4. & in puncto super eodem statuto cōsuluerunt *Mazzolus cons. 59. per tot. Phanuccius in suo cons. impress. post tract. de inuentario*, & dixit *Iason. in l. finali num.* 82. *vers. Tamen quantum Cod. de iure emphyteutico per text. expressum in l. finali Cod. de Reb. alien. non alienan. Ripa in l. obligatione generali n. 4. ff. de pignorib. Thomas. tract. 2. cap. 24. de incapacibus nu. 767. Rota Roman. decis. 74. post Cenc. de Cens. num. 1. & 2.*

23 Alij autem distinctionis fœdere ipsam resoluere conantur, scilicèt, quòd aùt agitur de hypotheca generali, aut de speciali; si de generali, cuius acquisitio cùm sit ius ad rem, & eam debiliùs afficiat, non compræhenditur sub præfata dispositione statutaria latissimè *Altogradus d. cons. 3. n. 2. 26. 27. 33. 34. et 40.*
24 *in fine*. Aùt verò agitur de hypotheca speciali, & tunc cùm constituat ius in re, & quidèm intrinsecum, sub alienationis verbo omninò compræhenditur, in terminis *Spetell. decis. fori Ecclesiast. 74. num. 1. & 2. par. pr.* & magis, & fortiùs operatur, quàm hypotheca generalis *Surd. cons. 331. num. 26. Mantica de tacitis lib. 1. tit. 2. sub nu. 12. Fontanella de pactis nuptialibus claus. 7. Glos. 2. par. 9. num. 30. Negusánt. de pignorib. part. 2. princip. nu. 3. vers. Et ratio est. Gaitus de credito cap. 4. quæst. 5. num. 207. et 208. Merlin. de pignor. lib. 1. titul. 2. quæst. 11. num. 10.* Ac ideò compræhendatur sub illis verbis statuti, scilicèt iura, & actiones mobi-
25 lium, & immobilium; Cum ille genitiuus *mobilium, & immobilium* ostendat quoddam ius in re *ad tex. in l. 2. §. in locum, ff. de religios. & sumptib. funerum, Bald. cons. 205. lib. 3. nu. 2. vers. Secundò præmitto in princip. D. Altogradus*
26 *dict. cons. 3. num. 26.* Qui constituit differentiam inter Ius rei, Ius in re, & Ius ad rem, ità vt Ius in re specialem hypothecam præseferat, & sub statuto compræhendatur; Ius verò ad rem, generalem tantùm, & sic non compræhenditur tanquàm longè debilius *ex glos. in l. si is qui in rem in princ. ff. de furtis, Rhadoan. de reb. Eccles. non alienand. pag. 9. num. 16. Berons in cap. Nulli de reb. Ecclesiæ non alienand. num. 10. & nu. 13. in fine. Negusant. de pignorib. 2. mem-*
27 *bro 2. partis num. 28. in fine*. Vbi dicit, quòd pignorans, vel hypothecans non alienat, nec ius in alium transfert, dum pignus remanet in bonis debitoris, *l. pignus Cod. de pignorat. actione. Negusant. Inn. in sua Sylua Responsor. quæst. 412. num. 14. idem Altograd. ibidem num. 27.*

28 Licèt sit benè verum, quòd statutum præfatum minimè etiam vendicet sibi locum in hypotheca speciali, ex quo hypotheca specialis non habet vim transferendi dominium, sed solam, & nudam possessionem, seù detentionem, vt plenè fundat *D. Hieronymus Palma cons. 63. à nu. 57. & seqq.* in terminis *Claudius ad Bertazzol. consil. 399. versic. Secundò idem arbitror. Plotus cons. 19. num. 20. vers. Sextò.*

29 Proùt minimè dictum Statutum habet locū, quandò alienatio à Laico in Clericum forensem fuit facta, in puncto *Abb. in cap. à nobis num. 5. de sentent. excomm. in 6. Io. Andr. in cap. fin. num. 1. versic. Vidi dubitari de Immunit. Eccles. lib. 6. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut.* Vbi etiam *Dec. num. 247. Geminian. in d. cap. fin. de Immunit. Eccles. num. 4. in 6. Ias. in l. filius familias §. Diui in 1. lectur. num. 72. & in 2. num. 107.* Vbi etiam *Crotus num. 80. & Loaz. num. 157. & Soccin. Iun. numer. 166. versic. Circa 2. & Rip. num. 81. vers. 2. conclusio, ff. de legat. 1. Alex. cons. 211. numer. 3. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 15. num. 85. & seqq. Honded. cons. 3. nu. 22.* vbi infinitos allegat, *Surd. cons. 1. num. 34. lib. 1. Boer. dec. 75. Viuius opinione 755. num. 2. & seqq.* Quibus omnibus reportatis nouissimè sic firmat *Vermigliol. cons. Crimin. 96. num. 7.*

Attamèn, vt meam proferre videar sententiam, vera, & communis est opinio in terminis præfati statuti cōtrà *Mazzolum, et Phanuccium*, vt Forensis possessionem bonorum per hypothecariam auocare possit ad effectum, vt ex eorum fructibus possit sibi de dicto eius credito satisfieri, ex eo quòd licèt forensibus interdicta sit acquisitio bonorum stabilium in Territorio Lucensi, vt cautum legitur in dicto sta-
30 tuto *sub cap. 74. lib. 2.* Tamen tale statutum eam semper habuit interpretationem, vt non intelligatur vetare forensibus, quò minùs possint per hypothecariam, aut Saluianum interdictum auocare sibi possessionem bonorum immobilium, ad effectum ea detinendi iure pignoris, & hypothecæ, donec, & quousquè ex fructibus de eorum credito sibi satisfiant, prout voluerunt *Iason. in l. fin. num. 82. Cod. de iure emphyteutico. Plotus cons. 19. n. 20. Riminald. iun. cons. 765. num. 4. & seq. Bursatt. cons. 37. per tot. lib. 2. Turrett. eod. cons. 17. lib. 2.*
31 & in specie dictum consilium *Mazzol.* & sequacium reprobat *Claudius ad Bertazzol. d. consil.*

399. *lit. A.* vbi ostendit *Mazzol.* scripsisse contra communem, & nouissimè omnibus rationibus, & argumentis ipsius respondet *D. Lelius Altogradus d. cons. 3. à num. 5. vsq. ad 13. cum seqq. Rota nostra Lucana per Cornazzan. decis. 10. Ludouicus Sacca cons. 231. num. 8. lib. 2. Riminald. iun. cons. 765. num. 14. Aretin. cons. 75. num. 2. Dilect. de arte testandi tit. 8. cent. 5. n. 4. Carroctius decis. 117. nu. 9. Clarus in §. emphyteusis quæst. 18. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 22. tit. 28. num. 51. Gamma decis. 28. per tot. & decis. 107. num. 2. Heringius tract. de fideiussor. cap. pr. num. 117. Asinius de execut. rei iudicatæ cap. pr. num. 5. Giurba ad Consuetudines Messanas glos. 4. pars. pr. num. 19. vers. Contrarium*, & fuit in præcisis terminis dictum *in vna Romana Saluiani 17. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro §. non obstat. impressa post Merlin. de pignor. decis. 57. à numer. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.* vbi quòd non datur immissio in ipsa re, vt tangatur eius substantia, sed ad effectum dumtaxat percipiendi fructus, ex quorum perceptione non incurritur contrauentio &c. & quòd d. statutum *in cap. 74. lib. 2. statut.* ità semper fuerit interpretatum in ista Rota, vt non intelligatur vetare forensibus, quominus per hypothecariam, aut Saluianum, siuè &c. possint aduocare sibi possessionem immobilium, ad effectum ea tenendi iure pignoris, & hypothecæ, donèc & quousquè ex fructibus sibi de eorum credito satisfiant, vltra *Cornazzan. citat. dec. 10.* plures refert *Thomas. tract. 2. tit. forenses incapac. cap. 22. num. 808.* qui pluries sic testatur obtinuisse tàm in Curia Mercatorũ, quàm in Rota, *& fuit decisum de anno 1601. per istam Rotam in causa D. Guardi Florentini contra Spp. de Bottenis manu Egr. Ser Saladini de Saladinis*, vbi latè, ac nuperrimè ità fuit obtentum tàm in prima, quàm in secunda instantia pro illis de Trasilico contra hæredes Capitanei Lenzi de Fiano manu Egr. Ser ita vt hic articulus non videatur ampliùs in cõtrouersiam posse reuocari, eoquè magis, quià non semel, sed pluriès ità fuit decisum, nec appareat contrarium vnquam obseruatum fuisse, quo fit, vt præferenda sit opinio, quæ in praxi recepta fuit *Corat. commun. opin. lib. 1. tit. 4. inspect. 2.*

32 *num. 74. & infra*; Et sic videbatur fuisse inductam consuetudinem iudicandi, etiamsi semel fuisset super d. Statuti intelligentia iudicatum, *ex doctrina Baldi cons. 275. num. 3. et 4.*

33 *versic. Præterea lib. pr.* Et ideò multò magis, ex quo pluriès, vt testatur *Præses de Franchis*

34 *decis. 238. num. 3. part. 2.* Et consuetudo, seù stylus iudicandi inducitur per binas iudicaturas *Regens Capyc. Latro dec. 30. lib. pr. n. 20. Mastrill. decis. pr. num. 20. Horatius Persius cons.* ...

ciuili 10. sub num. 12. D. Altogr. qui sic in terminis testatur *d. cons. 3. num. 5. 6. 7. &* 8. & fuit firmatum *per istam Rot. in Lucana Emphyteusis 29. Martij 1656. coram me § Proinde per DD. meos ad finem*, quæ est *decis. in. Impressis 9. num. 18. & seqq.*

35 Nequè quicquàm prædictis obstat *text. in d. l. finali Cod. de reb. alienis non alienan.* quià attenta censura *dicti text.* admodùm impropriè alienationis nomine, bonorum hypothecam venire fatentur *Dyn. Bald. Albericus, & Salycet.* Ideoquè dispositionem *illius text.* procedere in statutis fauorabilibus, & latè interpretandis, non autem in nostro statuto, quod suprà fuit fundatum, esse odiosum, dum dirigit verba in forenses, ac prohibet eos emere, & acqui-

36 rere. *Riminald. cons. 241. lib. 2. num. 5.* Et sic non potest extendi ad hypothecam, de qua statutum nullam facit mentionem, & hypotheca impropriissimè dicitur alienatio, & ideò nõ potest super proprietate verborum d. statuti contineri, *Aretin. cons. 125. num. 3. Bald. Castrens. & alij in d. l. fin. Cod. de rebus alienis nõ alien.*

37 Et licèt prohibita alienatione, intelligatur prohibitus omnis actus, per quem sequitur alienatio, limitatur tamèn in statutis d. conclusio, vt in terminis fundanc *Antheran. Iun. qu. famil. 27. in fine lib. pr. Fatar. de subst. qu.*

38 *694. num. 2.* Et sic non videtur prohibita pignoris acceptio. *Additio ad glos. in d. l. vlt. in verb. vel hypothecam, Negusant. de pignor. memb. 3. 2. part. num. 70. & 73. Gabriel commun. opin. concl. 7. numer. 11. tit. de præsumpt. D. Altograd. d. cons. 3. num. 4.* & est *text. in l. si pupillorum, §. si prætor. ff. de rebus eorum*;

39 Vbi prohibita alienatione, seu venditione, non censetur propriè prohibita hypotheca, vel obligatio, *Rebuff. in l. alienationis vers. Itaq. regula ff. de verbor. signif.* prout in puncto deducitur *per Rotam decis. 294. num. 9. part. pr. recent, Rota decis. 211. num. 6. parte 5. recent.*

40 Vbi quod nec etiam appellatione permutationis, & donationis *eadem Rota post Merlin. de pignor. dec. 57. à num. pr. ad 7.*

41 Nequè paritèr obstat, quòd præfatum statutum non loquitur simplicitèr de simplici alienatione, sed per verba vniuersalia prohibentia quamlibet alienationis speciem, ibi, *Emere, vel aliquo quocunque titulo, siuè modo acquirere*; Talia enim verba vniuersalitèr prolata extenduntur ad impropriam, imò impropriissimam alienationem, & sic ad hypothecam, nè dùm specialem, sed etiam generalem, *Natta cons. 474. num. 23. & 24. Tiraquell. de retract. lignager §. pr. glos. 7. num. 30. Mazzol. d. cons. 59.* cum alijs *per Merlin. de pignor. lib. 2. tit. pr. q. 42. num. 35. & 36.*

42 Fuit

42 Fuit enim responsum, quòd si verè perci-
piatur natura verborum dicti statuti, ipsum
tantùm interdicere videtur alienationem illã,
per quam transfertur dominium, non autem
illam, per quam dominium non transfertur, vt
egregiè declarat. Cephalus cons. 53. num. 13. 17.
18. & 19. Claudius ad Bertazzol. consil. 399.
versic. 2. idem arbitror. Carpan. ad Statut. Me-
diolani in cap. collegijs num. 29. Cornazzan. decis.
10. nu. 11. vers. Item, & debet intelligi, et n. 21.
D. Lalius Altogradus dict. consil. 3. numer. 35.
43 Et alienatio tunc propriè fieri dicitur, quandò
quis abdicat à se rem aliquam, in alium trans-
ferendo, vt obseruat Soccin. iun. cons. 212. n. 7.
& 15. vol. pr. & cons. 97. num. 54. cum seqq. et
num. 59. vol. 2. & cons. 163. num. 18. eod. vol.
& probat text. in l. ex hoc edicto 9. §. alienare. ff.
de alienat. iudicij mutand. caus. fact. Magonius
decis. Florent. 91. num. 9. per text. in l. alienatio-
nis verbum ff. de verbor. signif. & decis. 92. n. 6.
Tyraquell. de retract. conuentionali §. 2. glos. pr.
44 & vnica num. 7. & num. 9. Vbi quòd tunc
alienatio propriè dicitur, quandò dominium
plenè, & irreuocabiliter est alienatum, Salgad.
labyrint. Creditor. parte 3. cap. 3. num. 79. & est
doctrina Baldi in l. voluntas Cod. de fideicomm.
45 Angel. in l. Benignus, ff. de legatis; Et sic dictũ
statutum de verà dominij translatione, non
autèm de ea, per quam nuda possessio auoca-
tur, intelligendum sit. Ambrosius de Opizo in
repet. l. filius familias §. diui n. 60. ff. de legat. pr.
& ibi Federic. Zuarez. num. 750. qui testatur de
46 communi; Maximè cùm præfatum statutum
antecedentèr expresserit titulum, & modum
habilem ad translationem dominij, dum per
antea prohibuerat emptionem, & venditio-
nem, per quam dominium transfertur. §. ven-
ditæ, & §. seq. Instit. de rerum diuisione, ac de-
inde subiunxerit illa verba, vel alio quocunque
titulo, siue modo, dicta enim verba veniunt in-
telligenda de titulo, siuè modo simili, non
47 obstante vniuersalitate verborum; Nam licèt
d. dictio Alius, sit iuncta dictioni vniuersali
quocunque modo; Nihilominùs implicet titu-
los, ac modos similes, eiusdemq. qualitatis,
& naturæ, ac priùs sunt expressi in puncto. Ol-
dradus cons. 297. num. 5. Calderinus cons. 2. in
fine tit. de arbitris, Pelin. in cap. sedes vers. Clau-
sula generalis de rescriptis, Iason. in l. quicunque
num. 3. Cod. qui admitti, vbi Decius punctualiter
num. 1. vers. Sed etiam, Soccin. Sen. consil. 287.
num. 2. vers. Item ex eo, & vers. Nec in materia,
& cons. 104. lib. 3. Roman. cons. 42. nu. 5. vers.
Vel aliam, Gherardus Mazzolus ex aduerso cita-
tus idem firmat cons. 18. num. 22. & indiuiduo
dicti statuti in illis verbis, Quocunque titulo, siuè
modo, Ruin. cons. 116. num. 17. lib. 2. Caphal.
48 consil. 13. numer. 11. 12. 13. & 14. Ità quod
Alienationis verbum vti genericum, quandò
est positum inter suas species, ab illis semper
restringatur, & iuxtà illarum sonum de sola
alienatione dominij translatiua intelligatur.
Criuellus decis. Bolana 122. num. 48. vers. Adde
quod quando Genus ponitur inter suas species, ab
illis semper restringitur, iuxt. tex. in l. finali §. dul-
cia. ff. de tritic. vino, & oleo legat. vbi glos. verbo
ex collatione, Corneus cons. 96. num. 3. versic. Et
maximè vol. pr. Soccin. Iun. cons. 111. num. 14.
& 15. vol. pr. Surdus cons. 77. num. 24. Bursatt.
cons. 243. num. 11. lib. 3. Bimius cons. 122. antè
num. 9. & num. 32. & 33. lib. 2. Caphal. cons.
49 549. num. 114. lib. 4. vbi num. 116. ait, quòd
licèt verba vniuersalia, siuè generalia videan-
tur apta omnia comprehendere, non possunt
tamen per species specificatas ampliari, quàm
sint, sed benè restringi, vt post multos, quos
allegat, fundat nouissimè D. Franciscus Rede-
50 nasc. cons. 44. lib. 1. numer. 18. qui meminit
de verbo quoquo modo, seù aliquo modo, & simi-
libus, quæ, licèt generalia, esse intelligenda
secundùm præmissam formam, ità vt dictum
verbum alienare, licèt verbis vniuersalibus cõ-
ceptum in nostro statuto positum, restringatur
à verbo præcedenti vendere, quod sicuti actum
inter viuos, & dominij translationem impor-
tat, ità etiam facit, vt sequens verbum Alie-
nare, de eodem actu intelligatur idem Francis-
cus Redenasc. chaternat. cumulando à simili
DD. citato cons. 44. num. 7. materiam prose-
quitur.
51 Quæ omnia multò magis procedunt in sta-
tuto iuris communis correctorio, & restringi-
bili, quià tunc prohibitio alienationis, vti val-
dè odiosa, & exorbitans, dato sit verbis vni-
uersalibus, & geminatis concepta, sempèr
restringenda, ità Ruin. citat. cons. 116. sub num.
17. lib. 2. Surdus d. cons. 77. sub num. 25. Odd.
de prohibit. alienation. quæst. 17. num. 65. Osas-
chus decis. 50. num. 11. Marta voto 222. n. 30.
Monach. decis. Florent. 40. num. 30. Fontanella
de pactis nuptialib. tom. pr. claus. 4. glos. 24. n. 88.
52 latissimè Altogradus dicto cons. 3. numer. 39.
Vbi dicit, quòd sumus in statuto principalitèr
odioso, & strictè intelligendo, Caball. cons. 149.
num. 2. lib. pr. & cons. 16. nu. 26. lib. 2. Eugen.
cons. 9. num. 39. & 40. Cornazzan. dicta decis.
10. num. 14. Barbatia consil. 43. col. 9. & seq.
Franciscus Redenasc. d. cons. 44. numer. 25. Ge-
rius Spino cons. 93. sub num. 22. Soccin. cons. 81.
num. 13. vol. 3. cum alijs citatis in principio de-
cisionis §. tamen indubitata, &c.
53 Ex ratione cùm nullum sit tàm vniuersale
verbum, quantumuis geminatum, quod non
recipiat restrictionem ex consideratione debi-

tarum circumſtantiatum, Oldrad. conſil. 147.
num. 7. & conſ. 168. num. 1. Neuiz. conſil. 60.
num. 12. viden. Burſatt. conſ. 157. num. 28. cum
ſeqq. lib. 2. latiſſimè Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 712.
num. 19. & 45. Odd. de probibit. alienat. qu. 17.
artic. vltim. num. 122. Menoch. conſ. 1081. nu.
12. lib. 11. Franciſc. Rhedenaſc. conſ. 44. n. 10.
54 Imò dato, quòd eſſemus in ſtatuto fauorabili,
prout verè non ſumus, dùm eſt iuris communis
correctorium, & tollit liberam facultatem,
quam quis habet, diſponendi de rebus
ſuis, vt ſuprà fuit dictum, nullo modo extendendum
venit ad caſus improprios, & non
expreſſos Alex. conſ. 207. num. 18. lib. 6. Riminald.
iun. conſ. 501. num. 78. Honded. conſil. 13.
num. 21. lib. 2.
55 Minimè etiam obſtare viſum fuit illud, quod
dicebatur; Nimirùm, vt ſi conſtituatur hypotheca,
ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis ſuper bonis
æquiualentibus ſummæ debitæ, pro qua fuit
contracta obligatio, ità vt ceſſet ſpes luitionis;
tunc enim talis hypotheeatio cenſetur propriè
alienatio à ſtatuto prohibita, cũ forenſis
ea vtì propria retineat, ad tradita in puncto
per ſcribentes in l. finali Cod. de rebus alienis non
alienand. Albericus num. 2. ibidem Salycet. n. 2.
Bald. in cap. pr. §. aut ſi liuellario numer. 45. tit.
quib. mod. feud. amitt. Bart. in leg. qui habebat
99. num. 2. ff. de legat. 3. & ibi Alex. in addit.
lit. B. Baldus conſ. 218. num. 2. lib. pr. Phanucc.
in dict. Reſponſo poſt tract. de inuent. Merlin. de
pig. d. lib. 2. tit. pr. quaſt. 42. num. 37. et lib. 2.
tit. 4. quæſt. 105. nu. 4. Cornazzan. deciſ. Lucan.
10. num. 18. Altogradus d. conſ. 3. num. 11. 12.
& 13. ac 34. Sperell. deciſ. fori Eccleſiaſt. 74.
num. 12. 13. & 14. part. pr. Cumque ex depoſitionibus
teſtium in præſenti iudicio examinatorum
appareat bona, ſuper quibus fuit petita
aſſociatio, eſſe communis valoris, & pretij
ſcut. 2000. & non plus, prout ſecundus Teſtis
ſuper pr. artic. in proceſſu fol. 5. Tertius fol. 18.
56 Qui Teſtes cùm eorum dictum in quantitate,
& valore fructuum, qui percipi poſſunt, &
percipiuntur fundent, prout ſecundus eodem
proceſſ. fol. 7. ſuper 7. art. Tertius fol. 19. à terg.
Quartus fol. 25. à terg. eorum fides haud controuerti
valeat, Vrtius deciſ. 70. num. 3. lib. pr.
Rota Romana deciſ. 100. num. pr. par. 4. recent.
Buratt. deciſ. 797. num. 3. & apud Merlin. deciſ.
159. num. 6. & deciſ. 538. num. 8. apud Caualerium
deciſ. 361. num. 2. Riccius deciſ. Cur. Archiepiſc.
Neap. 7. num. pr. par. 4. per text. in l. ſi
quis 16. Cod. reſcind. vendit. l. ſi fund. 92. ff. de
legat. pr. Zuccarus deciſ. 29. num. pr. Neque
præfata bona eſſe ſufficientia, quòd cum fructibus
eorum, poſſit ſolui non ſolùm pars Capitalis,
ſed neque poſſe ſatisfieri annuum intereſſe
dicti Crediti, ſaltèm pro medietate, vt
dicunt ſecundus Teſtis ſuper 6. art. & 8. Tertius
fol. 20. Quartus fol. 28. Sextus fol. 36. à terg.
57 Sequitur ergò, quòd dùm ceſſat ſpes luitionis,
Contractus ipſe ab initio fuit infectus, ex quo
per huiuſmodi hypothecam pro tanta ſumma
fuit inducta vera alienatio contrà formam dicti
ſtatuti prohibentis acquiſitionem, ſeù Dominij
tranſlationem in forenſes, in puncto
Rot. Romana in Rom. fideicommiſſi 15. Aprilis
1652. coràm R. P. D. Cerro §. concluſio autèm.
58 Fuit itaq. Reſponſum, motiuum non obſtare,
attenta declaratione pendente iudicio facta
per D. Farſettum Actorem, ſe velle aſſociationem
ad effectum vendendi in perſonam
ſubditam iuxta pactum expreſſum in Inſtrumento
appoſitum, quo attento etiam ſi bona,
ſuper quibus petebatur Aſſociatio, eſſent obligata
pro tanta ſumma, prò qua ceſſaret ſpes
luitionis, & per conſequens induceretur vera
acquiſitio, ac etiam vera alienatio; Nihilominùs
cùm petita aſſociatio peteretur in executionem
ſtipulatæ conuentionis, non ad effectũ,
vt dictus D. Farſettus eadem bona penès
ſe irreuocabilitèr retineret, ſed tantummodò
ad effectum eadem vendendi, & pretium exindè
retrahendum cõſequendi in ſatisfactionem
ſui Crediti, huiuſmodi acquiſitio, tanquam
momentanea, non attenditur vtì deſtinata in
perſonam ſubditam, & ſic effectus acquiſitionis
conſideratur in puncto Salyc. in l. ea lege
ſub nu. 19. Cod. de conditionib. ob cauſam, Felin.
in cap. in præſentia nu. 51. de probat. Geminian.
conſ. 40. num. pr. Cuman. conſ. 52. num. pr. &
conſ. 169. num. pr. Fulgoſius conſ. 103. in princ.
Calcaneus conſ. 126. num. 5. Decius conſil. 559.
num. 2. & 3. Curt. Iun. conſ. 105. num. 5. Alba
conſ. 218. num. 14. Petrus Caballus conſ. deciſiuo
59 16. num. 17. lib. 2. Et ideò petita Aſſociatio
dicto D. Farſetto minimè valebat denegari,
ad hoc, vt ipſa poſſeſſione adepta, poſſet in
perſonam ſubditam, & capacem alienare, vt
probant Thomaſ. d. cap. 22. num. 824. & 883.
Plotus conſ. 19. num. 53. & num. 81. Opizo in l.
filius familias §. diui num. 62. in quinta limitatione,
ff. de legat. pr. Merlin. de pignor. d. quæſt. 42.
num. 55. & melius nu. 64. Cornazzan. deciſ. Lu-
60 can. 10. num. 13. Vbi ſubdit rationem, quià
prohibitus rem acquirere, non eſt prohibitus,
neq. incapax æſtimationis, & pretij Altograd.
61 toties citato conſ. 3. num. 44. & ſeqq. Qui in
terminis, & indiſtinctè præfati ſtatuti fundat
nõ obſtãte prohibitione poſſe forenſes acquirere
bona, & iura ſuper ipſis, eorumq. detentionem
nanciſci, non ad effectum retinendi,
ſed vendendi ſubdito, & pretium conſequendi
ità DD. omnes in l. filius familias. §. ſi quod alicui
ff. de

ff. de legat. pr. Alex. conf. 88. numer. pr. lib. 2. Decius conf. 559. numer. 4. Curtius sen. conf. 27. num. 40. & 41. Ruin. conf. 139. num. 24. lib. 5. Clarus qui de communi testatur §. finali qu. 82. num. 5. Simon de Pratis de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 9. tit. 9. Plotus d. conf. 19. numer. 64. & 81. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 120. num. 6. cum seqq. Claudius ad Bertazzolum consil. 399. vbi hæc formalia profert verba, stante præfato statuto alienationes prohibente in forenses, tenere obligationem, quando Creditor non intendit aquirere bona immobilia ad finem ea tenendi, sed vendendi, & alienandi subditis, & capacibus; nàm tunc talis aquisitio vti momentanea, de qua statutum non videtur intelligere, prohibita non dicitur, prout in terminis sic ratiocinatur in vers. Secũdò item arbitror, & versic. Licèt ex statuto, in puncto Lælius Altogradus d. conf. 3. num. 46. Hieronymus Palma conf. 63. num. 62. vers. Nam respondetur, Cornazzan. dec. 10. num. 13. qui testatur
62 de communi; Ità quòd præfatum statutum vendicet sibi locum, siuè respiciat personam Alienantis, siuè Acquirentis, Alex. in l. idem Iulianus §. constat, ff. de legat. prim. numer. 14.
63 Inquiens, quòd ista est veritas, & communis opinio, & quòd statutum præfatum, non resistit quoad acquisitionem pretij Glos. in cap. pr.
64 de Religiosis domibus in 6. Ea ratione, quia prohibitus rem acquirere est semper capax pretij, & æstimationis ipsius rei ex doctrina Bartol. in l. idem Iulianus §. finali n. 3. in l. filius familias §. si quid alicui, ff. de legat. pr. Marsilius singulari 132. latè Marcambrunus cõs. 90. à n. 26.
65 cum seqq. Quapropter conclusio solida remanet, quòd acquisitio facta ad effectum in subditum transferendi, tanquàm momentanea, non subiacet dispositioni statuti prohibentis alienationem in forensem Thomas. d. cap. 24. num. 891. qui testatur de communi, Plotus d. conf. 19. num. 64. & DD. omnes supra citat. & in terminis Associationis Marcambrunus ab Anguillis d. conf. 90. num. 126. vsque ad finem, qui
66 notabilia infert; Et quòd forensis nõ obstante statuto valeat retinere rem stabilem per annum, & posteà vendere subdito, & sibi pretium retinere, in puncto Alex. consil. 120. numer. 4. lib. 1. Io. Baptist. Ciarlin. contr. lib. 1. cap. 78. num. 33. & 35.

Neque obstat, si dicatur, quòd d. D. Farsettus non potuerit variare petitionem, & associationem petere ad effectum vendendi in personam subditam in calculo ferendæ sententiæ.

Nàm fuit responsum, quòd in facto non subsistit, dùm in fine citationis transmissæ D. Octauio Frediano ad dicendum quarè &c. subiunguntur infrascripta verba: Et aliorum pactorum exequutiuorum in allegato Instrumento positorum, & pro tunc ad videndum dictum Instrumentum produci; Vndè negari non potest in d. Citatione expressè contineri prædictam facultatem vẽdendi, resultantem ex illis verbis: & aliorum pactorum, sed etiam vigore tacitæ relationis factæ ad præfatum Instrumentum, vigore cuius fuit actum, & in quo pactum, quod fuit declaratum, stat expressè extensum;
67 Vndè intrat regula, quòd relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, Rota decis. 432. numer. 6. parte 4. tom. 2. recentior.
68 Et est, ac si de singulis partibus, & capitibus contentis in Relato facta fuisset specialis mentio, ad tradita per Gratian. discept. foren. cap. 571. num. 43. & 44. Buratt. decis. 61. num. 6.
69 Quòd eò fortiùs mihi vim fecit, ex quo in secunda comparitione primæ Instantiæ parte petente præfatum Instrumentum fuit productum, ac eidem parti copia tradita: Vndè poterat deducere omnes exceptiones, si quas habebat contrà omnia ea, quæ ex ipso Instrumẽto resultabant, ad tradita in puncto per Rot. in Romana Vineæ 24. Martij 1651. coram R. P. D. meo Cerro, §. quia præter. Maximè quia d. declaratio ad effectum vendendi, quando non esset facta, prout fuit facta, ipsa potuisset fieri
70 in secunda instantia; Cùm omissum in prima instantia, possit suppleri in appellatione per
71 text. in l. per hanc Cod. de appellation. Ideòq; cum exceptio præfata hodiè tantùm à dicto D. Octauio fuerit in Rota proposita, licitum fuit d. D. Farsetto Actori d. Instrumenti pactum anteà in prima instantia declaratum, denuò declarare, & deducere, ac prò illius executione instare ad elidendam eiusdem D. Octauij replicationem, vt firmauit Rota post Pacificum de Saluiano dec. 186. numer. 10. & 11. & apud Caualerium decis. 173. numer. 2. cum alijs per Addent. ad Gregor. decis. 272. in fin. vers. Sicuti etiam, & per Addent. ad Buratt. dec. 231. n. 9. & in terminis ità fuit dictum in Romana Pecuniaria 27. Maij 1651. coràm R. P. D. Celso, §.
72 nec obstare. Itaquè d. declaratio cum fuerit facta pro exercendo pactum resultans ex ventre Instrumenti, ipsa nihil noui operatur, sed quandocunquè fieri poterat, vt in terminis
73 tradit Menoch. consil. 763. numer. 20. Imò per Rotã denuò decerni valebat, prout ferè in illis terminis Soccin. Iun. conf. 67. numer. 15. versic. Tertio idem lib. 3. cum alijs per d. Rot. in alleg. Rom. Pecuniaria 27. May 1651. §. verum domini coram R. P. D. Celso.
74 Imò ad comprobationem prædictorum addebatur solida conclusio, quòd Iudex potest pronunciare super remedio, quod competit

Actori

Actori ex his, quæ deduxit, licèt aliud Actor
ipſe petierit, vt firmant DD. allegati *per Barz.
deciſ. 48. num. 8. & ſeq. & deciſ. 70. numer. 36.*
vbi poſt multos, quos allegat *ſub n. 38. & 39.*
75 refert, quod ſufficit producere Inſtrumentũ,
ex quo reſultat intentio Agentis *Rota dec. 176.
num. 2. apud Ludouiſ. Buratt. dec. 368. num. 5.
Cornazzan. dec. 158. num. 2. Paulus Staibanus
inn. reſol. for. deciſar. reſol. 35. num. 59. Merlin.
Pignatell. lib. pr. controuerſ. c. 34. num. 8. & 9.*
76 Vbi quod in cauſis ſummarijs, & vbi procedıtur ſola facti veritate inſpecta (prout hic ſeruatur, attenta ſanctione ſtatutaria *cap. 14.
lib. pr. Statutor.*) non attenditur, quod petit
Actor, ſed quid appareat illi deberi, *Rot. Rom.
deciſ. 270. num. 6. apud Ludouiſ.* & omnium optimus in terminis caſus, de quo agitur *Io. Frãc.
del Caſtillo dec. Sycilia 57. tomo pr.* latè *Merlin.
Pignatell. controuerſ. 80. n. 8. cum ſeqq. centur. 2.*
77 Et quod ſententia ferri poſſit ſuper probatis,
licèt in libello non deductis, latè videndus *Donatus Antonius de Marinis Quotid. Reſolut. cap.
316. per tot. lib. pr.*
78 Cui concluſioni vltimo loco adductæ non obſtant *conſ. Pariſij 131. lib. 1. Ruin. conſil. 19.
num. 9. lib. 4. Surd. conſ. 283. num. 4.* allegati
per DD. Informantes; Nam ipſi non loquuntur in clauſula *ſola facti veritate inſpecta*, appoſita à Statuto, ſed in clauſula libelli *petit ſibi
Ius, & Iuſtitiam miniſtrari*, quæ ſunt longè
diuerſa, iuxtà vulgata.

Nequè ſecundò obſtat motiuum, quod deducebatur *ex cap. 120. verſic. Quamuis venditor lib. 1. ſtatutorum*, vbi diſponitur, quòd Actor non poſſit à via, & remedio intentato diſcedere, & ad aliud remedium confugere.

Quia fuit reſponſum, quòd motiuum non applicatur, dùm fuit oſtenſum per declarationem factam, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia non fuiſſe receſſum à remedio Aſſociationis primo loco intẽtato, ſed ſemper fuit idem iudicium proſequutum ſuper præfata aſſociatione, adeò vt variatio nulla valeat cõſiderari reſpectu remedij, ſeù modi agendi, ſed folùm reſpectu modi ſatisfaciendi de ſuo credito, prout in d. citatione tranſmiſſa; ſitq. ſtatutum allegatum ſupponit diuerſos modos agendi, & diuerſas citationes in diuerſis Iudicijs propoſitas, quæ valdè differunt inter ſe, & ex diuerſis non fit illatio vulgata regula &c. & ſic patet ad ſenſum.

79 Prout nequè obſtare viſum fuit, quòd dicebatur d. D. Farſettum Actorem per clauſulas appoſitas in Inſtrumento, de quo agitur, fuiſſe cum iuramento conſtitutum procuratorem in rem propriam, & ſic irreuocabilem, quod operatur tranſlationem dominij pleno iure contra expreſſam dicti ſtatuti ſanctionem, *ad tradita per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 342. n. 10.
& 11. Menoch. conſ. 361. num. 38. Barboſ. de clauſulis clauſ. 32. num. pr. Bald. conſ. 349. lib. 2.
Socein. Sen. conſ. 9. nu. 34. lib. pr.* & fuit dictum
*in Firmana Codicillorum 13. Nouembris 1645.
coràm Reuerendiſs. Ghislerio §. Vlterius*, quæ eſt
deciſio 372. par. 9. tom. 2. recent.
80 Quia fuit reſponſum, quòd licèt præfatæ clauſulæ appoſitæ in d. Inſtrumẽto aliquando poſſint importare dominij tranſlationem; Tamèn ſempèr debeant intelligi ſecundùm ſubiectam materiam contractus, in quo apponuntur, vt fuit firmatum *in vna Bononien. dotis
16. Nouemb. 1643. coràm R. P. D. meo Bichio
impreſſa poſt Merlin. de pignor. dec. 74. n. 7. 8. et 9.*
81 Et contrahentes ſemper cenſentur contraxiſſe iuxta leges, vbi contrahunt exiſtentes, & cum ipſis ſe conformare, *D. Altograd. conſ. 95.
num. 27. & 28. tomo 2.* qui plures allegat.

Vndè cum contractus præfatus de obligatione perſonali, etiam cum ſimplici, ſeu ſpeciali hypotheca bonorum fuerit celebratus, vigore præfatæ clauſulæ Conſtitutionis procuratoris in rem propriam, non potuit acquirere vim tranſlationis dominij, ſed iuxta illius for-
82 mam debet regulari; Cùm dominium ſemper maneat penès debitorem, & dicitur folùm creditor procurator debitoris in re pignori data, ſeù obligata, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.
777. num. 13. cum ſeqq. & num. 17. & 18.*
83 Imò in fortioribus terminis dato, quòd in dicto mandato adeſſet clauſula *pleno Iure, ſeu
naturali dominio*, verificatur tantum in ſimplici dominio hypothecæ, videlicet poſſeſſionis ſimplicis, ad effectum percipiendi fructus pro ſatisfactione crediti, vt in ſimili fundat *Rota in
Rom. officij 31. Ianuarij 1628. coràm Pirouano*,
quæ eſt *deciſio 140. numer. 7. 8. part. 5. recent.*
84 Et quod clauſula *pleno Iure*, plerunque non ſignificet plenitudinem omnimodam reſpectu proprietatis, & dominij, ſed reſtringatur ſecundùm ſubiectam materiam ad ſolam poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, tradunt *Rum. conſ. 137. num. 8. lib. 2. Menoch. conſ. 21.
numer. 26.* & dixit *Rota in Meleuitana feudi 10.
Maij 1632. coràm b. m. Merlino in recent. deciſ.
129. n. 18. & deciſ. 210. n. 55. & 56. parte 6.*
85 *recentior.* Nam dominium aliud eſt proprietatis, aliud verò hypothecæ, & vſusfructus, vt magiſtralitèr diſtinguendo docet *Bald. in l.
proprietatis num. pr. Cod. de probation.* quem refert, & ſequitur *Rota d. deciſ. 140. numer. 7.
parte 5. recent.* & in terminis ità fuit dictum *in Romana ſubbaſtationis de Alexijs 15. Maij
1648. coràm R. P. D. meo Cerro §. Quia præter
quod.*

86 Pront

86 Prout dicitur etiam de clausula *Constituti* in
eodem Instrumento apposita, quæ operatur
translationem possessionis modo, & forma,
& iuxta pacta, eadem bona vendendi in dicto
instrumento apposita, prout in nostris termi-
nis præcisis fundat *Marc embrunus ab Anguillis
d. cons. 90. num. 126. cum seqq.* quem pro omni-
bus sufficiat allegasse punctualiter loquentem
87 in terminis dicti Statuti; Vltrà quàm quòd
clausula *Constituti* illius est naturæ, vt assumat
naturam contractus, cui adijcitur *Rota dec. 9.
num. 31. parte 7. recent.* latissimè *Ferentilla ad
Baratt. dec. 937. num. 17. & seqq.* & ab eo re-
88 gulatur *Caualerius dec. 5. num. 6.* & intelligitur
semper secundùm subiectam materiam, *Rota
dec. 261. nu. 3. parte 7. recent.* in puncto etiam
*Petrus Ridolphinus in sua praxi iudiciaria par. 2.
cap. 5. num. 45.*
89 Neque obstant Authoritates in obiecto ad-
ductæ, nempè *Bald. cons. 349. lib. 2.* quia lo-
quitur expresse in titulo donationis inter vi-
uos, qui est titulus clarus ad transferendum
90 dominium, *Soccin. iun. cons. 9. num. 34. lib. 1.*
loquitur in assignatione facta ex causa dotis
restituendæ, & ideò non mirum, si operatur
91 translationem dominij, *Menoch. consil. 361.
num. 28.* loquitur in contractu venditionis bo-
92 norum cum clausula *ad habendum*, in quo etiã
erat extensa clausula *ponens*, quæ absq; dubio
93 importabant dominij translationem, *Gratian.*
verò *cap. 342. num. 10. & 11. & Barbosa de
clausl. d. claus. 32. Gratian.* enim non allegat nisi
Menoch. citat. cons. 361. num. 38. qui vt dictum
est, loquitur in diuersis terminis, *Barbosa* autem
non allegat ad probandam suam propositio-
nem, nisi *Menoch. loco cit.* vndè eadem respon-
sio militat.

Ac propterea licèt D. Farsettus Actor fue-
rit procurator constitutus ad effectum conse-
quendi pretium, quod erat peruenturum ad
manus suas, extrahendum ex venditione bo-
norum; Non hoc ideo fuit translatum domi-
nium, sed solùm facultas retinendi pretium
pro sui crediti extinctione.

94 Vltra quàm quòd quandò d. clausula esset
translatiua dominij, translatio est tempora-
nea, ac per modicum temporis spatium, nem-
pè ad effectum vendendi, & sicuti momenta-
nea non est habenda in consideratione, neq.
excludatur per statutum, vt vltra allegatos su-
pra §. *fuit itaque responsum*, fundat *Cuman. cons.
52. num. pr. & cons. 169. num. pr. Opizò in d. l.
filius familias §. Diui num. 62. in 5. limitatione,
ff. de legatis pr. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. pr.
quæst. 42. num. 64.*

Ad *Menochium verò cons. 550. num. 12.*
95 Respondetur primò, quòd *idem Menochius
cons. 427. num. 17. vers. Respondetur secundò*;
sibimet parùm constans contrarium expresse
firmauit, nempè forensi non prohiberi assecu-
tionem pretij, ac æstimationis bonorum, quo-
rum acquisitio per statutum denegatur, & pro-
pterea, vt potè sibi contrarius in casu, de quo
agitur, nullam fidem meretur *Becc. cons. 108.
num. 25. Cephal. cons. 310. nu. 10. Surd. cons. 133.
num. 90.*

Secundò respondetur super dicto *Menochij*
non posse fieri aliquod fundamentum, ne dum
quia illius opinio fundatur in quoddam respõ-
so *Alciat. 479.* quod in specie fuit reprobatum
à Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 9.
96 Itaque nulla constituatur differentia, an verba
prohibitiua statuti dirigantur in alienantem,
siue acquirentem *ex doctrina Bald. consil. 349.
col. 2. versic. Solutio lib. pr. & cons. 310. col. pr.
lib. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §. pr. glos. 9.*
97 *num. 172. vers. Si ergò*. Tum etiam, quia li-
cèt statutum prohibeat acquisitionem iurium,
& Actionum, non per hoc censetur prohibere
acquisitionem iurium pro persona subdita, &
habili, ac pro consequenda æstimatione dd.
bonorum, vt in puncto dicti statuti occurrunt
98 motiuo *Cottazzan. d. decis. 10. nu. 3.* Et quod
tam bona, quàm iura, & actiones super eisdem
bonis acquirere valeat Forensis, non obstante
dicto statuto ad effectum tantum vendendi, vt
plenè firmat *Altogradus sæpè citato cons. 13. nu.
46. lib. 1.*
99 Neque pariter obstant tradita per *Surdum
dec. 30. num. 5. 6. & 35. ad finem*, quia *Surdus*
loquitur in speciali statuto Mantuæ expressis
verbis prohibente, in casu de quo agebatur,
nullam deberi æstimationem, *Pircas d. cons. 19.
num. 31. in fine*, qui dicit, quòd tunc casus di-
citur extra aleam controuersiæ.

Et nè aliquid intactum remaneat, nõ obstat
defectus datiæ allegatus; Siquidem responsio
percipitur *ex decisione per nos emanata in Causa
Lucana Manutentionis 21. Iunij 1656. coràm me
inter Sp. Io. Baptistam Marchionem ex vna, et Sp.
Benedictum Sanctinium ex altera, §. Haudque*,
100 vbi firmatur, quòd quandò agitur de execu-
tione, & in executionem publici Instrumenti
ex clausula *Constituti*, nullo modo soluitur da-
tia, nisi post immissionem, vel bonorum adiu-
dicationem à Iudice factam, vt latè ibidem, &
fundat *Lepidus decis. 12. versic. Nec obiectio*, &
sic non sunt mutanda ea, quæ certam habue-
runt interpretationem iuxta vulgat.

Neque tandèm petitæ Associationi vim fa-
cere censui statutum *in cap. 238. lib. 4. statutor.
vniuersalium*, in quo disponitur, *quòd nemo
procurator interuenire possit ad acquirendam pos-
sessionem immobilium, aut ad petendam possessio-
nem,*

nem, vel aliquid attentandum pro possessione, aut
quasi, &c. nec ad protestandum, aut aliquam
protestationem faciendam, &c. Hinc inferendo
non potuisse intentari præsens Associationis
Iudicium, nisi præuia licentia Excell. DD. An-
tianorum, & consequentèr nullum esse Iudi-
cium, tamquàm non seruata forma statuti;
maximè stante decreto irritanti in eodem sta-
tuto apposito.

Prò absoluto namq. existimaui non fuisse
necessarium pro validitate d. Iudicij præcede-
re licentiam dd. EE. DD. Antianorum; sed eò
demùm, quandò fuisset deuentum ad realem
apprahensionem possessionis facti, vt annuunt
illa verba primordialia statuti, ibi, *ad accipien-*
101 *dam possessionem aliquorum bonorum*. Verbum
autem *accipere*, importat apprahensionem,
seu translationem dominij, vel possessionis,
Caldas Pereyra de empt. & vend. cap. 18. *n.* 26.
102 *Barbos. de dictionib. dict.* 6. & in puncto sta-
tuti prohibentis alienationem, ac translationẽ
possessionis; quod debeat intelligi de appræ-
hensione facti, secùs autem procedere, quando
res, vel eius possessio in forensem realiter non
peruenit, latissimè firmat vidend. *Soccin. Iun.*
consil. 3. *numer.* 4. *cum seq.* qui *sub numer.* 21.
103. dicit, quòd tale statutum sic debet intelligi,
& si eiusdem verba rationem præfatam non
importarent, *iuxt. Glos. in l. quamuis C. de fideic.*
quam ibi *DD.* sequuntur; & tradit *Dec. cons.* 15.
col. 3. *in verb. Et licèt Bart. Thom. tract.* 2. *tit.*
104 *de incapacibus cap.* 34. *num.* 764. Cùm quæ-
libet dispositio à sui ratione reguletur, & de-
claretur restrictiuè, & ampliatiuè, sicut ratio
exposcit, *leg. cum pater §. dulcissimis, ff. de legat.* 2.
Soc. Sen. in l. pr. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig.
& cons. 108. *col.* 3. *vers. Septimo ratio expressa*
vol. 3. *Dec. cons.* 227. *col.* 3. *vers. Et dixit. Bald.*
in terminis *Gratian. discept. forens. cap.* 209. *n.* 8.
& 9. latè *Vermigl. cons.* 361. *per tot.* & signan-
tèr *à num.* 1. 2. *&* 3.
105 Nèc refragantur sequentia verba dicti sta-
tuti, quibus prohibetur, & petitio, quæ non
est de per se actus, qui aliquid perficit, sed est
ordinatio ad actum perficiendum, vt in pun-
cto fundat *Add. ad decis. Magon.* 88. *vers. Secun-*
dò verò limitatio, & protestatio pro nanciscenda
106 *possessione*; Quia cùm versemur in pœnali
dispositione, dd. verba non possunt, nec debent
extendi, vt compræhendant iudicium præam-
bulum ad apprahensionem possessionis, sed
restringi debent, ac limitari ad actus contem-
poraneos, & immediatè præcedentes ipsam-
met apprahensionem realem, *Rot. apud Man-*
tic. dec. 27. *n.* 4. 5. *&* 6. *Franc. Marc. dec.* 577.
num. 7. *part. pr. Vrsell. concl.* 84. *num.* 24.
Id quod manifestè conuincitur ex verbis Ru-
bricæ, ibi, *de eo, quod nullus Procurator esse possit*
ad accipiendam possessionẽ pro forense, quæ verba
respiciunt immediatè possessionis apprehen-
sionem, non autem iudicium præcedens; Cum
107 Rubrica reguler, & declaret totum Ni-
grum, *Honded. consult.* 105. *num.* 89. *&* 109.
num. 35. *tomo prim. Christoph. Torniol. cons.* 47.
nu. 39. *Ludouic. Sacca cons. seu responso* 5. *n.* 35.
108 ac demonstret, qualis fuerit intentio Nigri,
Brunor. à Sole in compendio resolut. iur. in verbo
Rubrica dat intellectum decreto, plenè *Surdus*
109 *cons.* 163. *num.* 12. vbi quòd Nigrum restrin-
gitur, & declaratur per Rubricam, & in termi-
nis probat *idem Soccin. dict. cons.* 3. *numer.* 20.
110 Id quod de plano procedit inspecta causa
finali, quâ permoti fuerunt Statuentes in pro-
hibendo alienationem possessionis absq. licen-
tia EE. DD. Antianorum; Quapropter tantùm
de actuali translatione bonorum in forenses,
ac translatione in concreto, non autem in
abstracto intelligi debet, *idem Soc. d. consil.* 3.
num. 21. *&* 22.

Vltrà quòd mihi visum fuit omnem tolli
amaritudinem, ex quo huc vsq. sic fuit in facti
contingentia obseruatum, sic huiusmodi licen-
tiam pro apprahensione possessionis fuisse pe-
titam, & obtentam post concessam immissio-
nem, & ante actum apprahensionis, ac præ-
cepti relaxationem, vt ex pluribus exemplis
mihi ostensis, & signanter in *Causa Horatij Luc-*
chini de Piscia contra Franciscum Iuliani de Fi-
111 *bialla, & aliàs de anno* 1599. Quæ obseruan-
tia subsequuta vti interpretatiua legis, seù sta-
tuti, omninò veniebat attendenda *ad text. in l.*
si de interpretatione, & l. minimè, ff. de leg.
cap. cũ dilectus de cõsuetudinib. in 6. *Bald. cõs.* 48.
num. 3. *lib.* 3. *Corneus cons.* 54. *numer.* 5. *lib.* 4.
Menoch. cons. 148. *num.* 36. *versic. Et ibi uerum*
esse, &c. Beccius cons. 101. *num.* 49. *Maceraten.*
variar. resolut. 3. *num.* 8. & meliùs *resol.* 7. *n.* 7.
eodem lib. 1. *Afflict. dec.* 73. *num.* 3. *Rota apud*
112 *Clem. Merlin. dec.* 450. *num.* 12. Ità quòd ad
inducendam obseruantiam interpretatiuam
non requiratur spatium longi temporis, nèc
præscriptio, sed sufficiat aliquandò ità fuisse
obseruatum, *Gratian. discept. forens. cap.* 608.
num. 17. *Surd. cons.* 140. *num.* 45. *Menoch. cons.*
148. *num.* 36. & fuit in terminis firmatum *in*
Romana successionis de Comitib. 26. *Iunij* 1647.
corã R.mo Ghislerio §. supra dictis accedit in fine,
& fusissimè fuit firmatum in *Romana pretij grani*
14. *Februarij* 1648. *coram R. P. D. Melcio §. ex*
113 *quò colligitur*. Ità quod non requiratur, vt
sit obtenta in contradictorio *Rot. Bonon. decis.*
57. *nu.* 57. *&* 58. *D. Lal. Altogr. cons.* 83. *n.* 96.
114 ac etiam si esset contra Ius, *Rota decis.* 141.
num. 13. *&* 14. *par.* 6. *recent. Honded. cons.* 92.
num. 28.

num. 28. & seq. vbi sub n. 30. ex Crauett. Beccio,
115 *5.* & alijs, ait procedere conclusionem, etiam si obseruantia esset contrà verum intellectum dispositionis *Menoch. cons. 390.* & prò obseruantia interpretatiua inducenda, quod vnicus actus sufficit *Decian. respons. 51. num. 56. lib. 2. Rota decis. 136. n. 6. & decis. 419. n. 6. part. pr. recenstor. & post Salgadum decis. 93. num. 18.*
116 Et tandem prò conclusione istius Causæ ponderaui duas non spernendas considerationes.
117 Nempè primò, quòd cùm in præsenti ageretur Iudicio associationis, exceptiones à DD. Informantibus pro D. Octauio Frediano oppositæ vt requirentes altiorem indaginem ad merita, seù in alio Iudicio, deberbant reseruari, *l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum, leg. ille à*
118 *quo, §. ff. ad Trebellianum §. pr.* ad exemplum exceptionis requirentis longam, & dubiam iuris altercationem ob varias *DD.* opiniones, prout in terminis Iudicij Associationis fundat *Cappyc. dec. 10. nu. 19. & 20. Rota apud Seraph. dec. 1297. sub num. 6.* & fuit dictum *in Bonon. bonorum fideicommissi de Sanctis 17. Martij 1647. §. similiter coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Census 22. Maij 1648. coram Reuer. Ghislerio in cumulatis per me post Salgad. tract. labyr. credit. dec. 43. num. 25. 26. 27. & 28.* & fuit denuò dictum *in Hispalen. decim. 25. Iunij 1649. coram eodem R. P. D. meo Bichio, §. quamuis in fine,* latissimè *Merlin. Pignatel. cõtrouers. forens. cent. 1. cap. 96. per tot.* Vbi latè quandò exceptio-
119 nes reseruantur ad merita causæ, & quomodò intelligatur verbum illud *in continenti.*
120 Secundò consideraui, quod D. Octauius Fredianus non poterat audiri in dictis suis exceptionibus tanquam periurus eò, quod nullibi, neque in processu, neque extra constitit, absolutionem à Iuramento, seu Iuramentis ab ipso fuisse petitam, quæ quidem erat absolutio necessaria, non solùm ad effectum, quòd quis agere posset, sed etiam in casu quando quis Audiri vellet excipiendo *Gales de oblig. Camer. q. 25. num. 4. & 5. Picus ad statuta Vrbis glos. 3. num. 17. & 18. Rota decis. 281. n. 2. par. 1. in posthum. Farinac. & part. 2. decis. 46. ibidem,* vbi latè.
121 Absolui Ambas partes ab expensis ex multis Causis animum meum mouentibus, *ad tradita per DD. in l. properandum §. sin autem alterutra Cod. de Iudicijs,* & alibi sæpè &c.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante.

Die Veneris 10. Nouembris 1656. fuit confirmata ista mea decisio ab Excell. D. Nicolao Luchesino Iudice Delegato, ac viro integerrimo vel Tertio ab Excellentiss. Senatu per viam reclamationis electo, vt constat ex sententia rogata manu Egr. Ser Thomæ Thieri Actuarij Curiæ Excell. Antianorum in Palatio residentium.

ARGVMENTVM.

Creditum in Iudicio Reintegrationis quomodò esse debeat, & per quæ probetur. Retentio attenta re Iudicata competit in bonis possessis, & prò credito hypothecario, & est fauorabilior, faciliusq. conceditur, quàm actio, & acquisitio, Imò datur prò alio credito non hypothecario, & non denegatur Creditori immisso in possessionem authore Prætore. Emphyteusis an dici possit resoluta per decoctionem, adeò vt canones post eandem decoctionem decursi non debeantur. Bona decocti fideicommisso, vel maioratui, aut emphyteusi subiecta num possint exequi, & hypothecari, ac Creditori adiudicari. Emphyteuta an resilire queat à contractu emphyteusis, atq. ipsi renunciare, & quandò liberetur à solutione canonis. Administrator, & Creditor potest quis eodem tempore existere, & ob id an cadat præsumptio satisfactionis sui crediti. Locator quandò teneatur agere ad cõmodum Conductoris ob impedimentum vsus rei locatæ. Bona emphyteutica ob decoctionem transeunt in Iudicem, & postea in Syndicos Creditorum. Exceptio an opponi valeat Creditori habenti bona generalitèr hypothecata ex Instrumento. Caducitas bonorum emphyteuticorum an, & quandò dicatur incursa. Euictio an detur, si res euincatur per possessionem in Saluiano, & quid si fuerit promissa etiam in possessione.

S V M M A R I V M.

Creditum in Iudicio Reintegrationis oportet esse liquidum, clarum, & manifestum. num. 1.

Crediti liquiditas ex quibus constare potest. num. 2.

Instrumentum publicum, liquidum, & clarum facit rem notoriam, & manifestam. num. 3. Et dicitur probatio probata. num. 4. Ampliatur vbi de Instrumenti viribus fuit inter partes discussum, et quandò habet executionem paratam in vim statuti, & ex partium conuentione. num. 5.

Sententia regulatur iuxtà petitionem. num. 6.

Retentio præsertim attenta re Iudicata omninò competit in bonis possessis, & prò credito hypothecario. num. 7.

Retentio fauorabilior est, quàm actio. num. 8. Et eadem faciliùs conceditur, & competit, quàm ipsa actio. num. 9. & 20.

Actio exigit causam, & oportet, vt ipsa habilis sit ad eam producendum. num. 10.

Retentio faciliùs inducitur, quàm acquisitio de nouo, num. 11.

Creditori possidenti rem sui debitoris prò aliquo credito hypothecario datur retentiò prò alio credito, etiàm non hypothecario. num. 12.

Retentio, quæ datur pro vno credito hypothecario, cõfirmatur pro alio etiàm absque hypotheca. n. 13.

Manutentio non solùm datur possidenti ex Saluiano, durante credito, pro quo fuit facta immissio; sed etiam pro satisfactione in futurum eiusdem crediti hypothecarij, ex eodem fonte nascentis. num. 14.

Retentio denegari non potest in Iudicio Saluiani, vbi prætenditur possessor de credito satisfactus. n. 15. Ampliatur. num. 16.

In continenti exceptio probata dicitur, & est admissibilis in quolibet priuilegiato Iudicio, si habeat pro se publicum Instrumentum. num. 17.

Retentio denegari non potest in bonis, in quibus Creditor reperitur immissus authore Prætore. n. 18.

Creditor anterior sicuti potest auocare possessionem à Creditore posteriore, multò magis potest eundem excludere excipiendo, & opponendo retentionem. num. 19.

Retentio nunquam denegatur, nisi constet, & probatum fuerit, proprio nomine ad manus peruenisse tot fructus, ex quibus probabilitèr satisfactio oriri potuerit. num. 21.

Emphyteusis an resoluta dici possit per decoctionem, adeò vt canones, post eandem decoctionem decursi, non debeantur. num. 22.

Fructus censuum debentur post decoctionem. n. 23. Contrarium tamen habetur. num. 29.

Cànones non debentur actione hypothecaria, sed personali, num. 24. sed de veritate. num. 46.

Domini directi experiri solent canonum consequutionem cum actione personali. num. 25.

Decoctio spoliat Personam administratione suorum bonorum, supèr quibus formàt concursum. n. 26.

Emphyteuta non tenetur ad canones decursos post decoctionem, nec ad alios fructus, vel interesse. num. 27.

Inopia quandò non est declarata, & concursus Creditorum non formatus, an post decoctionem arctet decoctum ad canones soluendos remissiuè. n. 28.

Canones ex contractu debentur Domino directo etiàm post decoctionem, status mutationem, ac vita bonum, ad cuiuscunque manus bona deuenerint, etiamsi ad Fiscum. num. 30.

Bona decocti fideicommisso, vel maioratui subiecta, ac emphyteutica possunt exequi, & Creditori adiudicari, vt illis frui possit decocti vita naturali durante, num. 31.

Prohibitio alienationis rei facta à Iure, vel ab homine, non cadit in commoditatibus, num. 32.

Bona emphyteutica, quandò intrant in concursum per cessionem bonorum, an requiratur assensus Domini directi, & emphyteusis ipso Iure resoluatur, ac cum directo dominio consolidetur; Vbi supèr hoc declaratur text. in l. fin. Cod. de Iur. emphyt. *quid de opinione* Auendani, *& de ratione. n. 33. 34. & 35.*

Tex. in l. fin. Cod. de Iur. emphyt. *non vendicat sibi locum in alienatione rei emphyteuticæ facta per Iudicem prò satisfactione Creditorum. n. 36.*

Emphyteutæ decocti commoditates sempèr sunt obnoxia Creditoribus, siuè emphyteusis fuerit ex pacto, & prouidentia, siuè hæreditaria, & siuè alienationis prohibitio fuerit expressa, siuè ex natura contractus. num. 37.

Bonorum commoditas, etiàm strictissimè alienari prohibitorum, cadit sub hypotheca, saltim vita hæredis grauati durante. num. 38.

Possessio naturalis percipiendi fructus, vita emphyteutæ debitoris durante, transit in Creditores. num. 39.

Subhastatio ad Instantiam Creditorum facta, non requirit consensum Domini directi, cùm semper intelligatur facta sine præiudicio canonis, & laudemij, num. 40.

Delicto non commisso circa ipsam emphyteusim, consolidatio Dominij vtilis cum directo non fit. num. 41.

Decoctio non producit commissionem delicti circa ipsam emphyteusim, ob quod immissio, & retentio, & cuiusuis alterius remedij suppeditatio, supèr illius commoditatibus Creditoribus dari debet, num. 42.

Statut. Cur. Mercat. Lucæ cap. 9. lib. 3. *vult à Decoctoribus, seù Fallitis integrè solui Creditoribus, non obstante, quòd ad illos omnia bona, non tamèn sufficientia peruenerint. num. 43.*

Obseruantia, vbi adest super aliquod pro lege est reputanda, num. 44.

Obser-

Obseruantia est tanta efficacia, vt Statuto praualeat. num. 45.

Hypothecaria competit pro canonis consequutione, vel saltem Ius reale; quod est pinguius hypotheca. num. 46.

Creditor per decoctionem debitoris potest declarare rescissionem contractus, aliàs ea non facta; ipsi currunt fructus census, seu emphyteusis, qua per decoctionem resoluta non dicitur. num. 47.

Fructus contrà decoctum an currere debeant ratione mora ex cambijs, & recambijs; remissiuè. n. 48.

Fab. sententia in lib. 4. Cod. tit. 43. de Iur. emphyt. defin. 11. *Scilicet quòd emphyteuta possit resilire à contractu emphyteusis, ac ipsi renunciare etiàm inuito Domino, quandò procedat. num. 49. & 50.*

Verba oo Iure vtimur, *quid importent. num. 50.*

Emphyteusis contractus cùm sit nominatus, & vltrò, citròq. obligatorius, in ea non datur locus pœnitentia, nèc licet, altera parte dissentiente, ab ipso contractu discedere, & emphyteusim deserere, ac renunciare. num. 51.

Emphyteuta quandò non possidet facto Domini directi, remanet liber à solutione canonis. num. 52.

Emphyteuta si dolo possidere desit, veluti ob decoctionem, non liberatur à solutione canonis. num. 53. Et sic contrà eum daretur actio personalis. num. 55.

Possessionem dolo desinens habere, habetur prò possessore. num. 54.

Decoctus semper habet præsumptionem fraudis contrà se. num. 56.

Hypotheca semel orta cum actione personali, & in esse deducta, facit subsistere retentionem in vim Saluiani, & hypotheca sinè ipsa actione durat. num. 57.

Detentatio tantùm sufficit, ad effectum concedendi retentionem rei hypothecata. num. 58.

Decis. 151. num. 7. post Merlin. de pignorib. *in quibus terminis procedat; Scilicèt an creditor dicatur vulneratum per sententiam, qua immissio, seù retentio Actori denegatur pro annonibus decursis, reseruatis tamen Iuribus in alio Iudicio. num. 59. & 60.*

Cognitio super petitorio ex quo arguatur impediri, nec ne. num. 61.

Spoliatus præstans consensum delegari causas tàm super possessorio, quàm supèr petitorio, non potest vti regula, quòd spoliatus debeat ante omnia restitui, sed de Iuribus partium est cognoscendum. num. 62.

Canonis petitio ex possessis bonis iniqua esse videtur, quandò possessor ex eisdem fructus perceperit, & de facili, stante eius possessione, se satisfacere potuit. num. 63.

Fructus omnes præsumuntur percepti à possessore. num. 64.

Persona duplex ab aliquo repræsentari potest supèr eodem negotio diuersis respectibus. num. 65.

Administrator, seù syndici concursus duplicem personam possunt repræsentare. num. 66.

Possessionem fuisse penès aliquem controuerti non potest, si fecit venditionem fœni recollecti ex bonis possessis, locationem eorundem, ac deputationem Factoris super ijsdem bonis. num. 67.

Creditor cum possit, non sibi satisfecit de suo credito, nec retinuit bona, ac effectus sui debitoris ad eius manus peruentos occasione administrationis ab eo gesta, videtur actionem amisisse cōtrà fideiussores, seù Tertios possessores. num. 68.

Creditor administrans bona sui debitoris de facto præsumitur satisfactus. num. 69.

Creditor si sit promptus, quantum ad se spectat, reddere rationem sua administrationis, facit omninò cessare præsumptionem satisfactionis sui crediti. num. 70.

Creditor soluendo debitori, & non retinendo, vel compensando, quod sibi ab illo debetur, non præiudicat suis Iuribus, nec ipsi potest imputari, vel obijci, quare non compensauerit. num. 71.

Soluens aliquid alteri, non intrat præsumptio, quòd ab eo nihil recipere debeat, sed sempèr potest petere, quid sibi debetur. num. 72.

Dispositio cap. 4. lib. 3. Stat. Mercat. Lucæ *resistit Creditori volenti exigere, seù sibi incorporare aliquid de bonis debitoris decocti sub pœna dupli exacti, vel recepti. num. 73.*

Creditoris negligentia est tantùm cōsiderabilis, quandò omittit facere ea, quæ præcisè tenetur, & est appositum tempus. num. 74.

Syndici tenentur soluere Creditoribus anterioribus iuxtà sententiam graduationis, adeò vt si præposterent gradus, & ordinem Creditorum, de eorum proprio tenentur Creditoribus anterioribus. n. 75.

Creditor omittens facere ea, quæ potest facere, et non facere iuxtà eius voluntatem, non dicitur negligens. num. 76.

Decisio est pars sententia. num. 77.

Impedimentum sibi notum non remouens, sed potiùs procurans, dicitur in culpa, & illud præstitisse nomine proprio, ac damnum indè sequutum sibi imputari debet. num. 78.

Dominus directus tenetur præstare successiuam patientiam, vt emphyteuta fruatur, & potiatur bonis emphyteuticis per Creditores detentis. num. 79.

Impeditus vti frui, dicitur absolutus à soluendis libellis. num. 80.

Tex. in l. Iulianus 13. §. si venditor. ff. de actionib. empt. *quomodò procedat. num. 81. & 85.*

Exceptio eundem agentem repellit, quem de euictione tenet actio. num. 82.

Emphyteuta impeditus vti frui re emphyteutica, non potest contrà Dominum directum proponere

exceptionem rei non traditæ, & impedimenti non remoti. num. 83.

Locator ad nihilum tenetur si impedimentum vti frui re conducta procedat ex facto proprio Conductoris, qui tunc curare debet repetitionem, & defensionem eiusdem rei. num. 84.

Bona emphyteutica ob decoctionem debitoris transeunt in Iudicem, & postea in Syndicos Creditorum. num. 86.

Locator eatenùs tenetur agere ad cõmodum Conductoris, quatenùs ab eodẽ Conductore id exigatur. n. 87.

Obligatus ad manutentionem de Iure tenetur instare. num. 88.

Creditor secundus potest opponere, quòd Creditor anterior debeat priùs satisfieri sibi de bonis specialitèr obligatis, antequàm deueniatur ad exercitium generalis hypothecæ. num. 89.

Creditor primus habens specialem, & generalem hypothecam potest in subsidium descendere ad generalem, in qua comprahenditur hypotheca specialis secundi Creditoris. num. 90.

Excussionis necessitas opponi nequit Creditori habenti bona generalitèr hypothecata ex Instrumẽto omni solemnitate vallato. num. 91.

Creditori quandò competunt plures actiones, electa vna non sibi praeiudicat, nec viam praecludit ad aliam intentandam. num. 92.

Creditor non solùm antè sententiam, sed etiàm post executionem, & immissionem potest variare, & Iura sua prosequi, prout sibi magis expediens videtur. num. 93.

Bona omnia ab emphyteuta possessa, & existentia penès Tertios possessores remanent affecta onere hypothecæ, stante obligatione, & hypotheca expressa tàm prò canonibus præteritis, quàm prò futuris, etiàm prò tempore, quo res emphyteutica non fuerit per emphyteutam possessa. num. 94.

in Capitulis, seù positionibus non sufficit deducere, & explanare intentionem, sed est necesse plenè exposita probare, aliàs succumbitur. num. 95.

Exceptio semel cognita, discussa, ac reiecta non potest ampliùs opponi, & interim opposita non est attendenda. num. 96.

Contractus perfectio à conclusione dependet. nu. 97.

Tractatus etiàm confectus per publicum Instrumentum cùm non habuerit effectum, habetur æquè, ac si de eo nunquàm fuisset actum. num. 98.

Obseruantia subsequuta declarat voluntatem praecedentem. num. 99.

Protestatio suffragatur ad demonstrandum, caducitatem per priùs non fuisse declaratam. n. 100.

Caducitas non intelligatur incursa, nisi volente, & declarante Domino. num. 101.

Retentio nullo modo retardari potest prò canonibus decursis ob illiquidationem, & incertitudinem exceptionum datarum aduersùs Instrumentum publicum. num. 102.

Euictio non datur, quandò res euincitur per immissionem in Saluiano. num. 103.

Euictio si sit promissa tàm in proprietate, quàm in possessione debetur, & successiuè competit retentio. num. 104.

Illiquidum dici non potest, quod de breui liquidari quit. num. 105.

Certum dicitur, & non dubium, quod certum finem habet. num. 106.

Liquidatio quantitatis probari valet in executione sententiæ. num. 107.

Stylus iudicandi inducitur per binas Iudicaturas. num. 108.

Restitutio rei non est facienda in Iudicio Spolij, nisi idoneè caueatur. num. 109.

Iudex potest absoluere ambas partes ab expensis ex causis animum suum mouentibus. num. 110.

Decisio XVI.

SPect. Philippus de Podio, ac Laurentius eius filius de anno 1642. vendiderunt Sp. Lando de Diuersis quædam bona posita in Communi Porcari *luogo detto alla Ralla*, pro pretio scutorum 2340. vt videre est in decisione Lucana Prætensionis emanata ad fauorem Spect. Stephani de Carolis, quæ est *decisio* in impressis 2. in ordine, cum dictis Spectab. de Diuersis coràm me die 19. mensis Ianuarij 1656. vt constat ex Instrumento rogato à Ser Pompeo Morganti sub die 18. Ianuarij 1642. ac etiàm sub eodem die d. D. Landus de Diuersis concessit in emphyteusim eademmet bona empta eisdem DD. Philippo, & Laurentio de Podio, & eorum, & cuiuscunque eorum filijs masculis legitimis, & naturalibus vsque in quartam generationem inclusiuè, & cum iure accrescendi inter eos pro annuo Canone stariorum 108. frumenti, salmis 15. vini, & scutis 25. quas annuas solutiones præfati DD. de Podio insolidum obligati promiserunt facere quolibet anno dicta concessione durante sub obligatione, & hypotheca omnium bonorum, vt constat pariter ex alio Instrumento rogato à dicto Ser Pompeo sub die eadem.

Idem Philippus, & Laurentius de Podio sub die 17. Nouembris 1644. vendiderunt alia bona in dicto Communi existentia pro pretio scutorum 8000. mediante persona D. Ioannis de Andreolis, qui emit pro persona nominanda, qui post indè declarauit emisse pro Spect. Petro Tuccio, & de eius pecunijs.

De anno 1650. decoxit D. Philippus de Podio, & Spectabiles Consules Curiæ Mercatorum acceperunt possessionem omnium bonorum, & etiam illorũ in *luogo detto alla Ralla*,

in

in emphyteusim concessorum, & statim eam possessionem dimisserunt, & relaxauerunt DD. Vincentio Chiochæ, Petro Tuccio, Martino de Carolis, & Io. Baptistæ de Diuersis Syndicis, & Administratoribus bonorum præfatæ decoctionis, vt patet ex processu facto in Curia Mercatorũ de anno 1650. per acta Ser Bernardini Cantarini &c. Et facta graduatione creditorum per dictos DD. Iudices, & Consules præfatæ Curiæ, inter alios fuerunt graduati dicti Spect. DD. de Diuersis, ex quo tempore decoctionis de anno 1650. dicti DD. de Podio reperiebantur debitores pro canonibus decursis, & non solutis de scutis 878. saluo &c. prout latiùs in sententia dictæ Curiæ Mercatorum lata de anno 1650. cui &c. Et cum multi adessent creditores dicti D. Philippi, & anteriores dictis DD. de Diuersis, & bona præfata non essent sufficientia pro satisfactione dictorum canonum decursorum, & non solutorum, ac etiam cùm ipsi quotannis excreuerint, stante obligatione omnium bonorum dictorum DD. de Podio vsq. de anno 1642. & consequenter dictorum bonorum emptorum à Spect. Petro Tuccio, obtento priùs ab Excellentiss. Consilio rescripto delegatorio de anno 1652. dicti DD. de Diuersis instituerunt Iudicium Saluiani contrà dictum D. Tuccium, & ipsius bona obligata, & empta respectiuè vt supra; Et fabricato processu, & hinc indè factis eorum incumbentijs, DD. de Rota Iudices delegati immissionem petitam concesserunt DD. de Diuersis ab eis detinendam quousq. essent satisfacti de præfat. scut. 878. pro dictis canonibus decursis, & non solutis vsque ad annum 1650. & pro omnibus damnis, & interesse passis, & in futurum patiendis; Reseruato tamèn DD. de Diuersis quo ad fructus ab anno 1650. citrà, & pro decurrendis in futurum iure experiendi in alio Iudicio, vt latiùs habetur in processu causæ delegatæ; Quapropter in exequutionem præfatæ sententiæ fuerunt immissi in actualem possessionem prædictorũ bonorum, & fuerunt liquidata damna, & interesse in scut. 163. 12. & 9. prout in præfato processu latiùs habetur, cui &c. Et cùm hodiè d. Spect. Petrus de Tuccijs prætendat dictos DD. de Diuersis esse super dictis bonis in longè maiori summa satisfactos de prædictis canonibus decursis, & non solutis vsque ad annum 1650. iuxta tenorem sententiæ latæ per DD. Iudices delegatos, ac etiam pro summa liquidata damnorum, & interesse, Mensibus elapsis d. D. Petrus Tuccius porrexit supplicationem Excellentiss. Consilio, & perijt delegari causam petitæ reintegrationis ad dicta bona, tàm in petitorio, quàm in possessorio, & cùm fuerit contrà supplicatum prò parte dd. DD. de Diuersis narrando ex multis causis in dicta contrasupplicatione expressis nõ esse locum dictæ reintegrationi, dùm prætendebant ipsorum bonorum habere retentionem, etiam pro canonibus decursis, & non solutis vsque ab anno 1650. citrà; Vndè Excellentiss. Consilium habendo respectum ad supplicata, & contrasupplicata, delegauit dictas prętensiones Rotę, prout ex rescripto Rotæ præsentato sub die 20. Iannarij 1656. siuè &c. Et factis hinc indè eorum incumbentijs, hodiè dubitaui coràm DD. meis an esset locus reintegrationi petitæ per dictum D. Tuccium, vel potiùs retentioni paritèr petitæ per dd. DD. de Diuersis, & diximus non esse locum petitæ reintegrationi, sed retentioni non solùm pro canonibus decursis ab anno 1650. citrà, sed etiam pro euictione passa, & illata per Sp. Stephanum de Carolis dictis DD. de Diuersis, cum moderamine tamen, ac electione respectiuè ad fauorem D. Tuccij, prout infrà.

1 Moti potissimùm ex infrascriptis fundamen-
tis, quia creditũ in hoc, de quo agitur Iudicio,
oportet esse liquidum, clarum, & manifestum,
*Rota decis. 612. nu. 5. part. 3. recent. Mart. Me-
dic. examin. 56. num. 6. Rota decis. 151. num. 5.
post Merlinum de pignoribus*, & latissimè fuit
dictum *in Romana retentionis domorum 13. Maij
1642. coràm R. P. D. Ghislerio, §. vltimò versic.
Ideò, vsque ad finem*, quæ est *dec. 83. n. 34. 35. et
2 36. par. 9. tom. 1. recen.* Quæ liquiditas pluribus
modis constare potest, vel per confessionem,
vel per rem iudicatam, vel per instrumentum
*ad tradita per Pacificum de Saluiano inspect. 1.
cap. 4. num. 43. & seqq.* In casu autem, de
quo agitur creditum, pro quo retentio petitur
ex parte dictorum de Diuersis probari visum
3 fuit per publicum Instrumentum liquidum, &
clarum concessionis emphyteuticæ rogatum
per Ser. Pompeum Morgantem sub die 18. Ia-
nuarij 1642. quod facit rem notoriã, & mani-
festam *Rota decis. 59. num. 3. & decis. 135. n. 1.
4 part. 6.* & dicitur probatio probata *l. ad proba-
tionem Cod. de probationib. l. pecunia Cod. de so-
lut. Bald. in l. interest in vlt. not. num. 2. Cod. de
solut. Bartol. in l. prima num. 8. ff. de nou. oper.
nunc. Dec. cons. 423. num. 9. & 10. Decian. cons.
66. num. 58. lib. 3. Rota apud Mantic. decis. 26.
num. 1. & decis. 166. num. 12. & apud Gregor.
decis. 157. num. 13. & decis. 180. numer. 1. &
5 decis. 60. num. 1.* Quod maximè procedit, vbi
de viribus Instrumenti fuit inter partes discus-
sum, vel vbi Instrumentum per statuta, vt in
cap. 111. & sequent. lib. 1. statut. seù ex partium
conuentione habet exequutionem paratam
*Pacific. de Saluiano d. inspect. 1, cap. 4. num 47.
& 48.*

& 48. prout vigore præfati Instrumenti DD.
de Diuersis de anno 1650. in Iudicio concur-
sus formato in Curia Mercatorũ obtinuerunt
sententiam fauorabilem, quòd bona decoctio-
nis, seu pretium indè extrahendum remaneret
semper obnoxium, & obligatum pro canoni-
bus decursis, & in futurum decurrendis, iuncta
præsertim expressa instantia DD. de Diuersis
in dicto Iudicio concursus sibi caueri pro ca-
6 nonibus, & in futurum decurrendis; Quæ sen-
tentia regulatur iuxta petitionem *l. vt fund. ff.
communi diuidundo. Vant. tract. de nullit. ex de-
fectu processus num. 97. Decian. consl. 57. num. 15.
lib. 2. Menoch. cons. 509. num.* 14. Quemad-
modum etiam vigore præfati Instrumẽti DD.
de Diuersis de anno 1652. fuerunt immissi in
possessionem bonorum, de quibus agitur,
generaliter obligatorum pro canonibus de-
cursis vsque ad annum 1650. vt patet ex sen-
tentia Iudicum delegatorum, cui &c. Prout
etiam attenta alia sententia de anno 1654.
lata ad fauorem dd. DD. de Diuersis, qui cùm
iudicialiter conuenissent Dominos Syndicos
in Curia Mercatorum pro solutione canonum
decursorum ab anno 1650. citrà non obstan-
tibus eisdẽ oppositionibus dicti Sp. D. Tuccij,
fuit nihilominùs vigore præfati Instrumenti
iustificatum creditum, & dictum, quòd de-
beantur ipsis canones decursi ab anno 1650.
citrà de effectibus prædictæ decoctionis;
7 Quibus enim stantibus præsertim attenta re
iudicata, Retentio omninò competebat dictis
DD. de Diuersis in bonis ab ipsis possessis, &
pro eorum credito hypothecatis, vt in termi-
nis retentionis fuit firmatũ à *Rota in d. Romana
retentionis domorum 23. Maij 1642. coràm R. P.
D. Ghislerio circà finem, & in Senogallien. bono-
rum 15. Maij 1645. coràm R. P. D. Cerro,* & latè
*eadem Rota decis. 96. num. 36. versic. Quo ad ef-
fectum &c. post Merlin. de pignor. & decis. 433.
num. 3. part. 2. recent.* Vndè quemadmodum,
si DD. de Diuersis non possiderent eademmet
bona, in quibus petitur nunc reintegratio, vti-
què ijs ipsis competeret immissio; Ergò mul-
tò magis ex quo possident eadem pro canonũ
8 solutione obligata, omninò est concedenda
retentio, quæ fauorabilior est, quàm actio, *ad
tradita per Menoch. cons. 272. num. 51. et cons.
300. num. 39. & cons. 778. num. 3. & 16.* quem
refert, & sequitur *Merlin. de pignor. lib. 1. q. 25.
9 num. 5. & 6.* & faciliùs datur retentio, quàm
actio *l. prima, ff. de pignor. l. pr. ff. de superficie-
bus. Bald. l. vnica Cod. de caduc. tollen. Cuiac.
lib. 22. obseruat. cap. pr. Decian. cons. 94. n. 27.
in fin. lib. 3. Capyc. dec. 119. num. 8. de Franchis
decis. 134. num. 6. Hieronymus de Leo decis. pr.
num. 23. lib. pr. Gumba decis. 60. num. 5. & 6.*

10 Ex quo actio causam exigit, & oportet, vt
ipsa habilis sit ad eam producendam *l. Iuris-
gentium 7. ff. de pactis. Arias de Mesa var. lib. 1.
11 cap. 17. num. 12.* & faciliùs inducitur reten-
tio, quàm acquisitio de nouo *l. patre furioso, ff.
de his qui sunt sui, vel alieni Iuris, idem Arias de
Mesa lib. 2. var. cap. 4. numer. 12. Rota apud
Gregor. dec. 265. num. 3. & apud Seraphin. dec.
878. num. 2.*
12 Et in iure non controuertitur, creditori pos-
sidenti rem sui debitoris pro aliquo credito
hypothecario, dari retentionem pro alio cre-
dito etiam non hypothecario *Negusant. de pi-
gnor. 4. membr. 5. par. fol. mihi 133. Cyriac. con-
trouers. 150. num. 13. Gaitus de credito cap. 4.
num. 1066. Rota apud Ludouis. dec. 254. num. 2.
& 3.* cum alijs *per eandem Rotam post Merlin. de
pignor. dec. pr. num. 2. & 3.* nouissimè *Donat.
Antonius de Marinis in suis obseruation. ad decis.
Reg. Reuerterij decis. 482. numer. prim. tom. 2.*
13 Ità vt retentio, quæ datur pro vno credito
hypothecario, confirmetur pro alio, etiàm
absquè hypotheca, vt fuit firmatum *per Rotam
in vna Perusina bonorum 14. Maij 1640. coràm
14 R. P. D. Ghislerio*; Vndè cum DD. de Diuer-
sis possideant ex Saluiano, manutentio non
solùm debebat dari durante eorum credito,
pro quo fuerunt immissi, sed etiam pro satis-
factione in futurum eiusdem crediti hypothe-
carij ex eodem fonte nascentis pro canonibus
decursis, & non solutis ab anno 1650. citrà
*ad latè tradita per Post. tract. de manuten. obser-
uat. 12. nu. 15. Rota post eundem decis. 519. n. 4.*
15 Vbi etiàm dato, quòd prætendatur, possiden-
tem de credito satisfactum; & sic clarè patet
non potuisse DD. de Diuersis denegari reten-
tionem, etiàm in iudicio Saluiani *Natta cons.
532. num. 4. Dec. cons. 89. num. 2. Menoch. de
adipiscend. rem. 3. nu. 180. Rota post Pacificum
de Saluiano decis. 83. numer. 4. & apud Caualer.
decis. 543. num. pr. Surd. decis. 46. n. 7. 9. et 14.*
16 Maximè attento credito hypothecario *iuxtà
tradita per Pacificum de Saluiano inspect. 2. cap.
2. num. 230. Rota post eundem decis. 157. nu. 9.*
17 Vbi quod dicitur in continenti probata ex-
ceptio, si habeat pro se publicum instrumentũ,
& est admissibilis in quolibet priuilegiato Iu-
dicio *Post. in suis resolut. Marchiæ resol. 83. n. 3.*
18 Et sic non poterat vllo modo denegari reten-
tio pro fructibus, & canonibus decursis ab an-
no 1650. citrà in eisdem bonis, in quibus im-
missi reperiebantur authore prætore, vulgata
*l. Iustè possidet, vbi DD. ff. de acquiren. poss. Rota
decis. 589. numer. 7. part. 2. recent. & part. 5.
decis. 229. num. pr.* cum innumeris alijs cumu-
latis *in Auseulana hæreditatis 7. Iunij 1649. co-
19 ràm R. P. D. Roias in princip.* Quapropter

clarè

clarè infertur, quòd cùm DD. de Diuersis sint
creditores anteriores D. Petro Tuccio, qui
bona, de quibus agitur, acquisiuit à dictis DD.
de Podio de anno 1644. quandò iam erant
obnoxia, & obligata pro canone soluendo di-
ctis DD. de Diuersis iuxtà formam Instrumen-
ti emphyteusis celebrati de anno 1642. sicuti
possent auocare possessionem à dicto D. Petro
Tuccio, vti creditore posteriore, multò magis
possunt eundem excludere excipiendo, & op-
ponendo retentionem *l. Iunius §. cui damus ff.
de regul. Iur. cap. qui ad agendum eodem tit. lib. 5.
Aymon. cons. 148. num. 2.* in puncto *Rotæ post
Cenc. de Cens. decis. 158. num. 2. & 3.* Cùm
20 retentio eò magis competat, vbi competit
actio *Mart. Med. decis. 75. num. 21. & decis. 91.
21 num. 29.* & retentio nunquàm denegatur nisi
constet, & probatum fuerit ad manus DD. de
Diuersis proprio tamèn nomine tot fructus
peruenisse, ex quibus probabilitèr satisfieri
potuerint iuxta veriorem, & communem opi-
nionem, quam firmat *Neguf. de pignor. par. pr.
membr. 5. n. 36. Gutier. de tutor. part. 2. cap. 9.
num. 52. Grammatic. cons. Ciuil. 114. num. 11.
Vaiuus decis. 317. num. pr. & seqq. lib. 2. Ricc.
Collect. decis. par. 3. collect. 1317. vsque ad fin.
versic. Quarto an retentio*, & in terminis reiecta
contraria opinione fuit firmatum *in Arimin.
Dotis 22. Iunij 1646. coràm R. P. D. Verospio,
& in Aueniònen. hæreditatis 9. Iunij 1649. co-
ràm R. P. D. Roias impress. post Salgad. decis. 47.
num. 8. & 9.*

Quæ omnia ad hoc, vt subsisterent, opor-
tuit gustare articulum, & quæstionem an per
22 decoctionem posset dici resoluta emphyteu-
sis, adeò vt canones post eandem decoctionē
decursi non deberentur; & pro dubitandi ra-
tione videbatur dicendum, quòd sic, quia cùm
sit in facultate creditoris, vel Domini directi
declarare caducitatem, vtiquè eo ipso videtur
rescissus contractus, vt ratiocinatur *Rouitus
super pragmat. 3. tit. de cessione bonorum ex n. 23.*
quem sequitur nouissimè *Franc. Maria Prat.
pract. obseruat. obseruat. 33. ex num. 12. cum
23 seqq. Francisc. Milanensis* qui loquitur in
fructibus census, vt non debeantur post deco-
ctionem *decis. Sicil. 2. num. 16. & 17. lib. 2.*

24 Vltrà quàm quòd posset dici canones de-
beri, non quidèm actione hypothecaria, sed
personali *iuxtà doctrinam Angeli in l. vniuersas
Cod. de rerum domin. Iason. in l. pr. num. 70. Cod.
de iure emphyteut. Pinellus in l. pr. part. 3. n. 72.
versic. Limitatur quinto Cod. de bonis maternis*,
cum alijs per *Surd. decis. 32. ex num. pr. & per
tex. in l. final. §. final. ff. de contrahenda emptio-
ne, & per Glos. in §. adeò verbo propriam institut.
de locat. & conduct.* ac acerrimè defendit *Mer-
lin. Pignatell. lib. pr. controuers. forens. contro. 36.
ex num. pr. cum plurib. seqq.* & latiùs *n. 9. & 10.*
25 vbi post multos in hoc parificat conditionem
ex lege, qua domini directi canonum conse-
quutionem experiri solent cum actione perso-
nali, *Hodierna ad Surd. decis. 32. à num. 1. 2. et
3. idem Merlin. Pignatell. controuers. 37. lib. pr.
Cald. de Iur. emphyt. lib. 4. de extinction. emphy-
teusis cap. 3. nu. 25. Rodriquez de annuis reddit.
26 lib. 2. quæst. 22. numer. 43.* Vndè ratione
impossibilitatis cùm per decoctionem perso-
na suorum bonorum administratione rema-
neat spoliata, & super illis formatus concursus,
vt latè prosequitur *Salgad. in tract. labyrinth.
Creditor. part. pr. cap. 14. ex n. pr. cum seqq. &
27 cap. 28. ex num. 4.* omninò dici debet, em-
phyteutam ad canones post decoctionem de-
cursos minimè teneri, sicuti regularitèr nèc ad
alios fructus, vel interesse tenetur, *iuxtà decis.
Minados 17. per tot. Camillus de Medic. cons. 39.
num. 15. & seqq. & cons. 105. ex num. 3. Mila-
nensis, & Rouitus vbi sup. Capyc. Latro dec. 133.
28 ex numer. 7. cum seqq. lib. 2.* Quicquid aliud
esset, quandò inopia non esset declarata, &
concursus non esset formatus, vt benè se ex-
29 plicat *Salgad. in d. tract. labyrinth. Creditor. d.
part. pr. cap. 18. num. 26. & 27.* & signantèr
num. 31. & meliùs *capit. 19. num. 32.*

His tamèn non obstantibus, contrarium
censuimus resoluendum moti ex pluribus, &

30 Primò, quia canones debentur domino di-
recto ex contractu, qui perindè etiam post de-
coctionem, Status mutationem, ac vitæ ban-
num debentur, ad cuiuscunque manus bona
deuenerint, etiàmsi ad Fiscum, ità in puncto
distinguunt *Peregrin. de Iure Fisci lib. 6. tit. 7.
num. 4. Fab. de Ann. cons. 93. num. 4. volum. 2.
Fuluius Constantius in l. pr. Cod. de pœnis Fiscalib.
ex num. 160. lib. 10. Scacb. Ian. resolut. forens.
69. ex num. 18. & 19.* qui omnes allegant *tex.
Indiuidualem in l. cum quidam §. Fiscus ff. de
vsuris.*

31 Secundò, quia inconcussa est Iuris cōclusio,
quòd debitore decocto bona fideicommisso,
vel maioratui subiecta, ac etiàm emphyteuti-
ca in exequutionem capiuntur, ac creditori ad-
iudicantur, vt commoditate interim, decocti
vita naturali durante, fruantur *ad tex. in l. ne-
cessariò §. finali, ff. de periculo, & commodo rei
venditæ. Alex. in l. si finita §. si de vectigalibus
numer. 17. ff. de damno infecto. Fontanella decis.
Cathalon. 160. & 167. per tot. Salgad. labyrinth.
Creditor. part. pr. cap. 10. ex num. 23. cum seqq.
& num. 89. & cap. 24. numer. 36. versic. Item
vsumfructum, feudum, & emphyteusim Ecclesia-
sticam, quam possides &c.* Ità tamèn, vt earum
rerum commoditates, quæ ad debitorem cè-
denrem

dentem pertineant, pleno iure creditoribus
suis pro eorum credito dentur, & consignen-
32 tur; Quià in commoditatibus nulla cadit
Iuris prohibitio, etiàm si res in substantia fue-
rit, vel à iure, vel ab homine alienari prohi-
bita, vt latè *per Fontanellam de pactis nuptialib. tom. pr. claus. 4. Glos. 9. par. 5. ex num. 24. cum plurib. seqq. Cancer. var. lib. pr. cap. 8. num. 99. & 100. Noguerol. allegat. 37. ex num. 37. Corbul. de Iure emphyteut. tit. de Causis priuationis ob alienationem irrequisito domino limit. 19. ex n. 2.* & repetit *idem Salgad. d. par. pr. cap. 24. n. 55. & seqq.* & magis ex professo *par. 3. cap. 3. ex*
33 *num. pr. cum plurib. seqq.* Vbi indubitantèr
tenet, quòd bona emphyteutica intrant in
concursum; Ità vt nequè in hoc requiratur
assensus domini directi, quià durante vita de-
bitoris, actus dicitur necessarius, & in hoc li-
mitetur *tex. in l. fin. Cod. de Iure emphyteutico;*
34 Adeò vt in hac parte sustineri non possit opi-
nio *Auendani*, & aliorum putantium per ces-
sionem bonorum, facto cõcursu, emphyteusim
ipso iure resolui, & cum directo dominio con-
solidari, sicuti benè hanc opinionem refellit
idemmet *Salgad. vbi proximè*, & latissimè *No-*
35 *guerol. dict. allegat. 37. ex num. 39.* Quod si
emphyteuta potest pro tempore vitæ suæ in
creditorem emphyteusim trasferre, nulla vi-
detur ratio, quarè eueniente casu decoctionis,
creditor commoditatibus eidem debitori cõ-
petentibus, eius vita durante, frui non valeat,
cum affirmatiuam opinionem teneant *Glos. & Bart. in l. si finita §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto. Parlador. lib. 2. rerum quotidinarum cap. fin. 5. par. §. 3. num. 32. Caldas de extinct. emphyt. cap. 6. ex nu. 3. 4. 5. 6. 7. cum plurib. seqq.*
36 Vbi quod in alienatione rei emphyteuticæ
facta per Iudicem pro satisfactione creditorũ,
non habet locum dispositio *tex. in d. l. fin. Cod. de iur. emphyt.* in terminis *Salgad. labyr. Creditor. part. 3. cap. 3. n. 13.* vbi innumeros allegat
Flores de Mena ad Gammã decis. Lusitan. 5. et 35.
37 *ex num. pr.* Siuè emphyteusis fuerit ex pacto,
& prouidentia, siuè hæreditaria, & siuè aliena-
tionis prohibitio fuerit expressa, siuè ex natu-
ra contractus, quià semper commoditates
erunt obnoxiæ creditoribus, vt latissimè in
puncto emphyteusis, quandò emphyteuta est
decoctus, tuentur innumeri *apud Salgad. dict. par. 3. cap. 3. per tot. & cap. 15. ex num. pr. cum plurib. seqq.* vbi ad saturitatem.

Et in puncto fideicommissi, quandò hæres
habet strictissimum fideicommissum cum ex-
pressa prohibitione alienandi, vt ipsa non ob-
stante, fructus eiusdem fideicommissi à credi-
toribus sequesttari valeant, ex eo, quòd com-
38 moditas bonorum etiàm strictissimè alienari
prohibitorum cadit sub hypotheca, saltim
vita hæredis grauati durante *ad tex. in l. si vsus fructus, ff. de iure dotium, l. vsufructu, vbi Bart. & alij, ff. soluto matrim. Bald. in l. Codicillis, fideicommisso sub num. pr. vers. Et per hoc indato, ff. de legatis 2. Iason. in l. filius familias §. Diui nu. 11. ff. de legatis pr. Molina de primogenijs lib. prim. cap. 10. num. 12. & cap. 21. sub num. 25. vers. In tertio, & vltimo &c. Molin. de primogen. lib. pr. cap. 20. sub nu. 12. vers. Quo sit, & cap. 11. sub num. 25. versic. In tertia, & vltima specie &c. Fusarius de substitut. quaest. 519. num. 17. versic. Porrò, & quaest. 527. num. 5. vers. Sed aduerte,*
Et hæc etiam semper fuit inconcussa opinio
Rotæ Romanæ, vt fuit dictum *in Perusina bonorum 28. Iunij 1649. coram Eminentiss. Corrado §. postremùm denique, & in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. §. Quià huiusmodi*
39 *assignatio coràm R. P. D. Cerro.* Et sic saltèm
naturalis possessio, & commoditas percipien-
di fructus, vita emphyteutæ debitoris durante,
in creditores transit, vt in puncto fundat *Alex. cons. 10. vol. 5. Bursatt. cons. 60. num. 34. Speculator in §. emphyteusis §. nunc aliqua qu. 153. & 154. Cenc. de Cens. qu. 22. ex n. 2. cum seqq. Caldas Pereyra de extin. emphyt. cap. 5. n. 13. & seqq. Salgad. in suo tract. labyr. credit. par. 3. cap. 15. ex num. 1. cum plurib. seqq. Afflict. decis. 20. num. 8. Rota decis. 381. num. 16. & seqq. par. 5. recent. & apud Caualer. decis. 360. nu. 4.*
40 vbi quod domini directi non requiratur con-
sensus in subhastatione ad instantiam credito-
rum, quæ semper fit, & facta intelligitur side
præiudicio canonis, & laudemij, *& apud Seraphin. decis. 932. num. 7.* de qua meminit *Fulgin. de Iure emphyteutico tit. de alienat. qu. pr.*
41 *num. 309.* Et regulare est, quòd quandò de-
lictum non est cõmissum circà ipsam emphy-
teusim, consolidatio dominij vtilis cum dire-
cto neutiquàm fit, vt deducitur *per Rotam in Farfen. bonorum 19. Iunij 1647. coràm Reuerendissimo Roias §. primo;* & nullibi reperitur can-
tum, talem consolidationem oriri posse ex
42 decoctione, quæ non potest dici delictum
cõmissum circà ipsam emphyteusim; Ideòque
& immissio, & retentio, & cuiusuis alterius
remedij suppeditatio, supèr illius commodi-
tatibus creditoribus dari debeat, sicuti latissi-
mè fuit dictum *per Rotam in Romana Salsiani 17. Aprilis 1643. coràm R. P. D. Cerro impressa post Zacchiam de obligat. Camerali decis. 238. ex num. 3. 4. & 5. & seqq.* cum alijs *apud Buratt. decis. 749. num. 9. & 10. & ibidem Addentes litt. A.*
43 Quæ omnia comprobantur non solùm ex
dispositione *Stat. Cur. Mercator. Lucæ cap. 9. lib. 3.* per quod disponitur, Decoctores, seù

b

Fallitos

Fallitos adhuc teneri ad integrè soluendum
creditoribus, non obstante quod ad illos om-
nia bona, non tamèn sufficientia, peruenerint,
quid in vera eorum pœnæ à *DD.* enunciantur
grauissimæ, vt elegantèr demonstrant *Adden-
tes ad dict. decis. 9. ex num. 50. vsque ad finem par. 3.
recent.* Sed etiam ex continuata, & nunquam
interrupta obseruantia in hac Ciuitate, vt
scilicèt in omnibus decoctionibus hucusquè
sequutis, quandò inter bona decocti reperiun-
tur bona emphyteutica Ecclesiastica, fidei-
commissaria, aut feudalia, semper creditores
indistinctè, durante vita decocti, possederunt,
percipiendo fructus, & soluendo domino di-
recto annuum canonem, prout videre est *in
Causa decoctionis Hyacinthi Peguini, ac etiam in
eademmet decoctione D. Phil. ppi de Podio*, in
cuius bonis cum adessent bona emphyteuta
Ecclesiæ Sancti Laurentij in Podio, fuerunt per
ipsum D. Petrum Tuccium vtì Syndicum
possessa per aliquos annos, quæ cùm deindè
egisset ad caducitatem, fuerunt eidem relaxa-
ta, vt videre est in actis Curiæ Episcopalis qui-
44 bus &c. Et sic data tali obseruantia, ipsa prò
lege venit reputanda, ad latè fundata *per Rot.
decis. 136. numer. 6. decis. 419. num. 5. & 6. &
decis. 448. num. 3. par. pr. recentior. eademmet
Rota in Romana successione de Comitib. 26. Iunij
1648. coràm Reuerendiss. Ghislerio §. supradictis*
45 *accedit*. Imò quòd obseruantia est talis effi-
caciæ, vt statuto præualeat, etiam contrario.
*Surd. cons. 335. sub numer. 26. tom. 3. Rota post
Cenc. de Cens. dec. 221. num. 6.* & fuit dictum
*in Romana societatis Officij 22. Iunij 1654. coràm
R. P. D. Celso §. obseruantia*.

Quibus ità sic firmatis, primò diximus non
obstare, quæ in principio dicta fuerunt, vel
46 quià verior est opinio, quòd prò canonis cō-
sequutione competat hypothecaria, vel saltim
ius reale, quod est pinguius hypotheca, vt
Egomet latè fundaui *contrà Surdum in mea ad
eundem addit. decis. 32. per tot.* ac etiam *Hor-
dierna ibidem numer. 4. & 12. & per tot.* Vel
47 etiàm quia licèt per decoctionem acquiratur
facultas rescindendi contractum, id tamèn de-
bet intelligi fauore creditoris, qui potest de-
clarare, aliàs declaratione non facta, etiam
post decoctionem illius fauore currunt fructus
census, seù emphyteusis, quæ per decoctionem
non dicitur resoluta, iuxta veriorem, de qua
*Salgad. labyrint. Cred. par. pr. cap. 18. num. 21.
& seqq. & cap. 19. num. 44. & seqq.* vbi *decis.
Milanensis* falsam appellat, & hæc est opinio
*Rota Romana apud Cenc. de Cens. decis. 350. n. 2.
apud Caualerium decis. 71. num. 2. & seqq. &
decis. 328. numer. pr. & apud Buratt. decis. 57.
num. 5. & ibidem Addentes litt. A.* Imò Rota
48 dubitauit in fortioribus terminis, an etiam
contrà decoctum currere deberent fructus ra-
tione moræ ex cambijs, & recambijs vt videre
est *apud Seraphinum decis. 1434. in fine*.
49. Secundò non fuit visum obstare dicta *per
Fabrum in 4. lib. Cod. tit. 43. de Iur. emphyteutica
definit. 11.* cum sequela *DD.* ab ipso citatorum,
scilicèt emphyteutam posse resilire à cōtractu
emphyteusis, ac ipsi renunciare, etiam inuito
domino.
50. Quia fuit responsum, quòd *Faber.* loquitur
de iure consuetudinario, quod indicant verba
illa *in d. definit.* (*Eo Iure vtimur*) quæ verba lo-
calem consuetudinem denotant, & *idem Faber.*
se declarat *sub num. 2. ibi* (*ex consuetudine, quæ
hic maximè spectanda est*) prout, & sic loquun-
tur *DD. per Fabrum* allegati, & tradit in puncto
Tyraquell. de retract. lignager §. prim. num. 3.
qui loquitur de Consuetudine Regni Galliæ, vt
emphyteuta possit renunciare emphyteusim,
etiam inuito domino, quod idem dicit *Fulgi-
neus de Iure emphyteutico tit. de renunciat. q. 5.
num. 3.* vltrà quòd *Faber vbi supra* eatenùs
consuetudini de renunciando emphyteusim
inuito domino locum esse admittit, quatenùs
emphyteuta renuncians omnes preteritos ca-
nones integrè persoluat, quod cùm DD. de Po-
dio non fecerint, frustrà beneficio præfatæ
consuetudinis iuuari possunt, quandò tamèn
Lucæ vigeret, prout non viget, vt videre est
in statut. Vniuers. lib. 2. cap. 124.; & opinio *Fabri*
51 est contrà cōmunem; Cùm contractus em-
phyteusis sit contractus nominatus, & vltrò,
citroquè obligatorius; Et ideò in eo non da-
tur locus pœnitentiæ, nec licet, altera parte
dissentiente, ab ipso contractu discedere, &
emphyteusim deserere, ac renunciare, *Glos. in
cap. pr. in verba refutare de vassallo qui cōtra Con-
stitut. Lothar. benefic. alien. Iason. in l. 2. nu. 28.
Cod. de iure emphyteutico, idem Iason in præludijs
feudor. num. 34. Angelus in l. pr. num. pr. Cod. de
Iure emphyteutico Alex. in l. si mihi, & Titio
nu. 11. ff. de verbor. obligat. Clarus in §. emphy-
teusis q. 2. Emanuel. Suarez recept. sententiarum
in verbo emphyteusis num. 94. Mangilius de emph.
q. 122. num. 6. cum seqq. Corbul. de Iure emphy-
teutico de priuat. ob renunc. num. 4. Gratian. di-
scept. forens. cap. 557. numer. 12. & 13. Beroua
cons. 84. n. 17. lib. pr. Menoch. cons. 111. n. 21.
Alba cons. 153. nu. 13. Leoncillus decis. Ferrar.
117. num. 1. & 2. Cappella Tholosana decis. 405.
& ibi copiosa additio,* quæ testatur de cōmuni
*Thesaur. decis. 20. num. 2. vers. Et pro parte do-
mini*; Quòd etiam deducitur à contrario sen-
su ex *l. 2. Cod. de Iur. emphyt.* ibi: *Si Dominus
voluerit*, prout sic dicunt ibidem *Bald. col. 2.
Albericus vltima column. Tyraquell. de retract.
lignager.*

Q

lignager. §.34. *glos. pr. num.* 2. *Mantic. de tacit. et ambiguis lib.* 22. *tit.* 24. *Fulgin. de Iur. emphyteutico tit. de renunciat. q.* 5. *num. pr. & 2. et de solut. canon. q. pr. num.* 93. *& de laudem. q.* 29. *num.* 4. *Surd. de alimentis tit.* 9. *quaest.* 23. *n.* 24. & quod emphyteuta nõ possit renunciare emphyteusim inuito domino, in puncto *Abbas cons.* 94. *sub num.* 4. *vers. Et sic non potest lib.* 2. *idem Abbas in cap. indicat. num. pr. tit. de Immunit. Eccl. Cancer. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 184. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 265. *nu.* 153. cum innumeris alijs, quos consultò omisi, Cùm adsit dispositio statuaria omnem remouens difficultatem *in cap.* 124. *lib.* 2. *statut. Vrin. versic. Et si redditor vsque ad finem.*

Tertiò non obstat, omnia bona fuisse possessa per Syndicos creditorum, ideoquè cessasse contrà emphyteutam personalem actionem pro cõsequendis canonibus post decoctionem decursis ex doctrinis in obiecto citatis.

52 Quia *Thor. voto* 87. *par.* 2. *de Marinis resolut.
quotid. lib. pr. cap.* 100. *per tot. Amat. Panor.
resolut.* 88. *par.* 2. loquuntur, quando emphy-
teuta bona fide desijt possidere, vtpotè si em-
phyteuta non possedisset facto domini directi,
scilicèt si emphyteusis fuisset euicta à credito-
ribus domini directi, vel redempta iure retra-
ctus ab ipsius consanguineis, & similibus, in
istis enim casibus emphyteuta remanet libe-
ratus, *ad tradita per Alex. cons.* 11. *per totum*, &
præcipuè *num.* 5. *lib.* 5. *Abbas cons.* 94. *nu.* 4.
vers. Nec obstat vol. 2. *Thobias Nonius cons.* 2.
num. 54. *Surd. cons.* 445. *nu.* 18. *tom.* 3. *Corbul.
de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 22. *n.* 1.
Tyraquell. de retract. lignager. §. *pr. glos.* 10. *n.* 38.
Surd. decis. 6. *num.* 3. *cum seqq. Capyc. decis.* 14.
53 *num.* 21. Secùs verò quandò emphyteuta
dolo desijt possidere, sicuti dolo dicitur desi-
nere decoctus, vt latissimè obseruant *Addent.
ad decis.* 9. *ex num.* 50. *cum plurib. seqq. par.* 3.
54 *recent.* Quià tunc dolo desinens possidere
habetur prò possessore *l. qui dolo* 74. *et l. parem*
192. *ff. de regul. iur. cap. imputari, & cap. cum
non stat. eodem tit. in* 6. *Couarr. variar. resolut.
lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 6. *Clarus in* §. *emphyteusis
versic. Sed quaero qu.* 8. *Caphal. cons.* 367. *n.* 12.
lib. 3. latissimè *Valenzuel. cons.* 83. *num.* 109.
lib. pr. & in puncto *Faber. in Cod. tit. de Iur. em-
55 phyteutico defin.* 7. *num.* 8. Et contrà ipsum
dari potest actio personalis pro canonum cõ-
sequutione, licèt ipse non possederit, sicuti re-
ctè explicat *de Marinis d. cap.* 100. *ex numer.* 4.
lib. pr. ac etiam tradit *Thor. citat. voto* 87. *n.* 28.
par. 2. *idem Faber. dict. definit.* 7. *num.* 8. *tit. de
Iure emphyteutico*, & faciunt tradita *per Pere-
56 grin. de fideicomm. art.* 46. *ex num.* 26. Cùm
decoctor semper habeat præsumptionem frau-
dis contra se, *Paschal. de viribus patriæ potestatis cap.* 9. *num.* 62. *versic. Sunt enim part.* 2. *Heringius tract. de fideiussor. cap.* 18. *nu.* 109. *vers. Quinto limitatur. Manson. de Causis exequut. amplíat.* 13. *num.* 59.

Quapropter ex supra deductis constat con-
trà decoctum, qui dolo desijt possidere, benè
exerceri potuisse actionem personalem, cui
inhæret hypotheca vnum ex extremis in Sal-
57 uiano ex vulgatis; Et quando etiam actio
personalis deficeret, adhùc retentio in vim
Saluiani subsisteret, cùm ad hunc effectum suf-
ficiat hypothecam semel cum actione perso-
nali fuisse natam, ac in esse deductam, vt post
modùm etiàm sublata actione personali, fluxa
ipsa durare dicatur *iuxtà theoricam Bartol. in l.
fideiussor obligati, ff. de fideiuss. Negusan. de pignor.
pr. mem.* 5. *par. num.* 14. *Franciscus de Ponte
cons.* 143. *nu.* 8. *lib.* 2. *de Franchis decis.* 80. *n.* 17.
58 Ità quòd ad effectum cõcedendi retentionem
rei hypothecatæ, sola eius detentatio sufficiat
ad tex. in l. vnica in 2. *responso, & ibi Bald. in
num. pr. vers. Nota benè, & sub num.* 3. *versic.
Conclude Cod. ob chirogra. pecun. Cauaser. decis.*
446. *sub num.* 8. *vers. Pariter dum opponebatur,
& seqq.* & fuit punctualiter dictum *in Bononien.
fideicomm. de Clauarinis* 5. *Martij* 1649. *coram
R. P. D. Peutingero* §. *quia ad effectum retentionis &c.*

59 Quartò nequè obstare visum fuit obiectum,
quòd creditum prædictum sit vulneratum per
sententiam Rotalem latam in alio Iudicio de-
legato de anno 1652. quæ immissionem, seù
retentionem pro canonibus decurrendis nunc
à DD. de Diuersis petitis denegauit, attenta
reseruatione Iurium facta in præfata sententia
iuxtà decis. Rotæ post Merlinum de pignor. 151.
num. 7.

Quia obiectum facilè remouetur ex eo, quòd licèt sententia reseruauerit iura dd. DD. de Diuersis in alio Iudicio, dicta reseruatio operatur, vt Ius dd. DD. de Diuersis in aliquo non dicatur læsum *iuxtà tradita per Christophorum Martium Med. decis.* 79. *numer.* 13. *Buratt. dec.* 448. *num.* 4. Cùm reseruatio tunc sit inutilis, quandò nullum Ius competit super eo, quod reseruatur, sed quandò subsistit, benè operatur *Rota apud Ludouisium decis.* 85. *nu.* 23.
60 Et ideò deducta reseruatio *in d. decis.* 151. *post
Merlinum de pignor. numer.* 7. est referenda ad
punctum iuris, an scilicèt canones decursi post
decoctionem essent debiti, nec nè, non autèm
quoad substantiam crediti, quæ respectu ca-
nonum est certa, & indubitata tàm ex instru-
mento inuestituræ, quàm etiam ex inconcussa
opinione, quòd canones debeantur post de-
coctionem vt supra fundaui.

61 Secundò obiectum remoueri fuit visum ex
eo, quod Sp. Petrus Tuccius non solùm passus
fuit excipi de dicto credito; & de illo, & super
illo fieri probationes, nunquam protestando,
quòd in Iudicio exponi non poterat, nec
admitti talis discussio; Ideoquè partes dicti
D. Tuccij erant impedire talem cognitionem
super petitorio, vt latissimè in istis terminis
probat *Menoch. de recuperand. possess. remed. pr.
num. 161. & seqq. Gabriel. de restitut. spoliato-
rum concl. pr. num. 52. & seqq. Muta super Con-*
62 *suetud. Panor. cap. pr. num. 98.* Tantò magis,
quòd ipsemet Principi supplicauit, & petijt
delegari causam tàm super possessorio, quàm
super petitorio de consensu spoliati, & sic nun-
quàm intrat regula, spoliatus debet antè om-
nia restitui, sed de Iuribus partium est cogno-
scendum *ad tex. in cap. pr. de restit. spoliator.
Rota decis. 16. nu. 3. versic. ad Capitula, et Iura
eodem tit. de restit. spoliat. in nouis. & decis. 768.
num. 11. par. 2. recentior.* Vndè ex hoc solùm
patet eneruatũ motiuum dictæ reseruationis.
Quintò nequè obstare visum fuit obiectum,
scilicèt quòd cùm DD. de Diuersis possederint
63 bona liuellaria, & ex eis fructus perceperint,
videtur iniquum posse DD. de Diuersis pete-
re canones ex eisdem bonis, ex quibus fructus
perceperunt, & de facili stante eorum posses-
sione se satisfacere poterant, *ad tradita per Fa-
brum in Cod. lib. 4. tit. 2. definit. pr. num. 5. &
lib. 4. tit. 42. definit. 54. per tot.* cum alijs;
Quia fuit responsum, quòd obiectum corruit
ex facto, cùm fructus fuerint percepti per
DD. Syndicos creditorum Dom. Philippi,
penès quos fuit possessio dictorum bonorum
liuellariorum, vt fatetur Sp. Petrus Tuccius
in eius quinta positione fol. 38. & inter dictos
Syndicos aderat D. Io. Baptista de Diuersis;
64 Ideoq. præsumitur omnes percepisse fructus,
qui possidet, & non alius, *Zuccarus decis. 48.
num. pr. Canalcr. decis. 138. num. 2.* & sic non
rectè infertur, dictã possessionem fuisse penès
D. Io. Baptistã de Diuersis vti nomine proprio,
sed vti vnum ex Syndicis, prout alij Syndici
65 possederunt; Cum non sit nouum in iure,
quòd quis super eodemmet negotio duplicem
repræsentare possit personam, diuersis tamèn
respectibus *l. cum quædam Cod. de administrat.
tutor. l. duorum ff. de oper. libertor. Rot. Ianuen.
decis. 31. num. 11. & decis. 75. num. 3. Caballus*
66 *cons. 121. num. 13.* & in terminis administra-
toris seù Syndici concursus, vt duplicem re-
præsentare possit personam, fundat *Salgad. in
tract. labyrint. Creditor. par. 3. cap. 6. §. vnico
nu. 15. & seqq. & par. 2. cap. 22. n. 91. et seqq.*
& magis in puncto *num. 97. & 98.* & fuit fir-
matum *per Rotam Romanam decis. 273. num. 8.
& 9. par. 4. tom. 2. recent.* & sic quatenùs aliqui
sint percepti fructus ex dictis bonis liuellarijs,
non sunt percepti per DD. de Diuersis credi-
tores canonum, sed solùm per Syndicos credi-
67 torum dicti D. Philippi; Quæ possessio non
potest controuerti, tùm ex præfata confessio-
ne D. Tuccij, tùm etiam ex publico Instrumẽ-
to vẽditionis cuiusdam fœni recollecti ex præ-
fatis bonis per eosdem Syndicos rogat. man.
Ser Gherardi Schiattæ sub die 23. Maij 1654.
ac etiam ex duobus alijs Instrumentis locatio-
num dictorum bonorum factæ à præfatis DD.
Syndicis rogat. man. Ser Ioseph Colle de eodẽ
anno 1654. Vltrà factorem ab eisdem super
dictis bonis deputatum pro custodia, & tãdem
ex iudicio caducitatis moto per dictos DD. de
Diuersis contrà præfatos Syndicos, & contrà
Laurentium de Podio de anno 1655. in quo
iudicio obtinuerunt, & sic non potest contro-
uerti, dictam possessionem fuisse penès omnes
præfatos Syndicos vt consideranti patet, *ad
tradita per Post. tract. de manuten. obseruat. 17.
num. 9. & 10. cum seqq.*
68 Sextò non obstat motiuum in negligentia
creditoris fundatum, qui cùm posset, non sibi
satisfecit de suo credito; Nec retinuit bona,
& effectus sui debitoris ad eius manus peruen-
tos occasione administrationis ab eo gestæ;
Ità vt non solùm actionem videatur amisisse
contrà fideiussores, seù Tertios possessores
iuxta tradita per Thor. voto decisiuo 94. nu. 56.
69 *par. 2. Noguerol. allegat. 40. n. 43.* Sed etiàm
creditor ipse administrans bona sui debitoris
de facto præsumatur satisfactus *per tex. in l. sed
si damnum 9. §. peculium, ff. de peculio. l. quoties
§. sicùt autèm, ff. de administratione tutor. l. debi-
tor, ff. de negotijs gestis. l. stichum §. aditio, ff. de
solutionib. Gratian. discept. forens. cap. 129. n. 27.
& cap. 214. ex num. 5. Surd. decis. 171. num. pr.
& seqq. & cons. 290. num. 33. & 34. Fontanella
de Pactis nuptialib. claus. 6. glos. pr. par. 2. n. 67.
tom. 2.* cum alijs passim.
Quia fuit responsum supradicta procedere
posse, quandò creditor solus possidet, & ad-
ministrat bona sui debitoris, non reddendo
illorum rationem, secùs quandò illa admini-
strat, vt vnus ex Syndicis creditorum, tunc
enim cùm duplicem repræsentet personam,
non tenetur confundere, nequè compensare
proprium creditum cum debito administra-
70 tionis, maximè quãdo creditor est promptus,
quantum ad se spectat, redditionem rationum
reddere suæ administrationis, quia tunc omni-
nò cessare facit satisfactionis præsumptionem,
ità in puncto hanc limitationem probant *Gu-
tier. de tutel. par. 3. cap. pr. nu. 3. & 9. Caual-
can. de Tut. & Curat. num. 181.* vbi ait hanc
limita-

limitationem esse menti tenendam *Intrigliol.*
decis. Sicilia 5. num. 39. & 40. lib. 1. Fontanella
de pactis nuptialibus clauf. 4. glos. 18. par. 5. ex
num. 42. fol. 494. tom. 1. & in puncto admini-
strationis bonorum concursus fundat *Salgad.*
in tract. labyr. Credit. d. par. 3. cap. 7. num. 20.
71 Imò, & quòd magis est creditor soluendo
debitori, & non retinendo, vel compensando,
quòd sibi ab illo debetur, minimè suis iuribus
præiudicium inferat, neque ipsi possit impu-
tari, vel obijci, quare non compensauerit
iuxtà tex. express. in l. si cum dos, ff. rer. amotar.
Glos. in l. procula, ff. de prob. Hondedeus cons. 39.
num. 63. & 64. cum seqq. lib. 2. Horat. Persius
cons. ciuili 24. num. 14. lib. 1. Rota in Anconita-
na Manna 5. Iunij 1648. §. non obstat demùm
cum §. sequenti coràm Eminentissimo Corrado;
72 & ratio est patens, quia soluens aliquid alteri,
non per hoc intrat præsumptio, quòd ab eo
nihil recipere debeat, & semper potest petere,
quod sibi debetur, prout fuit firmatum *à Rota*
in Romana Vineæ 17. Iunij 1652. §. coniectura
satisfactionis coràm R. P. D. meo Meltio.
73 Secundo fuit responsum nullam posse dicto
D. Io Baptistæ de Diuersis, vtì vno ex præfatis
creditorum Syndicis, imputari negligentiam,
ex eo quod ex bonis administratis, propria
authoritate sibi soluere, & appropriare non
poterat, resistente dispositione *cap. 4. lib. 3.*
Statut. Cur. Mercator. ibi: *Vogliamo, & ordi-*
niamo, che nissuno de' Creditori possa particolar-
mente riscuotere, nè incorporarsi cosa alcuna de'
beni del Fallito, ma tutti debbiano andar in mano
del Sindico, e Procuratore vno, ò più, che siano,
alla pena del doppio di tutto quello, che hauesse
riscosso, ò preso. Ideoquè non potest conside-
rari negligentia in eo, qui facere omisit id,
quod facere non poterat, nec debebat, cum
74 negligentia creditoris tunc solùm sit conside-
rabilis, quandò omittit facere ea, quæ præcisè
tenetur, & est appositum tempus *Gratianus*
cap. 527. num. 8. Fontanella decis. 289. num. 12.
75 Tantò magis, quià Syndici tenentur soluere
creditoribus anterioribus iuxtà sententiã gra-
duationis, adeò vt si præpostetent gradus, &
ordinem creditorum, de eorum proprio te-
nentur creditoribus anterioribus *l. si pupillorũ*
§. si prætor ff. de rebus eorum, Salgad. labyrint.
Creditor. par. 3. cap. 8. num. 1. 2. & 3. & seqq.
Ideoquè non potest considerari culpa DD. de
Diuersis in non satisfaciendo sibi ipsis, vt po-
tiùs dolosi fuissent, si contra statuti, & iuris
dispositionem ex alterato ordine graduatio-
76 nis sibi soluissent; Vndè creditor omittens
facere ea, quæ potest facere, & non facere
iuxtà eius voluntatem, non dicitur negligens
ad tradita per Menoch. consil. 719. numer. 50.
eò magis, quià ad fauorem DD. de Diuersis
aderat res iudicata super eademmet opposi-
tione facta per dictum D. Tuccium in dicto
iudicio delegato, propterea vlla tamen erat
facienda consideratio super dicto motiuo cir-
77 cà negligentiam; Cùm decisio sit pars sen-
tentiæ *ad tradita per Magon. decis. 54. num. pr.*
& decis. 133. num. 16. in Florentinis.
78 Septimò non obstat, quòd cum D. Io. Bap-
tista de Diuersis tàm suo proprio, quàm vti
procurator fratris habuerit notitiam, posses-
sionem bonorum emphyteuticorum non re-
periri penès Podios emphyteutas, quæ notitia
ex antedictis patet ad sensum, sequitur, quòd
eo ipso, quòd habita tali scientia non remo-
uit impedimentum, sed potiùs procurauit,
dicendus est in culpa, & impedimentum præ-
stitisse nomine proprio; Ideòq. sibi imputari
debet omne damnum indè sequutum *ex tex.*
in l. Fluminum 24. §. quamquam, ff. de damno
infecto. Castrens. in l. stipulatio ista 38. num. 2.
Iason. numer. 12. ff. de verbor. obligat. Cum
79 Dominus directus teneatur præstare succes-
siuam patientiam, vt emphyteuta fruatur, &
potiatur bonis emphyteuticis, quæ per credi-
tores Sp. Philippi fuerunt detẽta *ad tradita per*
Donadeum de renunciat. cap. 15. nu. 21. et seqq.
80 *Ludouis. decis. 235. num. pr. & 4.* & impeditus
vtì frui, dicitur absolutus à soluendis *liuellis*
Ioseph Ludouic. decis. Perusina 35. num. 4. Thor.
vot. decis. 47. num. 7. & 14. cum seqq. centuria
pr. Niger. de except. cap. 10. §. 2. nu. 20. Mart.
Med. examin. 12. num. 25. & 26. Merlin. con-
trouer. forens. cap. 22. numer. 15. centuria prim.
81 Imò cùm adesset dictus D. Laurentius non
decoctus, ipsi DD. de Diuersis debebant in-
stare, vt dicta bona emphyteutica præfato D.
Laurentio non decocto restituerentur, quod
cùm non fecerint, intrat dispositio *text. in l.*
Iulianus 13. §. si venditor, ff. de actionibus empti,
vbi ex professo *Bartol.* quem expendit *Gratian.*
discept. forens. cap. 174. numer. 26. & sequitur
Fontanella decis. 137. num. 21. par. pr.
Nàm prædicta omnia in obiecto posita,
haùd obstare visa fuerunt. Primò, quia quod
Dominus directus teneatur præstare succes-
siuam patientiam, non procedit, quandò em-
phyteuta fuit venditor rei sibi ab emptore lo-
catæ, seù ad liuellum concessæ, atquè de euj-
ctione, & manutentione promisit; Tunc
enim ipse tenetur remouere impedimenta, &
rem ipsam tradere liberam, & suis sumptibus
tueri, ac defendere; Ideòquè dictam excep-
tionem proponere minimè competat ex eo
quod si DD. de Podio egissent contrà DD.
de Diuersis pro remotione molestiarum, po-
82 tuissent repelli exceptione, quem de euictione
tenet

tenet actio, eundem agentem repellis excep-
tio l. *vindicantem ff. de euictionibus. Merlin. dec.*
Lucena 19. num. 5. & 6. & in terminis *Plothus*
de in litem iur. §. 4. numer. 57. & in l. si quando
83 *Cod. vndè vi num. 174.* Et in puncto, quòd si
emphyteuta impediatur vti frui re emphyteu-
tica, non possit contra Dominum directum
proponere exceptionem rei non traditæ, &
impedimenti non remoti *Magon. decis. Luc. 11.*
84 *num. 6.* & hoc maximè, quandò huiusmodi
impedimentum procedit ex facto proprio cõ-
ductoris, quia tunc ipsemet debet curare ma-
nutentionem, & defensionem rei conductæ, ita
vt ad nihilum teneatur locator, *iuxta magistra-*
lem *doctrinam Bart. in l. si vno 17. §. item cum*
quidam anni. 2. ff. locat. Iason. in l. pr. num. 92.
versic. Quarto, & vltimo Cod. de iur. emphyt.
Molfesius ad Consuetud. Neapol. num. 3. par. 14.
q. 21. num. 8. Sard. decis. 326. num. 6.
85 Et ex his patet responsio *ad tex. in d. l. Iu-*
lianus §. si venditor ff. de action. empt. Quia
text. ipse supponit, quòd conductor de facto,
& iniustè sit spoliatus, ac deiectus à possessio-
ne rei conductæ, vt patet ex illis verbis, ibi;
Damnum dederit, quæ verba in delictum so-
nant; Vndè cum D. Philippus de Podio non
fuerit de facto deiectus à possessione rei em-
86 phyteuticæ, sed proptèr suam voluntariam, &
dolosam fugam, quæ decoctioni causam dedit,
non applicatur dispositio *dicti text.* quandò
casu bona ipsius tàm vigore *decreti Excellentis-*
simi Senatus anni 1636. additionalis ad cap. pr.
& 11. lib. 3. statutor. Curia Mercat. ibi; Debba-
no li Signori, quàm etiam ex dispositione iuris
communis bona emphyteutica ob decoctio-
nem debitoris transeant in Iudicem, & posteà
in Syndicos creditorum, *ad latè tradita per Sal-*
gad. par. pr. labyrint. Creditor. cap. 18. per tot.
& præcipuè *num. 1. 7. & 9.*

Et patet etiam responsio ad illud, quod di-
cebatur in obiecto, quòd saltim DD. de Di-
uersis debuissent instare &c. quia dato, quòd
dicti DD. de Diuersis potuissent ad commo-
dum dicti Laurentij emphyteutæ agere contra
Syndicos pro recuperatione bonorum, tamèn
cùm ad id faciendum nunquàm fuerint requi-
siti, aut interpellati à dicto emphyteuta, non
possunt dici in mora non adimplementi, neq.
87 eorum creditum amisisse; Cùm catenùs lo-
cator teneatur agere ad commodum condu-
ctoris, quatenùs ab eodem conductore id exi-
gatur, vt colligitur ex eodemmet *tex. in d. l. Iu-*
lianus, ibi; *Emptorem ex empto agentem*, &
comprobant *Gratianus d. cap. 174. numer. 26.*
& Fontanella dicta decis. 173. num. 21. in fine.
88 Tantò magis quia dictus Laurentius vti vnus
ex debitoribus, tenebatur instare vt suprà dixi,
cùm esset obligatus ad illorũ manutentionem
tàm de iure, vt *per Cornaz. decis. 109. per tot.*
quàm ex conuentione, de qua in Instrumento
dictæ venditionis; & quòd D. Laurentius te-
nebatur cõparere in iudicio, & auocationem
intimare DD. de Diuersis dictorum bonorum,
colligitur *ex statuto lib. 2. cap. 124. versic. Et si*
redditio, vsquè ad finem.

Octauò non obstat obiectum, quòd per vnũ
ex DD. inter alia fuit adductum debuisse DD.
de Diuersis in præsenti iudicio citare, seù mo-
nere præfatum D. Laurentium de Podio pro
89 omni suo iure, & interesse, cum forsàn vti
secundus creditor ipsis potuisset opponere,
quòd debebant priùs sibi ipsis satisfieri de bo-
nis specialiter obligatis, antequàm deuenirent
ad exercitium generalis hypothecæ *iuxta tex.*
in l. 2. Cod. de pignor.
90 Quia fuit responsum, dictis DD. de Diuer-
sis fuisse sufficiens probasse, quod bona, su-
per quibus ad præsens petebatur retentio, fuis-
sent possessa à DD. de Podio tempore conces-
sionis aliorum bonorum in emphyteusim, nàm
tunc *text. in d. l. 2.* non facet Tertio possessori
ex causa emptionis bonorum generalitèr hy-
pothecatorum, qui proindè ab exercitio eius-
dem generalis hypothecæ nullatenùs credito-
rem repellere poterit; Dùm bona illa cum suo
onere transiuerunt in emptorem, prout egre-
giè firmant *Couarruuius lib. 3. variar. cap. 18.*
vers. Quintò animaduertendum est. Faber in Cod.
tit. de pignor. definit. 9. & 10. Negusantius de
pignor. mem. 2. 5. part. num. 51. & par. 8. mem.
pr. num. 28. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. pr. q. 21.
91 *num. 24. & 25.* & in terminis, quòd creditor
habens bona generalitèr hypothecata ex In-
strumento omni solemnitate vallato, non
possit ipsi opponi excussionis necessitas, latis-
simè fuit dictum *in Maceraten. Salmani 11. Mar-*
tij 1647. coràm Emin. Corrado § hypotheca verò
92 *specialis &c.* Nàm quandò creditori plures
actiones competunt, non tenetur, neq. arctari
potest potiùs ad vnam, quàm ad aliam rem se
vertere, sed ad libitum creditoris exerceri po-
test; & sic eligendo vnam, non sibi præiudicat,
nec viam præcludit ad aliam *Merlin. de pignor.*
lib. 5. quæst. 59. per tot. Rot. apud Clementem
Merlinum decis. 623. nu. 3. & seqq. & decis. 122.
93 *num. 15. par. 6. recent.* Imò potest creditor,
nè dum ante sententiam, sed etiam post exe-
qutionem, & immissionem variare, & Iura
sua prosequi, prout sibi magis expedire vide-
tur, *Carlenal.* alijs antiquioribus adductis *lib. 1.*
de Iudicijs tit. 2. disput. 2. num. 16. Marta de
Iurisdict. casu 177. num. pr. & seqq. Gratianus
discept. forens. cap. 593. num. 6. vers. Nec facit
cum seqq. Rot. decis. 163. num. 3. & 273. n. 11.
post

post Zacchiam de obligat. Cameral. & decis. 161.
num. 25. *part. 6. recent.* & latissimè in istis ter-
minis fuit firmatum *in Bituntina Census 5. Iulij*
1649. *coràm B. M. Arguelles* §. *nec referatur*;
94 Ex quò sequitur, quòd stante obligatione, &
hypotheca expressa, non solùm omnia bona
ab ipso emphyteuta possessa, sed etiam exi-
stentia penès Tertios possessores remanent af-
fecta onere dictæ hypothecæ, tàm pro cano-
nibus præteritis, quàm prò futuris, etiamsi
prò illo tempore, quo res emphyteutica non
fuerit per emphyteutam possessa; Ità in indiui-
duò firmant *Pacificus de Saluiano Inspectione* 3.
cap. 4. numer. 548. *&* 549. *Falgin. de Contract.*
emphyt. quæst. 31. *num.* 6. *&* 7. *& de laudem.*
q. 2. num. 14. *versic. Fateor tandem. Merlin. de*
pignor. lib. 3. q. 11. num. 31. *Merlin. Pignatell.*
lib. pr. controuer. 36. *num.* 13. *&* 14.

Nonò non obstat confessio facta per duos
ex quatuor Syndicis in Iudicio actitato in Cu-
ria Mercatorum de anno 1654. dum in eo D.
Vincentius Chiocca, & D. Petrus Tuccius ex-
cipiendo, seu opponendo petitioni factæ con-
trà eos per DD. de Diuersis petentes canones
decursos, dixerunt se se non possedisse, nec
possidere bona emphyteutica, sed ea fuisse
possessa per eosdem DD. de Diuersis.

Quià fuit breuitèr responsum, quòd licèt
prædicta asseruerint, & capitulauerint, tamèn
cùm nõ probauerint, nulli ex partibus litigan-
95 tibus creditur, cùm non sufficiat deducere, &
explanare intentionem in capitulis, seu posi-
tionibus, sed est necesse plenè exposita proba-
re, aliàs succumbent *l. actor Cod. de probat. l.*
qui accusare Cod. de edend. cum similibus; Ergò
cùm dicti DD. Syndici nihil de exceptis, seu
oppositis probauerint, nulliùs momenti, &
roboris dictæ oppositiones sunt existimandæ;
Tantò magis, quià in eodem Iudicio, in quo
fuerunt enixæ, fuerunt reiectæ, ità quòd am-
pliùs non valeant allegari, & sic obstet res iu-
96 dicata; Cùm exceptio, quæ semel fuit cogni-
ta, & discussa, si sit reiecta, non potest ampliùs
opponi, & si interim opponatur, non est atten-
denda, vt tradunt *DD. in l. pr. Cod. de ord. Iudic.*
& in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verborum
obligat. Roman. conf. 410. *num.* 3. *Castrens. conf.*
308. *lib. 2. Magon. decis. Florent. 3. num. prim.*
Scacc. de sentent. et re iudicat. Glos. 14. q. 2. n. 3.
& seq. Gratian. discept. forens. cap. 146. *num.* 8.
Gabriel. comm. conclus. in tit. de except. lib. 2.
conclus. 2. num. 15. Vltrà quòd dicti Syndici
possunt conuinci de mendacio, cùm ipsi quo-
què administrauerint, & possederint, vt suprà
latè demonstraui §. *quià fuit responsum, quod*
obiectum corruit ex facto &c.

Nequè vllam vim nobis fecit, quòd DD. de
Diuersis post decoctionem dicti D. Philippi
tractauerint venditionem dictorum bonorum,
tanquàm si essent propria, quod facere non
potuissent, nisi possessio esset apud eos nomi-
ne proprio.

Quià fuit responsum, quòd illa venditio nõ
habuit effectum, & tractabatur cùm animo de-
clarandi caducitatem ob nõ solutos canones,
97 si fuisset deuentum ad conclusionem, cùm
contractus perfectio à conclusione dependat
iuxtà text. in l. si volantate, vbi Bald. Cod. de
rescind. vendit. Surd. conf. 551. *post n.* 11. *tom.* 4.
& sic nullum præiudicium ex tractatu non effe-
98 ctuato DD. de Diuersis oriri potuit, etiam si
tractatus esset confectus per publicum Instru-
mentum, qui cùm non habuerit effectum, ha-
betur æquè, ac si nunquam fuisset de eo actum
ad tradita per Bald. in l. cum precibus in num. pr.
vers. Nota quòd illud Cod. de probat. Cephal. conf.
441. *num.* 116. *vers. Nec constat. Becc. conf.* 6.
num. 3. *vers. Et non refert. Rot. decis.* 623. *par.*
pr. recent. vers. Et cõsequenter, ac par. 4. dec. 460.
num. 15. *tom.* 2. *& decis. pariter* 460. *numer.* 6.
part. 5. *recent.* & fuit dictum *in Perusina bonorũ*
29. *Maij* 1648. *coràm Eminen. Corrado §. quarè*
impressa post Salgad. decis. 41. *num.* 9. & ratio
est, quià multa tractantur, quæ postmodùm
non perficiuntur latè *Rota in Romana Domorum*
18. *Februarij* 1650. §. *suffragari coràm b. mem.*
Bichio, & sic cùm non fuerit deuentum ad con-
clusionẽ, sicuti de facto euenit de anno 1655.
quo tempore cum pacto eiusdem declaratio-
nis caducitatis, venditio fuit conclusa; Pro-
99 pterea ex obseruantia subsequuta arguitur
declaratio voluntatis præcedentis, *Gratian. di-*
scept. forens. cap. 852. *num.* 49. *&* 51. *Rot. dec.*
700. *num.* 11. *&* 13. *cum seqq. par.* 2. *& decis.*
28. *num.* 13. *par.* 7. *recentior. & coràm Gregor.*
decis. 308. *nu.* 4. *&* 5. *& seqq. & num.* 9. *&* 10.
Maximè cùm dicti DD. de Diuersis se prote-
stauerint, prout constat ex Instrumento Ser.
Paulini Caroli, se ante dictam venditionem, ca-
100 ducitatem non declarasse, quæ protestatio
omninò ipsis suffragatur ad demonstrandum
caducitatem per priùs non fuisse declaratam,
vt fuit firmatum *per Rotam in Rom. Vineæ* 24.
Martij 1651. *coràm R. P. D. Cerro §. quià non*
repugnat, & in iure est recepta opinio, quòd
caducitas non intelligatur incursa, nisi volente,
& declarante Domino; & fundat *Abbas conf.*
67. *sub num. 2. versic. Sed his non obstant vol.* 2.
Decius conf. 146. *Seraphin. de priuil. Iuram. pri-*
uil. 64. *Gutierr. de iur. confirm. cap.* 31. *sub n.* 2.
vers. Eandem opinionem, qui testatur de com-
muni, *Mauson. de caus. exequut. ampliat.* 5. *n.* 24.
Egomet in meis ad Surdum addition. decis. 181.
per tot. Barz. dec. 50. *n.* 39. *Merlin. dec. Luc.* 60.

cum

cum alijs passim, *Sperell. decis. fori Ecclesiast. dec.*
74. per tot. & præcipuè *à n. 30, par. pr*, vbi latè.
102 Et ex his patet illiquiditas, & incertitudo
exceptionum datarum aduersùs Instrumẽtum
publicum, quæ nullo modo poterant retarda-
re retentionem DD. de Diuersis pro canoni-
bus decursis &c. vt in terminis fundat *Rota post*
Pacificum de Saluiano decis. 157. num. 10. Mo-
nacus decis. Florent. 13. num. 5.

Quibus omnibus sanè perpensis diximus
dictis DD. de Diuersis non solùm competijsse,
& competere retentionem pro canonibus de-
cursis ab anno 1650. citrà; sed etiam occasio-
ne molestiarum, & euictionis passæ, ac illatæ
per Sp. Stephanum de Carolis specialitèr in
casu momentaneæ possessionis promissæ in
dicto Instrumento venditionis, cum &c. quod
patet ex sentẽtia D. Iudicis ordinarij ad fauorẽ
dicti Sp. Stephani cõtrà dictos DD. de Diuersis,
& à nobis cõfirmata, *prout in dec. ad hic impressa.*
103 Et licèt dici valeat, quòd euictio non detur,
quandò res euincitur per immissionem in
Saluiano *ad tradita per Rotam in Bononien. fidei-*
commissi de Lambertinis 15. Maij 1623. coràm
bon. mem. Card. Verospio, & in Romana Spolij
10. Decembris 1629. coràm bon. mem. Merlino,
idem *Merlin. decis. 487. num. 6.* vbi prædictæ
104 decisiones referuntur; Tamèn quandò eui-
ctio est promissa tàm in proprietate, quàm in
possessione, prout in præsenti casu; tunc nulli
dubium est, euictionem deberi, & successiuè
retentionem competere, prout in terminis
refert *idem Merlinus citat. decis. 487. num. 7.*
& ità hinc indè libratis fundamentis fundat
Laurentius Vrsellius conclus. 37. n. 13. 14. 15.
& 16. cum alijs, qui cumulari possent.

Diximus etiam in sententia forè, & esse
detrahendos, & excomputandos fructus, quos
dictus D. Io. Baptista consequutus fuit vti vnus
ex Syndicis creditorũ dictorum DD. de Podio
de bonis dicti liuelli à die 18. Ianuarij 1650.
vsquè ad diem 29. Nouembris 1655. iuxtà li-
quidationem faciendam in exequutione
præfatæ nostræ sententiæ, quod passim in Ro-
tis practicatur, vt practicatum vidi in terminis
retentionis, quandò creditum est liquidum in
substantia, & in essentia, licèt sit illiquida quã-
105 tas; Cùm illiquidum dici non possit, quod
de breui liquidari potest, *Bart. in l. in compen-*
satione 8. ff. de compensat. Parisius consil. 121.
num. 24. lib. pr. Vincentius de Anna allegat. 80.
num. 4. Magon. decis. Lucen. pr. num. 34. Rota
in Romana restitutionis dotis 10. Ianuarij 1650.
§. ideò pro huiusmodi summa coràm. Eminentiss.
106 *Othobono, quia est decisio penès ipsum 199. nu.*
13. & seqq. & hoc quia certum dicitur, & non
dubium, quod certum debet habere finem, ità
Rota in Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iunij
1645. §. secundò pro inefficacia coràm R. P. D.
107 *meo Cerro*; Ideoquè liquidatio quantitatis
probari potest in exequutione sententiæ *Gra-*
tian. decis. 81. num. 32. Rota Romana post Zac-
chiam de obligat. Camerali decis. 139. num. 6. 7.
& 8. eadem Rota apud Buratt. in puncto iudicij
spolij *decis. 169. num. 11. & ibi Addentes n. 15.*
latissimè *Gratian. discept. forens. cap. 444. n. 2.*
& ista opinio est canonizata in ista Rota per
binas decisiones in terminis retentionis, vt
videre est *in libro Ser Cæsaris Ghinizzani de anno*
1629. in causa inter Capitaneum Bartholomæum
Centruccium, & Iulianum, & litis Consortes de
Menabio. Et in causa Ven. D. Philippa Pacina
contrà Ven. D. Auroram Petroni per acta Ser
Bernardini Pieraccini 1626. §. reseruauimus etc.
108 cum alijs passim, & stylus iudicãdi inducitur
per binas iudicaturas *de Franchis dec. 238. n. 3.*

Paritèrquè diximus in eadem sententia, vt
vndequaq. indemnitati Sp. D. Tuccij consule-
remus; in illius electione esse prò dictis cano-
nibus tãtùm decursis &c. præstandi fideiussio-
nem idoneam ad fauorem DD. de Diuersis
de eo, quod in exequutione dictæ nostræ
sententiæ, facta liquiditatione, apparebit re-
manere creditores, ad effectum, vt statim con-
sequi valeat recuperationem bonorum, de
quibus agitur, prout in terminis Iudicij spolij,
109 vt non sit facienda restitutio rei, nisi idoneè
caueatur, dixit *Abbas in cap. veniens il 2. col. 2.*
de testibus. Parisius cons. 222. num. 103. lib. pr.
Gratus consil. 10. num. 31. lib. pr. cum alijs ad-
ductis *per Marescott. variar. lib. 2. cap. 119.*
ad quem &c.
110 Ambas partes ab expensis absoluimus ex
multis causis animum nostrum mouentibus
ad tradita per DD. in l. properandam §. sin autem
alterutra Cod. de Iudicijs.

Et ità fuit decisum vtraquè Parte acerrimè
informante.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio, seù quantitas
eorundem percepta, quomodò, & ex
quibus probetur, & an, & quandò
euictio præseferat retentionem etiam
in Saluiano.

SVMMARIVM.

Parti producenti est Ius quæsitum, quandò contrà
calculum nihil à parte fuit oppositum, numero 1.

Consue-

Consuetudo alicuius loci vtì lex est seruanda. num. 2.
Fructuum de perceptione constito in genere, quantitas probatur coniecturis. num. 3.
Fides testium deponentium de facto proprio, plenè, et concludentèr probant, & non possunt controuerti. num. 4.
Probationes exactissimæ non requiruntur in liquidatione fructuum, sed sufficiunt leuiores. num. 5.
Fructuum liquidatio cùm sit difficilis probationis; admittit etiam præsumptiones, et coniecturas. n. 6.
Testes de proprio Iudicio deponentes admittuntur ad probandam perceptionem fructuum. num. 7.
Testes etiam de credulitate recipiuntur in fructuum liquidatione. num. 8. Etiamsi sint singulares. n. 9. Et ad hoc an sint apti Coloni, & quomodò. n. 10. 11. & 12.
Fructuum quantitas probatur à consuetis percipi in præcedentibus annis. num. 13.
Euictio præsefert retentionem. num. 14. Ampliatur. num. 15.
Obligatio defendendi æquè comprehendit litis susceptionem, refectionem damnorum, & interesse, & etiàm plenam indemnitatis conseruationem, num. 16. Prò quibus competit Immissio. num. 17.

Decisio XVII.

EX suppositione in facto, quòd sub die 21. Maij 1656. per sententiam Rotalem per Nos latam vtì Iudices delegatos &c. fuerit concessa retentio DD. de Diuersis bonorum, de quibus agebatur &c. Donèc fuissent satisfacti de eorùm credito canonum decursorũ ab anno 1650. citrà, demptis tamèn fructibus ab eodem D. Io. Baptista de Diuersis vtì Syndico perceptis ex dd. bonis emphyteuticis iùxtà liquidationem in executionem nostræ sententiæ faciendam, vt videre est in præcedenti decisione; Cùmquè instetissent prò executione præallagata DD. de Tuccijs, & expositis hinc indè in iudicio executionis peractis, prout mei muneris erat; Coràm DD. meis hac die 31. Octobris 1656. de duobus dubitari contingit. Primò, an esset liquida quantitas prædictorum fructuum perceptorum à dd. DD. de Diuersis, ad hoc, vt illis subductis, vel detractis ex eorũ credito, pro qua summa retentio esset ipsis concedenda; Secundò, an expensæ per dd. DD. de Diuersis factæ occasione litis, seu molestiæ sibi illatæ per D. Stephanum de Carolis essent liquidæ, & quatenùs ad quam summam, seù quantitatem, ad eundem effectum retentionis &c.

Et quòad Primum vnanimitèr diximus ex processu constare, fructus ex præfatis bonis emphyteuticis perceptos ascendere ad valorem scutorum 347. 17. 5. ac creditum DD. de Diuersis, propter quod ipsis retentionem concessimus, ascendere ad summam scutorum 775. 10. 10. à qua summa detrahendum esse valorem dd. fructuum ascendentium ad dictã summam scutorum 347. 17. 5. ac remanere creditum præfatum, pro quo &c. ad summam dictorum scutorum 424. 13. 5. vt constare
1 Nobis visum fuit ex calculo, contrà quem, cùm nihil à parte fuerit oppositum, fuit Ius
quæsitum parti producenti. *Addent. ad Ludouis. dec. 292. num. 6.* latè *Rot. post Salgad. labyrint. credit. dec. 77. num. 7.* & ex bilancio partitarum in actis exhibito; Qui quidèm calculus factus fuit ad valorem fructuum taxatum, ab Hospitali Misericordiæ singulis annis iuxtà
2 inueteratum stylum, & consuetudinem huius Inclytæ Reip. quæ vtì lex est seruanda *ad tradit. in punct. per Gregor. de Ganauer. dec. Cam.*
3 *Neap. 29. à num. 8. cum seqq.* Cùm constito de perceptione fructuum in genere, quantitas etiàm probatur coniecturis *Menoch. præsumpt. 9. num. 26. lib. 3.* & fuit dictum *in Bononien. pecuniaria 19. Ianuarij 1646. coràm R. P. D. meo Bichio §. Tandèm error &c.* quæ est *decisio 381. num. 20. par. 9. tom. 2. recent.*

Vltrà quàm quòd probatio perceptionis dd. fructuum ex præfatis bonis ascendere ipsorum quantitatem ad d. summam scutorũ 347. 17. 5. euidens fuit per depositiones quinq. testium;
4 Qui quidèm testes cũ deponant de facto proprio, vtiquè plenè, & concludentèr probant, ac eorum fides non potest controuerti *Viuia. decis. 70. num. 3. lib. 1. Rot. decis. 100. num. 1. par. 4. recent. Buratt. decis. 797. num. 3. Merlin. decis. 159. num. 6. & dec. 538. num. 8. Canalet.*
5 *dec. 361. num. 1. & 2.* Maximè quià agitur de liquidatione fructuum, in qua nõ requiruntur exactissimæ probationes, sed leuiores sufficiunt *Rot. apud Seraphin. decis. 1245. nu. 7. cad. Rot. dec. 379. num. 1. & 2. par. 2. recent. et post Post. de manutenen. dec. 19.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Casareis 30. Maij 1639. coràm Reuerendiss. Ghislerio,* quæ est *decisio 139. num. 4. 5. & 6. parte 8. recent. & in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij 1650. coràm bon. mem. Arguelles in impressis post Salgad. dec. 53. n. 31.*
6 & cum sit difficilis probationis, admittit etiam præsumptiones, & coniecturas *ad doctr. Bald. in l. 1. num. 22. Cod. de fructib. & litium expens. & cons. 323. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 293. n. 31. Rot. apud Clemen. Merlin. decis. 483. num. pr.*
7 Ità quòd ad probandum perceptionem fructuum, admittantur testes de proprio Iudicio deponentes *Ias. in l. 1. num. 26. ff. de Iust. et Iur. Roland. cons. 57. num. 33. lib. 1. Corn. cons. 139. num. 5. lib. 4. Riminald. Iun. cons. 760. num. 9.*

Imò

8 Immò quòd in ipsorum liquidatione admittantur etiam testes de credulitate *Alex. in l. pretia rerum num. 9. ad fin. & ibid. Ianol. num. 3. vers. Quod alias videtur ff. ad l. falcid.* & fuit dictum *in Lucan. Bonorum 6. Maij 1600. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & apud Seraphin. decis. 1397. num. 7.* Viteriùs etiam
9 testibus singularibus in materia liquidationis fructuum, fides adhibetur, vt fuit firmatum *in Rom. liquidationis fructuum 26. Octob. 1591. coram Orano,* & in terminis *apud Clemen. Merlin. dec. 483. num. 8.* & fuit dictum *in Bononien. prædij 21. Iunij 1649. coram Eminen. Corrado impress. post Salgad. dec. 56. à num. 10. cum seqq.*

10 Vndè in casu, de quo in præsenti agebatur, testes, qui fuerunt adhibiti, quin probent, dubitari minimè poterat, ex quo fuerunt Coloni plenè informati, veluti de facto proprio deponentes *Put. dec. 8. lib. 1. Rot. dec. 20. n. 2. & 3. & dec. 479. num. 1. par. 2. recent. apud Caualer. decis. 361. num. 2. & apud Clemen. Mer-*
11 *lin. decis. 766. num. 3. cum seqq.* & hoc etiam dato, quòd essent dicti Coloni in eorum dictis singulares, *Caputaquen. decis. 271. num. 3. Rot.*
12 *decis. 474. num. 2. par. 4. diuers.* & ex eorum depositionibus super solito aliquot annorum, concludenter etiam infertur ad totum tempus recollectionis fructuum *ead. Rot. d. decis. 479. num. 1. par. 2. recent. & apud Caualer. dec. 370. num. 1.* cùm alijs *per Clemen. Merlin. dict. decis. 966. num. 4. & 5. cum omnib. seqq.* vbi latè,
13 & quantitas fructuum probatur à consuetis percipi in præcedentibus annis *Rot. post Salgad. decis. 1. num. 18. & 19.*

Quo verò ad secundam circà expensas erogatas per dd. DD. de Diuersis occasione euictionis, litis, & molestiæ, ipsis illatæ per Sp. Stephanum de Carolis, pro quibus etiam retentionem concessimus dictis DD. de Diuersis *iuxt. tradit. in decis. antecedenti num. 103.* Pariter vnanimiter diximus esse liquidandas, prout liquidauimus in summa scutorum 18. 4. 4.
14 Ex quo euictio præsefert retentionem *ad latè tradit. per Clemen. Merlin. decis. 487. numer. 7.*
15 etiam in casu momentaneæ possessionis promissæ, prout in præsenti, & sic non solùm prò restitutione pretij soluti; sed etiā prò omnibus damnis, expensis, & interesse passis iuxtà Iuris dispositionem *ad tex. in l. euicta re, ff. de euict. l. non dubitatur, & l. si cùm quæstio Cod. eod. Misinger. obseru. 54. nu. 1. centur. 1. Rot. dec. 407. num. 8. versic. Et demùm. cum seqq. par. 5. recent.*
16 Ista, quòd etiam sola obligatio defendendi existeret; Nàm illa æquè comprehendit litis susceptionem, refectionem damnorum, & interesse, ac etiam plenam indemnitatis conseruationem *ad text. in l. pater doteni ff. de dot. prælegat. Ruin. cons. 187. num. 1. vers. Sed præmissis non obstantibus lib. 1. Paris. cons. 16. num. 125. versic. Ad quod etiam facit* cum alijs *per Mangil. de euict. qu. 2. num. 13. vers. Nam parificantur,* & fuit dictum *in Mediolanen. Bonorum 31. Maij 1649. coràm Emin. Corrado impress. post Salgad. tract. labyrin. Credit. decis. 55. num. 12. & 13. & dec. 56. numer. 1. & 2. cum seqq. post*
17 *eund. Salgad.* Ità vt etiam prò ipsis competat immissio in Saluiano *Cephal. cons. 168. nu. 22. Rot. apud Ludouis. decis. 88. num. 7.* plenè *Gratian. discept. forens. cap. 950. num. 20.* & pulchrè *Seraphin decis. 935. numer. prim.* cum alijs passim.

Reseruauimus tamen dd. DD. de Tuccijs Iura talia, qualia contrà Syndicos, seu massam creditorum agendi prò releuatione indemnitatis passæ in d. summa scutorum 424 13. 5. ex quouis Iuris titulo eisdem DD. de Tuccijs competente, ac ambas partes ab expensis absoluimus.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Paupertas, & vilitas in testibus, an operetur corruptionis præsumptionem. Generalis præsumptio bonitatis an tollatur per specialem Criminis præsumptionem, & an in tali casu arbitrium Iudicis subintret. Prò Reo an sit pronunciandum, quandò testes in pertinentibus ad facti substantiam non concordant, & sunt æquales numero. Negatiua coarctata an, & quandò legitimè dicatur probata. Identitas Personæ, quomodò in Criminalibus sit probanda.

SVMMARIVM.

Probationes in causis Criminalibus debent esse magis concludentes, & luce meridiana clariores, vt ex eis pœna infligi possit. num. 1.

Testi vnico, maximè vbi eius dictum valdè redditur suspectum de falso, nullam fidem adhibetur. num. 2.

Mulier de Iure Pontificio in causa Criminali à testificando repellitur. num. 3. De Iure verò Cæsareo licèt non repellatur, nō est tamen integræ fidei. n. 4.

Teftis pauper non eft integræ fidei, num. 5.

Teftis non dicitur idoneus egeftate laborans, num. 6.

Teftis pauper præbet præfumptionem mendacij, & corruptionis, num. 7. Fallit num. 8.

Teftis pauperis bonitas, & honeftas non præfumitur, nifi probetur, num. 9.

Præfumitur quis in dubio bonus, & bonæ famæ, non autèm malus, & malæ famæ, num. 10.

Præfumptio bonæ famæ non inducitur, fed eft probanda ab allegante, vbi ea fpecialitèr à lege requiritur, prout in tefte paupere. num. 11.

Præfumptio generica bonitatis tollitur per fpecialem fceleris præfumptionem cõtrà pauperem inductam, num. 12.

Mulier fumma egeftate laborans repellitur à teftificando in caufa Criminali, num. 13.

Teftis pauper cum vilitate coniunctus à teftimonio perhibendo repellitur, numer. 14. Ampliatur num. 15.

Teftis quandonàm dicatur vilis remiffiuè, num. 16.

Tefti pauperi quanta fides fit adhibenda relinquitur Iudicis arbitrio. num. 17. Quod arbitrium an habeat locum in caufa Criminali. num. 18.

Identitas perfonæ eft probanda per Nomen, & Cognomen. num. 19.

Probatio teftium, non autèm Inftrumentorum in delictis attenditur. num. 20.

Identitas perfonæ vt probetur in Criminalibus, quomodò debet per teftes deponi. num. 21.

Teftis titubantèr, & dubitatiuè deponens nullam facit probationem, nequè indicium. num. 22. & 24.

Teftis nefciens certitudinalitèr ea, fuper quibus deponit, non probat. num. 23.

Probatio tanta eft Referentis, quanta Relati. num. 25.

Teftis vnicus in Criminalibus an faciat plenam, vel femiplenam probationem remiffiuè. num. 26.

Teftes inter fe contrarij non probant; Vndè fifci intentio deftituta remanet. numer. 27. Ampliatur num. 28.

Teftibus contrarijs Fifci, & Rei numero paribus, vel non eft credendum, vel illis tantùm creditur prò Reo deponentibus. num. 29.

Iura quandò funt æqualia, inclinandum eft ad potiorem partem, quæ eft poffidentis. num. 30.

Reus dicitur in poffeffione famæ, & vitæ, prò quo pronunciandum eft, quandò teftes in pertinentibus ad facti fubftantiam non concordant, et funt æquales numero, num. 31. Ampliatur num. 32.

Teftibus etiam fœminis in fauorem ad defenfionem Rei magis creditur excufantibus illum, ac abfoluentibus, quàm condemnantibus. num. 33. Ampliatur num. 34.

Teftis vnicus per Fifcum examinatus aduersùs ipfum fufficientèr probat. numer. 35. Ampliatur numer. 36.

Teftis vocans aliquem in conteftem, fi conteftis vocatus neget id, quod teftis affirmauit vt dùm probat, fed falfus reputatur. num. 37. & 38.

Teftes ad hoc, vt probent fuper negatiua coarctata, quid deponere debeant. num. 39.

Regula, quòd magis credatur duobus teftibus affirmantibus, quàm mille negantibus, an procedat in Criminalibus, & quandò. num. 40.

Teftis vnicus vt de falfo conuincatur, fufficiunt contrariæ depofitiones aliorum teftium. num. 41.

Teftium contrarietas quandò eft manifefta, plures conuincunt pauciores de periurio, & falfitate. num. 42.

Teftes negantes ad fauorem Rei magis probant, quàm affirmantes contrà eum. num. 43. Ampliatur num. 44.

Teftis vt pro Reo concludat arctationem negatiuæ, fufficit verifimilitudo, quòd fciuiffet, aut audiuiffet. num. 45.

Decifio XVIII.

1 SAtis omnibus vulgatum eft illud Iuris axioma, quòd probationes in caufis Criminalibus debent effe magis concludentes, & luce meridiana clariores, vt ex eis pæna infligi poffit *l. fciant cuncti Cod. de probat.* vbi communitèr *DD.* caononizatum relinquunt *in cap. fciant cuncti 2. qu. vlt.* quòd latè exornat poft alios *Guaz. ad defenf. reor. defenf. 33. cap. 14.* vbi dicit, hoc procedere in qualibet pæna fiuè legali, fiuè conuentionali, vel corporali, aut pecuniaria, & tamèn nulla præcedente perfecta, fed nequè imperfecta probationis fpecie, D. Commiffarius Villæ Francifcum Thomeum, & Pafquinum Baftiani Nottoli de S. Iannario cõdemnauit in pænam fcutorum 50. pro prætenfa delatione Archibufij; Quapropter illius fententiam effe reuocandam, & prædictos Inquifitos abfoluendos effe, DD. Iudicauerunt;
2 Reuoluto fiquidèm proceffu, & adamuffim perpẽfis dictis omnium teftium pro Fifco examinatorum, folùm Cæfarem q. Laurentij de prætenfa archibufij delatione teftificari cognouerunt, cui proptereà tanquàm vnico, maximè in cafu ifto, in quo eius dictum valdè fufpectũ redditur de falfo, nullam fidem adhibendam effe dixerunt vulgat. *l. in omni negotio, l. vbi numerus ff. de teftib.* cum alijs *per Farinac. de teftib. quæft. 63. per tot. & Guazzin. d. cap. 14. num. 5.*

Quamuis enim de eadem archibufij delatione deponat Peregrina q. Ioannis, illa tamèn tantas, & tales patitur exceptiones, & defectus tàm circà perfonam, quàm circà dictum, vt
3 nulla prorfus fide digna reddatur; Nàm præ-

ter

rèr quàm quòd est mulier, quæ secundùm Ius
Canonicum in causa Criminali à testificando
repellitur *cap. mulierem*. Ibi: *Nec testis esse*. &
Glos. in verb. nec testes 33. qu. 5. cap. forus. Ibi:
Si vir, non fœmina. vbi paritèr *Glos. in verb. fœ-*
mina de verbor. signific. & plenè tradit *Farinac.*
4 *de testib. qu. 59. per tot.* Qui licèt *sub num.* 23.
affirmet ex magis communi *DD.* sententia, &
secundùm dispositionem Iuris communis Cæ-
sarei, Mulierem in causa Criminali testimoniũ
ferre posse, in tertia tamèn sublimitatione in-
quit, receptam, non esse integræ fidei, & omni
exceptione maiorem; Quòd si hæc procedant
in qualibet muliere, etiam diuite, & honesta,
quantò magis sibi locum vendicabunt contrà
istam, quæ præter muliebris sexus imperfe-
ctiones, tot alias patitur exceptiones; Ipsa
5 namque est pauper, ideoq. non integræ fidei
l. [illegible] Cod. de [illegible] l. 3. in princ. ff. de
testib. cap. si testes §. testium fides 4. quæst. 3. ibi
An locuples, vel egenus sit, cap. inprimis secunda
quæst. 1. ibi [illegible] *& cap. si qui testium*
num. 9. [illegible]
6 *fama extr. de testib.* Vbi notabilitèr dixit, quòd
non est idoneus testis, qui egestate laborat,
cuius ratiò benè exprimitur *in d. l. 3. in princip.*
Ibi: *Vt, lucri causa quid facile admittat.* Per
7 quem *tex.* passim, & vbiquè *DD.* exclamant ex
paupertate in teste oriri mendacij, & corru-
ptionis præsumptionem, vt videre est ex *Glos.*
in d. cap. testes §. testium fides 4. qu. 3. referente
dictum *Salomonis* dicentis: *Mendicitatem ne*
dederis mihi, ne egestate compulsus furer, & pe-
iurem nomen Dei mei. Prou. 30. Paupertatem
ne dederis mihi Domine, ne periurem Nomen Do-
mini, & latè firmat *Farinac. cons. 98. numer. 9.*
8 Et licèt hanc cõclusionem *Clar. in prax. Crimin.*
§. fin. quæst. 24. versic. Quæro etiam dicat non
procedere in paupere bonæ vitæ, & famæ
9 Hæc tamèn bonitatis, & honestatis qualitas,
cùm à Fisco non fuerit in præsenti casu proba-
ta, nequaquàm præsumitur *§. [illegible] in fin.*
in auth. de testib. Farinac. d. cons. 98. num. 9. in
d. de testib. qu. 57. nu. 82. Calpell. cons. 90. n. 18.
10 *Ciarz. discept. 37. num. 15.* Licèt enim in
dubio quis præsumatur bonus, & bonæ famæ,
non autem malus, & malæ famæ *ad* [illegible]
[illegible] ibi *Glos. ff. de manum. test.* [illegible]
11 *Cod. de inoffic. testam.* Vbi tamèn à lege requi-
ritur specialitèr bona fama, prout requiritur
in teste paupere, tunc eam non præsumi, sed
esse probandam ab allegante, dicit *Gabr. lib. 7.*
conclus. Crimin. 2. num. 9. in fin. cum alijs relatis
per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. n. 36.
12 [illegible] *Farinac. d. qu. 57. num. 84.* Vbi quòd
generalis præsumptio bonitatis, tollitur per
specialem [illegible] præsumptionem cõtrà pau-
perem inductam *Ciarz. d. discept. 37. num. 15.*
13 Quæ indubitantèr procedunt in muliere ista,
summa egestate adeò laborante, vt victum
mendicando in dies quærat, quæ propterea à
testificãdo in causa Criminali repellitur, *Alex.*
cons. 136. num. 4. vol. 5. Natt. cons. 315. num. 7.
Ciarz. discept. 165. par. 1. per tot. & consil. 14.
num. 6. versic. Imò dicitur.
14 Quibus accedit vilitas huius testis, cuius
ratione cum paupertate coniuncta, haud du-
bium, quin testis à testimonio perhibendo re-
pellatur, vt post multos ostendit *Cuman. cons.*
13. [illegible] cons. 130. num. 10. lib. 4. Rolan. cons.
63. num. 4. vbi testatur de communi *Menoch.*
15 *de arbitrar. lib. 2. cas. 96. nu. 6.* Vbi ampliat,
hoc procedere etiam in causa, in qua non
requiruntur testes omni exceptione maiores,
sed inhabiles admittuntur, & latissimè firmat
Farinac. qu. 57. num. 70. & 71. & cons. 70. n. 4.
& cons. 74. num. 9. & cons. 110. num. 3. & cons.
171. num. 14. & 34. Rot. post 2. vol. cons. eiusdem
dec. 198. num. 4. decis. 172. num. 2. & dec. 194.
num. 2. & coram Card. Mant. in decis. 142. n. 17.
16 *Ferrugi. cons. 15. num. 31.* Et quòd hæc Pere-
grina sit talis, non est ambigendum, ex traditis
per Farinac. d. qu. 57. num. 55. & seqq. Ciarz.
d. cons. 14. num. 6.
17 Et quoniàm in Iudicis arbitrio consistere,
quanta fides testi pauperi sit adhibenda, vo-
luere aliqui relati *per Menoch. de arbitrar. lib. 2.*
18 *cap. 65. numer. 12. & cas. 69. num. 3.* Quòd
tamèn arbitrium in causa Criminali non ha-
beat locum voluit *Farinac. d. quæst. 57. n. 101.*
Domini verò consideratis omnibus qualitati-
bus d. Peregrinæ, & eius depositione perpen-
sa, nulla fide digna existimauerunt; Fuit enim
animaduersum, quòd ipsa in suo examine pri-
mò dixit: *Io conosco Francesco di Tomeo, detto*
della Bianca da S. Gennaro, e Pasquino di Bastia-
no Nottoli di detto luogo, & statim subsequitur
dicendò: *Ma non sò di certo, che si nomini così,*
e non vorrei errare, ex quo dictò, vel ipsa Pere-
grina de mendacio redarguitur, dùm primò
dixit cognoscere Pasquinum, & Franciscum,
& postea subdit nescire, an ità vocentur, vel
saltim negari non potest, quin ipsa dd. Inqui-
19 sitos benè non cognoscat; Cùm identitas
personę sit probanda per nomen, & cognomen
l. demonstratio falsa, ff. de condition. et demonstrat.
Dec. cons. 36. col. 3. vers. non obstat. Ciarz. discept.
50. nu. 22. Ideò nullatenùs probat *l. sed fidei*
& l. non intelligit. ff. de Iur. Fisc. Cravett. consil.
160. num. 4. vbi cumulat concordantes, *Bald.*
qui per plura Iura hoc ostendit *in l. fin. § sum-*
igitur num. 17. vers. In malef. Cod. de Iur. deli-
20 *berand.* Rationem reddens, quid in delictis
attenditur probatio testium, nõ autem Instru-
mento-

mentorum *Farinac. de teſtib. qu. 71. num. 84.*
Vermigliol. conſ. 265. num. 5 & conſ. 403. n. 4.
21 In Criminalibus autèm de neceſſitate præciſa
teſtis debet concludere, quòd Inquiſitus eſt
ille met, de quo ipſe deponit, deſignando ef-
figiem, & eum vocando per nomen, & cogno-
men, ad hoc vt identitatem perſonæ probet,
vt per plura Iura oſtendit *Bertrand. conſ. 114.*
num. 5. lib. 2. cap. in præſentia de probat. l. non
22 *hoc Cod. vndè cognat.* Et ad omne peius infi-
ciari nequit, quin hic Teſtis titubantèr, & du-
bitatiuè deponat; Ideoquè nè dùm vllam fa-
cit probationem, ſed nequè parit indicium
Ruin. conſ. 33. num. 3. vol. 4. Caſtrenſ. conſ. 25.
num. 3. lib. 1. Vermigl. conſ. 16. numer. 12. &
conſ. 63. num. 14. & conſ. 145. num. 3. Caphal.
conſ. 77. num. 26. lib. 1. vbi concordantes ad-
ducit, *Ciazz. diſcept. 2. num. 159. & diſcept. 42.*
23 *num. 5. par. pr. & diſcept. 43. per tot.* Eam
aſſignans rationem, quia ſcilicèt ſi Teſtis non
ſciat certitudinalitèr ea, ſuper quibus deponit,
non probat *Bart. in l. qui tamèn §. ſi arbiter, ff.*
de arbitr. latiſſimè *Farinace. de teſtib. q. 66. n. 14.*
24 ſubdens *num. 18.* quòd hoc indubitantèr pro-
cedit, quandò Teſtis vacillat, ſeù titubat circà
ſubſtantiam negotij, prout in caſu iſto Pere-
grina circà identitatem Reorum dubitauit.
Et quali fide dignum reddatur eius teſtimo-
nium, indicant verba per eam prolata in fine
ſui examinis, dum inquit; *Ceſare è Garzone*
del detto Cap. Giouanni, vidde ancora lui li ſudetti
con li fucili, ſe lo vuol dire, e quelli, che nominarà
lui, ſono quelli iſteſſi, che hò veduto Io in quella
ſera con detti archibugi à fucile, à quali mi riporto;
Quid hac depoſitione vel falſius, vel incertiùs?
An nè ſi Cæſar prò Franciſco, & Paſquino In-
quiſitis, Caium, & Meuium nominaſſet, illi
erant, quos ſe vidiſſe Peregrina aſſeruerat?
Vtiquè ſecluſis omnibus alijs ſuprà perpenſis
exceptionibus, ex hoc ſolo dicto valdè ſuſpe-
cta redditur ſubornationis, & falſitatis, & eam
fidem facit, qualem faceret Cæſar, ſi ipſe ſolus
25 fuiſſet examinatus. Ex vulgata illa Iuris re-
gula, quòd tantum probat Referens, quantum
probat relatum *Auth. ſi quis in aliquo Cod. de*
edend.
Iam verò qualem fidem mereatur Cæſar ſu-
pradictus operæ pretium eſt expendere, &
26 omiſſa prò nunc quæſtione, an teſtis vnicus
in Criminalibus faciat plenam, aut ſemiplenã
probationem, de qua latiſſimè per *Farinacc. de*
teſtib. qu. 64. per tot. illud omni carere diffi-
cultate viſum fuit DD. Teſtem hunc nè dùm
vlla fide dignum eſſe; ſed valdè ſuſpectum fal-
ſitatis reddi; Siquidèm deponit, prædictos
Franciſcum, & Paſquinum die 12. Ianuarij cir-
cà ſecundam, ac tertiam horam noctis acceſ-
ſiſſe domum Cap. Ioannis armatos archibuſijs
& pugionibus, & in dicta domo commoratos
commediſſe, & propè ignem ſediſſe confabu-
lando cum Catharina ſorore d. Ioannis, &
cum alijs fœminis familiæ eiuſdem; Examinati
verò ad Inſtantiam Fiſci tàm d. Cap. Ioannes,
quàm Catharina eius ſoror, ac alij de eius fa-
milia, abſolutè negant, dd. Inquiſitos tali no-
cte, & eo tempore, de quo Cæſar deponit in
ſuo examine ad eorum domum acceſſiſſe,
eamquè intraſſe, & Catharina inficiat, eos vi-
diſſe nè dùm alloquutam fuiſſe, ex quibus ma-
nifeſtè reſultat contrarietas inter hos teſtes, ad
inſtantiam Fiſci examinatos; Cùm vnus affir-
27 met, plures verò negent; Eò quòd intrat re-
gula, quòd teſtes inter ſe contrarij non pro-
bant, & Fiſci intentio deſtituta remanet *l. qui*
varia ff. de teſtib. l. eos ff. eod. Bald. in l. ſed & ſi
poſſeſſori §. ſed et ſi verum ff. de Iur. Iur. cap. noſtra,
& ibi *DD. communiter de teſtib. Bertazzol. conſ.*
41. num. 10. & latiſſimè firmat *Farinacc. de*
teſtib. qu. 65. num. 2. vbi quòd hoc non habet
contradictorem, *Vermigliol. conſ. 433. num. 16.*
28 Vbi dicit hoc procedere etiamſi eſſemus in
Criminibus exceptis.
29 Quæ ſanè concluſio adaptari poſſet, ſi hinc
indè adeſſet par teſtium numerus, quorum
aliqui pro Fiſco deponerent, & delictum com-
miſſum probarent; Alij verò pro Reo teſtifi-
carent, & delictum excluderent; Adhuc enim
vel nullis eſſet credendum, vt ſuprà dicebatur,
tanquàm inter ſe contrarijs, vel illis, qui pro
Reo deponerent, ità *Alciat. in tract. de præ-*
ſumpt. reg. 36. præſumpt. 44. nu. 5. D. Thomas
2. 2. qu. 70. art. 2. ad 2. & colligitur *ex cap. ex*
30 *literis de probationib.* Ex eo fundamento, quia
quando Iura ſunt æqualia, inclinandum eſt ad
potiorem partem, quæ eſt poſsidentis, argu-
mento *regula 65. in pari delicto, & regul. 11.*
31 *cum ſunt de reg. Iur. in 6.* Cùm autem Reus
ſit in poſſeſsione bonæ famæ, & vitæ, pro illo
pronuntiandum eſt, quandò teſtes in pertinen-
tibus ad facti ſubſtantiam non concordant, &
ſunt æquales numero; *Pater Fragoſ. de Regim.*
Reip. Chriſtian. par. 1. lib. 5. diſput. 13. §. 4. n. 73.
32 Etiàm quòd eſſent minùs digni teſtibus Fiſci
Boſſ. tit. de oppoſit. contr. teſt. poſt num. 9. verſ. Et
præferunt. Rolan. conſil. 47. num. 57. lib. 4. Fa-
rinacc. vbi ſup. num. 158. Vermigliol. conſ. 131.
num. 13. Pat. Fragoſ. vbi ſup. par. pr. lib. 5. diſ-
put. 13. §. 2. num. 11. vbi adducit *Gloſ. in cap.*
Clerici 81. diſtinct. in Gloſ. fin. quatenùs ait: *Si*
duo teſtes Clerici deponant contrà Titium commiſ-
ſiſſe aliquod crimen certa die, & duo Laici depo-
nant contrarium, Titium excuſantes, abſoluen-
33 *dum eſſe Titium; Quià in fauorem ad defenſio-*
nem Titij magis creditur excuſantibus illum, ac
abſol-

absoluentibus, quàm condemnantibus; Quòd in
fœminis excusantibus voluit *Marsil. in l. vnius*
facinoris §. in ea causa num. 8. ff. de quæstionib.
34 ac etiamsi essent pauciores numero testibus
fisci *Farinac. de testib. quæst. 65. numer. 157.*
35 Vnicus namquè testis per fiscum examinatus
aduersus ipsum sufficientèr probat *Bursatt. cõs.*
311. num. 21. lib. 2. Gabr. de testib. conclus. 1.
num. 13. versic. Contrarium. Farinac. cons. 37.
36 *num. 4. versic. Etiàm quod sit vnicus*; Vbi in
fine, quod sufficiens est depositio minus concludens; & de credulitate, & *consil. 61. numer. 3. Vermigliol. cons. 31. numer. 15.* Quod
si supradicta omnia vera sint, & passim
à *DD.* recepta, quantò magis procedere debebunt in casu isto, in quo contra depositionem vnici testis ad fauorem fisci, & contra
Reum deponentis, extat contraria probatio
delicti exclusiua ex dicto sex, & ampliùs testium pro fisco examinatorum plenè probata;
Sanè non exitandum Domini censuerunt pro
absolutione Reorum, & pro falsitate testis ad
fauorem fisci deponentis, vt infrà dicetur.
Et nè dum quidèm pluriмum minuit de
fide dicto Cesari, sed etiam valdè suspectum
de falso reddit depositio d. Cap. Ioannis, & Catharinæ ejus sororis, aliarumquè mulierum
familiæ eiusdem in contestes à Cæsare vocatarum; negandò dd. Reos ea nocte, & tempore,
de quibus Cæsar deponit, nè dum alloquutas
37 fuisse, sed neque vidisse; Testis enim vocans
aliquem in contestem, si contestis vocatus neget id, quod testis affirmauit nè dum probat
Giurb. cons. 70. num. 36. Vermigliol. cons. 159. num. 24. & num. 35. Farinacc. cons. 37. num. 27. & cons. 127. num. 11. & cons. 138. numer. 21. Magon. decis. Lucen. 17. nu. 8. Rot. coràm Card.
38 *Mantic. decis. 317. num. 8.* Sed imò falsus reputatur *Alex. cons. 61. num. 7. lib. 3. Gramm. cons. 26. num. 20. Campegg. de testib. regul. 410. in fin. Gabr. eod. tit. conclus. 3. num. 11. lib. pr. Farinacc. cons. 147. num. 3.*
39 Gratis enim dicebatur per D. Fisci Patronũ
huiusmodi testibus Inquisitos exculpantibus
nequaquàm esse credendum, cùm non concludant negatiuam coarctatam, remouendo actũ
à sensu, ex quo non addunt in eorum depositionibus, quòd dd. Inquisiti non potuissent
habere archibusios, quin ipsi vidissent, prout
necesse esset, quòd testes deponant, si de negatiua coarctata loco, & tempore testificare
intendant, inquit *Aretin. in cap. nostra nu. 17. extr. de testib.* & latissimè firmat *Farinacc. eod. tit. qu. 65. num. 228.* cum infinitis cumulatis
per Pacian. de probat. lib. 1. cap. 37. per tot.
Siquidèm fuit per DD. responsum, quòd in
casu isto non est opus ingredi hanc quæstionẽ,
an negatiua hæc delationis archibusij coarctata
in loco, & tempore, de quibus deponunt testes
super non delatione archibusij, fuerit sufficientèr probata; Quià magis creditur testibus excludentibus delictum, quàm illud probantibus, etiàm quòd Reus se fundaret in neganti-
40 bus, Fiscus verò in affirmantibus; Nàm regula illa, quòd *magis credatur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus*, de qua
per Abb. & alios *in cap. cùm in tua num. 2 extr. de testib. & per Farinac. quæst. 43. numer. 200.*
præter quàm quòd non habet locum in Criminalibus, vt post alios firmat *Farinacc. vbi sup. numer. 214.* in omnem casum intelligi debet,
quandò affirmatiua fuit plenè per fiscum probata, aliàs enim magis creditur duobus testibus negantibus, quàm vnico affirmanti, *Salic. in l. 2. col. antepenult. in fin. Cod. de rescinden. vendit. Ias. cons. 81. num. 30. lib. 3. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 70 num. 12.* cum alijs *per*
41 *Farinac. d. quæst. 65. num. 241.* Imò testis ille
vnicus conuincitur de falso, quià ad hoc, vt
testis conuincatur de falso, sufficiunt contrariæ depositiones aliorum testium *Clar. in prax. §. falsum versic. Conuincitur etiàm testis de falso in princip. Boss. tit. de opposit. contrà test. nu. 13.*
42 Vbi quòd quandò contrarietas inter testes est
manifesta, plures conuincunt pauciores de
periurio, & falsitate, vbi adducit concordantes
Farinac. cons. 44. nu. 8. vers. Et stante, vt dixi. Castill. in Constit. Hispan. lib. 8 tit. 17. leg. 4. n. 29.
43 Præter quàm quòd à regula supradicta receditur, quandò negantes deponunt ad fauorem
Rei, quià tunc magis probant negantes, quàm
affirmantes secundùm cõmunem opinionem,
de qua *in l. in illa in fin. de verb. obligat. Roman. in l. 1. §. fin. num. 9. ff. eod. Pelm. in cap. cum mon canella de accusation. Ias. cons. 167. vol. 4.*
& firmat *Farinac. vbi suprà nu. 104. & n. 234.*
44 Præcipuè si negatiua, sicuti affirmatiua cadat
in sensum testis *Ciazz. discept. 1. numer. 62. pars. prim.*
45 Et ad tollendam omnem amaritudinem
dicebant etiàm DD. in casu isto optimè fuisse
probatam negatiuam delationis archibusij coarctatam de loco, & tempore; Siquidèm
quandò testis deponit supèr aliquo negotio,
& facto, de quo est verisimilitèr informatus,
tunc aliquid negando, benè probat tale quid
factum non fuisse absquè eo, quod remoueat
actum à sensu, addendo, quòd non potuisset
fieri, quin ipse vidisset, ità notabilitèr declarant *Farinacc. d. q. 65. num. 229. Dec. in l. 3. in fin. Cod. de bonor. possess. secund. tabul. Aret. in d. cap. cum causam num. 37. versic. Si verò test. sicut extr. de testib. Paris. cons. 162. num. 14. versic. Quod etiam lib. 4. Rum. cons. 145. num. 2. versic.*

Quid

Quid imò sufficeret. Farinacc. conſ. 151. num. 18. Vermigliol. conſ. 15. nu. 43. Quapropter cùm Caporalis Ioannes, & cæteri de eius familia deponant de facto, de quo plurimùm ſunt veriſimilitèr informati, cùm dicatur geſtum in eius domo, & noctis tempore, in quam nemo ingredi poterat; quin ipſe eum vidiſſet, vtiquè hanc negatiuam ſufficientèr probant; etiam quòd non remoueant actum à ſenſu.

Ex quibus DD. prædictos Inquiſitos eſſe in caſu omnimodæ abſolutionis, exiſtimauerunt; Cùm vnicus tantummodò teſtis contrà illos deponat, plures verò, & maiori fide digni; & quod plus eſt, omnes ad inſtantiam fiſci examinati, illos excalpent; Ità vt mirùm viſum fuerit DD. quòd D. Commiſſarius Villæ, eos aliqua punitione dignos iudicauerit.

Et ità fuit deciſum vtraquè parte Informante.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium receptum per Notarium ſeorſum à præſentia Iudicis, maximè in Criminalibus an, & quandò ſuſtineatur, & an credatur Notario atteſtanti de Iudicis commiſſione. Conductor, conductione durante, in re conducta non valet turbari, non ſolùm de Iure Communi, ſed etiam ex Statuto Lucæ *cap. 167. lib. 1. & cap. 103. lib. 2.* Locatio an, & quandò cenſeatur renouata, niſi ſit facta diſdicta per menſem anteà iuxtà dictum Statutum *cap. 104. eod. lib. 2.* & an ſufficiat extraiudicialis. Pœna indicta à Statuto quomodò excludatur, & an ad illam includendam requiratur dolus.

S V M M A R I V M.

Sententia non carens vitijs manifeſtis nullitatis, & iniuſtitia eſt reuocanda, & annullanda. num. 1.

Teſtes nullitèr examinantur ſeorſum à præſentia Iudicis, cuius ſunt partes eorū teſtimonia recipere, & ſcribi facere, cū lex ipſius induſtriam elexerit. n. 2.

Iudicis munus eſt, vt faciat per Notarios ſcribi vacillationes, ſeu titubationes, ſi quæ reperirentur in teſtibus exprimendo earum qualitatem. num. 3. Maximè in Criminalibus. num. 4.

Statuti caſus vbi reperitur, ibi nulla cadit Iuris diſceptatio. num. 5.

Sententia fundamento carens, corruit. num. 6.

Notario atteſtanti de commiſſione à Iudice ſibi facta, non creditur. num. 7.

Iuriſdictiones à Principe, tanquàm à fonte fluunt, & refluunt. num. 8.

Conſuetudo niſi liqueat cum ſuis neceſſarijs requiſitis colligitur ex irrationabili inductione, propter quam potiùs habenda eſſet in abuſum, & corruptelam. num. 9.

Conductor conductione durante non ſolùm de Iure, ſed impunè poteſt vi expellere volentem ſe immittere in poſſeſſionem rei conductæ, etiam ope Locatoris Domini, num. 10.

Iniuria nemini fit per vtentem ſuo Iure. num. 11.

Poſſeſſionem turbare non dicitur, qui habet iuſtam cauſam, num. 12.

Tempus adiectum alicui contractui debet eſſe perfectum, vt contractus dicatur reſolutus. num. 13.

Pacta ſunt ſeruanda vel dantia legem contractui taliter, vt Iudex aliter iudicare minimè valeat. num. 14.

Stat. Lucæ cap. 167. lib. 1. & cap. 103. lib. 2. Stat. *Vnio. prohibet moleſtias inferri Conductoribus ante expiratum tempus locationis, & conductionis inuicem inter partes contrahentes pactatum. num. 15.*

Promiſſio Conductoris de relaxando bona conducta finita locatione dicitur pactum nudum nullam actionem pariens. num. 16. Ampliatur num. 17.

Tempus vnum excludit aliud. num. 18.

Teſtis plenè probat contra Inducentem. num. 19.

Denunciatio à Statuto inducta pro forma haberi debet, nequè valet, niſi Iudicialitèr, ac in ſcriptis fiat. num. 20.

Locatio renouatur non facta diſdicta per menſem ante perfectionem eiuſdem. ex cap. 104. lib. 2. Stat. *Lucæ. num. 21.*

Querela contrà Querelantem probat. num. 22.

Negatiua probatur ex reuolutione proceſſus. num. 23.

Frater obligare nequit ſuum fratrem. num. 24.

Actionem nullam aliam habens contrà promittentem, debet recurrere ad Iudicis officium. num. 25.

Pœna imponi non poteſt, vbi delictum deficit. nu. 26.

Delictum inductum à Statuto pœnali, requirit dolum. num. 27. Et an ſufficiat culpa. num. 31. Quòd delictum vt remoueatur, quænam cauſa ſatis ſit. num. 28. 29. & 30.

Pœna vt euitetur in Statutis, ſeù Conſtitutionibus, legitima cauſa eſt qualibet probabilitas. num. 32.

Bona fides habet medium inter ſe, & malam fidem. num. 33.

Error Iuris non aſſiſtentis, & error Iuris reſiſtentis maximè inter ſe differunt. ibid.

Pœna quis excuſatur, quamuis non habeat bonam fidem, dummodò mala fides non adſit. num. 34.

Deci-

Decisio XIX.

1 FVit resolutum, sententiam D. Iudicis à
quo in hac causa latam nō carere vitijs
manifestis nullitatis, & iniustitiæ, esse-
què propterea prorsus reuocandam, & annul-
landam *Nig. de exequ. rei Iudic. cap. 6. §. 8. n. 1.*
& 2. & cap. 16. §. 4. num. 51. & seqq.
2 Constat siquidem ex reuolutione actorum,
siue processum, & informatiuis primo loco,
quòd testes, in quorum dictis gratis fundabat
suam intentionem, fuerunt examinati per No-
tarium, seorsùm à præsentia Iudicis, cuius so-
lùm suas partes eorum testimonia recipere, &
scribi facere; Cùm à lege sit illius industria ad
hæc electa, vt est tex. *rotundus in l. 3. §. ideoque*
diuus ff. de testib. Glos. in auth. sed Iudex versic.
Ministris Cod. de Episcop. & Cleric. Salyces. ibid.
num. 2. vers. Oppon. contrà. Quarè *Cicero dice-*
bat in topic. Sæpè vultus, rubor, & titubatio fa-
ciunt, vt minus fidei alicui præstetur, & Calistrat.
in stat. l. 3. §. ideoque diuus, ait Tu magis scire
potes, quanta fides sit adhibenda testibus, Speculat.
3 *de testib. §. 7. num. 5. & seqq.* Vbi *per eund. tex.*
docet Iudices, vt curent, quòd à Notario
scribantur vacillationes, si quæ reperirent in
testibus, exprimendo modum vacillationis,
seù titubationis, puta, trepidando, balbutien-
do, sudando, colorem vultus immutando &c.
Crot. de testib. par. 7. num. 36. Gram. ad Vestr.
in prax. lib. 6. cap. 2. num. 47. Mart. in prax. §.
postquàm num. 18. & in l. de minore §. plurimum
num. 2. ff. de quæstionib. Viuiu. commun. opinion.
quæst. 927. Crescent. decis. 1. num. 2.
4 Et quod præcipuè sibi locum vēdicat regula
supradicta in Criminalibus *Bald. in cap. si quis*
testium in princip. num. 1. de testib. Campeg. de
testib. reg. 286. vers. Secundò fallit, & ibi Adden.
vers. Regulariter Mart. vbi suprà num. 19. Ma-
ximè accedente *Statuto* hoc idem expressè
proptèr rationem prædictam sanciente *sub*
5 *cap. 45. lib. 4. Statut. Vniuers.* Vbi enim est
casus statuti, ibi nulla cadit disceptatio, *Nig.*
de exequut. rei Iudic. cap. 11. §. 5. numer. 57.
Magon. decis. Lucen. 37. n. 9. Afflict. decis. 245.
num. 8.
6 Sic itaquè sublato fisci fundamento, senten-
tia prædicta non habet, vbi figere pedes, &
sic necessè est, vt corruat *Mart. Medic. examin.*
2. nu. 50. Nig. de exequu. rei Iudic. cap. 6. §. 10.
num. 11. in fin. & §. 14. num. 4.
Haudquè obstat, quòd Notarius asseruerit,
se recipere dicta examina de mandato &c.
7 Etenim prætèr quàm quòd non creditur No-
tario attestanti de commissione sibi facta à Iu-
dice *Guidop. ap. decis. 126. per tot. Afflict. decis.*
317. num. 3. & ibid. Vrsill. ad eum sub num. pr.
Prosternitur obiectum ex defectu potestatis
Excellentiss. D. Iudicis resultante ex supradicta
8 *l. Municipal.* prohibitiua de mandato Principis
edita, à quo solo, tanquàm à fonte fluunt, &
refluunt Iurisdictiones *Nig. de exequ. rei Iudic.*
cap. 13. §. 8. num. 4.
9 Minùs releuat asserta consuetudo cōmitten-
di Notario examinationes testium; Nàm
prætèr id, quod de ea non liquet cum suis ne-
cessarijs requisitis, tollitur Ius illius ex irratio-
nabili inductione, proptèr quàm potiùs ha-
benda esset in abusum, & corruptelam, *Christo-*
phor. Mart. Medic. dec. 28. num. 4. Gratian. di-
scept. forens. cap. 171. num. 7. & cap. 88. n. 19.
Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 62. num. 38.
10 Secundò principalitèr conuincitur nullitas,
& iniustitia dictæ sententiæ ex iusta causa, quā
habuerunt Sargens Lazarus, & Ioannes fratres
de Peregrinis admonendi Siluestrum, & Frācis-
cum de Fontana secundos cōductores bonorū,
de quibus agitur à D. Francisco Bigongiario
querelante, nè ipsis molestiā inferrent durante
eorum prima conductione; Siquidèm non
solùm Iure id illis licuit, sed impunè potuissent
præfatos de Fontana, etiamsi ab ipsomet D.
Francisco terrarum patrono fuissent in possel-
sionem immissi, vi expellere, vt *per Peguer. de-*
11 *cis. Cathalon. 250. per tot.* Qui enim suo Iure
vtitur, nemini facit iniuriam *Farinacc. cons. 45.*
12 *num. 30. lib. 1.* Nec dicitur turbare, qui habet
iustam causam *Menoch. de præsumption. lib. 3.*
præsumpt. 38. nu. 4. Vermigliol. cons. 466. n. 25.
Aymon. cons. 18. num. 9. & 19.
Quod sanè sinè amaritudine transit, ex quo
hæsitari haud potest, quin de mense Octobris
1656. quod est tempus, sub quo dicitur, Sar-
gentem Lazarum prædictum admonitos fecis-
se dictos fratres de Fontana, nè terras supra-
dictas colerent, si declinare cupiebant Crimi-
nale Iudicium, non adhùc finita erat illius con-
ductio, vt conuincit contractus intèr præfatum
D. Franciscum Bigongiarium, & d. Sargentem
Lazarum, vtiquè de anno 1653. initus; Quan-
13 doquidèm ille stipulatus fuit sub die 30. De-
cembris per triennium, quod tēpus perfectum
esse debet *Barbos. de dictionib. sub. verb. per, di-*
ction. 233. nu. 1. & seqq. & sic antè plenarium
eius curriculum non poterat haberi pro finita
dicta locatio, nec per cōsequens fratres de Pe-
regrinis valuerunt impediri vsq. ad finē vti frui
14 re conducta; Cùm pacta sint seruanda, vtì
dantia legem contractui, talitèr, vt Iudex ali-
tèr iudicare minimè valeat *l. petens, vbi DD. &*
l. legem Cod. de pact. cum alijs adductis *per Du-*
15 *naden. de renunciat. cap. 31. num. 86.* cui dispo-
sitioni

ſitioni Iuris Communis accedit diſpoſitio Iu-
tis Municipalis ſtrictiùs prohibentis inferri
moleſtias conductoribus antè expiratum tem-
pus locationis, & conductionis, inuicèm intèr
partes contrahentes pactatum, vt patet *in cap.*
167. lib. prim. & cap. 103. lib. 2. Statut. Vni-
uerſal.

Nequè viſum fuit obſtare, quod dicebatur
de promiſſione facta à d. Sargente Lazaro d.
D. Frãciſco Bigongiario; Nàm circumſeripro
defectu probationis ex capite nullitatis exa-
16 minis teſtium de ea deponentium; Vltrà quã
quòd illa promiſſio de relaxando bona prædi-
cta, dicitur pactum nudum nullam actionem
pariens *l. 1. Cod. de contraben. & committen.*
ſtipulat. l. legem Cod. de pact. l. & an eandem
§. actiones ff. de except. rei iudic. & l. ſciendum
ff. de verb. obligat. Conſt. in prax. conuentional.
par. 1. num. 123. & ſeq. & num. 144. Præſer-
17 tim non docto de damno eius, cui fuit facta
promiſſio *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 120. num. 3.*
non ſe extendit, neque accipi poteſt, niſi ad
limites ſuæ obligationis ſtipulatæ, vt etiam
probat ſecundus in ordine teſtis Fiſci. Ibi?
Et accettando il Sargente tal diſdetta diſſe, che
nel preſente anno à ſuo tempo hauerebbe relaſciato
18 *il ſuo luogo*; Nouum autèm nemini eſt, quòd
vnum tempus excludat aliud *Gratian. diſcept.*
19 *forenſ. cap. 960. num. 46.* Et quòd teſtis plenè
probet contrà inducentem *Roman. conſ. 104.*
Crauett. conſ. 100. in fin. Farinacc. quæſt. 162.
num. 229.

20 Accedit inſupèr, quòd denunciatio à Statu-
to quandò eſt inducta, pro forma haberi de-
bet, nequè valet, niſi Iudicialitèr, & in ſcriptis
fiat *Donade. de renunciat. cap. 34. nu. 185. 196.*
& 197. cum ſeqq. Itaquè cùm *Statutum in cap.*
167. lib. 1. & cap. 103. lib. 2. rotundis id ver-
bis diſponat; Ideò illa verbalis, & extraiudi-
cialis intimatio facta, vt dicitur per Bigon-
giarium Sargenti prædicto, non valuit obliga-
re eundem ad relaxandum dicta bona non ſo-
lùm ante tempus, ſed etiamſi eſſet effluxum
21 tempus conuentum, cùm intelligatur, non
facta tali intimatione per menſem anteà, re-
nouata locatio, vt *per cap. 104. d. lib. 2.* Idquè
maximè cùm locatio fundi facta fuerit per d.
D. Franciſcum non ſolùm Sargenti Lazaro,
22 ſed etiam dicto Ioanni illius fratri, vt fatetur
idemmet Bigongiarius in ſua querela, quæ
cõtrà Querelantem probat *Vermigliol. conſ. 13.*
23 *num. 9.* Cùm enim dicto Ioanni nulla inti-
matio facta eliciatur ex reuolutione proceſſus,
qui eſt optimus modus probandi negatiuam
Herculan. de negatiu. num. 176. Dec. conſ. 483.
num. 6. Adden. ad Ludouiſ. deciſ. 416. num. 8.
Proindè, prædicto ſtante defectu, prætenſus
ſanè conſenſus d. Lazari, etiàm ex hoc capite,
24 inualidus dicitur, quià is non valuit obligare
Ioannem eius fratrem *Petr. de Lun. conſil. 22.*
num. 30.

25 Vltrà quàm quòd ſi omnia ceſſarent, alia
tamèn actio d. D. Franciſco non competiſſet
contrà dictum Sargentem non implentem, vt
dicitur, contrà eius aſſertam promiſſionem,
quàm ex lato Iudicis officio; vt *per Alex. in d.*
l. Iuris gentium §. ſed cum nulla ſub. ff. de pact.
vel ex *Statut. ſub citat. cap.* Quorum neutrum
poteſt inſeruire ad ſuſtinendum hoc Iudicium,
& multò minùs ad obſcurandam iniuſtitiam
26 antedictæ ſententiæ condemnatoriæ; Nàm
vbi delictum non eſt, pœna aliqua imponi
non poteſt *Caphal. conſ. 311. num. 2. conſ. 375.*
num. 18. & conſ. 390. num. 13. Decian. conſ. 52.
num. 33. in 3. vol. Farinacc. conſ. 1. num. 32.
27 *lib. 1.* Vbi maximè de delicto, vt hìc agitur
à Statuto ſub pœna, ad quod requiritur dolus
Farinacc. conſ. 60. num. 49. lib. 1. Gratian. di-
28 *ſcept. forenſ. cap. 406. num. 10.* Quem quæuis
cauſa, ſiuè credulitas remouet *Art. Medic.*
29 *deciſ. 90. num. 10.* Sicquè multò magis cauſa
iuſta reſidens penès perſonam ruſticalem
Ambroſin. deciſ. 25. num. 23. Mart. ſuo method.
30 *digeſtor. verb. iniuria cap. 34. lib. 2.* Cùm vt
pœna effugiatur, ſufficit quælibet cauſa etiàm
temeraria, & beſtialis *Abb. conſ. 97. num. 35.*
cum ſeqq. Caphal. conſ. 24. ex num. 14. Vbi di-
31 cit, quòd hoc caſu non ſufficiat culpa, niſi ad-
ſit dolus latiſſimè *Honded. conſ. 68. ex num. 20.*
32 *& 21. lib. 2.* Et maximè in Statutis, & Con-
ſtitutionibus, in quibus, vt pœna euitetur,
legitima cauſa eſt quælibet probabilitas *Ca-*
ſtren. conſ. 286. ex num. 3. lib. 3. Fortu. ad Stat.
Papiæ cap. 147. ex num. 32. Corn. conſ. 29. ex
33 *num. 9. lib. 3.* Dummodò mala fides non
adſit; Cùm inter bonam, & malam fidem
detur medium, & maxima eſt differentia inter
errorem Iuris non aſſiſtentis, & errorem Iuris
reſiſtentis iuxtà optimè tradita *per Surd. conſil.*
115. ex num. 5. 6. & 7. Becc. conſ. 95. ex n. 15.
34 Vbi dicit, quem excuſari, quamuis non ha-
beat bonam fidem, dummodò, vt dixi, mala
fides non adſit.

Ità vnanimitèr ex his fuit deciſum Aduoca-
to, & Procuratore Fiſcali ſæpè ſæpiùs auditis,
& acerrimè informantibus.

ARGVMENTVM.

Iocalia à Sponso Sponsæ transmissa an, & quandò intelligantur irreuocabilitèr donata, vel tantùm accommodata ad vsum, & quid sit præsumendum inter Sponsos Nobiles, & an donatio inducatur ex verbis blandis, & iocosis dictis à Sponso ergà Sponsam. Enodantur *tex. in l. cùm veterum Cod. de donat. ante nupt. tex. in l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat. et tex. in l. si donaturus ff. eod.* Donatio facta à Sponso Sponsæ de Iure antiquo præsumebatur facta ex mera liberalitate; Secùs tamèn de Iure Codicis. Causa falsa impulsiua, vel finalis an, & quandò vitiet legatum, testamētum, vel aliam dispositionem, & quandò veniat probanda, & an illa probetur per testes etiam singulares dicentes se se ità dicere audiuisse à Testatore, ità vt etiam sufficiant præsumptiones, & coniecturæ. Declaratur *decis. Sacr. Rot. Roman. in Roman. success. 9. Maij 1644. coram bon. mem. Bichio*, quæ est *decis. 280. part. 9. tom. I. recent.*

SVMMARIVM.

Iocalia à Sponso Sponsa donata an intelligantur irreuocabiliter donata. nu. 1. Et quid sit præsumendum inter Sponsos Nobiles. num. 5. & 6.

Donationis iocalium verba facta à Sponso Sponsa quandò intelligi debeant de donatione libera, & quandò de donatione ad vsum tantùm. num. 2.

Donatio non inducitur ex verbis blandis, & iocosis à Sponso ergà Sponsam prolatis. num. 3.

Verba blanda, & captatoria non obligant. num. 4.

Iocalia etiam donata à Sponso Sponsa semper veniunt restituenda, si propter præmorientiam Sponsa matrimonium non fuit consumatum. num. 7.

Donatio causa matrimonij, illo non sequuto, resoluitur, & prò recuperandis donatis competit condictio ex lege. num. 8. vbi ad hoc expenduntur tex. in l. cum veterum Cod. de donat. ante nupt. & in l. si extraneus ff. de condit. caus. dat. & in l. si donaturus ff. eod. *num. 9.*

Donatorum contemplatione matrimonij repetitio conceditur, eo non sequuto, quia licet deficiat conditio extrinseca in pactum deducta, non deficit extrinseca oriens ex natura rei. num. 10.

Sponsus repetere valet pretiosa donata Sponsa, matrimonio non sequuto. num. 11.

Donatio facta à Sponso Sponsa nihil expresso, de Iure antiquo præsumebatur facta ex mera liberalitate, at de Iure Codicis præsumitur facta ob causam futuri matrimonij. num. 12. 13. & 14.

Donatio facta à Sponso Sponsa non est simplex, sed ob causam. num. 15. Et talis non dicitur absque nuptijs, sicuti dos sine matrimonio. num. 16.

Sponsalitia largitas continet tacitam cōditionem, idest si matrimonium sequatur. num. 17.

Causa finalis alicuius dispositionis illa iudicatur, sine qua quis ità facturus non erat, vel saltim non fecisset eo modo deficiente dicta causa. num. 18.

Causa, & ratio finalis ea censetur, quæ si cessaret, aut nullo modo, aut saltem non ità quis disposuisset. num. 19.

Causa impulsiua efficitur finalis, si sine ea quis ità non fuisset dispositurus. num. 20.

Causa finalis alicuius dispositionis qualis dicatur, probatur ex dicto disponentis. num. 21.

Testatoris voluntas probatur ex dictis per se ipsum ante, & post testamentum. num. 22.

Testes duo sufficiunt ad declarandam voluntatem Testatoris. num. 23. & 48.

Dispositio quæcunque facta ex falsa causa est nulla, & inualida. num. 24.

Testamentum conditum ex falsa causa est nullum. num. 25.

Causa falsa finalis vitiat institutionem, legatum, & quamcunque aliam dispositionem. num. 26.

Causa finali finita, dispositio cessat. num. 27.

Causa impulsiua licet falsa non vitiat dispositionem. num. 28.

Causa impulsiua non est propriè causa dispositionis, sed motiuum quoddam ad disponendum. num. 29.

Causa impulsiua deficiente, actus, vel contractus sustinetur, secùs deficiente causa finali, vel cùm quis moueatur ex falsa causa finali ad aliquid faciendum, quia tunc corruit contractus, institutio, legatum, & qualibet alia vltima voluntas. numer. 30.

Contractus nominati regularitèr non resoluuntur ex defectu implementi non sequuti, sed agitur ad implementum, vel interesse. num. 31. Fallit deficiente causa finali. num. 32.

Legatum factum ex falsa causa corruit. num. 33.

Causa falsa tunc vitiat dispositionem, quandò cohæret dispositioni. num. 34.

Causa falsa quandò cohæret legato, vitiat legatum, et solùm sufficit eam esse falsam. num. 35.

Causa quandò non dicatur cohærere legato. num. 36.

Causa falsa non cohærens legato quandò illud vitiet. num. 37.

Causa, etiam non obligatoria, non vera si per hæredes probetur, quòd Testator non erat aliàs relicturus, nisi causa esset vera, vitiat legatum. num. 38. & quomodò per hæredes hoc probari possit. num. 39.

Causa non obligatoria in dubio non præsumitur finalis; & è contrà causa obligatoria præsumitur talis. num. 40.

Causa finalis ità demùm vitiat dispositionem, quandò respicit sanguinis coniunctionem. num. 41. Declaratur num. 42.

Causa, quæ respicit sanguinis coniunctionem de per se sola præsumitur causa finalis. num. 43.

Aliæ verò non præsumuntur tales, sed opus est probare, eas tales esse. num. 44.

Interpretatio mentis Testatoris admittitur, quandò nulla fuit expressa causa legandi, vel verba legati sunt dubia. num. 45.

Causa expressa à Testatore facit cessare tacitam, & præsumptam. num. 46.

Dispositio habens causam expressam, ad aliam trahi non debet. num. 47.

Causa finalis, ex qua motus fuit Testator ad legandum, probatur ex dicto duorum Testium. nu. 48.

Dispositione noua de probanda quandò agi dicatur, & quandò de declaranda dispositione à Testatore facta. num. 49.

Dispositione noua de probanda si agatur per Testatorem facta, requiruntur eædem solemnitates, quæ fuerunt necessariæ in actu condendo. numer. 50. Secùs si tractetur de probando accidentia, & circumstantias alicuius dispositionis, nam hoc probari potest etiam testibus singularibus. num. 51.

ad Dispositionem infringendam factam in vltima voluntate sufficit qualitercunque probare, quòd Testator non fuisset aliàs dispositurus ob aliquam causam de præterito falsam non obligatoriam, licèt illam non expresserit coràm legatario, & hærede. num. 52.

Causa exhæredationis à Testatore in testamento expressa licèt vera, si tamen per testes probetur, quod illa non fuerit causa finalis exhæredationis, sed alia à Testatore opinata, quæ erat falsa, testamentum, & exhæredatio est nulla. num. 53.

Causam veram à Testatore expressam in aliqua sua dispositione non esse finalem, sed aliam, vel ab ea vna cum alijs veris expressam, vel in animo retentam, probari potest per testes dicentes, se ità audiuisse à Testatore. num. 54.

Testamentum est nullum ipso Iure, quandò causa finalis à Testatore expressa est falsa. num. 55.

Testamentum est annullandum ope exceptionis, quandò causa non est expressa, sed in corde retenta. num. 56.

Declaratur decis. Sact. Rot. Roman. in Romana Successionis 9. Maij 1644. coram bon. mem. Bichio. *num. 57.*

Causæ falsitas nisi appareat, quàm per præsumptiones, & coniecturas, non est recedendum à causa à Testatore expressa. num. 58. Secùs si de dicta falsitate legitimè doceatur per depositiones testium num. 59.

Testatoris mens vbi est dubia, recurri debet ad rationem ab ipso expressam, num. 60.

Causa expressa vbi habetur, cessat tacita, & præsumpta. num. 61.

Testi vnico regulariter non creditur. num. 62. Limitatur si deponat de facto proprio, nèc agatur de eius commodo. num. 63.

Testes etiam singulares admittuntur ad declarandam voluntatem Testatoris. num. 64.

Testes singulares, iunctis adminiculis, faciunt plenam probationem. num. 65.

Decisio X X.

SPonsalibus contractis per verba de futuro inter Ven. Cæciliam filiã Spect. Iosephi, & Ven. Mariæ de Bertuccijs, & Sp. Vitaleonũ Bartoluni, placuit Ve. Mariæ vltrà dotem à Sp. Iosepho filiæ constitutam donationem scutorum bis millium futuro Genero facere, quam tamèn adeò secretam, & viro minimè notam esse voluit, vt nihil magis Ve. Symphorosæ matri Sp. Vitaleoni commendauerit in traditione dd. scutorum bis millium eidem facta, quàm nè huiusmodi donatio vllo vnquàm tempore ad notitiam Sp. Iosephi deueniret; Ideoquè nullum desuper ea celebratum fuit Instrumentum, nulliquè adhibiti testes, qui consignationi prædictæ rogati adessent: Sed clàm, & secretè inter prædictas Ven. Symphorosam, & Ven. Mariam traditio, & receptio sequuta fuit; Huius tamèn donationis certior redditus Sp. Vitaleonus à Ve. Symphorosa eius matre, dum in Lugduni Ciuitate cõmorabatur, & memor illius, quod cecinit *Euripides, beneficium beneficio rependeas*, se non permissurum munificentia superari à Ve. Maria professus fuit, sed consimili, imò vltrà maiori largitione, casu, quo Deus Optimus Maximus eum è mortalium numero tolleret, liberalitati Ve. Mariæ corresponsurum rescripsit, vt ex eius litteris Ve. Symphorosæ exaratis sub die 14. Martij 1648. in processu exhibitis, & recognitis, in quibus paritèr se quamptimum insignem adamantem transmissurũ rescripsit, ad hoc, vt eius futuræ Sponsæ ipsius nomine elargiretur, prout paulò post præstitit, & Ve. Symphorosa filij nomine Sponsæ dono dedit: Sed ò rerum humanarum vicissitu-

cissitudines, & quam sæpè risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat.

Vsque adeò nulla est nobis sincera voluptas
Sollicitumq. aliquid lætis interuenit.

Dum reditus Sp. Vitaleoni è Gallia in Italiam expectatur, vt nuptiæ sequantur, inopinatè Ven. Cæcilia è mortaliũ numero sublata fuit, & exindè nonnullis mensibus elapsis duo equi ingentis fortitudinis, & altitudinis Ven. Mariæ ab eodem Sp. Vitaleono paritèr dono transmissi fuerunt.

Post Ven. Sponsę obitum, & nonnullis annis iam elapsis rediuit in Italiam Sp. Vitaleonus, sed in ipso ingressu in quodam eius feudo morbo correptus, post aliquos dies ipse paritèr vitam cum morte commutauit: Verùm cùm adhùc ægro corpore esset, Ve. Maria certiorem eum reddi curauit, quatenùs suæ intentionis erat, scuta bis millia eidem donata recuperare velle: Quod vbi Sp. Vitaleono nunciatum, nouum admodum ei visum fuit, & R. P. Antonio Borresio Ordinis S. Dominici, qui talia eidem de ordine Ve. Mariæ patefecit, respondit, se quidèm scire ad restitutionem scutorum nequaquàm adstrictum esse, eo quod liberè, & purè donata fuerant; Verùm quia liberalitate non vinci à Ve. Maria satagebat vltrà adamantem Ve. Cæciliæ transmissum, & quem repeti nolebat, & duos equos Ve. Mariæ donatos, se alia legata in suo testamento eidem Sp. Mariæ, prout & Sp. Iosepho, & Sp. Nicolao reliquisse affirmauit, quibus nè dum valorem dictorum scutorum, sed & longè vltrà superatum fuisse sciebat, & prout in testamento, cum quo decessit; Sp. Iosepho tabulam Beatissimæ Virginis Carmelitanæ ab insigni, & celeberrimo Raphaele Vrbinatensi depictam, Ve. Marię quædam indumenta ex pellibus pretiosis Zibellinis vulgò dictis, & Sp. Nicolao eius filio equum gallum legauit: Quæ omnia legata post obitum Sp. Vitaleoni per Ve. Symphorosam matrem, & hæredem d. Sp. Vitaleoni executioni demandata fuere; Egit nihilominùs Ve. Maria prò restitutione scutorum bis millium contrà Ve. Symphorosam hæredem dicti Sp. Vitaleoni, & à Iudice primar. Instantiarum sententiam fauorabilem reportauit.

Qua causa terminata institerunt paritèr SSpp. Alexander Ditaiutus Bertuccius, & Petrus Ditaiutus fratres filij dictæ Ve. Symphorosæ ex secũdo matrimonio cõtra Sp. Iosephum, etiam vti eum, qui assumpsit personas dictæ Ven. Mariæ, & Nicolai, & cæterorum fratrum hæredum dictę Ve. Cæciliæ pro restitutione nè dum adamantis pretiosi eidem Ven. Cæciliæ transmissi, verùm etiam equorum donatorum, & legatorum, prout & indumentorum ex pellibus pretiosis, & tabulæ à Raphaele Vrbinatensi depictæ. Quæ omnia esse restituenda ex infrascriptis rationibus, & fundamentis pronunciauimus, vti Iudices ab Excellentissimo Senatu specialitèr deputati.

1 Et quoad adamantem pretiosum res visa fuit carere omni difficultate; Siquidèm admissa etiàm distinctione, quam communitèr tradunt *DD.* & latè exornat *Rot. in Pisauren. Iocalium 22. Iunij 1648. coràm R. P. D. Arguelles impress. post Dian. resolut. moral. par. 9.* quod videlicèt, aut constat de animo, & voluntate Sponsi huiusmodi pretiosa iocalia donandi Sponsæ vel per se, vel per Nuncium ad hoc facultatem habentem, & tunc intelliguntur irreuocabilitèr donata *iux. tex. in l. si mater Cod. de donat. ante nupt. l. cùm hic status §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Palat. Rub. in repetit. d. Rubr. §. 3. num. 4. Cald. Pereyr. de potest. eligend. cap. 12. num. 20. Surd. decis. 166. n. 12.* & plures alij relati *in d. Pisauren. Iocalium in §. aut Sponsus*; Vel non constat de huiusmodi voluntate, & non intelliguntur donata: Attamen in casu nostro nullibi doctum fuit de huiusmodi enixa voluntate, & animo Sp. Vitaleoni donandi dictum adamantem irreuocabilitèr Ven. Cæciliæ eius Sponsæ.

Siquidèm licèt in epistola per eum scripta Ven. Symphorosæ eius matri ex primo matrimonio sub die 14. Martij 1648. legantur infrascripta verba. *Quando ritornarà il Sig. Tadeo Nelli, che dourà essere quanto prima, hò deliberato mandare vn pretioso diamante, acciò la Sposa sapendo il matrimonio, li si doni da mia parte;*
2 Ex huiusmodi tamèn verbis necessariò inferri nequit, quòd Sp. Vitaleonus intellexerit purè, & simplicitèr adamantem donare, nec de tali donatione prædicta verba sunt intelligenda, sed imò potiùs secũdùm subiectam materiam, scilicèt de donatione ad vsum *secundum doctrinam Bart. in l. 1. §. nec castrense num. 10. versic. Et ideò puto ff. de collation. bon. Menoch. controu. lib. 6. cap. 7. num. 4. versic. In quo casu. Palat. in Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 6. num. 1. & §. 11. à num. 1. Afflict. decis. 305. nu. 1. et 2.* & dixit *Rot. decis. 113. par. 1. recent. & coràm Ludouis. decis. 474. num. 1. & in d. Pisauren. Iocalium §. absquè eo vers. Sed iuxtà subiectam materiam coràm Arguelles*, & rursus *in eadem 28. Iunij 1649. §. etiamsi Sponsus donare dixisset coràm eodem impress. post Salgad. tract. labyrint. credit. dec. 80. Hond. cons. 30. num. 28. & 29. lib. 2. Hodiern. in addit. ad decis. Surd. 166. n. 3.* Vbi quòd hoc casu verba debent impropriari; Itàut donatio intelligatur facta ad vsum tãtùm *Sanchez. de Matrim. lib. 6. disp. 25. nu. 14.* vbi pluribus authoritatibus, ac Iuribus hoc cõprobat.

Contrarium minimè suadent epistolę verba per ipsum Sp. Vitaleonum exaratæ Ve. Cæciliæ ex loco Anuersæ sub die 15. Iulij 1648. ibi: *Primieramente mi rende gratie del diamante datoli, mediante mia Madre, quale non hà merito, se ne facci mentione, ne di tutto il contenuta, ne pure hauuta riguarda alla di lei qualità; Perciò quanto V.S. dice in questo particolare, sono effetti della di lei gentilezza, hauendo più presto Io obligatione in supplicarla, scusarmi per l'ardimento hauuto, inuiandoli tale bagatella*; Vel alterius per eundem scriptæ Ven. Mariæ ab Vrbe Lugduni die 24. Martij 1648. ibi: *Giouedì passato con Gentil'huamo mio amico, che venne in Italia inuiai vn diamante alla Signora Cecilia, che credo mia Madre gl'hauerà dato il ricapito subito l'ha-*
3 *uerà riceuuto*: Quià præter quam quod huiusmodi verba tàquàm blanda, & iocosa à Sponso prolata, & vt Sponsæ animum adamante, & verbis recrearet, non sufficiunt ad inducen-
4 dam donationem, quemadmodum dicitur de verbis captatorijs, & blandis *in cap. cum venissent*, & ibi: *Canonistæ de Instit. & in l. si ità stipulatus*, vbi *Ias. n. 5. ff. de verb. oblig. Sanchez. de Matrim. d. lib. 6. disp. 25. vers. At licèt, & vers. Tertiò quià*, & dixit *Rat. in d. Pisauren. Iocalium 1648. §. absquè eo, coràm Arguelles*, eandem recipiunt interpretationem, quam recipiunt illa contenta in epistola scripta Ven. Symphorosę, quòd videlicèt donauerit ad vsum tantùm, vt suprà fuit dictum.

5 Nèc quicquam facessere existimauimus, quòd supradicta non procedant, quando, vt in præsenti casu, versamur inter Sponsos Nobiles; Cùm tunc verba ambigua in vim donationis accipiantur *arg. cap. 1. de donat.* Ibi: *Nobilitas legem imponit. vt debere se, quod spantè tribuit, existimet, & nisi in beneficijs suis creuerit, nihil se præstitisse putet, & l. vxori §. fin. iunct. Glos. fin. ff. de legat. 3.* Vbi *tex.* ait, præsumi donationem, cùm vir soluit pro vxore, & reddit rationem *Glos.* Quià vir erat Nobilis;
6 Siquidèm quòd neque in Sponso Nobili præsumatur donatio iocalium pretiosorū scripsit *Corn. cons. 81. vol. 1.* qui consuluit super ornamentis pretiosis traditis à Ruberto Malatesta Sponso filiæ Ducis Vrbini Sponsæ; & de Iustinianorum prole clarissima, & splendidissima loquitur *decis. in Romana Iocalium 9. Decembris 1641. coràm Merlino*, quæ est *in impress. dec. 885.* & de Nobilissima Familia Bentiuolia inquit *dec. 113. par. 1. recent.* quas refert, & sequitur *Rot. in d. Pisauren. Iocalium 1648. coràm Arguelles §. nèc placuerunt DD.* & de Familijs Nobilissimis, & primarijs Regni Neapolitani testatur *Afflict. d. decis. 315.* Vbi quòd ità fuit iudicatum tribus vicibus inter personas Nobiles, & cum hac opinione etiam transit *Sanchez. d. disput. 25. nu. 19. vers. Cæterùm hæc limitatio*, vbi benè contrarijs satisfacit, & latissimè hanc opinionem fundat doctissimus, ac nunquàm satis laudatus *Io. Franciscus Andreolus Excelsi Consilij Placentiæ dignissimus Præses Controuers. 281. per tot.* præsertim *à num. 3. part. 4.*

Cæterùm quatenùs supradicta aliquam pati possent difficultatem, omnem cessare dubitandi ansam in præsenti casu existimauimus, ex eo quod quicquid dici posset in contrarium, quandò post sponsalitiam largitatem matrimonium inter Sponsos sequutum fuit, licèt illud posteà morte alterius ex ipsis dissoluatur, in quo casu loquuntur *DD.* supracitati, ac etiā
7 *Rot.* Quandò tamèn ob præmorientiam alterius ex Sponsis matrimonium perfici nequiuit, nèc ex parte Sponsæ interuenit osculum, *tunc* res abhorret ab omni difficultate, quòd iocalia, & cætera pretiosa donata matrimonij contrahendi intuitu, ac contemplatione, si per donantem non stat, quin matrimonium perficia-
8 tur, sint restituenda, & prò illis rehabendis habeat Donator condictionem ex lege, quià huiusmodi donatio continet in ventre tacitam conditionem, quatenùs scilicèt matrimonium habeat suum effectum, & ità non impleta conditione, donatio restituitur, in puncto *tex. in*
9 *l. cum veterum Cod. de donat. ante nupt.* Ibi videlicèt: *Quod si Sponsa, vel is, in cuius agit potestate causam non contrahendi matrimonij præbuerit, tunc Sponso, eiusque hæredibus sinè aliqua diminutione per conditionem, aut per vtilem actionem in rem redhibeantur, & Glos.* Ibi, *in verb. in rem.* dicit, *quæ oritur ex tacito pacto, tacitè enim videntur pacisci de reddendo, si matrimonium non sequatur per factum accipientis, sicuti pro expresso nasceretur*, cui quoquè optimè cohæret *tex. in l. si extraneus ff. de cōdit. caus. dat.* Vbi *Vulpianus* inquit, *si extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset quoquo modo, finitum esset matrimonium, das ei redderetur, nec fuerint nuptiæ sequutæ, quià de his casibus fuit solummodò conuentum, qui matrimonium sequuntur; Nuptiis autèm sequuta non sunt, quærendum erit vtrùm mulieri condictia, an ei, qui dotem dedit, competat; Et verisimile est in hunc quoquè eum qui dat, sibi prospicere; Nàm causa non sequuta, habere non potest condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato*; & pro hoc facit *tex. in l. si donaturus, ff. eod.* vbi *Paulus* loquitur *Si donaturus mulieri iussu eius Sponso numerauit, nec nuptiæ sequutæ sint, id mulier condicet; Sed si ego contraxi cum Sponsa, & pecuniam in hoc dedi, vt si nuptiæ sequutæ essent mulieri das acquireretur; Si sequutæ non essent, mihi redderentur, quasi ob rem datum, & re non sequuta ego à Sponso*

so

10 *so condictam.* Quæ Iura manifestè patefaciunt,
repetitionem datorum contemplatione ma-
trimonij concedi, matrimonio non sequuto,
quia etsi deficiat cōditio extrinseca in pactum
deducta, non deficit intrinseca proueniens ex
natura rei *ad punctualitèr tradita per Glos. in d.
l. cum veterum in verb. in rem*, de qua supra, *et
tex. in l. Publius Mæuius ff. de condit. et demonstr.*
& dixit *Barbos. in l. si cùm dotem in princ. nu. 51.
ff. solut. matrim. Aldobrand. cons. 28. num. 36.
lib. 1. Menoch. cons. 60. nu. 37. lib. 1. Galganet.
de cond. & demon. par. 2. cap. 6. quæst. 1. n. 11.
12. & cap. 39. & 44. Castill. de coniect. et interpr.
vlt. volunt. cap. 119. num. 1.* vbi ad hoc plura
congerit.
11 In puncto verò, quòd pretiosa donata per
Sponsum Sponsæ repeti valeant, matrimonio
non sequuto ex dispositis *à d. l. cùm veterum*
fassus fuit *Palat. Rub. in repet. rubr. de donat.
inter vir. & vxor. §. 3. num. 4. versic. Si autèm*
12 *donatio*; Vbi quòd talis donatio simplicitèr
contracta, nihil alio dicto, olim præsumeba-
tur facta ex mera liberalitate, nequè vllo casu
reuocabatur: At hodiè fieri præsumitur ob
causam futuri matrimonij *ex tradit. in d. l. cum
veterum Roder. Suarez. in l. 1. tit. de arrhis. n. 34.
Connan. comment. Iur. lib. 8. cap. 2. n. 7. Anton.*
13 *Gomez. l. 50. Tauri nu. 2.* Vbi habetur, quòd
etsi ex Iure antiquo, *ff. & Cod.* Imperio non
assumpto *per Constantinum*, in donationibus
factis inter Sponsos requireretur conditionis
expressio, vel causæ, videlicèt quòd fiebat
propter matrimonium futurum, aliàs reputa-
batur pura, & simplex donatio, statimquè va-
14 liditatem recipiebat; Tamèn *post hanc l. edi-
tam à Constantino* nulla requiritur expressio,
sed huiusmodi donatio simplicitèr facta ex
ipsa *legis* præsumptione, & ex præsumpta
voluntate partium habet in se tacitam condi-
tionem, scilicèt, si matrimonium sequatur
*Molin. de Iust. tract. 2. disput. 290. nu. 1. Rebel.
de oblig. Iustit. par. 2. lib. 6. quæst. 5. n. 2. propè
fin. Azor. Instit. moral. par. 3. lib. 11. cap. 12. in*
15 *princip.* Vbi quòd talis donatio non est sim-
16 plex, sed ob causam; Et sicuti sine matrimo-
nio dos non dicitur, ità nequè dicta donatio
absquè nuptijs *Sanchez. de Matrim. lib. 6. disp.
18. num. 3. & disp. 19. num. 8. & disp. 20. nu. 2.*
17 Vbi firmatur, quòd sponsalitia largitas con-
tinet tacitam conditionem, idest, si matrimo-
nium sequatur *Barbos. in repet. l. si ante num. 10.
in fin. ff. soluc. matr.* & in indiuiduo ità firmauit
Rot. coram Ludouis. dec. 474. in fin.

Firmata adamantis restitutione, congruum videtur aliquid etiàm in facto præmittere, antequam deueniamus ad rationes, & fundamenta, quæ nos mouerunt ad pronunciandum, restituenda paritèr esse dd. SSpp. Fratribus tabulam à Raphaeli Vrbinatensi depictam, & indumenta ex pellibus pretiosis, ac tres equos Ven. Mariæ, & Nicolao respectiuè legata, & donata.

Semper tenuit Sp. Vitaleonus, donationem scutorum bis millium sibi factam à Ven. Maria fuisse puram, & liberam, & non intuitu, & contemplatione matrimonij, nulloquè pacto ipsum debere, & obligatum esse etiàm post obitum Ven. Cæciliæ eius Sponsæ ad illarum restitutionem, quæ credulitas præter quàm quòd elicitur ex eius epistola, de qua suprà scripta Ven. Symphorosæ eius Matri die 14. Martij 1648. Ibi: *Sono à dar risposta alla sua delli 12. decorso, auisandola, che la Signora Maria sì francamente, e generosamente accrebbe alli 1500. scuti altri 500. non sapendone cosa alcuna il marito, mi hanno certamente obligato queste affettuose dimostrationi. Mà sendo, che dice farne donatione, esclusone altro obligo, non permetterò esser dominato dalla cortesia*; Ex alia verò scripta R. Iacobo Berto die 7. Aprilis 1649. registrata similitèr in processu, & recognita. Ibi: *D'intorno al riceuuto regalo espressamente fù detto, che segaisse senza verun obligatione.* De eadem deponit R. P. Antonius Borresius ad interrogatorium 92. Ibi: *Tutto che però io gli dicessi, che la Signora Maria haueua meco parlato, e che non deliberaua di perderli, ogni volta, che succedesse la morte di detto Sig. Vitaleone, mi diè risposta, che non haueua dubio, che fosse pura donatione, e che per tanto non era di sua volontà restar inferiore, mà riconoscerla col legato fatto al Sig. Giuseppe del quadro, con li duoi caualli mandatili per prima, con li vestimenti &c. Lasciatili, e diamante, che già era in sua mano, & in fine con il cauallo al Sig. Nicolò: quali cose tutte il Sig. Vitaleone giudicò, che superassero il donatiuo delli duoi mila scudi, e di questo mi commisse, che ne facessi piena fede ad essa Signora Maria, & à cui fosse stato di necessità, mentre però concessi secreto il donatiuo fattoli dalla Sig. Maria, acciò non diuenisse à notitia al Sig. Giuseppe*, & ad interrog. 94. Ibi: *Mentre il Sig. Vitaleone giudicò esser stata donatione gratuita, non vi faceua bisogno altra consulta*, & ad interrogatorium 99. in quo inquit de ipsa donatione, ait: *Questo mai si giudicò donato dal Sig. Vitaleone*, & R. Iacobus Bertus ad interrog. 65. Ibi: *Se si tratta delli duoi mila scudi, che la Sig. Sinforosa mi disse, che la detta Signora Maria oltre la dote della Sig. Cecilia haueua donati al Sig. Vitaleone, esso Sig. Vitaleone teneua, che fosse donatione libera, e reale, e senza hauerle più à restituire, e non fosse à contemplatione del matrimonio, ma à titolo di libera donatione*, & ad interrog. 96. Ibi: *Fù*

instrutto,

instrutto, perche esso li accettò per real dono, à titolo di donatiuo libero, come hò deposto di sopra; Quam credulitatem eò firmiùs amplexus fuit Sp. Vitaleonus, & habebat iustam causam ità credendi; Cùm Ven. Symphorosa eius mater, & quæ sola poterat esse conscia qualitatis d. donationis, pluriès eidem tàm in scriptis, quàm in voce confirmata fuerit, dictam donationem fuisse liberam, & simplicem, vt testatur ipse R. P. Borresius ad interrog. 111. Ibi: *Dico di sì, e che la Signora Maria mi disse, che la Signora Sinforosa haueua scritto, e detto in voce al Signor Vitaleone presente ancora Io, che era libera donatione*; & tandèm de hac firma credulitate Sp. Vitaleoni concludentèr deponunt tàm d. R.P. Borresius, quàm d. ℞. Iacobus Bertus super 9. cap. præsentato prò parte dd. SSpp. Fratrum de Ditaintis.

At quoniàm Sp. Vitaleonus munificentia vinci nolebat à Ven. Maria, & satagebat compensare huiusmodi donationem, ne dum relinquendo apud Ven. Mariam adamantem pretiosum Ven. Cæciliæ transmissum vna cum donatione duorum equorum ipsi Ven. Mariæ facta, vltrà prædicta, alia legata in testamento suo facere voluit SSpp. Iosepho, Mariæ, & Nicolao, quibus firmiter censuit non solùm compensare, & exæquare valorem scutorum bis millium, sed etiam longè vltrà superare, quæ voluntas clarè indicata fuit per Sp. Vitaleonum in præfata epistola scripta Ven. Symphorosæ sub die 14. Martij 1648. Ibi: *Perche dunque senza altro obligo proferisce donarli; Non permetterò esser superato dalla cortesia, sendo che non solamente questi, mà ancora vn donatiuo vantaggioso, ogni volta, che Iddio mi togliesse da questo Mondo, delibero farle: Il tutto può V. S. dire alla Signora Maria per mia parte, douendolo essequire, subito che personalmente sij Io costì; Con ciò renderò sodisfatta la sua cortesia, e me li si farà maggiormente obligata*, ac in altera missa ℞. Berto sub die 7. Aprilis 1649. Ibi: *D'intorno al regalo riceuuto fù espressamente mentionato, che mancasse d'ogni obligatione, io ancora desidero passi in questa foggia quello del diamante, e mi persuado, che la generosità della Signora Maria ogni altro tenerà lontano dalla memoria*, & hoc compensandi, ac remunerandi animo prædictam donationem, Sp. Vitaleonus præfata legata fecit, vt de hac eius præcisa voluntate, quòd scilicèt ipsa legata fecerit solo intuitu compensandi d. donationem, & non gratuitè deponit R. P. Borresius ad interrog. 88. Ibi: *Vi dico, che non è vero, ma bensì in ricompensa delli duoi mila scudi*, & ad interrogat. 89. Ibi: *Onde per tanto ricusaua essere inferiore, ma farla grata col legato disposto à fauore del Sig. Giuseppe del quadro con li duoi caualli mandatili prima, con li vestimenti di pelle Zibelline lasciateli, e diamante restato in suo potere, & in fine con il cauallo al Sig. Nicolò; Il tutto stimato dal Sig. Vitaleone, che oltre l'vgnagliamento delli scudi duoi milla, superasse detta somma, e di tutto ciò mi commandò, che ne facessi vna pieno fede à detta Signora Maria, ò à cui fosse stato necessario, mentre che tenessi secreto il donatiuo fattoli dalla Sig. Maria, acciò non si notificasse al Sig. Giuseppe*, & ℞. Bertus ad interrog. 77. Ibi: *A me non è ascoso, che morta la Signora Cecilia, il Sig. Vitaleone rilasciò il diamante sudetto alla Signora Maria, & in oltre li mandò duoi caualli bellissimi, bellissimi vestimenti di Zibellino, vn'altro cauallo, che donò al Sig. Nicolò, & vn bellissimo quadro di Rafaelle d'Vrbino, che per testamento legò al Sig. Giuseppe*, & ad interrog. 63. deponit de causa finali dd. munera faciendi, Ibi: *Esso gl'hà fatti à contemplatione morta la Signora Cecilia per compensare il donatiuo della Sign. Maria delli duoi mila scudi*, & ad interrog. 100. *In quanto à questo Io non ne posso dir' altro, che il Sig. Vitaleone hà fatto questi regali à contemplatione di quello hò detto di sopra*. Et quòd si Sp. Vitaleonus careret animo præfatis muneribus, ac legatis recompensandi donationem scutorum bis millium, vtiquè prædicta legata non fecisset, concludenter deponunt super cap. 18. & d. R. P. Borresius, & d. R. Bertus.

Hac facti specie inspecta clarè liquet, quòd causa finalis, qua Sp. Vitaleonus motus fuit ad disponenda dicta legata in eius testamento fauore SSpp. Iosephi, Mariæ, & Nicolai de Bertuccijs, fuit animus compensandi donationem scutorum bis millium, sibi à Ven. Maria factā, & quam puram, liberamque censebat, & quòd si non adfuisset occasio dictam donationem compensandi, non legasset prout suprà: Cùm
18 causa finalis alicuius dispositionis illa iudicetur, sinè qua quis ità facturus non erat, vel saltim non fecisset eo modo, deficiente d. causa *l. 2. §. fin. ff. de donat. Bald. cons. 340. volum. 3. Crauett. cons. 142. num. 9. Rol. cons. 44. nu. 15. vol. 4. Dec. cons. 20. num. 10. Honded. cons. 29.*
19 *num. 12. lib. 1.* Vbi quòd illa censetur causa, & ratio finalis, quæ si cessaret, aut nullo modo, aut saltim non ità quis disposuisset, *Mart. in tract. de success. leg. par. 4. quæst. 15. art. 2. nu. 18. Duran. de condit. & mod. impossib. part. 3. cap. 2. num. 11. Venturin. cons. 28. numer. 58.*
20 qui *num. 59.* inquit, hoc habere locum, licèt causa iudicaretur impulsiua, ex eo namquè quòd non esset absquè tali causa, & vt dicunt alitèr, seù aliàs relicturus, causa impulsiua efficitur finalis, & ratio impulsiua habetur pro finali, *Honded. d. consil. 29. numer. 73. lib. pr.*

Giurb.

Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 3. Glos. 4. par. 1. num. 6. in versic. Imò si impulsiua. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. Glos. 1. num. 52.

21 Quòd verò hæc fuerit causa finalis dd. legatorum, hæsitandum minimè censuimus, ex quo cum id proueniat à voluntate Testatoris, idcircò statur circa hoc eius dicto, & assertioni, *Glos. in §. alia Instit. tit. de actionib. Menoch. de arbitr. cas. 186. num. 5.* quos, & alios *post Bart. in l. fin. num. 14. ff. si quis aliquem test. prob.* refert, & sequitur *Rot. in Roman. Success. 21. Iunij 1642. §. quoniam obiectum coram Carillo*, quæ est *decis. 102. par. 9. tom. 1. recent.* pleneque eam firmant R. P. Burresius, & R. Bertus, qui vnanimitèr deponunt, quòd Sp. Vitaleonus non reliquisset dd. legata, nisi compensandi gratia
22 ipsam donationem; Et hoc Testator anteà fassus fuisset, & tempore conditi testamenti, quod est sufficiens, vt declaretur eius voluntas, *Ruin. cons. 92. num. 5. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 32. num. 12. lib. 4. Surd. cons. 412. numer. 66. Rot. coram Buratt. dec. 168. num. 17. 18. & in Roman. Pecuniar. 19. Februarij 1644. §. quòd*
23 *Catharina coram Pentingero*; Cum enim non simus in casu, in quò non agitur de inducendo nouam dispositionem, sed tantùm de declarando iam factam, scilicèt ob quam causam motus fuerit Testator ad eam faciendam, nullus veretur, quin ad hoc duo testes sufficiant, *iuxt. notat. per Glos. in l. hæredes palàm §. si quid post factum*, vbi *Bart.* & alij communiter *ff. de testam. Surd. cons. 356. num. 9. Bellon. Iun. cons. 6. num. 9. & cons. 7. num. 1.* & firmauit *Rot. in d. Rom. Success. 21. Iunij 1642. §. cùm non obiectum in fin. coram Carillo*.

Mente, & intentione Sp. Vitaleoni probata, & causa, ex qua motus fuit ad legandum, constito quoquè ex facti specie superius enarrata, quòd ipse errauit credendo, quòd donatio sibi facta à Ven. Maria fuisset pura, & simplex, nec non quòd prædicta legata fecit intuitu, & contemplatione compensandi d. donationem, & quòd aliàs relicturus, seu legaturus non erat, necessariò deducitur Iuris con-
24 clusio; Quòd vbi Testator motus fuit ex aliqua falsa causa ad aliquid faciendum, seu disponendum, ipsa dispositio reputatur nulla, & inualida, & habetur pro non facta, vt ex tex. *l. 1. Cod. de fals. caus. adiect. legat.* per quem
25 *Bart. in l. fin. Cod. eod.* tradit causam finalem dispositionis testamentariæ, si falsa, & erronea sit, infringere ipsammet dispositionem, quod dictum amplectitur *Bald. ibid. in princ. et Ang. num. 1. & 2. Surd. cons. 373. num. 19. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 14. numer. 14. & sequent.*
26 Et quòd per causam falsam finalem vitietur institutio, legatum, & quæcunquè alia vltima voluntas, tradunt *Menoch. cons. 91. à num. 41. vsque ad 51. & 364. num. 10. & præsumpt. 24. numer. 12. lib. 4. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 11. art. 3. nu. 1. & seq. Venturin. cons. 28. nu. 64. Mart. cons. 22. n. 12. Casanat. cons. 35. n. 4.*
27 Vbi quòd causa finali finita, cessat dispositio *Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 12. numer. 3.* latè *Castill. de coniect. et interpr. vlt. vol. q. 172. n. 27.*
28 Et hoc ad causæ impulsiuæ differentiam, cùm licèt ipsa sit falsa, non vitiat dispositionem, *l. 2. §. fin. iuncta l. seq. ff. de donat. l. cùm tale, §. falsam, l. falsa §. quod autem ff. de cōdit. & demonstrat. Galganett. eod. tit. par. 2. cap. 4. qu. 1. n. 9. Duran. de cōdit. & mod. impossib. par. 3. cap. 2. n. 6.*
29 *7. 12. & 13. Barry de successione testan. & intest. lib. 17. tit. pr. n. 3.* Et ratio illa est, quia causa impulsiua non est propriè causa, sed motiuum quoddam ad disponendum, vt *Bald.* inquit *cons. 430. lib. 3. Gutierr. canon. quæst. lib. 2. cap. 15. nu. 7. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 12. num. 21. & 23. Rustic. ad l. cùm auus in*
30 *proem. cap. 3. n. 80.* Idcircò si causa impulsiua deficiat, actus, vel contractus sustinetur; non autèm sic, quandò deficit causa finalis, vel quandò ex falsa causa finali quis mouetur ad aliquid faciendum, quia tunc contractus, legatum, institutio, & qualibet alia vltima voluntas annullatur *ad latè tradita per Galganett. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 4. quæst. 9. n. 2. Castill. de coniect. & interp. vlt. volunt. qu. 172. num. 32.* cum alijs ibi relatis *Surd. decis. 337.*
31 *num. 8.* Imò paritèr contractus nominati, qui regulariter non cadunt sub resolutione ex defectu implementi non sequuti, sed agitur ad implementum, vel interesse *ad tex. in l. sicut Cod. de action. & oblig.* cum concordantibus,
32 de quibus *per Becc. cons. 41. n. 1.* Nihilominùs resoluuntur ex defectu causæ finalis *l. cùm te fundum*, vbi *Glos. Bald. Castrens.* & alij *Cod. de pact. inter Empt. & Vendit.* cum alijs per *Becc. d. cons. 45. num. 29. Venturin. d. cons. 28. n. 65.*
33 Et in terminis quòd legatum factum ex falsa causa corruat, facit *tex. in l. 1. Cod. de fals. caus. adi. legat. vel fideicom.* & tradit *Venturin. d. cons. 28. numer. 67.* & latè comprobat, & exornat *Tiraquell. in tract. cessan. caus. part. pr. ex n. 136.*
34 Nequè obstare censuimus, si diceretur, quòd falsa causa etiam expressa tunc demùm vitiat dispositionem, quandò dispositioni inhæret, videlicèt, quia esset obligatoria, si esset vera, quo casu dicitur cohærere legato, secùs si allegetur causa nō cohærens legato, vt distinguendo sentit *Ancharan. cons. 163. num. 8.* nec non *Bart. in l. demonstratio falsa §. quod autem n. 13. ff. de condit. & demonstr.* Itaquè cum causa, ex qua motus fuit Sp. Vitaleonus ad legandum, non cohæreat legatis, quia donatio scutorum

bis

bis millium non obligabat eum ad restitutio-
nem illorum, prout ipse existimabat, etiamsi
sit falsa, non debet legata prædicta irritare:
35 Etenim sumitur responsio eiusdemmet *Bart. ibid.*
quòd quandò falsa causa cohæret legato, tunc
vitiat legatum, tantùmquè sufficit, eam esse
36 falsam; At quandò est causa talis, quæ etiamsi
esset vera, non posset dici obligatoria, & con-
37 sequentèr legato minimè cohærens; et tunc
aut causa, quæ falsa dicitur, est finalis, eo quià
Testator motus sit, aliàs non ità dispositurus,
& hoc casu similiter dispositionem vitiat, sed
probare oportet, eam fuisse finalem, idest Te-
statorem aliàs nō fuisse relicturum; seu dispo-
siturum; Aut existit solummodò causa impul-
siua, vt quoniam etsi Testator sciuisset, eam
esse falsam, attamen eodem modo disposuis-
set, & tunc non vitiat, quam *Bart.* distinctio-
nem sequitur *Ruin. cons.* 73. *numer.* 14. *lib.* 2.
Redenasc. cons. 7. *à nu.* 1. *vsque ad* 22. *Venturin.*
cons. 28. *nu.* 58. 59. *& Menoch. cons.* 723. *n.* 16.
Gomez. variar. lib. 1. *cap.* 12. *de leg. num.* 76.
38 Vbi notabilitèr dicit, quòd etiam quandò
causa non est obligatoria, si per hæredes pro-
betur, quòd Testator aliàs non erat relicturus,
nisi causa esset vera, legatum vitiatur ope ex-
ceptionis, prò quo adducit *tex. in l. cum tale*
§. falsam in princip. ff. de condit. & demonstrat.
39 Afferens, quòd id probari potest verè, vel
præsumptiuè, quandò causa respiceret consan-
guinitatem, vel affinitatem, adhæret *Rot. coràm*
Seraph. dec. 940. *num.* 5. ad quæ egregiè con-
ferunt tradita *per Paul. de Castr. in l. damus au-*
40 *tèm nu.* 3. *de condit. indebit.* Vbi quòd causa,
ex qua motus fuit Testator ad legandum, etsi
non sit obligatoria, ex quo tamen probatur
vera, cùm esset falsa; conceditur repetitio le-
gatorum *arg. l. cum tale §. falsam de condit. &*
& demonstr. cum hac tamèn distinctione, quòd
quandò causa non est obligatoria, in dubio
non præsumitur fuisse finalis, sed hoc probari
debet ad differentiam causæ obligatoriæ, quæ
de sui natura præsumitur finalis, & quòd Te-
stator aliàs non fuisset relicturus.
41 Ideoquè nequè etiàm verum est, quòd tunc
solùm causa finalis si falsa sit, vitiat dispositio-
nem quādò respicit sanguinis coniunctionem,
vt est *tex. in l. posthumus §. si quis ità, ff. de liber.*
& posthum. & motiuando dixit *Surd. cons.* 373.
n. 19. *vers. et quamuis DD. Azaued. cons.* 16. *n.* 14.
42 Quià, vt respondet *ipsemet Surd. ibi vers. Ta-*
men idem, licèt causa, qua motus fuit Testator
ad disponendum, non respiciat sanguinis con-
iunctionem, tamèn si finalis sit, idem prorsus
de ea est dicendum, quod dicunt *DD.* de respi-
43 ciente affinitatem, vel consanguinitatem; Et
tantùm inter eas hæc consideratur differentia,
quòd respiciens sanguinis coniunctionem, de
per se sola præsumitur causa finalis, & absquè
alia probatione vitiat dispositionem, si falsa
est *ad tex. in l. si pater tuus Cod. de hæred. instit.*
Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 17.
44 Aliæ verò causæ non præsumuntur finales,
Castill. de coniect. & interpr. vltim. volunt. cap.
171. *numer.* 2. vbi pluribus hoc comprobat;
Ideòq. probare oportet, eas esse tales.
45 Et quatenùs diceretur, quòd præfata locum
habere possent, si versaremur in casu, in quo
nulla fuisset expressa causa legandi, siuè legati
verba essent dubia, quo casu admitteretur
probatio vel coniecturalis, vel plena mentis,
& intentionis Testatoris; Secùs autèm quando
verba legati, & causa illius sunt clara, & causa
in legato expressa est vera, vt benè cum distin-
ctione *Rot.* loquuta fuit *in Romana Scriptoria* 5.
Iunij 1609. *corā bo. me. Lugdunen. impress. post*
Pacific. de Saluian. interdict. dec. 150. *num.* 17.
& apud Gratian. discept. 225. *sub num.* 20. *& co-*
46 *ràm Buratt. decis.* 616. *num.* 10. Causa enim
expressa per Testatorem, facit cessare tacitam,
& præsumptam, *l. cum ex filio*, vbi *Glos. ff. de*
vulg. & pupill. Franc. Ant. Cost. cons. 23. *n.* 64.
Rot. apud Duran. decis. 74. *numer.* 56. *&* 57.
47 Vbi quòd dispositio habens causam expressā,
ad aliam trahi non debet cum alijs citatis *in*
Roman. success. 9. *Maij* 1644. *coràm bon. mem.*
Bichio, quæ est *decis.* 280. *part.* 1. *tom.* 1. *re-*
cent.

Respondetur, quòd obiectum benè proce-
deret, si SSpp. Fratres de Ditaiutis niterentur
probare causam à Sp. Vitaleone expressam in
legatis fuisse falsam, & erroneam, & hoc ex
solis præsumptionibus, & coniecturis, hoc
namquè casu verum esset dicere, quòd causa
expressa facit cessare tacitam, & præsumptam;
At quoniam in casu nostro de falsitate causæ
non constat ex solis præsumptionibus, sed ex
liquida probatione oriente ex depositionibus
R. P. Borresij, & R. Berti testium omni exce-
ptione maiorum, qui vnanimitèr deponunt,
Sp. Vitaleonum motum fuisse ad legandum ex
sola, & finali causa compensandi donationem
scutorum bis millium, & quòd sinè hoc non
48 fuisset legaturus nulli dubium, quin hæc pro-
batio, quæ tendit ad declarandam voluntatem
Testatoris, ex qua causa scilicèt motus fuerit
ad legandum, duobus testibus iustificata rema-
net, vt suprà fuit ostensum *in §. Et quod hoc*
49 *fuerit*; Et quòd quandò non agitur de annul-
landa dispositione Testatoris, vel de proban-
do rem alitèr se habere, quàm in testamento
fuerit scriptum, quò casu dicitur noua dispos-
itio *Castrens. in l. hæredes palàm §. si quid post n.* 4.
circà fin. ff. de testam. Socc. cons. 76. *nu.* 5. *vol.* 5.

Crauett-

Cranett. conf. 830. *num.* 9. *lib.* 5. *Purpurat. inter conf. Alb. conf.* 761. *num.* 97. *Dec. conf.* 186. *nu.*
50 25. *lib.* 2. *Surd. conf.* 426. *num.* 47. Et requiruntur eædem solemnitates, quæ in actu condendo fuerunt necessariæ, *Glos. in l. cùm proponebatur in verb. coniectura de legat.* 2. *Honded. cons.* 51. *num.* 76. *lib.* 2. *Surd. cons.* 380. *num.* 51. *Rot. in Roman. Dotis* 27. *Maij* 1641. *coràm Cer-*
51 *ro impress. post Salgad. decis.* 34. Sed solùm de probando accidentia, & circumstantias legatorum, scilicèt ex qua causa motus fuerit ad legandum, quòd hoc possit fieri etiàm per depositionem testium singularium, cùm hoc pendeat à voluntate Testatoris, quæ testibus etiàm singularibus probari potest, ùt benè distinguendo inter primum, & secundum casum, firmat *Sim. de Prat. de interpr. vltim. vol. lib.* 1. *sol.* 5. *n.* 34. & 40. *fol. mihi* 27. *Mascard.* qui plures
52 congerit *de probat. conclus.* 1358. *n.* 51. Et in punctualibus terminis dispositionis factę in vltima voluntate, quæ dependet ex voluntate vnius tantùm, quòd sufficiat qualitercunquè probare, quòd Testator non fuisset aliàs legaturus ob aliquam causam de præterito falsam non obligatoriam, licèt illam non expresserit coràm legatario, magistralitèr docet *Paul. de Castr. in d. l. damus autèm num.* 3. *vers. aduertendum tamèn, ff. de condit. indebet.* In hoc namquè adest maxima differentia, quia si in præsentiarum ageretur de probando, vel Sp. Vitaleonum dicta legata non fecisse, vel sub illis plus, vel minus, quàm in illis legatur, contineri, vtiquè non negaremus, maximam adesse difficultatem circà modum hoc probandi, & àn duo testes etiàm idonei sufficerent.

Cùm verò versemur circà probationes accidentium, & circumstantiarum dispositionis, scilicèt causæ finalis legatorum, hæsitandùm non censuimus, quin hæc per duos testes contestes satis, & sufficientèr probentur secundùm suprà firmata; & præfata tantò magis habere locum in hoc casù censuimus, in quo Sp. Vitaleonus tacendo veram causam, ex qua mouebatur ad legandum, quę erat causa compensandi dictam donationem scutorum bis millium, aliam fictam super induxit, & hoc nè vllo vnquam tempore ad aures Sp. Iosephi deuenire posset d. donatio, quam Ve. Maria marito ignorante Sp. Vitaleono fecerat, taciturnitatem cuius tàm enixè Ve. Symphorosæ, & ea mediante Sp. Vitaleono cōmendauerat; Quapropter Sp. Vitaleonus apochā sibi præsentatā à R.P. Borresio, in qua cōtinebatur declaratio istius voluntatis, & ex qua causa mouebatur ad pręfata legata faciendum, recusauit subscribere eam, & hoc, ùt secretum Ven. Mariæ obseruaret, vt deponit ipse R. P. Borresius ad interrog. 73. Ibi. *Ricusò non volerla sottoscriuere per attendere il secreto alla Sig. Maria, e perche giudicaua, che fosse à sufficienza, che ne facesse fede*, & ad interrog. 81. Ibi. *Non volse esseguirlo, acciò stasse secreto il dono della Sig. Maria*, cui etsi vnico plena fides est præstanda, ùt inferiùs dicetur *in §. nec nos ab adhibenda*, quæ eadem voluntas, & intentio Sp. Vitaleoni de seruando silentio, & secreto sibi imposito appatet ex eius epistola scripta sub die 14. Martij 1648. Ibi. *A questo porrò il silentio, è ben vero, che il P. Priore me lo auuisa parimente, d'onde l'habbi saputo, à me è ignoto, nè dò risposta d'intorno à questa particolarità.*

53 Et in punctualibus terminis causæ veræ expressę à Testatore in secundo testamento, in quo reuocauerat institutionem filiæ dispositam in primo testamento, & instituerat nepotem, dicendo, se ideò filiam non instituere, quià condecentèr iam dotauerat ipsam, vineamq. ei donauerat, ac legata fecerat prò eius anima, & consensum præstiterat donationi per alterum factæ d. filiæ exhæredatæ; Quod nihilominùs præfata exhæredatio, & institutio nepotis vti facta ex falsa causa, scilicèt ex causa iniustæ carcerationis à filia quæsitæ contrà Testatorem, & ab eo opinatæ, esset nulla, ex eo quòd etsi Testator plures causas exhæredationis filiæ etiam instas adduxisset; Attamèn quià per testes concludentèr doctum fuerat, alias causas etiàm instas à Testatore expressas non fuisse finales, sed carcerationem tantùm à Testatore opinatam; Ideò institutionem de nepote in secundo testamento dispositam, & filiæ exhæredationem, vti nullam ex falsa causa, declarauit *Rot. in d. Roman. Success.* 21. *Iunij* 1642. *coràm Carillo.*

Si fortassè obiectum in medium afferretur, quòd in casù *illius decis.* etiam causa iniustæ carcerationis fuerat expressa à Testatore in codicillis insimul cum alijs causis veris exhæredationis filiæ; In nostro verò causam compensandi donationem scutorum bis millium nullibi in testamento expressam legi; Facilis patebit responsio, animadvertendo, quòd authoritas *Sacr. Rot. Roman.* per nos adducta fuit
54 principalitèr ad demonstrandū, Quòd etiàm per testes deponentes se ità dicere audiuisse à Testatore, probari valet, causam veram à Testatore expressam in aliqua sua dispositione, non esse finalem, sed aliam, vel ab eo vna cum alijs paritèr veris expressam, vel in animo re-
55 tentam; Cum hac tamèn distinctione, quòd quandò causa finalis expressa à Testatore est
56 falsa, testamentum est nullum ipso Iure; Quandò verò non est expressa, sed in corde retenta, tunc licèt testamentum sit validum, est tamen annul-

annullandum, seù reuocandum per viam ex-
ceptionis iuxtà notat. per Bart. in l. fin. num. 3.
ff. de hæredib. instit. vbi dicit, hanc distinctionem
esse menti tenendam, cui adhærent plures alij
relati per Surd. cons. 373. num. 41.
57 Oppositio tandèm si fieret, quòd Rot. die
9. Moij 1644. coràm bo. me. Bichio, quæ est dec.
280. por. 9. tom. 1. recent. recessit à firmatis,
in d. decis. Roman. Success. 21. Iunij 1642. co-
ràm Carillo. Respondetur, quòd non alijs ra-
tionibus, & causis fuit recessum, quàm quià
non constabat, Testatorem motum fuisse ex
causa, quæ dicebatur falsa, nisi ex dictis quo-
rundam testium nullitèr, & absquè partis ci-
tatione examinatorum, & qui tale quid non
probabant; Quinimò ex ijsdemmet decis. col-
ligitur, quòd si apparuisset, Testatorem mo-
tum fuisse ad testandum, & reuocandum pri-
mam institutionem ex causa, quæ falsa allega-
batur, secundum testamentum fuisset omninò
nullum; Et cùm rimari libuerit DD. & au-
thoritates à Rot. adductas in dict. Romana
Successionis sub die 9. Maij 1644. coràm Bichio.
58 Comperimus, eas loqui, quandò de falsita-
te, seù errore causæ finalis alitèr non consta-
bat, quàm per præsumptiones, & coniecturas;
& Rum. in citat. cons. 162. lib. 4. qui adducit
tex. in l. si instituto §. fin. ff. de inofficios. testam.
iuncto l. fin. de hæredib. instituen. se fundat in eo,
quòd in casu, in quo scripsit, non erat expres-
sè probatum de errore falsæ causæ, sed suppo-
nebatur tantùm de ea tacitè constare, idemq.
fatetur Menoch. in citat. præsumpt. 24. num. 16.
& Fontonell. dec. 49. num. 18. Rot. in Romana
Scriptoria 5. Iunij 1609. coràm bo. me. Lugdu-
nen. impress. post Pacific. de Salu. dec. 150. solum-
modò firmat, quòd in dubio præsumitur per-
seuerantia, & non mutatio voluntatis Testa-
59 toris; Imò ex ea colligitur, quòd quandò con-
stat de voluntate Testatoris per testes, illa est
attendenda, maximè si est posterior; & sic re-
ctè aduersatur ad prædictam dec. in Rom. Suc-
cess. 9. Maij, quæ loquitur in voluntate Testa-
toris præsumpta, cum in §. 2. testes inquit,
60 Quòd quandò dubitatur de mente Testatoris
recurri debet ad rationem ab ipso expressam,
61 & in §. nec obstat, firmat; Quòd vbi habe-
mus causam expressam, cessat tacita, & præ-
sumpta; Atqui non potest dici, quòd dubi-
tetur de mente Testatoris, vel quòd cessare de-
beat tacita, & præsumpta causa legandi in ca-
sù nostro, in quo de ea plenè, & concludentèr
fuit doctum per depositiones duorum testium
Sacerdotum, & quorum vnum, Sp. Ioseph, sci-
licèt R. P. Borresium, Religiosum Sanctæ vi-
tæ profitetur.
Nec nos ab adhibenda fide dictis testibus
remouere valuit renitentia Sp. Vitaleoni in
subscribendo apocham ipsi præsentatam à R.
P. Borresio, dum æger iacebat, in qua conti-
nebatur expressa declaratio ipsius Sp. Vitaleo-
ni, quòd dicta legata faciebat ex causa com-
pensandi dictam donationem scutorũ bis mil-
lium, & quòd aliter nõ fuisset legaturus; Quo-
niàm idemmet R. P. Borresius optimam red-
dit rationem, quarè Sp. Vitaleonus dictã apo-
cham subscribere recusauerit ad interrog. 69.
Ibi: Disse non volerla sottoscriuere per mantene-
re il secreto alla Sig. Moria, e perche giudicaua,
che fosse à sofficienza, che io ne facessi vna fede;
62 Cui etsi vti vnico regularitèr non credatur,
cap. veniens, & cap. in omni negotio extr. de testib.
63 & l. Ius Iurandi Cod. eod. Nihilominùs huic,
cùm deponat de facto proprio, nequè agatur
de eius commodo, plena fides est adhiben-
da, ùt communitèr tenent DD. allegati per
Ias. in l. 1. §. fin. num. 9. ff. quod si ex nou. caus.
agat. Salyc. in l. si quis decurio num. 4. vers. &
per hunc tex. Cod. de fals. Rot. coràm Card. Man-
tic. decis. 325. nu. 4. & coràm Coccino dec. 462.
num. 1. & coram Card. Seraph. dec. 889. nu. 3.
& coràm Lud. decis. 521. num. 2. & fuit dictum
in Rom. Societatis Lignorum 31. Ionuarij 1648.
§. quid obiectum coràm Melcio, & in Romana
Pratensa Restitutionis Dotis 15. Ianuarij 1649.
§. nèc refert coràm bo. me. Peutingero, & in Ca-
thacen. Hæreditatis 29. Nouembris 1649. §. pon-
derando præsertim coràm Cerro, & in Romana,
seù Veliterno Affictus 24. Nouembris 1653. §. fru-
64 mentum verò coràm bo. me. Bichio. Et in pun-
cto, quòd quandò agitur de declaranda volun-
tate Testatoris, prout hic agitur, cur hanc apo-
cham subscribere recusauerit, iterur dicto vni-
us testis, dixit Gabr. cons. 51. nu. 8. lib. 2. quem
sequuta fuit Rot. in Bonon. fideicom. 16. Mar-
tij 1640. coràm bo. me. Bichio, & in d. Rom. Suc-
cessionis 21. Iunij 1642. §. quoniam obiectum in
65 fin. coràm Carillo; Vel saltim cùm plusquam
semiplenè probet, concurrentibus tot admini-
culis superiùs ponderatis, plenam facit proba-
tionem Io. Andr. in cap. fin. num. 4. ad fin. d.
Success. ob intest. Rot. dec. 391. num. 10. par. 1.
recent. & coràm Coccino dec. 415. num. 1. & fir-
matur in Marsicen. Iurisd. 29. Ianuary 1644.
coràm bo. me. Bichio, quæ est decis. 246. num.
3. par. 9. tom. 1. rec. & in d. Romano, seù Veli-
terna Affictus 1653. d. §. frumentum verò coràm
eod. & prò maximo adminiculo depositionis
d. R. P. Borresij facit depositio Sp. Paoli Dol-
phi ad interrog. 77. Ibi. Dopo hauer scritte esse
minuta il R. P. Borrese passò olla Camero, doue
giaceua omalato il detto Sig. Vitaleone, acciò la
firmasse, e poi vscì fuori nella Camera contigua,
doue era la Signora Sinforosa con dirli, che esso
Sig.

Sig. Vitaleone suo figlio haueua ricusato sottoscriuerla per non disgustare la Sig. Maria, quale odiaua, che il dono delli duoi mila scudi fosse publicato, e rispondendo la Sig. Sinforosa, che haurebbe assai goduto, che hauesse fatto seguire tal dichiaratione; Il d. R. P. si replica con dirli, che il Sig. Vitaleone gli haueua detto, che esso R. P. sempre haurebbe potuto far testimonianza di quanto sopra, e del contenuto nella minuta, ex cuius dicto benè corroboratur depositio d. R. P. Bortesij.

Ex quibus ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Reus an, & quando puniri possit duplici pœna, nempè prò vulnere, & delatione armorum, quibus vulnus factum fuit tàm de Iure Communi, quàm ex Statuto Lucæ *cap.* 167. *lib.* 1. Statutum prohibens delationem armorum, àn comprehendat deferentem illa ex causa necessaria, & quid in delatione momentanea. Alternatiua ex lege surgens circà pœnas, àn, & quandò Iudici tribuat facultatem eligendi.

SVMMARIVM.

Reus est inquirendus pro vno tantùm delicto, quotiès plura delicta ad vnum finem tendentia ab aliquo commissa prætenduntur vno, & eodem tempore. num. 1.

Reus inquisitus prò vulnere non potest puniri prò delicto delationis armorum, tanquàm præambulo ad illud illicò confuso remanente. num. 2.

Delictorum plurium confusio inducitur, si sint commissa vno, eodemquè tempore. num. 3.

Delictorum confusio est facienda tempore facti insultus, vel illati vulneris ad hoc, ùt ampliùs deinceps delictorum distinctio haberi non possit, num. 4.

Mutanda non sunt, quæ certam regulam, & interpretationem habuerunt. num. 5.

Cognitio iterùm non fit illius, quod semel fuit decisum. num. 6.

Iudex non potest cognoscere supèr delicto idm per confusionem extincto. num. 7.

Iudici electionem præbet alternatiua ex lege surgens. numer. 8.

Reus punitus prò vno delicto, non potest ampliùs prò eodem inquiri, seù in Iudicium trahi. num. 9.

Armis prouocatus habet iustam causam prouocantem armis repellere. num. 10.

Armorum delatio non est prohibita existente necessaria causa. num. 11. *Ampliatur. num.* 12.

Statuta pœnalia solùm sibi vendicant locum in casù dolosæ armorum delationis. num. 13.

Insultans impunè occidi potest ab Insultato. nu. 14.

Rigor Iuris data necessitate suspenditur. num. 15.

Defensio proprij corporis, & honoris nullam habet maiorem necessitatem. num. 16.

Delatio armorum momentanea, non comprahenditur sub pœnali dispositione Statuti. num. 17.

Decisio XXI.

Dominicus de Guerruccis fuit ab Excellentiss. D. Prætore inquisitus, & processatus prò vulnere illato in personam Alexandri de Grossis, & cùm in apertissimo absolutionis statu eũ arbitrasset reperiri; Nouum contrà illum prò delatione ensis Criminale instituit Iudicium, ac deniquè præuia absolutione principalis delicti, eundem Dominicum prò dicta ensis portatione ad dictum vulnus inferendum condemnauit in lib. 100.

Ab huiusmodi sententia præfatus Dominicus appellauit ad Rotam; Vndè fuit dubitatum, àn illa esset confirmanda, vel reuocanda, & sine scrupulo reuocandam esse DD. dixerunt trifario ex capite.

1 Primò quià regulare est, quòd quotiès plura delicta ad vnum finem tendentia ab aliquo commissa prætendantur vno, & eodem tempore: Tunc non prò pluribus, sed prò vno tantùm delicto est inquirendus Reus. *l. si ex plagis §. Cum pila ff. ad leg. Aquil. Glos. in l. qui de crimine vers. plurium Cod. de accusation. Farinacc. de delict. & pœn. qu.* 22. *num.* 16. & 29. & *in tit. de furt. quæst.* 167. *num.* 74. & extat clara dispositio *Stat. sub cap.* 167. *lib. pr.*

2 Itaquè cùm dictus Dominicus fuerit primo loco inquisitus, & processatus prò vulnere, delictum hoc ideò delationis armorum, seù ensis, tanquàm præambulum ad illud, illicò confusum remansit. *Marsil. in l. si in rixa nu.* 15. *ff. ad l. Cornel. de Sycar. Pappon. arrest.* 45.

3 *num.* 13. Cùm tàm de Iure, quàm ex censura allegati Statuti confusio inducatur, præsertìm attenta dictione illa apposita in dicto Statuto, *Tunc delicta præambula confusa intelligantur. Glos. & Angelus in l. gallus in princip. ff. de lib.*

4 *& posthum. Barz. dec.* 90. *n.* 22. Quamobrèm importat, confusionem delictorum esse faciendam tempore facti insultus, vel illati vulneris;

Qua data confusione, sequitur, quòd nulla
ampliùs deinceps delictorum distinctio habe-
ri possit. *Glos. & DD. in l. idem Pomponius §.*
sed si plumbum ff. de rei vindicat. facien. Bertaz-
zol. cons. Crimin. 205. num. 9. Ac proindè non
curatur quicquid post sequutam confusionem
accidat, & ità præfata sanctio statutaria fuit
interpretata *per nostram Rotam in causa Petri*
Ninci cum fisco de anno 1600. & in alia causa de
5 *anno 1616. manù S. Horatij Pagnini*; Et sic in-
trat regula, quòd mutanda non sunt, quæ cer-
tam regulam, & interpretationem habuerunt,
6 *l. minimè ff. de legib.* Nec potest iterùm cogno-
sci, quod semel fuit decisum, *l. qui Romæ §.*
duo fratres ff. de verb. obligat. Rot. nostra apud
7 *Zucc. decis. 23. n. 28.* Et per consequens haùd
Iure valuit D. Iudex à quò ad illud caput præ-
tensi delicti iàm per confusionem extincti in-
sufflare spiritum, *l. qui res §. aream, ff. de solu-*
tion. l. eius, qui §. fin. ff. de Iur. fisc.

Neqnè resistere Nobis visum fuit, quòd sub
eodem *Statuto*, dispositum legitur in terminis
huius confusionis delicti præambuli, ùt nem-
pè id intelligatur si, & quatenùs delictum præ-
ambulum grandius non sit ipso principali de-
licto; Nàm fuit responsum non transire sine
difficultate, sin *Statutum* illud compræhendat
casum, de quo agitur; Cùm *in volumine Sta-*
tutorum, ac sub eodem libro, nempè in cap. 149.
indiuidualitèr sancitæ legantur pœnæ cuiussuis
generis vulnerum, nulla habita contemplatio-
ne ad pœnas comminatas delatoribus armo-
rum.

8 Secundò respondetur, alternatiuam qui-
dèm ex lege surgentem Iudici electionem pre-
bere *Glos. fin. in cap. crapula de vit. & honestat.*
Cleric. Iacob. de S. Georg. in l. si fugitiui num. 3.
Cod. de Seru. fugitiu. Veruntamèn electionem
semèl factam non posse ampliùs ab ipso va-
9 riari; Quià prò delicto, quòd est vnum nu-
mero, non potest ampliùs inquiri, siuè Reum
in Iudicium trahi, ùt ex pluribus authoritati-
bus probat *Nig. de except. cap. 14. §. 4. numer.*
44. & 45.

Secundò principalitèr dictum fuit, senten-
tiam prædictam non posse subsistere ex eo,
quià proptèr sententiam absolutoriam latam
Dominico prædicto respectù vulneris, canoni-
zata efficitur prouocatio passa ab Alexandro
10 Aduersario illius; Et consequentèr etiàm iu-
stam habuit causam, arma armis prouocan-
tem repellere *Ricc. decis. Archiep. Neap. 47.*
num. 7. cum seq. & decis. 48. per tot. par. 1.
11. Data autèm quippè, ùt hìc, necessaria
causa, armorum delatio non est prohibita,
l. penult. ff. ad l. Iul. de vi public. Ibi. *Qui telum*
tuendæ salutis suæ causa gerunt, non videntur ho-
minis occidendi causa portare. Ricc. d. dec. 48.
12 *num. 6. vers. Ergò est concessa*, vbi *sub num. 7.*
ampliat non obstante quouis Statuto alitèr
13 disponente; Cùm Statuta pœnalia solùm sibi
vendicent locum in casù dolosæ armorum
portationis *Farinac. cons. 60. num. 49. lib. 1.*
Gratian. discept. forens. 406. nu. 10. Non autèm
quandò ad proprij corporis, seù honoris tute-
14 lam arma deferuntur; Cùm etiàm impunè li-
ceat insultantem occidere, quod est quid plus,
ùt considerauit *Ricc. d. decis. 48. num. 3. & 4.*
Thor. vot. decis. 90. num. 23. cum seq.

Tertiò deniquè vis huiusmodi sententiæ
D. Iudicis à quò diluitur ex depositionibus te-
stium ad defensam concordantium, quòd Do-
minicus supradictus iniurijs diffamatorijs pro-
uocatus ab Alexandro, ensem præ manibus
habens euaginatum, è domo exiuit cum æqua-
li armorum genere ad propulsandas iniurias,
& se defendendum, repressamquè, ac habuit
illius audaciam, confestìm domum rediuit;
ex hac namquè testium depositione duæ sur-
gunt conclusiones, omnem tollentes amaritu-
15 dinem; Altera scilicèt se habens, quòd Iuris
rigor, data necessitate, suspenditur, *l. casus ma-*
ioris Cod. de testament. Ricc. decis. præcit. 47.
16 *num. 7. & 8.* Nulla autèm maior in hoc ne-
cessitas dari potest, quàm proprij corporis, &
honoris defensio. *Ricc. vbi proximè supra nu. 9.*
17 Altera verò, quæ se habet, vt momentanea
armorum delatio non compræhendatur sub
pœnali dispositione Statuti, ùt per plura Iura,
& authoritates probat *Ricc. decis. Archiep.*
Neap. 167. num. 5. par. 1.

Et ità fuit decisum vtraquè parte infor-
mante.

ARGVMENTVM.

Mulier àn possit cedere sua Iura in
releuationem indemnitatis fideiusso-
ris sui viri, & posteà succedat in ipsius
anterioritatem, & si eligat prò eius do-
te retinere omnia bona stabilia, àn va-
leat impedire Creditores viri, nè sibi
satisfaciant supèr alijs bonis non stabi-
libus, & ob id quandò debitoribus ef-
fectis deterioribus, teneatur ad eorum
damna. Mulieri àn, & quandò debe-
antur alimenta, vel interesse dotis. Cu-
rator ùt dicatur benè electus, & Iudi-

cium

cium contrà ipsum benè factum, quæ requirantur. Subhastatio àn, & quandò validè fiat ad hoc, ùt Emptor bonorum subhastatorum cogi nequeat ad reuendendum à Creditoribus Ius habentibus supèr eis.

SVMMARIVM.

Creditum cunctis alijs anteriora Iura fouens meretur primum locum. num. 1.

Cessio Iurium facta à muliere pro releuatione fideiussoris viri dijudicatur valida, si fuerit stipulata ad eximendum eius virum è carceribus, roborataquè solemnijs, & Iuramento. num. 2.

Consensus dicitur præstitus à sequestrante aliquid depositatum penès Tertium, si citatus prò consignatione nihil opposuit. num. 3.

Mulier cedens Iura sua prò aliqua solutione facienda prauia reseruatione de se releuando super alijs bonis sui viri, infert præiudicium marito, non autem Tertio, pro quo obligatur. num. 4. Et succedit in locum soluti. num. 5.

Media via in dubio est eligenda. num. 6.

Creditum cùm constet per publica documenta, in dubium haud reuocari potest bonum Ius, quod fouet. num. 7.

Creditores anteriores non possunt vexare posteriorem ob depositatas pecunias receptas in extinctionem sui crediti sine fraude, & vitio apparenti. num. 8.

Mulieris obligatio extorta ad eiusdem Senat. Cons. Vell. *est nulla. nu. 9. Ampliatur. n. 10. & 11.*

Mulier eligendo retinere prò Iuribus dotalibus omnia bona stabilia, & mobilia, in quorum possessione reperitur, non potest impedire Creditores hæreditatis, ne sibi satisfaciant super pecunijs non electis, cùm liceat ipsi præoccupare omnia. numer. 12. Ampliatur. num. 13.

Præsumptio Iustitiæ rei Iudicatæ à lege præsupposita, per Iudicem ministratam fuisse, cessat ex notorietate facti contrarij, & veritati cedit opinio. n. 14.

Sententia laborans notoria nullitate, resistit rei Iudicatæ. num. 15.

Qui habet primum esse, habet primum facti, et posse. num. 16.

Prælatio speciali Iure conceditur prò dimidia bonorum, quæ non sunt multiplicanda. num. 17.

Interesse nullum sine mora mulieri debetur, maximè præmissa retentione bonorum loco pignoris, & hypotheca. num. 18.

Alimenta ex æquitate mulieri debentur stante iustificatione, quòd præter dotes nihil habeat in bonis vndè se alere possit. num. 19. Quæ alimenta quomodò liquidentur secundùm Manenc. decis. 77. num. 12. *num. 20.*

Mulier tenetur rationem reddere de mobilibus retentis, ac illa quoquè saltim praua æstimatione describere. num. 21.

Non est aperienda via fraudibus. num. 22.

Curatoris electio debet continere quinquè copulatiuè requisita, de quibus fit mentio remissiuè. num. 23.

Actorum reuolutio conuincit, aliquod ex requisitis in Curatore faciendo non seruatum fuisse. num. 24.

Curatorio nomine quidquam expendi potest non seruatis solemnijs. num. 25.

Curatorem non habere, vel habere, & docere non posse de solemnijs, æquiparantur inter se. n. 26.

Curatori, lex, & non Iudex impartitur authoritatem, & sic parùm refert, quòd quis eligatur, nisi impleat implenda. num. 27.

Rescripta ad lites sunt adinuenta ad obseruantiam Iuris, & interpretandu eorum verba, vt conformia sint Iuris dispositioni. num. 28. Aliàs non appellarentur rescripta, sed priuilegia, & sic semper intelligenda seruata Iuris forma. numer. 29. Fallit. num. 30.

Curator deputatus, alteriam electo cum facultatibus idoneo, & cautione iam præstita, si nihil operatus sit ad defensam hæreditatis, vel nulliter dicitur deputatus, vel ambo Curatores sunt citandi. n. 31. Vel contemplanda est hæreditas sine Curatore. num. 32.

Curatoris persona in Iudicijs est necessaria, quæ deficiens facit cessare rem Iudicatum. num. 33.

Hæreditas iacens consideratur per leges tanquàm animi consilio carens, & personis miserabilis. n. 34.

Res Iudicata vt noceat, eget concursu trium, de quibus remissiuè. num. 35.

Collusio est frequens inter Curatores, & illos petentes. num. 36.

Collusio ex duabus coniecturis probatur, data causa colludendi. num. 37.

Exceptio rei Iudicatæ non attenditur ob consanguinitatem partis cum Iudice, ob malum tractusionem causæ, & ob incisutionem Creditorum ad faciendam Curatoris deputationem. num. 38. Ampliatur num. 39.

Sententia est ipso Iure nulla, data collusionis suspicione. num. 40.

Creditores hæreditatis possunt consequi bonificamenta suorum creditorum, si quæ ex vxoris negligentia in eorum præiudicium inexacta appareant. n. 41.

Negligentia in dubio nō præsumitur maximè in facto proficuo. num. 42.

Absolutio potest fieri à Iudice arbitrante, tanquàm quid ei arbitrarium. num. 43.

Debitores in dubio non præsumuntur effecti deterioris conditionis post obitum defuncti, sed hoc probandum est, imò & damnum certum. num. 44.

Alienationes stabilium non carent defectibus solemnium, si fuerint subhastata absquè citatione Creditorum. num. 45.

Subha-

Subbaſtata rei reuocatio competit, non facta priùs citatione, & notificatione eis, quorum intereſt, num. 46. Aſsignatur ratio. num. 47.

Solemnium non ſeruatorum negatiua eo ipſo dicitur probata, quandò apud acta de ſolemnijs non conſtat. num. 48.

Emptor non ſeruatis ſolemnijs dicitur in mala fide, num. 49.

Emptores obligari poſſunt ad reuendendum Creditoribus, qui non procurarunt ſubbaſtationem, & quibus idcircò non fuit factum præiudicium, num. 50.

Creditoribus poteſt aſsignari tempus ad redimendum iuncta obligatione exſoluendi pretium cum meliorationibus vtilitèr factis. num. 51.

Deciſio XXII.

PEr mortem Sp. q. Sanctuccij de Sanctuccijs Ven. D. Lauinia eius vxor, & hæres ab eo inſtituta, cunctis occupatis bonis hæreditarijs, penès tertios non exiſtentibus, præuia repudiatione hæreditatis prædictæ, declarauit, velle illa bona retinere loco pignoris, & hypothecæ, vſquè quò efficeretur de ſuis dotibus, & corredibus ſatisfacta.

Inſurrexit Sp. D. Bernardinus Cionus contra eam, ſed tamèn vt illius Iura canonizarentur, curauit, cauſam liquidationis Iurium prædictorum ab Excellentiſſimo Senatu delegari tribus Excellentiſſimis Legalis Philoſophiæ Profeſſoribus, coràm quibus agitato Iudicio, ad quod etiàm fuit admiſſus Sp. D. Vincentius de Antonijs pro quodam ſuo credito in sūma ſcutorum 811. Dè plano eadem V. D. Lauinia obtinuit ſententiam, creditricem ipſam facientem de ſcutis 3000. ſicuti de prætenſis corredibus, veſtibus lugubribus, nec non comprobatiuam ſupradictæ retentionis, intereſſequè taxatiuam ſibi ad rationem quinquè pro centenario, cuius vigore viſum fuit d. Ven. D. Lauiniæ ſibi licere, nè dùm incitatis creditoribus hæreditarijs vendere mobilia, quæ eò magis libuit, ſed ſimul, atq. ſtabilia; Et cùm non ideò prætenderet, ſe ſatisfactam, at adhùc creditricem remanere de ſcutis 800. pulſauit, & in Saluiano obtinuit pro d. ſumma immitti in poſſeſſionem quorundam bonorum penès SSpp. DD. de Bartholomæis in Cōmuni Sancti Alexij; Dùm ex alia parte d. Sp. Bernardinus illius nepos cum pecunijs retractis ex venditionibus prædictis mutuò habitis, vt dicitur, à d. Ven. D. Lauinia, emit cenſum, ſiuè cenſus in ſorte ſcutorum 1000. quos conſtituerat d. Sp. Sanctuccius prædefunctus à Ven. D. Cornelia de Minutolis, & ex ceſſis ſibi Iuribus, inſtituit Iudicium Interdicti Saluiani vtilis cōtrà SSpp. de Bonuiſis, titulo emptionis poſſeſſores eiuſdem prædij in Commune Cumigliani, & facili negotio obtinuit mandatum.

Cùm autèm tàm SSpp. de Bonuiſis, quàm alij Creditores eiuſdem hæreditatis, haùd capere poſſent, quin mala adminiſtratio dictæ hæreditatis fuerit in culpa; Datis perindè precibus, reportarunt ab Excellentiſs. Conſilio huiuſmodi cauſam, & cauſas Rotæ committi, cum facultate graduandi Creditores; Sicquè acerrimè diſcuſſis cunctis releuatis Articulis, & Iuribus partium, præmiſſoquè ſtatu eiuſdem hæreditatis de tempore obitus d. qu.
1 Sp. Sanctuccij; Diximus creditum Ven. D. Lauiniæ cunctis alijs anteriora Iura fouere, primumq. locum mereri *ex regul. vulgat. prior in tempore &c.* Veruntamèn dictum ei primum locum haùd quaquàm aſſignauimus prò integra ſumma dotis; Sed ſolùm pro ſcutis
2 2281. Quoniàm ceſſionem per eandem D. Lauiniam ad fauorem, & releuationem Sp. Michaelis de Manſis fideiuſſoris d. qu. Sp. Sanctuccij factam, reſidualem importantem dotis quantitatem, validam dijudicauimus, tanquàm ſtipulatam ad eximendum d. eius virum è carceribus, roboratamq. ſolemnijs, & Iuramento, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 108. num. 16. & diſceptat. 952. num. 4. & 10. Sola in Conſtit. Sabaud. tit. de alienat. min. num. 12. Surd. conſ. 367. per tot. Pieus ad ſtatus. Vrb. gloſ. 7. num. 285. Rota deciſ. 775. num. 4. par. 2. recent. Scannarol. de viſitat. Carcerator. lib. 3. cap. 7. num. 7. Rot. poſt Pacific. deciſ. 171. num. 7. & poſt Merlin. de legitim. dec. 8. numer. 19. & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 32. num. 7. & deciſ. 775. num. 2. & ſeqq. par. 2.*

3 Idquè multò magis procedere cenſuimus, quantò ipſa D. Lauinia poſt obitum d. Spect. Sanctuccij citata ad videndum conſignari pecuniam hæreditariam depoſitatam ſupèr Per-Illuſtri Officio Abundantiæ, & ab ipſa ſequeſtratam dicto Sp. Michaeli pro facienda extinctione cenſuum per d. Sp. Sanctuccium creatorum ſub obligatione præfati Sp. Manſi, aſcendentium cum fructibus ad d. ſummam, nempè ſcutorum 719. non ſe oppoſuit, quo caſu dicitur conſentire *Rot. poſt Nigr. de ſubbaſt. deciſ. 17. numer. 1. Donadeu. de renunciationib. cap. 29. num. 163. idem Niger. in tract. de exequut. rei Iudicat. cap. 2. §. 21. num. 2.*

4 Nequè obſtare diximus, quòd dicta V. D. Lauinia ceſſerit pro ſumma prædicta Iura ſua non abſolutè, & ſimplicitèr, ſed præuia reſeruatione de ſe releuando ſupèr alijs bonis d. Sp. q. Sanctuccij ſui viri; Nàm diximus, iſtam reſeruationem reſpicere præiudicium mariti,

non autem d. Sp. Mansi, *Gabr. cons. 41. n. 20.*
5 *& seqq. lib. 2.* Subingressamquè proindè esse
quoad dd. scuta 719. de suo in locum prædi-
ctorum censuariorum, vt in terminis *per Vin-
cent. de Franch. decis. 477. per totam*, & latè
etiam *Amendola ad Franchum decis. 54. nu. 17.
remissiuè.*

Secundum locum assignauimus, seu deberi
diximus, dempto de medio d. Sp. Michaeli
de Mansis, tanquàm indemni effecto per ante-
dictam censuum, quibus accesserat, extinctio-
nem factam cum pecunijs hæreditarijs d. Sp.
Sanctuccij, & supèr Perillustri Officio Abun-
dantiæ existentibus, Sp. D. Vincentio S. An-
tonio nominibus, de quibus in actis, vti cre-
ditori ex purificato ad eius fauorem fideicom-
misso facto à q. Ven. D. Fausta de Nobilibus
de summa scutorũ 811. Quoniàm verò acer-
rima fuit quæstio coràm Nobis; An illi com-
peteret hypothecaria in casu, & ad effectum,
de quo agitur cum prælatione, pugnantibus
inter se sententijs super indè latis, & inuicèm
DD. & Rota decisionibus; prout particulariter
monstrabimus in additione huic nostræ fa-
cienda; Dùm mox ex angustia temporis 24.
horarum, & instantia Sp. Io. Baptistæ de San-
ctuccijs, decisionem à Nobis petentis, & de
obseruantia Capitulorum protestantis, impos-
6 sibile efficitur; Ideò mediam viam eligentes,
in hoc loco, & cum restrictione quadam pro
dimidia d. sui crediti tantùm dedimus *ex Dec.
cons. 68. num. 3. & cons. 445. num. 1. & in cap.
1. num. 96. de constitut.* vbi etiàm *Felin. nu. 54.
Cost. de remed. subsid. cap. 60. num. 15. Cenall. de
commun. in præfat. nu. 15. Menoch. de præsumpt.
præsumpt. 71. numer. 50. lib. 2.* & in terminis
Merlin. decis. Lucan. 70. num. 6.

Tertium locum assignauimus Sp. Bernardi-
no de Cionis, tanquàm cessionario Ven. D.
Corneliæ de Minutolis hæredis quon. admo-
dùm R.D. de Arnolphinis Creditoris ex causa
trium censuum emptorum à præfato Sp. San-
ctuccio de Sanctuccijs sub annis 1630. & 1631
de annuis redditibus scutorum 60. pro capitali
scutorum 1000. constituentibus summam vsq.
adeò scutorum 690. Prout paritèr Sp. D. Cio-
num diximus esse Creditorem, de medio su-
blata Ven. D. Angela Terella, similitèr cum
eisdem pecunijs existentibus super Perillustri
Officio Abundantiæ, & ad d. hæreditatem Sp.
q. Sanctuccij pertinentibus, de suo credito sa-
tisfacta de alijs scutis 200. pro rata cẽsus olim
per eundem Sp. Sanctuccium prædefunctum,
nomine d. Sp. Bernardini in maiori summa
RR. Monialibus Sanctæ Iustinæ venditi, & pro
dicta capitalis rata in se accollati rogitu Egr.
Iacobi Motroni sub die 12. Martij 1636. Nec
non de fructibus tresdecim annorum ad ratio-
nem sex pro centenario, & anno, & pro dd.
sũmis facta defalcatione fructuum percepto-
rum ex bonis, in Iudicio Saluiani obtentis
contrà SSpp. de Bonuisis, ascendentibus ad
scuta 162. 62. Nec non etiam de alia summa
scutorum 80. per eundem Sp. Bernardinum
debitorum ex causa eiusdem legati, relicti d.
q. Sp. Sanctuccio in testamento qu. Sp. Ioan.
Baptistæ olim de Cionis vna cum interesse ad
rationem quinque pro centenario; & pro in
futurum decurrendis, diximus licuisse, & licere
eidem Sp. D. Bernardino Ciono retinere bona
prædicta, in Saluiano obtenta, quousquè sibi,
7 & de expensis legitimè factis satisfiat; Etenim
cùm de eius creditis constet per publica docu-
menta, in dubium haud reuocari poterat bo-
num, quod fouebat Ius, *Christoph. Mart. Me-
dic. decis. 58. num. 2. decis. 71. num. 18. dec. 96.
num. 18.* cum sexcentis, quos in re iàm clara
pudet congerere.

Quartum locum competere SSpp. de Bon-
uisis prò eorum passa bonorum euictione ad
summam, pro qua fuerunt obnoxij relaxare
bona prædicta, à d. q. Sp. Sanctuccio per eos
vsquè sub die 27. Augusti 1639. empta pro scu-
tis 1450. ac simul pro expensis, & interesse,
quod paritèr in se habet Iuris assistentiam,
stante obligatione d. q. Sp. Sanctuccij, de qua
in instrumento manu Egreg. Iacobi Motroni.

Nèc visum fuit Nobis Iuris esse, quòd præ-
dictis SSpp. DD. de Bonuisis, siuè Sp. Io. Bap-
tistæ Sanctuccio pro suo interesse liceret pul-
sare contra Ven. D. Aloysiam de Saminiatis,
siuè contrà DD. de Baldinottis ad auocandas
pecunias per illam à dicto Perillustri Officio
Abundantiæ in extinctionem sui crediti, licèt
posterioris credito præfatorum SSpp. DD. de
8 Bonuisis exactas: Nàm cũ DD. de Baldinottis
fideiussores d. q. Sp. Sanctuccij egerint, & d. V.
D. Aloysia in extinctionem sui crediti recepe-
rit pecunias depositatas in supradicto Perillu-
stri Officio sine fraude, & vitio, de quo appa-
reat, non possunt, nequè tempestiuè potest
vexari ab Anterioribus Creditoribus *Thor. vot.
decisiu. 6. num. 69. cum plurib. seqq. centur. pr.
& vot. decisiu. 74. num. 110. & vot. 94. n. 58.
& 59. cent. 2.* & magistralitèr decisum reliquit
Gram. in sua quæstione 1. post decis. per tot. vbi de
veriori, & communiori opinione *Salgad. tract.
labyrinth. Credit. part. pr. cap. 10. à num. 77.
78. & 82.*

Minùs releuare diximus SSpp. DD. de Bon-
uisis, quòd SSpp. Baldinotti obtinuerint, & ipsi
releuationem eorũ indemnitatis ab antedicta
D. Lauinia, quodquè obtinuerint in contradi-
ctorio Iudicio cum eadem agitato pro execu-

tior

tione conſumanda ſuper pecunijs, vt ſuprà
extantibus, & depoſitatis ſuper PerIlluſtri Of-
ficio Abundantiæ, ex hoc arguentes, vt pro d.
ſumma dicendi ſint, eoſdem dictos de Baldi-
nottis ſubingreſſos eſſe in Iuribus d. Ven. D.
Lauiniæ, ſicq. iſtam effectam eſſe in totidem
minùs creditricem de ſuis dotibus, ad effectum
9 prælationis amittendæ; Quoniam fuit reſpon-
ſum, obligationem d. Ven. D. Lauiniæ ad fa-
uorem prædictorum SSpp. de Baldinottis pec-
caminoſam fuiſſe, & ſub quæſito colore ex-
tortam ad euitandum *Senat.Conſult.Vellei.* quo
fit, vt nulla dicatur *Donade. de renunciat. cap. 9.
num. 162. & ſeq. & num. 189. & ſeqq. ac ſub*
10 *nu. 195.* Vbi ait ità præſumi debere, maximè
ſi intercedendo obligat ſe ad commodum al-
terius *Rot. poſt Nigr. de ſubbaſtat. decif. 31. n. 10.
& 11. Thor. vot. deciſin. 97. num. 22. 23. 27.
28. 29. 45. 97. 120. & 149. centur. 1. Marant.
conſ. 146. nu. 22.* & facit *tex. in l. doli 19. verſ.
Diuerſum eſt, ff. de nouat. l. quidam voluit in fin.*
11 *ff. ad Velleian.* Quod præcipuè fateri oportet,
cùm non alitèr ſit Iuramento roborata *Rot.
poſt Nigr. d. deciſ. 31. num. 12. & 13.* Nequè
ex eo, quòd DD. de Baldinottis obtinnerint
in dicto Iudicio contrà Ven. D. Aloyſiam præ-
dictam, dici poteſt, D. Lauiniam habere rem
Iudicatam aduerſatiuam; Etenim ſententia
etſi concepta fuerit contrà præfatam Ven. D.
Lauiniam; Tamèn mandatum fuit, illam
exequi ſuper hæreditarijs pecunijs, & ad libe-
rationem hæreditatis, quod non fuiſſet dictum,
ſi Rota ſenſiſſet, præfatam Ven. D. Lauiniam
obligatam eſſe de proprio; Cùm in tali caſu
haud iuſſiſſent Domini exponi debere libera-
tionem hæreditatis: Nàm hæreditas adhùc
debuiſſet obnoxia remanere ad fauorem eiuſ-
dem Ven. D. Lauiniæ, & ad releuationem eiuſ-
12 dem; Vndè credere eſt, DD. de Rota intel-
lexiſſe, declarare, Ven. D. Lauiniam non
poſſe alios Creditores hæreditatis impedire,
nè ſibi ſatisfaciant, dùm ipſa elegerat omnia
bona ſtabilia, & mobilia, in quorum poſſeſ-
ſione reperiebatur, retinere; Etenim licet
vxori præoccupare omnia *Nig. de except. rei*
13 *Iudic. cap. 24. §. 2. num. 26. & 30.* Maximè
cùm poſſet ipſa eligendo pecuniam ſatisfieri
ſibi, & conſulere alijs creditoribus *ibidem n. 39.*
14 *Donade. de renunciat. cap. 21. num. 26.* Vltrà
quàm quòd res indicata ſuſtinetur ex præ-
ſumpta illius iuſtitia, quam leges præſuppo-
nunt à Iudice miniſtratam; At ex notorietate
facti contrarij talis præſumptio ceſſat, & veri-
tati cedit opinio *Abb. in cap. ſuborta num. 15.
de re Iudic. Nig. de except. cap. 1. §. 2. num. 35.*
ſicquè cùm indubia ſit nullitas obligationis D.
Lauiniæ ad fauorem DD. de Baldinottis, no-
toriè quoquè dici oporteret conſtare de iniu-
ſtitia d. ſententiæ Rotalis, vbi intelligenda
eſſet lata ad eneruationem dotis d. Ven. D. La-
15 uiniæ; Et notoria laboraret nullitate, quæ
reſiſtit rei Iudicatæ *Nig. de except. rei Iudic. cap.
27. num. 29.*

Vltimum locum conceſſimus SSpp. DD. de
Sinibaldis pro ſummis, de quibus in noſtra
ſententia liquidis; Cùm illorum creditum ſit
Inſtrumentarium, & initum vſquè de anno
1641. die verò 24. Aprilis, & conſequentèr
poſt ſuprà nominatos, & ante cæteros Credi-
tores, in noſtra graduatione comprehenſos,
quibus proptereà mandatum conceſſimus, &
relaxauimus exequendum ſuper bonis, & effe-
ctibus hæreditatis prædictæ, quatenùs ſuper-
ſint, ſequuta Creditorum anteriorum prædi-
ctorum ſatisfactione, ſic ſuadente Iure; Ex
16 regula qui habet primum eſſe, habet primum
facti, & poſſe *Bald. in l. ſi plures num. 3. Cod.
de condit. in ſer. l. quotiès vtriuſquè, ff. de regul.
Iur.*

Sub quo ordine ſatisfaciendos diximus
Ven. D. Lauiniam prò dictis ſcutis 719. & in-
tereſſe, ac Spect. D. Vincentium S. Antonio
pro alijs ſcutis 405. cum dimidio, & PerIlluſtre
Officium Cortilis pro ſcutis 67. Nec Sp. D.
Vincentio prædicto conceſſimus intereſſe ſui
crediti cum prælatione ex pluribus explicàdis
in additione, vt ſuprà pleno calamo facienda
17 huic noſtræ deciſioni; Nec non etiàm quià
ſpeciali Iure conceſſimus prælationem ei prò
dimidia bonorum, quæ non ſunt multiplican-
da *Nig. de exeq. rei Iudic. cap. 24. §. 2. nu. 30.*
18 Diximus ſimilitèr præfatæ Ven. D. Lauiniæ
nullum deberi intereſſe dotis, prout intereſſe;
Cùm ſine mora haùd debeatur, maximè præ-
miſſa, vt hic, retentione bonorum loco pigno-
ris, & hypothecæ *Chriſtoph. Mart. Medic. exa-
min. 56. num. 35. Neguſ. de pignorib. 5. membr.
5. par. num. 1. Manent. deciſ. 76. num. 1. et ſeq.
& 22. Capye. deciſ. 65. numer. 13. Amat.* per
innumeros allegat *reſol. 49. num. 84. Hodiern.
ad Surd. deciſ. 240. num. 15. 18. 21. & ſeq. ac
30. & ſeq. & deciſ. 242. numer. 2. 3. 5. & 9.*
19 Benè tamèn ex æquitate alimenta ei deberi
declarauimus, ſtante iuſtificatione per eam
facta, quod præter dotes nihil habuiſſet in bo-
nis, vndè ſe alere poſſet, ità fœdere diſtinctio-
nis pugnantes opiniones conciliari debere,
edocente nobis *Sol. de dot. qu. 51. nu. 28. vſq.*
20 *ad fin.* Neq. in hac parte diſceſſimus ab opi-
nione, de qua *per Manent. in deciſ. 77. num. 12.*
Quandoquidèm illa liquidauimus ad menſu-
ram fructuum ex bonis perceptorum; & ſi vi-
deretur exigua reſpectu qualitatis Perſonæ.
21 Senſimus ſimilitèr, ipſam Ven. D. Lauiniam

ad

ad computum sui Crediti obnoxiam esse ex-
computare mobilia retenta, & ad ratam
mentionatam eorũ valoris in libro signato lit-
tera I. per eam in actis daro; Tùm maximè
attentis depositionibus testium vltrà attestan-
tium, & simul iuncto Sacramento præstito per
Sp.D.Io.Baptistam Sanctuccium; Cùm enim
de eis teneretur rationem reddere; teneba-
tur quoquè illa, saltim præuia æstimatione, des-
cribere *Monticul. de Inuentar. in antiphon. n.36. Gallus. de except. except. 23. tit. 4. par. 2. nu. 95. cum seqq. & num. 101. cum quatuor seqq. Ioseph Ludouic. dec. 61. nu. 37. Feuizzan. de vsufruct. mulier. relict. num. 143. Paul. de Castr. in l. cum tale §. Titius num. 2. ff. de condit. & demonstrat. Ruin. cons. 39. num. 11. lib. 5. Rolan. de Inuentar. par. 2. quæst. 36. num. 7. Plot. ad l. si quandò nu. 595. & 604. Guidopap. quæst. 351. in addit. Donad. de renunciat. cap. 21. nu. 24. 25. et 48.*
22 Non enim est aperienda via fraudibus *Negusant. de pignorib. 1. membr. 5. par. num. 33.*

Haùd enim Nobis obstare visum fuit, quòd
Curator ab Excellentissimis DD. Iudicibus
delegatis electus, de eis aliqua vẽdiderit; Nàm
cùm ipsa V. D. Lauinia illa declarauerit velle
retinere prò suis dotibus, nequè Curator præ-
dictus illa per innentarium receperit, ac tan-
quàm ad eius curam commissa, sed solùm ea
vendiderit cum assistentia nepotis d. Ven. D.
Lauiniæ, dicendum est, actum illum gessisse
non Curatorio nomine, sed de mandato ipsius
D. Lauiniæ, & sic d. D. Lauiniam ipsam ven-
didisse *ex regul. qui per alium facit &c.* Prætèr
23 quàm quòd cùm D. Bassus in Curatorem ele-
ctus, nequè electus fuerit copulatiuè seruatis
dictis quinquè requisitis, de quibus *per Capyc. decis. 87. num. 1. & per tot. Cost. de remed. subsidiar. cap. 58. numer. 7. Io. Bapt. de Thor. vot. decisiu. 35. nu. 23. Cornazzan. decis. Lucen. 143.*
24 *num. 3.* Sed nèc etiam aliquo eorum seruato,
vt actorum reuolutio conuincit *Nig. de except. cap. 12. §. 1. num. 3. Adden. ad Ludouis. decis. 416. num. 8. Dec. cons. 486. num. 6. Herculan.*
25 *de negatiu. num. 176.* Proindè Curatorio no-
mine quicquam expendere haùd poterat *Thor. vot. decisiu. 24. numer. 11. cum quatuor seqq. & num. 24. & 25. & vot. 81. num. 6. cum plurib. seqq. centur. 1. Franc. Marc. decis. 27. part. pr. Capyc. decis. 87. nu. 4. Verall. decis. 387. par. 2.*
26 *& decis. 324. num. 2. par. 3.* Æquiparantur
siquidèm hæc duo, Curatorem scilicèt non
habere, vel habere, & docere minimè posse
de solemnijs *Afflict. decis. 256. num. 3. Cornaz-*
27 *zan. decis. 143. num. 2.* Parùm enim refert,
quòd quis eligatur, si non impleat implenda;
Cùm lex, non Iudex authoritatem Curatori
impartiatur *Rot. decis. 10. de procuratorib. in antiquiorib. Faber. in Cod. lib. 2. tit. 40. definit. 18. num. pr. cum duobus seqq. & lib. 3. tit. 25. definit. 5. num. 4.*

Minùs satisfecit, quòd Excellentiss. Prin-
ceps facultatem impartitus sit dd. DD. Indici-
28 bus Delegatis Curatorem eligendi; Nàm
cùm rescripta ad lites sint adinuenta ad obser-
uantiam Iuris, & interpretanda eorum verba,
vt conformia sint Iuris dispositioni *cap. causãq. vbi Glos. pen. de rescript. cap. paratus la terza 23. quæst. 1. Petr. de Lun. cons. 29. n. 2. & seqq. Castill. decis. 16. num. 10. & seqq. Milanens. dec. 20. num. 45. lib. 1. Mastrill. dec. 288. num. 6.*
29 *Giurb. decis. 41. n. 6.* Sequitur, quòd subin-
telligi debeat commissa deputatio Curatoris,
seruata Iuris forma, qua propterea non serua-
ta, nihil actum dici potest, & consequentèr
omnia gesta per eum, & cum eo, nullitatis
morbo non carent; & si alitèr diceremus, non
posset rescriptum, sed priuilegium appellari,
vt perpendit *Abb. in d. cap. causamq. & ibidem Felin. nu. 5. Durand. cons. 334. per tot. Seisel. in*
30 *l. Iustitia num. 19. ff. de Iust. & Iur.* Quandò
nèc somniari potest hoc de mente Principis;
Cùm nequè visus sit in hoc, de quo agitur, res-
cripto Clausula; *Non obstante dispositione Iuris in contrarium, vt per Petr. de Lun. consil. 11. nu. 7.* & propterea non facienda erat vis in
prætensa re Iudicata.
31 Accedit prædictis, quòd D. Bassus fuit de-
putatus tempore, quo iàm facta erat electio
de altero, non solùm facultatibus idoneo, sed
etiàm qui iàm præstiterat cautionem, & simul,
atq. nihil operatus est ad defensionem, & be-
neficium hæreditatis; Et hoc ideò vel deputa-
tio de Basso dici debet nulla, vel ambo Cura-
tores erant citandi *Thor. vot. 24. numer. 29.*
32 Vel contemplanda est hæreditas sine Curato-
33 re *Petr. de Lun. cons. 28. num. 3. & 4.* Et in
quouis ex dictis casibus cessat res Iudicata;
Cùm in Iudicijs necessaria sit Curatoris perso-
na *Gratian. discept. forens. cap. 225. num. 49. et*
34 *discept. 919. num. 1.* Ex quo leges contem-
plant hæreditatem iacentem, tanquàm animi
consilio carẽntem, & personam miserabilem
Donad. de renunciat. cap. 9. num. 144. & seqq.
35 Prætèr quàm quod res Iudicata, vt noceat,
oportet, vt concurrant illa tria, de quibus *per Nig. de except. cap. 12. §. 27. num. 11.* quæ hic
deficiunt, ideò &c.
36 Quinimò cùm nouum Nemini sit, frequen-
tem esse collusionem inter Curatores, & illos
petentes *Faber. de error. pragmaticor. decad. 2.*
37 *error. 3. n. 9.* Et quòd data causa colludendi,
collusio ex duobus coniecturis probatur *Rot. in Romana fideicommissi de Incoronatis 7. Iunij 1652. §. Data autem causa coràm R. P. D. Albergato impress. in meo tract. ad l. vnic. C. si quis. Imper. maledix. §. 19. n. 67. fol. 145. Paul. Staiban.*

Iun. resolut. forens. 9. n. 10. cum ibi percumdatè
38 citatis; Etiam ex hoc capite exceptioné rei
Iudicatæ ex parte Ven. D. Lauiniæ prædictæ
nō attendidimus; Concurrunt scilicèt in eo-
dem Iudicio cum dictis Iudicibus Delegatis
consanguinitas partium, mala tractatio causæ,
incitatio creditorum ad faciendam Curatoris
deputationem, prout similitèr eorum quorum
erat causa inteltati, *Cost. de ration. & rat. quæst.*
39 *191. num. 1.* Et in alijs Iudicijs fuerunt appel-
lationes omissæ, fuit iudicatum ex sola vnius
confessione, vel assertione, & ferè omnes con-
iecturæ adductæ *à Merlin. controuers. foren. 62.*
num. 8. vsquè ad fin. centur. 1. & cap. 32. n. 27.
& 28. & cap. 98. numer. 23. & 24. centur. 2.
40 Data autèm collusionis suspicione, sententia
dicitur ipso Iure nulla, *Nig. de exec. rei Iudic.*
cap. 2. num. 64. & cap. eadem §. 6. num. 139.
& cap. 6. §. 14. num. 11. & per tot.
41 Diximus enim in sententia per Nos lata,
Ven. D. Lauiniam prædictam teneri Credito-
ribus hæreditarijs ad bonificanda credita, si
quæ ex sua negligentia in eorum præiudicium
inexacta apparent *ad Vrsill. dec. 13. n. 20. Ruin.*
cons. 45. & 93. vol. 5. Verùm quid nihil proba-
tum fuit ex parte Creditorum posteriorum in
42 liquidationis Iudicio; Et negligentia in du-
bio nō præsumitur, maximè in facto proficuo,
Gratian. discept. forens. cap. 221. n. 13. Cumq.
Ven. D. Lauinia curauerit, vt probant testes
ab ea inducti, disponere Debitores hæredita-
rios in quantum valuit ad sibi soluendum, neq.
actionem, aut Instrumenta haberet, ad effe-
ctum procurandi dictam exactionem in con-
tentioso Iudicio, nequè ab aliquo appareat
interpellata ad foris dandum librum, in quo
reperiuntur Debitores hæreditatis descripti,
& ipsa satis abundè in litibus fuerit inuoluta,
& caruerit possibilitate instituendi noua Iudi-
43 cia; Propterea absoluendam esse diximus,
Arbitrantes tanquàm quid Iudici arbitrarium
Nig. de except. cap. 13. §. 16. num. 21. non con-
stare de negligentia Creditoribus præcipuè
44 præiudiciali; Maximè quià si credendum sit
testibus contrà præfatam Ven. D. Lauiniam
examinatis, eosdem Debitores hodiè deterio-
ris conditionis esse, quàm fuerint à die obitus
prædefuncti Sanctucij, non deponunt; prout
etiam in dubio haùd præsumi debent, sed pro-
bare oportet; & damnum certum *Manent. de-*
cis. 9. num. 48. Grattan. discept. 7. numer. 9. &
discept. 552. num. 10. & 907. num. 1. Ludouis.
decis. 189. num. 1. & decis. 543. num. 1.
45 Firmauimus quoquè, quòd alienationes
stabilium, factæ à d. Ven. D. Lauinia, non
careant defectibus solemnium; Etenim sub-
hastata fuerunt absq. citatione Creditorum,
Rot. post Nig. de subhastat. decis. 31. num. 6. &
decis. 33. num. 2. & 3. & dec. 41. num. 20. &
46 *in ipso tractat. cap. 8. num. 1. & 14.* in tantùm,
vt non facta priùs citatione, & notificatione
eis, quorum interest, competat reuocatio,
Nig. d. tract. de subhastat. cap. 1. §. 1. num. 11.
& 12. & in tract. de Iudicial. cap. 34. num. 2. 3.
47 *vsquè ad 9.* Sæpè namquè committuntur frau-
des, & iniquitates, *Nig. de subhastat. in proœmio*
48 *num. 10.* ad quas obuiandas, leges adinuenere
solemnia, quorum non seruatorum negatiua
eo ipso dicitur probata, quandò apud acta de
solemnijs non constat *Nig. d. tract. de subhastat.*
49 *cap. 2. §. 8. num. 17.* Et tunc dicitur Emptor
in mala fide *l. 1. ubi Glos. verbo mala fide Cod. de*
fund. instr. lib. 10. Osasc. decis. 160. numer. 1. 2.
50 *& 11. cum seqq.* Prout Nos obligauimus Em-
ptores ad reuendendum Creditoribus, qui nō
procurarunt subhastationem, & quibus pro-
pterea non fuit factum præiudicium *Nig. dict.*
tract. cap. 5. §. 3. & cap. 11. §. 2. numer. 30.
51 Assignauimus autèm tempus Creditoribus
ad declarandum, vnius anni, iuncta obligatio-
ne exoluendi pretium, cum meliorationibus
vtilitèr hactenùs factis *ad Petram de fideicōmiss.*
quæst. 15. num. 309. in princip. Nig. de except.
cap. 8. §. 37. num. 1. & prout fusiùs in sequenti
decisione apparebit.

Et ità fuit decisum vtraq. parte informāte.

In eadem Causa.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior an, & quandò valeat auocare pecuniam à Creditore posteriore. Mulier an, & quandò dicatur validè obligata, etiamsi protestata uerit in eodem contractu velle sua Iura illæsa super alijs bonis viri; & an ipsi liceat præoccupare cuncta bona mobilia sui viri in præiudicium Creditorum; ac an, & quandò ei debeantur alimenta, vel interesse, prout interesse Mulieri an, & quandò sit nociua Creditorum mora ab ipsa causata in non exactione suorum Creditorum.

SVMMARIVM.

Princeps solet delegare causas per specialem commissionem, ut quis cum aliena iactura locupletetur num. 1.

Diff.

Veritas est sicuti ignis, qui quò plus excutitur, plus clarescit. num. 64.

Decisio XXIII.

MAgno cùm obijsset ære alieno grauatus quon. Sp. Sanctuccius de Sanctuccijs, nonnulli illius Creditores, atquè fideiussores curarunt Iure mediante de suis pecunijs in eiusdem hæreditate remansis satisfieri, & respectiuè liberari: Cumquè reliqua dictæ hæreditatis bona fuissent à Ven. D. Lauinia Ciona olim vxore d.q.Sp.Sanctuccij præoccupata prò suis dotibus, & ideò Sp. Bernardinus de Cionis alter ex Creditoribus d.q.Sp. Sãctuccij ex pluribus causis de magna pecuniarum summa instituisset iudicium contra SSpp. DD.de Bonuisis, vti possessores quorundam bonorum, olim præfati q. Sanctuccij, & d. Sp. de Cionis hypothecatorum, atquè in illis per Saluianum obtinuisset immissionem. Ideòquè dicti SSpp. de Bonuisis interpellatũ fecissent Sp. Io.Baptistam Sanctuccium vti fideiussorem, ipsis insolidum obligatum prò euictione eorundem bonorum titulo emptionis à d. q. Sanctuccio acquisitorum, & is frustrà tentasset in Curia Mercatorũ, vt idem Iudicium haberetur de hæreditate prædicta, ac passim habetur de hæreditatibus Decoctorum, proindè vt sui indemnitati prò posse consulerer, ad cõtraria remedia animum conuolauit, vtens q. temporis opportunitate coràm Consilio Excellentissimo pro constanti præsupposuit, quòd illa eadem hæreditas satis abundè soluendo remansisset, quodquè talitèr appareret in satisfactionẽ non solùm sui; Sed etiam Officij munitionis Cortilis, & si inter Creditores vltimum occupantis locum, nisi bona illa hæreditaria fuissent indebitè occupata, & per-
1 peràm administrata: Quocircà Excellentiss. Consilium, vt iustissimi Principis moris est, causam hanc per specialem commissionem Nobis delegauit, nè quis cum aliena locupletaretur iactura, *Christoph. Mart. Medic. examin. 7. num. 39. & examin. 54. num. 36. & decis. 33. num. 5. & decis. 43. num. 26.*

Sub hac impetratione idem Sp. Io. Baptista antè victoriam iam canens triumphum, curauit illud delegatorium rescriptum coràm Nobis exhibere, & indè cum adhærentibus suis dedit libellũ, nè dùm citata V.D.Lauinia supradicta, sed etiàm citatis Creditoribus illis, qui iam fuerunt satisfacti; Qua proptèr supèr petitis, & deductis, atquè productis ex parte Actorum, nec non supèr oppositis, exhibitis, & replicatis ex parte Reorum conuentorum, fabricato voluminoso processu; Deniq. per nos lata fuit sententia cum graduatione ad limites Iurisdictionis Nobis impartitæ.

Quoniàm autèm nonnulla liquidanda, & iustificanda respectiuè remanserant per Nos reseruata in executionem eiusdem nostræ sententiæ; Ideò Sp. q. Io. Baptista Sanctuccius prædictus, præuia illius reproductione coràm Nobis prò consequenda suis loco, & tempore executione, dedit Capitula, supèr quibus petijt testes examinari, sicutì è contrà alia in oppositum cantantia dedit V.D.Lauinia, quibus per Nos admissis, & testium hinc indè depositionibus receptis, publicatoquè processu, & diligentèr per Nos visis, & examinatis cunctis examinandis: Tandèm iuxtà petita nostram primã sententiam exequendam diximus, & exequendam mandauimus, præuia liquidandorum liquidatione, & reijciendorum reiectione ad normam boni Iuris.

Non satisfecit adamussim ista hæc nostra finalis causæ resolutio d. Sp. Io. Baptistæ prædicto, & hinc palàm cæpit innumeras vomitare maledictiones contrà Iudices, atquè contrà alterutras sententias prædictas, æquè vitijs nullitatis, & manifestæ iniquitatis affectas exagerando, decisionemquè petendo, & habitam improbãdo talitèr, vt Prudentibus ad nauseam venerit, & Nobis causam præstiterit magis indiuidualitèr conuincere horum vanissimorum quæstuum leuitatem, vt tandèm si possibile sit, os illi claudat, vel se rubore suffundat.

Aggredior igitur primo loco illud caput asserti defectus, quòd d. Sp. Io. Baptista exornat sacrilegium, tanquàm, vt ait, habens resistentiam decreti delegatorij, & dispositionis totius simul corporis Iuris Communis, nempè omissa graduatione præcæteris SSpp. de Baldinottis, siuè V.D.Aloysiæ de Saminiatis, & Sp. Alexandri Cittadellæ; Sed, pace tanti Oppositoris, ipse nescit, quid dicat, nec nisi vanissima profert.

2 Etenim circumscripto, quòd non mereatur audiri, qui secum ipso diffidet *Amat. dec. Maceraten. 1. num. 50. & dec. 90. num. 100* Sitquè
3 quòd debuisset d. Sp. Io. Baptista haùd supèr indè loqui, dum scit eandem nostram sententiam primam in Iudicio se produxisse, & illius executionem petijsse, atq. ideò illam approbasse *Sebast. Medic. decis. Macerat. 8. vbi latè & decis. 14. num. 7. Afflict. decis. 25. num. 5. vbi Vrsill. num. 12.* ad satietatem *Mancin. de confess. cap. 6. num. 2, 3. 4. & 18. Christoph. Mart. Medic.*
4 *decis. 58. num. 38. & 39.* Nec propreterà hodiè posse, quod semel approbauit, reprobare *Gall. de except. tit. 4. except. 1. par. 2. num. 1. & tit. 2. except. 5. par. 3. nu. 10.* Respondetur primò huiusmodi assumptum corruere ex eo, quòd,

vt

vt dictum eſt, mens Principis tantummodò
fuit prouidere, nè iniuſti bonorum Occupa-
tores, aut mali Adminiſtratores, præſertim
cũ aliena iactura, vel cõmodum reportarent,
vel gloriarentur; Nequaquam vnquàm autèm
ſomniari quidèm poteſt, quòd Excellentiſsi-
mum Conſilium intellexerit, Ius quæſitum
5 alicui tollere; Non enim indè oritur iniuria,
vndè oritur iuſtitia, *Faber. in Cod. lib. 1. tit. 11. definit. 1. num. 6. & lib. 6. tit. 5. definit. 2. n. 2. in allegat. Petr. de Lun. conſ. dec. 1. in addit. num. 79. Menoch. de præſumpt. præſump. 9. nu. 8. cum ſeqq. Alciat. præſumpt. 11. reg. 3. nu. 6. et ſeqq. Nig. de except. cap. 12. § 10. num. 20. & 21. Cyriac. controu. 205. num. 34. Rouit. conſil. 15. num. 23. & conſ. 79. num. 52. & DD. omnes in l. vlt. Cod. ſi contrà Ius &c.*

6 At vbi Excellentiſs. Senatus iuſsiſſet præfa-
tos SSpp. de Baldinottis, ſiuè V.D. Aloyſiam
de Saminatis, & Sp. Cittadellam cum alijs
Creditoribus graduari, virtualitèr mandaſſet
eos quoquè cogi ad foris dandum pecuniam,
qua mediante fuerunt ſatisfacti, & ſic eos pri-
uaſſet eo Iure ſine vitio, aut fraude quæſito,
quod valet tollere omnem actionem etiàm
Creditoribus anterioribus ad pecuniam ab eis
auocandam; Quippequè illos facere de po-
ſterioribus priores *Thor. vot. deciſiu. 94. n. 58. & ſeq. cent. 2. Grammat. in ſua q. 1. poſt deciſ. num. 6. cum ſeqq.* Vbi contrarijs reſpondet
Coſt. remed. ſubſidiar. 37. num. 1. Salgad. de
magis æqua, communiterq. recepta opinione
in ſuo tract. labyrinth. credit. par. 1. cap. 11. n. 78. 79. & 82. idem Thor. vot. deciſ. 6. num. 69. & ſeqq. centur. 1. & vot. 74. num. 110. latiſſimè
Gregorius de Ganauerro deciſ. Cam. Neapol. 8. à num. 28. cum ſeqq.

7 Itaquè cùm hoc ſuaderi non poſſit, gratis
hoc ideò datur de reſiſtentia decreti, quod
ſtrictè accipi debet, vtquè non afficiat prætèr
indiuidualitèr cõpræhenſos *Nig. de except. cap. 12. §. 10. num. 2. & ſeqq. & de execut. rei Iudic. cap. 27. num. 72.*

8 Neq. obſtat regula illa *Prior in tempore etc.*
Quia in his terminis non vendicat ſibi locum;
Aliàs enim eſſent Mercatores obnoxij merca-
turam dimittere, & totum mundum commer-
cia deſerere, vt ait *Coſt. loc. citat. & in fortior. termin. Scacc. de commerc. §. 2. Gloſ. 5. n. 417.*
9 *424. & 437. cum ſeqq.* Neq. niſi fruſtrà Iura
fouerent vigilantibus, atquè abhorrerent ne-
gligentes, quod non decet aſſerere *Thor. vot. 11. num. 5. centur. 2. Donade. de renunciat. cap. 21. num. 21. 22. & ſeqq. Faber. in Cod. lib. pr. tit. 9. definit. 2. num. 4. in allegat. Theſaur. dec. 207. num. 3. Gregorius de Ganauerro Præſes Cam. Neap. deciſ. 8. à num. 3. vſq. ad finem.*

10 Minùs releuat, quòd Officium, vt dicitur,
Monitionis Cortilis ſit priuilegiatum, vt Fiſcus,
qui etiam pecuniam commixtam, & bona fide
conſumptam à Creditoribus poſterioribus ſibi
auocat; Quià hic non eſt caſus, de quo agitur;
Cùm Officium prędictum non ſit Creditor an-
tedictorum SSpp. de Baldinottis, & Sp. Citta-
dellæ, anterior, ſed poſterior admodùm, &
per conſequens non intrant *tex. in l. pecuniæ Cod. de priuileg. fiſc. & l. deferre §. vlt. ff. de Iur. Fiſc.*

11 Quinimò nequè etiam fauore Fiſci, & alio-
rum ſpecialitèr priuilegiatorum intrat illud
Iuris axioma abſolutè, ſed tàtùm in ſubſidium,
& ſic facta excuſſione dumtaxàt *Coſt. d. remed. ſubſid. 37. illat. 2. n. 3. Salgad. d. cap. 11. n. 75. & ſeqq.* Quo ſit, vt leuitas manifeſta huius
obiecti ergà noſtram ſententiam per d. Sp. Io.
Baptiſtam in medium allati, cauillari haud
12 poſſit; Etenim aut ipſe Sp. Io. Baptiſta Ex-
cellentiſſimo Principi verum, aut falſum nar-
rauit; Si verum, fruſtrà conquæritur; Quo-
niàm mediãte excuſſionè erit ſuæ indemnitati
conſultum; Si autèm falſum, potiùs punitio-
ne, quàm commodum reportare, dignus red-
ditur *cap. ſedes de reſcript. l. in fundo, ff. de rei vindic. l. nec ex dolo ff. de dol. Becc. conſ. 106. num. 14. Leonell. de ſubrept. q. 14. art. 4. col. 1. per tex. in l. & ſi legibus Cod. ſi contrà Ius &c.*
13 Vbi cauetur, quòd Precator mendax careat
penitùs impetratis, & ſi nimia Mentientis in-
ueniatur improbitas, etiàm ſeueritati ſubia-
ceat Iudicantis.

14 Friuola quoquè nimis comminicitur impro-
peratio, quæ Nobis ſit de abſoluiſſe V. D. Laui-
niam prædictam ab obligatione ſtipulata fa-
uore SSpp. de Baldinottis; Quandò ſub eadem
ſententia alteram, vt gratis de more ait, con-
ſimilem ab eadẽ V. D. Lauinia ſtipulatam, ad
fauorem Sp. Michaelis de Manſis, validam
ſuimus declarati, quod punibile baptizatur ad
15 *Nigr. de except. cap. 13. §. 5. num. 15.* Et eò
multò magis, quantò pro validitate obliga-
tionis factæ pro SSpp. de Baldinottis aſſiſtit,
vt præſupponitur, ſententia Rotalis in iudi-
catum tranſacta *Nig. de execut. rei Iudic. cap. 6. §. 14. num. 2.*

Reſpõdetur enim ad primam partem obie-
16 cti, Authorem illius calligare in Sole; Quià
ſicut Iure optimo nullitatis morbo affectam
diximus obligationem fauore SSpp. de Bald-
nottis ſtipulatam ex defectu iuſtæ cauſæ, quæ
requiritur in muliere, ſe pro alio obligante;
Cùm in dubio ſemper præſumatur decepta
Donade. de renunciat. cap. 9. num. 190. cum plurib. ſeqq. & iuuatur Velleiano *Bald. in l. pr. n. 10. Cod. ad Velleian. Donad. d. cap. 9. n. 189.*

vſque

vſquè ad 195. & cap. 21. numer. 48. Thor. vot.
deciſiu. 97. num. 22. cum ſeqq. & 195. cum ſeq.
centur. 1. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 31.
num. 10. & 11. Manent. conſ. 146. numer. 22.
17 Ità eodem optimo Iure deciſum reliquimus,
alteram ſcilicèt obligationem, ſiuè potiùs Iu-
rium ceſſionē, per ipſam V.D.Lauiniam factā
fauore Sp. Michaelis de Manſis, firmitatem
habere; Quià non ſolùm adſuit iuſta cauſa
exponendi d. ceſſionem Iurium, nēpè propter
ſui viri habentis iam aduerſus ſe mandatum
executiuum, eximitionem à carceribus, *de
Franch. deciſ. 237. 279. n. 6. & deciſ. 478. n. 3.
cum ſeqq. Surd. conſ. 367. numer. 14. vol. 3. &
deciſ. 86. per tot. Theſaur. deciſ. 223. numer. 7.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 108. num. 16. Viu.
deciſ. 133. num. 5. Rot. poſt Merlin. de legitim.
deciſ. 8. num. 19. Riminald. conſ. 77. n. 16. vol. 2.*
18 Sed etiàm quia liquet, hanc ſtipulationem
vinculo Religionis munitam, quod beneficium
Velleiani excludit *Nig. de except. cap. 13. §. 2.
num. 1. Rot. poſt eundem in tractat. de ſubhaſtat.
deciſ. 31. num. 13. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 32.
nu. 7. Pirrhus Maur. de fideiuſſorib. cap. 3. n. 23.
& 110. Hodiern. ad Surd. deciſ. 154. numer. 2.
Medic. examin. 17. numer. 2. cum plurib. ſeqq.
& num. 39. 54. & 71. Afflict. deciſ. 311. nu. 4.*
19 Vltrà quàm quòd ipſa V. D. Lauinia iàm per
viduitatem effecta Domina abſoluta *Donadeu.*
20 *de renunciat. cap. 29. num. 163.* ad intimatio-
nem ſibi factam, quòd cùm pecunijs ſuper Of-
ficio Abundantiæ exiſtentibus d. hæreditatis,
intendebatur procedi ad extinctionem cen-
ſuum, quos iam conſtituerat q. Sp. Sanctuccius
ſub fideiuſsione dicti Sp. Manſi, haud quaquàm
ſe oppoſuit, ſciens iam dediſſe cum Iuramen-
to aſſenſum, & facultatem, quod eſt, ac ſi de
nouo præſtitiſſet aſſenſum expreſſum, *l. ab eo
Cod. quomod. & quand. Iudex. Donad. d. cap. 9.
numer. 259. Nigr. in tract. de execut. rei Iudic.*
21 *cap. 2. §. 21. num. 2.* Sic itaq. ceſſat rationis
paritas inter vnum, & alterum ex dictis con-
tractibus; Vndè argumentum inane redditur
l. Papinianus exuli, ff. de minorib.
22 Nec dicatur, quòd primùm ex dd. requiſi-
tis concurrat æquè ad fauorem SSpp. de Bal-
dinottis: Cùm & ipſi poſſent contrà Sp. San-
ctuccium pulſare prò eorum liberatione, vel
debiti extinctione; Nàm circumſcripto, quòd
dies ſolutionis adhùc non venerat, *Faber lib. 4.
Cod. tit. 42. definit. 29. n. 3. in allegat.* quòdq.
alijs medijs d. q. Sp. Sanctuccius potuiſſet de-
clinare carceres, vt *per Statut. met. exad-
uerſo allegat*; Reſpondetur, cauſam prædi-
ctam in caſu, & ad effectum, de quo agitur,
non eſſe conſiderabilem penitùs; Cùm etiàm,
poſt obligationē V. D. Lauiniæ, illud idem Ius
dicti SSpp. de Baldinottis poſſent exercere ad
libitum, ex quo ei non fuerat in vim adiectæ
obligationis renuntiatum, vt probat ipſius
23 contractus lectura; Sed ceſſat omnis quæſtio,
cū V. D. Lauinia ſua Iura illæſa velle proteſta-
uerit in eodem contractu ſuper alijs ſui viri
bonis, quæ niſi extent, corruit obligatio, *Do-
nade. de renunciat. cap. 21. nu. 48. 50. & ſeqq.
Afflict. dec. 311. nu. 5. & ibi Vrſill. n. 2. & ſeqq.*
Quãtum verò attinet ad ſecundam partem
obiecti iſtius, vtiquè proſternitur: Etſi enim
verba enunciatæ Rotalis ſententię in principio
videantur præſeferre V.D. Lauiniā in ſtatu cō-
demnationis reperiri, & executionem pati de-
bere; Nihilominùs ſubſequentia verba ſatis
abundè declarant mentem dd. DD. Iudicum
fuiſſe tantùm eo ſub fundamento repellere d.
24 V.D. Lauiniam, quòd non licuerit illi in præ-
iudicium aliorum Creditorum cuncta præoc-
cupare bona diuiſibilia *Niger. de execut. rei Iu-
dicat. cap. 24. §. 2. num. 30. & ſeqq. Donad. de
renunciat. cap. 21. num. 26.*
Cùm namq. per ſubſequentia verba d. ſen-
tentiæ reſtringatur facultas aliundè cōſuman-
di mandatum, prætèr quàm ſuper pecunijs hæ-
reditarijs d. q. Sp. Sanctuccij; Conſequens eſt,
quòd nō fuit ipſa V.D. Lauinia habita, vt debi-
trix; Maximè ex quo dictum eſt ibidem. *Ad
liberationem hæreditatis*, & ſic ea pecunia, ſuper
qua erat facienda executio, fuit contemplata,
vtì hæreditaria, & nō aliter tanquàm ſpectans
ad d. V.D. Lauiniā; Quià aliàs dictū fuiſſet ad
liberationem ipſius V.D. Lauiniæ, non autèm
hæreditatis, cui fuiſſent etiàm reſeruata Iura
ad ſui releuationem contrà eandem hæredita-
25 tem: Siquidèm non eſt, qui neſciat, quòd
cum alienis pecunijs, inuito Domino, non
poteſt Debitor liberationem conſequi *ad tex.
expreſſ. in l. Caſſius, & in l. ſi is, cui nummos, ff.
de ſolut. Nig. d. exception. cap. 1. §. 13. num. 33.
& ſeqq.*
Accedat pro complemento, quòd fruſtrà
iſte Sp. Io. Baptiſta figit pedes in hac V. D. La-
uiniæ obligatione fauore SSpp. de Baldinottis:
26 Cùm vbi etiā illa nullitatis vitio effecta haud
eſſet, nulla ipſi, ſed tantùm SSpp. de Baldinot-
tis, quibus fuit facta ſtipulatio, actio compe-
teret *Duen. in l. ſtipulatio iſta col. fin. verſ. Ex his
ff. de verb. obligat. Gomez. var. reſolut. tom. 2.
cap. 11. num. 18. verſ. Non vt quæratur*, & facit
27 regula *res inter alios acta*; Maximè cùm id
pendeat à mera voluntate dd. SSpp. de Baldi-
28 nottis *Alba conſ. 447. n. 30.* & Sp. Io. Baptiſta
Actoris partes ſuſtineat *Soccin. in l. 2. tit. de
except. rei Iudic. Alba conſ. 505. num. 5. et conſ.
531. num. 1.*
29 Inſurgit ſecūdo loco idē Sp. Sanctuccius cō-
trà

trà nostras sententias, in hac causa latas, & redarguit, Nos fecisse sententias inuicèm pugnantes; Cùm in prima earum firmati fuerimus d. V. D. Lauiniæ dotis interesse, prout interesse haud deberi ex *Grammat. decis. 103. n. 91. Hodiern. ad Surd. dec. 240. num. 21. Capyc. dec. 65. num. 13. Manent. decis. 76. sub numer. 22. Mart. Medic. examin. 56. num. 35.* In secunda autèm fuerimus declarati, eidem V. Lauiniæ deberi alimenta, & ea taxati, vt gratis dicitur, fuerimus; etiam vltrà mensuram interesse, sed vanitas vanitatum &c.

Etenim ad primam istius assumpti partem respondetur; Nos quidèm ex clatis iuribus denegasse V. Lauiniæ dotis interesse; Quia illud non debetur, nisi concurrentibus pluribus re-

30 quisitis quæ non iustificabantur; At prò consequendis alimentis satis fuit docere, se non habere vltrà dotes, & quidèm in feudis 719. eneruatas *Alex. in l. 7. ff. solut. matrim. Couaru. in epithom. 4. cap. 3. §. 9. numer. 9.* cum alijs quos refert, & sequitur *Sol. de dot. quæst. 51. num. 28. Manent. decis. 77. numer. 12. & 14.*

31 idquè eò fortiùs comprobatur ex eo, quòd bona stabilia, per d. V. D. Lauiniam retenta vix valuerunt, iunctis valore mobilium, & pecuniis per eam exactis, illam efficere satisfactam *Christoph. Mart. Medic. examin. 56. num. 37.*

32 Nec resistit, quòd regulariter non valeat consequentia; res nempè tanti fuit sub hasta deuendita, ergò non vltrà valebat *Nig. de subhastat.* vbi etiam *Rot. post eum decis. 21. num. 9.*

33 Nàm cùm in arbitrium fuerit Creditorum posita eorundem bonorum redemptio, ob defectum solemnitatum in subhastatione requisitarum; Nec quis adhùc velle hoc iure vti se declarauerit; Quinimò illorum Emptores ea retrodare libenti se exibuerunt animo, nulla præuia protestatione contrà Venditorem, siuè ea subhastari facientem; Benè exindè oritur præsumptio iusti pretij, *tractat. Nig. de subhastat. tit. de iudicial. cap. 34. num. 95. & seqq. Faber de erratib. pragmaticor. decad. 1. err. rat. 8. num. 9. & 10.*

Et hinc tollitur secunda pars eiusdem assumpti, & illius falsitas conuincitur; Siquidèm Nos eidè V. D. Lauiniæ prò suis alimentis haud vltrà assignauimus, quàm fructus ex eisdem stabilibus, antè eorū alienationem perceptos; quod optimè comprobat datus illorum calculus.

34 Assertur & tertio loco ab eodem Sp. Sanctuccio contrà nostras sententias vitium nullitatis, eo, quòd in prima arbitrati fuimus, quòd dolo per Creditores de damno passo, & neglecta exactione Creditorum hæreditatis, culpa d. V. D. Lauiniæ ad illorū releuationem

tenebatur *ad Ruin. cons. 45. & 93. vol. 5. Vrsill. ad Afflict. dec. 13. num. 20.* & tamèn in nostra vltimo loco lata sententia, non obstante, vt dicitur, quòd fuerit iustificatum, Debitores hæreditatis, de qua agitur, fuisse soluendo, nec ipsa credita exacta fuisse, nisi in parua summa, adhùc decisum reliquimus, præfatam V. D. Lauiniam ad nihil teneri, sed inanè, & frustrà.

35 Siuè enim respiciamus testimonia eorum, qui inducti fuerunt à V. D. Lauinia, vt suadet eorum nobilitas, *Tyraquel. de nobilitat. cap. 20. nu. 4. Christoph. Mart. Medic. examin. 20. n. 22.*

36 Siuè attendamus dicta testium datorum ex parte d. Sp. Sanctuccij, & si vilium personarum, & nullam rationem assignantium congruam eorum credulitatis, sicquè haud de iure fidem merentium *Roland. cons. 81. n. 13. lib. 1. Soccin. Sen. cons. 105. num. 4. & 6. lib. 3.* vtroq. casu vanitas assumpti potiùs redditur: Illi enim negligentiam excludunt, quorum depositioni assistit etiam præsumptio iuris, *Christoph. Mart. Medic. decis. 69. num. 23. Thor. vot. 64. num. 52. & seqq. cent. 2. Afflict. decis. 13. num. 18. & ibi Vrsill. num. 22.* Illi verò probant statum debitorum haud factum de-

37 teriùs; Et sic damnum Creditorum excludunt, quod tamen certum esse oportet *Manent. decis. 9. num. 48.* Præsertim cùm sub tali conditione concepta sit nostra sententia *Salgad. d. tract. labyrinth. credit. par. 1. cap. 25. num. 34. 35. & seqq.*

38 Porrò circumscripta etiàm inopia magna eorundem Debitorum omnium, prætor vnum ex eis, secundùm quod excerpitur ex testibus cunctis ad satis, quæ inanem reddit quamcūq. actionem *Thor. vot. 23. numer. 11. centur. 2. Christoph. Mart. Medic. decis. 19. num. 8.* Vbi

39 quasò liquet articulatum nedum probatum, quòd V. D. Lauinia penès se habuerit documēta contra Debitores hæreditatis prædictæ in iudicio probantia, vbi quòd fuerit interpellata, vt nomine Debitorum ederet, vel exigeret, vel bona subhastaret, vt sibi satisfaceret, & reliqua dimitteret; Vbi quòd fuerit sibi satisfactio oblata, aut requisita ad calculandum habita: Hæc tamen cuncta erant in potestate Creditorum *Mart. Medic. examin. 56. num. 34.* & al-

40 terùm ex eis probare, saltem opus erat; Quia ipsa V. D. Lauinia Administratoris officio non fungebatur, sed iure pignoris omnia retinere fuerat protestata, sicq. mora Creditorum eis nociua esse, non proficua debet *Thor. vot. decisiu. 69. numer. 43. & 44. cum seqq. centur. 1. Salgad. labyrinth. Creditor. par. 3. cap. 1. 1. n. 56. & seqq.* Et hinc scire debuisset ipse Sp. Sanctuc-

41 cius: *Che negli articoli stanno li pericoli*, & qui non

non nouit articulare, nequè nouit vincere, ità *Nig. de except. cap.* 8. §. 28. *num.* 9.

Prætereà cùm in Iudicio liquidationis con-
stiterit, d.V. D.Lauiniã ex retractibus bonorũ
alienatorum, iunctis exactionibus factis, & va-
lore mobilium, in eo per Sacramentum in li-
tem liquidato, fuisse satisfactam vsq. de anno
1649. de ea dotis rata, pro qua Ius prælatio-
41 nis, & retentionis fouebat; Quomodò abin-
dè poterit dici negligens, si carebat actione,
& poterat Agens, etiam parte non opponen-
te, ex officio repelli *Nig. de except.cap.*1.§.11.
num. 9. *&* §. 21. *num.* 3. 4. 5. *&* 6. *& cap.* 13.
§. 5. *n.* 20. *Medic. examin.* 8. *n.* 36. *& examin.*
47. *num.* 20. *& decis.* 44. *numer.* 4. *Vermigliol.*
cons. 33. *num.* 24.

Accedat deniquè, quòd nullibi cõstat, quòd
ipsa V. D. Lauinia se opposuerit alijs Credito-
ribus, nè dd. credita exigerent; Quippè quòd
d. Sp. Io. Baptista Sanctuccius quantumcun-
què nihil haberet, vndè iustificare posset suum
quoddam pretensum creditũ contrà q.Sp.San-
ctuccium, adhùc sciuit, prout Nobis fassus est,
exigere ab eo ex dd. Creditoribus, minùs ino-
pia laborante, scuta 30. Vndè non est facien-
da vis in retentione libri, quià in eo enunciata
sint cuncta credita, & debita hæreditaria;
Nàm liber sinè documentis parum fidei in
43 Iudicio obtinuisset; Cùm tanquàm liber pri-
uatus, per modum memorialis solùm factus,
nullam fidem faciat, vt ex *Rot. Roman.* quam
citat, ait *Vermigliol. cons.* 243. *num.* 7. Vltrà
quàm quòd ex illius reuolutione, nè quidèm
verbum detegitur de credito d.Sp.Io.Baptistæ;
Sicquè aut dicendum esset, librum esse man-
cantem, aut fateri oporteret dictum Sp. San-
ctuccium indebitum exegisse, quod placet, his
stantibus, in suspenso relinquere.

44 Non obstat, quòd in eo libro contrà non-
nullos ex scriptis Debitoribus fiat mentio de
rogitis, eadem credita cõprobantibus: Nàm
cùm Ven. D. Lauinia sub dd. primis annis ab
obitu Sp. Sanctuccij sui viri fuisset obnoxia in
pluribus se inuoluere litibus, & expensis, pau-
pertateq. præmeretur, vtiq. hoc ideò verisimi-
le redditur, quòd non valuerit intendere ani-
mum ad istas dispẽdiosas, & incertas exactio-
nes, tanquàm sibi impossibiles, vel admodùm
duras, quarum par est ratio *l. Nepos procula, ff.*
de verb. signific. cap. breui de Iur. Iur. Glos. in cap.
quamuis verb. continuatis de offic. ordin. in 6. *&*
45 *in cap. faciet* 22. *qu.* 1. & sic nulla quoquè est
obligatio *Nig. de execut. rei Iudic. cap.* 14. §. 9.
num. 1. *&* 3. *& cap.* 4. §. 6. *num.* 39. *cum seqq.*

Subsequitur altera susurratio eiusdem Sp.
Sanctuccij contrà sententiam liquidationis,
fundata in erroneitate, vt dicitur, calculatio-
46 nis per Nos factæ, sed frustrà; Tùm quià in
his, quæ sunt facti, non attenditur intelligen-
tia Iudicis, *Gratian. discept. foren. cap.* 235. *n.* 39.
47 *Medic. examin.* 39. *nu.* 28. Tùm paritèr quià
in d. nostra sententia adest clausula *Saluo &c.*
cuius virtus est claudere os loquentium, *Bar-*
bos. de clausul. claus. 83. *num.* 4. Tùm deniquè
quià hæc exceptio potiùs competeret Sp. Ber-
nardino de Cionis, in cuius præiudicium pos-
set dici erratum, quàm ipsi Sp. Ioan. Baptistæ
Sanctuccio, in cuius beneficium, si error præiu-
dicaret, resultaret, & qui cum suis incessanti-
bus audientijs, & nouis dubitationibus in facto
suscitatis, vsq. ad vltimam ferendæ sententiæ
horã, causam præstitit errori prædicto; Nàm
quantum attinet ad alium spectantem ad cal-
culum Ven. D. Lauiniæ peccaminosum, vt di-
citur, in præiudicium Creditorum de summa
48 scutorum 23. non subsistit; Quia illa scuta
23. fuerunt relaxata d. Ven. D. Lauiniæ pro
habitu viduali illi debito *Hodiern. ad Surd. dec.*
312. *num.* 11.

Exagerat paritèr d. Sp. Sanctuccius, quòd
cùm partes nostræ essent liquidare quantita-
tem vnicuiquè debitam; Nihilominùs haud
firmati fuerimus ad quam summam ascende-
ret interesse legati per q. Sp. Io. Baptistam
de Cionis facti q.Sp.Sanctuccio; Sed gratis cũ
Creditores, siuè potiùs ipse Sp. Io. Baptista,
qui cuncta gerebat, fuerit, siuè fuit in culpa,
non exhibendo fidem mortis d. qu. Sp. de
49 Cionis; Vndè potuissemus inire calculum,
& degustare, quo tempore per compensatio-
nem istud creditum extinctum remanserit *ad*
Hodiern. decis. 117. *num.* 2. *cum pluribus seqq.*
Medic. examin. 60. *n.* 10. 11. *et* 12. *& ferè per tot.*
50 & cum hæc negatiua contendi non possit,
quoniàm ex cunctis probata remanet *Dec. cõs.*
483. *num.* 6. *Adden. ad Ludouis. dec.* 416. *nu.* 8.
Ideò nec poterit velari calumniationis effre-
nata luxuria.

Nec deniquè sine nota relinquitur resolutio
per Nos capta supèr prætensionibus Vincentij
Ser Antonij nominibus, de quibus in actis; Ir-
regularis nàq. prorsùs dicitur; Cùm pro vno,
& eodem credito in totum eiusdem naturæ,
non erubuerimus illi prælationem dare pro
vna parte, & pro altera non; Sed Benedictus
Deus, qui non dedit Nos &c. cui obiecto iam
51 satisfecimus; Dùm in emanata decisione
probauimus, quòd in re summoperè dubia,
decet Iudicibus mediam eligere viam *Dec.*
cons. 68. *num.* 3. *& cons.* 445. *num.* 1. *Menoch.*
de præsumpt. præsump. 71. *n.* 50. *Feliu. in cap.* 1.
de constitut. num. 54. *Ceuallos. de commun. in*
præfat. numer. 15. *Cost. de remed. subsidiar.* 60.
n. 15. *illation.* 1. *cũ ibi citat. Medic. exam.* 13. *n.* 88.

quibus

quibus accedit *Salomonis* sententia omnibus
nota *Ancheran. cons.* 210. *inter cons. Riminald.*
Iun. cons. 353. *Cephal. consil.* 431. *in fin. lib.* 3.
Garz. de expens. tit. 23. *numer.* 30. *Thesaur. de-*
cis. 200. *num.* 4. & fusiùs *decis.* 89. *num.* 1. *&*
per tot.

52 Neque hæsitari potest, quin in præsenti facti
specie res valdè dubia esset; Adeò vt dubium
fuisset, alteram ex opinionibus amplecti absq.
scrupulo; Siquidèm cõtra Sp. Antonium supra-
dictum pugnare videbatur *tex. in l.* 1. *in fin. Cod.*
commun. de legat. vbi etiam *Glos. & DD.* prout
similitèr *text. in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *Peregr. de*
fideicommiss. art. 40. *num.* 14. *&* 15. Siquidèm
ex iuribus prædictis lanicitum patet, nequa-
quàm actionem hypothecariam super bonis
hæredis conditionalitèr grauati fideicommis-
53 sario nasci; E contrà verò regulam fallere,
doli vrgente præsumptione, seu probatione,
non est qui non fateatur *Gratian. discept. forens.*
cap. 935. *num.* 1. 5. *&* 6. *Negusan. de pignorib.*
4. *membr.* 1. *par. num.* 13. *Galganett. de Tutel.*
lib. 2. *tit.* 27. *num.* 16. *Cyriac. controuers.* 282.
num. 26. *&* 27. *Thesaur. quæst. forens.* 84. *n.* 7.
& 8. *Peregrin. cons.* 38. *nu.* 19. *cum seqq. vol.* 6.
Fasar. q. 612. *per tot. & in cons.* 32. *n.* 38. *vsque*
ad fin. Gutier. de tutel. par. 2. *cap.* 17. *num.* 25.
Riminald. Iun. cons. 187. *num.* 14. *& seqq. Pa-*
54 *cific. de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 9. & ad
arguendum dolum adductæ fuerunt releuantes
præsumptiones; quarum altera consumptio
facta per Sp. qu. Sanctuccium grauatum de
omnibus suis bonis; Ita, & talitèr, vt neque
hæredem inuenerit *Gratian. discept. forens. cap.*
935. *n.* 1. *& seqq. Cyriac. controuers.* 432. *n.* 32.
55 *& seqq.* Altera verò desumitur ex certa oc-
cultatione plurium bonorum; & effectuum
hæreditatis restituendæ; Qui enim in vim
redditionis rationis, ad quam tenetur, bona
restituenda nititur occultare, in dolo vtiquè
dicitur manifesto *l. rei communis, & l. falsus §.*
qui alienum, ff. de furt. Peregr. cons. 38. *n.* 18. *vol.* 6.
56 quibus adstipulantur mendacia super indè in
Iudicio dicta; Nàm mendax semper in dolo
præsumitur, *Mascard. de probat. conclus.* 815.
num. 16. *Gratian. discept. forens. cap.* 835. *n.* 11.
13. *&* 14. *cum seqq. Roland. cons.* 49. *num.* 27.
lib. 1. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 3. *nu.* 53.
lib. 5. *& cons.* 439. *num.* 32. *Vermigliol. consil.*
348. *num.* 1.

Verùm ad illum excludendum, cum in hoc
cardo totius quæstionis versaretur, fuit repli-
catum dilapidationem dolosam nullam pro-
57 bari in personam dicti Sp. Sanctuccij; Et in
dubio non esse hanc præsumptionem dolosæ
consumptionis accipiendam *Gall. de except.*
tit. 4. *except.* 23. *nu.* 124. *Vermigliol. cons.* 188.
58 *num.* 2. *& cons.* 466. *num.* 3. quòd præsertim
sibi vendicat locum in personam bonæ condi-
tionis, & famæ, vt non controuertitur, talem
fuisse d. Sp. qu. Sanctuccium *idem Vermigliol.*
59 *cons.* 355. *num.* 15. Secundò fuit dictum, præ-
sumptionem dolosæ occultationis æquè cessa-
re; Cùm ex diuturnitate temporis potiùs ad-
scribendum sit defectui memoriæ *ad tex. in l.*
peregrè, ff. de acquiren. possess. Crauett. cons. 28.
num. 4. *Neuiz. cons. fin. n. penult. Becc. cons.* 111.
60 *num.* 16. Maximè cùm non appareat, quòd
Sp. Antonius quicquã exhibuerit corã DD. Ar-
bitris, ex quibus moti fuerint ad sententian-
dum, prout sententiarunt, & ideò capienda
sit præsumptio, vt realitatem facti habuerint
ab ipso Sp. q. Sanctuccio, & illius extenuata
memoria; Et eò magis, quantò ad illud Iudi-
cium voluntariè se subiecit, & acquieuit dictæ
sententiæ, quæ ex actis non verificabatur, *Nig.*
de execut. rei iudic. cap. 6. *§.* 14. *n.* 9. *& cap.* 8.
61 *num.* 16. Imò assensit, vt Debitor efficeretur
de mobilibus, à quorum restitutione exceptio-
ne consumptionis propter longum tempo-
ris curriculum potuisset se, iure, eximere, vt
post Bart. & alios, quos allegat, respondet
Gall. de except. tit. 4. *except.* 23. *sed* 2. *num.*
123.

62 Sed cũ nõ defuissent hincindè altercantium
coniecturæ, vt videre est in allegationibus Ex-
cellentissimorum Aduocatorum, quas pudet
rescribere; Hinc propterea hoc stante confli-
ctu opinionum, & sententiarum inuicèm
pugnantium, de quibus videre est *apud Nogue-*
63 *guerol. allegat.* 1. *per tot.* Haud dici potest
Nos perperam iudicasse, viam mediam
eligendo, sed sinè præiudicio possidentium
per assignationem iam habitam vsq. quò alia
adsint bona *ad Manent. decis. Mantuan.* 36. *n.* 1.
& decis. 37. *num.* 2. *&* 22. Cùm huic senten-
tiæ assistant citata Iura in alijs adductis *per*
64 *Boeri. decis.* 42. *num.* 39. Sed benè ex iam
dictis fatendum erit, quòd veritas, etiamsi
innumeris circumueniatur insidijs, semper
adhuc tuta remanet; Est enim sicut ignis, qui
quò plus excutitur, plus clarescit *Aristot.* 1.
ethicor. cap. 8. *Hieronym. in prob. Oseæ, & Chri-*
sost. in Euangel. Io. Homil. 28. *&* 57.

Quarè ita fuit decisum pluriès in voce, & in
scriptis partibus auditis, & acerrimè informã-
tibus; cum ex supra fundatis apud verè Iuris
Professores ista veritas sit inconcussa ad clau-
dendum os eorum, qui minimè callent Iuris
principijs.

ARGVMENTVM.

Teſtis variatio punibilis verſari debet circà factum principale, ſuper quo pendet ſubſtantia negotij, & an ex interuallo poſſit corrigere ſuum dictum, vel declarare. Pœna aliqua an imponi valeat, quandò agitur de ijs, quæ ad nullum attinent, & quid ceſſantibus dolo, lata culpa, alterius iactura, lucro, & docto de errore. Delictum an, & quandò dicatur commiſſum de nocte attento *Iure Communi*, *&* *Statuto Lucæ cap. 139. lib. 4.* Periurium quandò dicatur commiſſum per errorem in primo examine, & per errorem incurſum an ſit punibile. Falſitas quandò dicatur, & an, & quandò inducatur per immutationem verborum, & excludatur per quamuis interpretationem ſumendam ex diſceſsù à proprietate verborum.

S V M M A R I V M.

Teſtis variatio vt dicatur punibilis verſari debet circà factum principale, ſuper quo pendet ſubſtantia negotij. num. 1.

Pœna aliqua imponi non valet, ſi verſemur ſuper his, quæ ad nullum ſpectant. num. 2.

Delictum quandò dicatur commiſſum de nocte inſpecto Iure Comm. & Stat. Luc. *num. 3. & 4.*

Falſitas diffinitur, vt ſit immutatio veritatis dolo malo facta in alterius iniuriam. num. 5.

Falſitas ſubſiſtere non poteſt ſine vero dolo. num. 6.

Periurium in primo examine dicitur commiſſum per errorem, & ſine dolo, ceſſante omni lucro, ſubornationis ſuſpicione, aut aliquo quouis intereſſe. n. 7.

Periurium incurſum per errorem, & ſine dolo eſt impunibile. num. 8.

Falſitas ceſſat, vbi primordio veritatis innatur teſtimonium alicuius. num. 9.

Falſitas non inducitur per immutationem verborum, dùm remanet idem ſenſus. num. 10.

Falſitas excluditur per quamuis interpretationem ſumendam ex diſceſsù à proprietate verborum confugiendo ad ſubtilizzationes. num. 11.

Teſtis ex interuallo non poteſt corrigere ſuum dictum, ſed illud declarare, & interpretari. num. 12.

Falſitas vt abſit, potiùs præſumenda eſt pluralitas actuum. num. 13.

Falſitas excluditur vt plurimùm ex bona fama, & ſimplicitate. num. 14.

Errore probato paria ſunt ſe in continenti corrigere, vel ex interuallo. num. 15.

à Pœna ordinaria, aùt extraordinaria quis excuſatur ceſſantibus dolo, lata culpa, alterius iactura, lucro, & docto de errore. num. 16.

Deciſio XXIV.

ALexander q. Stephani Pierini cùm fuiſſet ſub 23. Augusti 1655. examinatus ſupèr facto vulnerum, à Io. Franciſco q. Sebaſtiani illatarum in perſona vnius ex Executoribus Villæ Baſilicæ, ait, ſcelus illud fuiſſe patratum ſub die 19. d. menſis, itèm pulſata Angelica Salutatione, atq. etiàm pulſata vltima hora diei; Sub die verò 10. Septembris eiuſdem anni repetitus cùm eſſet d. Alexander, ratificauit in omnibus alijs ſuis partibus antedictam ſuam depoſitionem, præterquàm in eo capite, quòd hora 24. eſſet pulſata, quia vt ait re vera de tempore, quo ſe obuiauit in dictum Io. Franciſcum, d. hora haùd quaquàm pulſata erat, licèt non ex eo, quià non debuiſſet pulſaſſe, ſed quià vitium horologij fuerat in culpa. Ibi: *Ma ſe l'horologio foſſe andato bene, poteuano eſſere ſonate le 24. hore &c.*

Ex hac prætenſa variatione prætendit D.M. Procurator Fiſcalis, Alexandrum prædictum pœnam falſi incurriſſe, ac obtinuit hac de cauſa, illum condemnari ab Excellentiſſimo D. Iudice à quo in pœnam lib. 40. bonæ monetæ.

Cumq. à ſententia prædicta d. Alexander ad Rotam appellaſſet, & prò reuocatione illius inſtetiſſet; DD. mei hodiè prò ſecunda vice, propoſito dubio, vnanimitèr dixerunt, ſententiam illam carere Iuris aſſiſtentia, hoc ideò prorsùs infirmandam, & annullandam eſſe, potiſſimum moti.

1 Primò quia regulare eſt, quòd ad hoc, vt in teſte varietas punibilis dicatur, oportet, quòd variatio verſetur circà factum principale, ſupèr quo pendeat ſubſtantia negotij *Grammatic. dec.*

2 *60. num. 16.* cum ibi per eum citatis; Si enim verſatur ſupèr his, quæ nulli intereſt de pœna aliqua non eſt tractandum, *Grat. conſ. 99. n. 6. lib. 1. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 13. diffinit. 7 Grammat. deciſ. 2. nu. 28. Sebaſtian. Medic. deciſ. Rot. Maceraten. 53. num. 6.* At falſitas, quæ d. Alexandro à Fiſco improperatur, pendet ſuper ſonitu, & non ſonitu 24. horarum, quod nihil commune habet cum ſubſtantia negotij, de quo agebatur, tàm inſpecto Iure Communi, quàm

quàm attenta dispositione Statutaria, de qua
3 *in cap. 139. lib. 4. Statut.* Siquidèm de Iure
Communi, vt aliquid dicatur commissum de
nocte, sufficit probare id actum post Solis occasum
Gratian. discept. forens. cap. 972. num. 6.
4 *&* 10. & de Iure Statutario sufficit, quòd constet,
pulsatam esse Salutationem Angelicam
de sero. Ibi: *Intelligatur tempus nocturnum,
quandò de sero pulsatur pro Aue Maria illa Ecclesia,
in cuius territorio delinqueretur*; Vndè cùm
Alexander prædictus tàm in primo examine,
quàm in repetitione dixerit, Salutationem
Angelicam de tempore excitati, & per ipsum
auditi rumoris iàm pulsatam fuisse, atq. simul
transactam vltimam diei horam, vtiq. sonitus,
aut non sonitus horologij nihil dare, aut tollere
potest, & consequentèr gratis fuit de falso
ex hac prætensa variatione iste Alexander inquisitus,
processatus, & condemnatus de falso
5 *Iuribus præcitatis*; Et conuincit ipsa falsitatis
diffinitio, quæ nihil aliud est, quàm immutatio
veritatis dolo malo facta, & in alterius iniuriam
Fab. in Cod. lib. 6. tit. 11. diffinit. 28. num. 5.
6 Nàm cùm ex hoc variato, quod nulli obesse,
aut prodesse potest, dolus argui haùd possit in
ipso Alexandro, neq. hoc ideò remanet, vndè
falsitas fundari possit, quæ sine dolo vero subsistere
non potest *Fab. in Cod. lib. 9. tit. 13. diffinit. 2. num. 5. Ambrosin. decis. 21. numer. 12.
& dec. 25. num. 13. & 25. Ricc. dec. Archiep.
Neapol. 130. num. 6. par. 1. Capyc. dec. 67. n. 7.
Grat. cons. 99. num. 3. Farinacc. cons. 60. n. 93.
lib. 1. & cons. 18. num. 6. eod. vol.*
7 Prætereà aut Fiscus prætendit, d. Alexandrum
dixisse falsum in suo primo examine, aut
dùm fuit repetitus: Si primò, vtiq. periurium
per errorem, & sine dolo commissum fateri
oportebit, cessante omni lucro, subornationis
suspicione, aut aliquo quouis interesse, *Bart.
tit. de periur. num. 5. Clar. §. periurium in vers.
exten. Florian. in l. de ætate §. etsi cùm esset nu. 4.
ff. de interrogat. act. Bertazzol. cons. 57. num. 7.
lib. 1. Bursatt. cons. 112. numer. 14. lib. 1. Becc.
cons. 101. num. 25. Gabr. cons. 169. numer. 19.
Farinacc. cons. 60. num. 85. in fin. & cons. 88.
8 num. 16. lib. 1.* Periurium autèm per errorem,
& sine dolo incursum, impunibile prorsùs dicitur,
*Farinacc. cons. 44. num. 22. & consil. 60.
numer. 93. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. diffinit. 19.
num. 1. in allegat.*

Aut verò Fiscus contendit, Alexandrum
istum in repetitione peierasse, & bifario ex capite
corruit assumptum: Primò corruit Fisci
prætensio, quia hoc Alexandri secundum
dictum primordio veritatis iuuatur, vt probant
testes ad defensam, & præsertim secundus
in ordine, qui præsens fuit, dum Io. Antonius
delictum patrauit, & cui tanquam de
veritate facti per sensum corporeum deponen-
9 ti standum est; Vbi autèm testimonium alicuius
iuuatur primordio veritatis, cessat falsitas,
*Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. diffinit. 4. num. 6.
in alleg. Farinac. cons. 88. nu. 9. lib. 1.* latissimè
*Valenzuel. cons. 94. num. 21. tom. 1. per doctrin.
Bald. in l. falsus num. 1. Cod. de furt. Caball. centur.
1. cas. 66. num. 7.*

Somnium autèm visum fuit, quo nixus est
Fiscus, redarguere d. Alexandrum; Nàm si
Alexander in repetitione habuisset animum
sonendi Io. Antonium, eumq. ab edicto pœnam
duplicante eximere, nequaquàm duplicasset,
quòd Angelica Salutatio transiuisset,
quòdq. nox iàm facta fuisset, quamuis per horologium
adhùc hora 24. non fuisset pulsata;
10 Cùm non sit, qui nesciat, quòd immutatio
verborum non habeatur in consideratione,
neque inducat falsitatem, dùm remanet idem
sensus, vt *post Natt. cons. 314. num. 4.* & alios
dixit *Farinacc. in d. cons. 18. num. 7.*

Secundò corruit hoc idem Fisci assumptum
ex ratione per eundem Alexandrum assignata
desuper immutatione sui dicti; Ait siquidèm
dixisse, pulsatam horam 24. tùm quia cùm
valdè serò esset, debuisset pulsata esse, quod est,
11 ac si dixisset, intellexisse de hora Iuris; Ad
namq. falsitatem excludendam, quæuis interpretatio
sumenda est, & si opus foret, discedere
à proprietate verborum, & confugere ad
subtilizzationes *Grat. d. cons. 99. num. 9. lib. 1.
Eoller. inter cons. diuers. cons. 78. num. 15. lib. 2.
Becc. cons. 78. num. 12. Bald. inter cons. diuers.
cons. 28. num. 14. lib. 5. Farinac. q. 153. n. 199.
& seq. Christoph. Mart. Medic. decis. 96. nu. 22.*
12 Licèt etiàm regulare sit, quòd testis non potest
suum ex interuallo corrigere dictum, benè
tamèn potest ex interuallo illud declarare, &
interpretari *Felin. in cap. cùm tu col. 2. de testib.
Farinac. cons. 44. num. 1. lib. 1.* Quinimò potiùs
dicendum foret, horologium bis eandem
horam diuersis temporibus pulsasse, tanquàm
discordatum, quàm quòd Alexander dolo
malo voluerit variare, nulla accedente causa;
13 ex regula potiùs pluralitas actuum præsumenda
est, quàm falsitas *Crot. de testib. par. 7.
num. 338. vers. Secundò reducitur ad concordiam.
Alciat. commun. opin. & sentent. præsumpt. 16.
reg. 3. num. 3.*
14 Quod sine amaritudine dixerunt Domini
transire attenta bona fama, & simplicitate
d. Alexandri, quæ plurimùm operatur ad falsitatis
exclusionem *Gabr. d. cons. 169. num. 7.
Becc. cons. 28. num. 26. Farinacc. cons. 18. n. 59.
cons. 44. numer. 16. cons. 60. numer. 85. & 86.*
15 Maximè, vt hic, probato errore, cùm paria

ſint,ſe incontinenti corrigere,vel ex interuallo, doctò de errore, *Farinacc. conſ. 44. numer. 19. cum ſeqq. lib. 1.*

16 Quare ceſſantibus dolo, lata culpa, alterius iactura, lucro, & conſtito de errore, non eſt locus alicui pœnæ ordinariæ, aut extraordinariæ, quantumuis d. Alexander nõ poſſet,prout poteſt, & debet excuſari ſe à leui culpa, aut leuiſſima *Farinac. d. conſ. 44. n. 6. & 17. lib. 1. verſ. His enim non obſtantibus, & cum ſeqq.*

Et ità fuit deciſum vtraquè parte informante.

ARGVMENTVM.

Filiatio quomodò, & per quæ verba probetur tàm *de Iure Cõmuni*, quàm *Statutario Lucæ cap. 99. lib. 1.* & ex quibus adminiculis inducatur, pleneque probetur. Identitas Perſonæ an, & quandò probata dicatur ex ſolo nomine, ac ex quibus adminiculis, ſeù coniecturis. Ciuilitas Patris an tranſeat in filium ob translationem domicilij Patris aliò, ad hoc vt filius non remaneat ſub diſpoſitione Statuti prohibitiui acquiſitionis bonorum ſtabilium Forenſibus. Domicilium originis an, & quandò aliò cenſeatur translatum, vt quis deſinat eſſe Ciuis, & examinatur differentia inter Ciuem originarium habitantem in loco originis, ibiquè munera ſubeuntem, & Ciuem originarium non habitantem, & onera non ſubeuntem.

SVMMARIVM.

Deſcendentia probatur ex confeſſione partis emanata in poſitionibus. num. 1.

Filiatio probatur ex verbis enunciatiuis appoſitis in teſtamento ab illo, cuius negatur eſſe filius, & hoc tàm de Iure Communi, quàm ex Statuto Lucæ. *num. 2.*

Filiatio probatur per verba diſpoſitiua ex inſtitutione in certa portione. num. 3.

Filiatio ſine DD. *controuerſia probatur ex inſtitutione, præcedente nominatione. num. 4.*

Filiatio probata dicitur ex verbis enunciatiuis, & diſpoſitiuis Teſtatoris cum aliquo legato relicto alicui, tanquam alicuius filio. num. 5.

Filiationis nominatio, & confeſſio, ab aliquo in teſtamento facta, facit plenam probationem contrà nominantem, & confitentem, ac eius heredes. num. 6.

Filiatio optimè adminiculatur per fidem baptiſmatis. num. 7.

Filiationis aliqualis præſumptio prouenit ex Inſtrumento venditionis, in quo quis enunciatur filius alicuius. num. 8.

Teſti inducto ab vtraque parte eſt ſtandum, cùm videatur approbatus. num. 9.

Filiatio an plenè probetur per duos teſtes Ciuiliter examinatos iunctis depoſitionibus aliorum teſtium Criminalitèr habitorum. num. 10.

Identitas Perſonæ probatur ex ſolo nomine, niſi probetur, aliam extitiſſe eo tempore eiuſdem nominis. num. 11.

Identitas Perſonæ probatur coniecturis. num. 12.

Identitas Perſonæ arguitur ex ſcripturis antiquis, & Inſtrumentis. num. 13.

Filiatio, & legitimatio plenè probatur ex teſtibus. num. 14.

Filiationis vrgens præſumptio inducitur per tractatum prò tali ab omnibus habito. num. 15.

Filiationis coniectura oritur ex publica voce, & fama. num. 16.

Filiationis indicium trahitur ex cohabitatione cum Iugalibus, quorum prætenditur filius. num. 17.

Filiationis plena probatio deducitur ex nominatione facta in Inſtrumento venditionis bonorum, præſentibus patre venditore, & filio. num. 18.

Teſtes examinati ſuper ſtatu Perſonæ faciunt Ius, & probant quoad omnes. num. 19.

Legitimitas prolis ex quibus optimè probetur. n. 20.

Filiationis potiſſima coniectura deſumitur ex ſimilitudine filij cum patre. numer. 21. Ampliatur. num. 22. & 23.

Ætas ex quibus probari poſſit tùm de Iure Communi, cùm ex Statuto Lucano. num. 24. 25. & 26.

Forenſis ex cap. 74. lib. 2. Statut. Luc. *ſuccedere nequit in Maioratù. num. 27.*

Ciuilitas Patris tranſit in filium, licèt alibi natum. num. 28.

Ciuilitas præcedens ex origine paterna eſt adeò fortis, vt ſit immutabilis. num. 29.

Filius renunciare nequit Ciuilitati paternæ, nec eam relinquere, aut mutare valet. num. 30.

Ciuilitas præcedens originis non tranſit in filium, quandò Pater aliò domicilium transfert cum laribus, & tota familia ex Neguz. Iun. q. 60. per tot. *num. 31. Declaratur. num. 42.*

Domicilium vt alibi conſtitutum dicatur, & accidentale non ſit, ac animo paternos lares relinqui videatur, aſſerentibus incumbit onus probandi. num. 32.

Domi-

Domicilium non censetur translatum ob curriculum decennij, & relictum illud originis per recessum ex aliqua causa accidentali, scilicet causa studij, aut exercitij alicuius artis, unde recipitur præsumptio animi reuertendi, num. 33. Ampliatur num. 34.

Domicilium per incolatum alibi contractum non dicitur amissum, aut derelictum, nisi concludentèr probetur, cùm quis possit habere duo Domicilia, vnum Incolatus, aliud Originis, num. 35.

Domicilium alibi constitutum non operatur præsumptionem, quem dereliquisse Domicilium Originis, num. 36.


Ciuilitas tunc amissa dicitur, quandò adest animus deserendi Domicilium Originis. num. 37.

Ciuis verus, & proprius loci originis propriæ, aut paterna quis non desinit esse per translationem Domicilij in alium locum cum familia, & omnibus suis facultatibus. num. 38.

Ciuis transferens Domicilium in alium locum cum familia, & bonis, licèt quoad quadam non fruatur aliquibus priuilegijs à Statutis Ciuibus indultis, tamen non est Forensis, & non venit sub Statuto de Forensibus loquente. numer. 39. Et sic posset bona stabilia acquirere à Statuto Forensibus prohibita. num. 41.

Ciues Originarij habitantes in loco originis, & ibi munera subeuntes, & Ciues originarij non habitantes, & onera non subeuntes, quomodò inter se differant. num. 40.

Onera sustinentur ab aliquo, licèt sustineantur per mediam personam affinium. num. 42.



Decisio X X V.

Michael quondam Iusti olim Antonij Iusti de Marlia nuncupatus *Michelino da Marlia* suum vltimum testamentum condidit, in quo suos hæredes vniuersales fecit, atq; instituit filios masculos ipsius testatoris, si eos susceperit, sin autem eius filias fœminas, si verò sine filijs, seu filiabus decederet, suos hæredes vniuersales instituit, & esse voluit Paulinum olim Nardi quõdam Simeonis Iusti de Marlia, & si dictus Paulinus hæres non esset, Leonardum ipsius Paulini filium primogenitum, & eo non existente, hæredem Franciscum alium filium dicti Paulini, & si ipse Franciscus hæres non esset, Simeonem similitèr alium eiusdem Paulini, & si ipse Simeon hæres non esset, alios filios masculos legitimos, & naturales dicti Paulini, & successiuè natos, & nascituros; ità vt sempèr maior natu præferatur, in quorum omnium personis in suo casu constituit, & fundauit perpetuum fideicommissum, & Ius primogenituræ.

Et prædicta linea dicti Paulini finita quandocunq;

docunq. ita vt ex ea nullus superesset masculus legitimus, & naturalis hæreditatem, & bona præfata in totum transire ordinauit in alium de domo, & familia de Iustis proximiorem natum, vt supra, tunc; & in eo casu in humanis agentem legitimum, & naturalem, & eius descendentes, & proximiores, vt supra, & sic successiuè vsq. in infinitum, vt latiùs constat ex Instrumẽto publico rogato manu Egr. D. Io. Baptistæ Vecoli sub die 14. Septembris anni 1574. & hoc idem narrauit Ioseph Iustus in suo libello.

Dictus Michael Iustus Testator de anno 1581. diem suum clausit extremum, & nullis post se relictis filijs, seu filiabus legitimis, & naturalibus, præmortuo dicto Paulino olim Nardi quondam Simeonis Iusti primo loco vocato in dicta primogenitura, & ob id Leonardus, seu Nardus filius primogenitus ipsius Paulini successit in omnibus bonis, & hæreditate dicti olim Michaelis testatoris, & dictum fideicommissum acceptauit, vt hæc omnia narrantur ab actore in eius libello, & medio Iuramento articulauit in tertio, & quinto articulo.

Decessit dictus Leonardus fideicommissarius, relicto post se Nardino eius filio legitimo, & naturali, qui pariter obijt superstite Paulino, qui mortuus est, relicto Leonardo eius filio infanti, pro cuius Leonardi filij infantis morte sequuta de anno 1631. extincta fuit, & est dicta linea Paulini fideicommissarij, & venit casus substitutionis ad fauorem proximioris vltimi grauati decedentis, & maioris natu de familia de Iustis, vt idem actor narrauit in suprascripto libello, & cum Iuramento articulauit tàm in articulis 7. 9. 10. 11. 12. & 13. quàm in responsionibus ad positiones 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. & 46. productas pro parte D. Io. Baptistæ Iusti.

De anno 1631. cùm fuissent ab Excellentissimo Consilio Generali delegatæ omnes causæ illorum, qui decederent de morbo contagij Perillustri D. Cataneo tunc D. Iudici ordinarij, lis orta fuit coràm dicto D. Cataneo inter Cæsarem olim Angeli quon. Nicolai Iusti ex parte vna, & Iosephum quon. Martini Iusti ex parte alia contendentes adinuicèm supèr dicto maioratu, & primogenitura, in quo Iudicio fuit sententiatum ad fauorem dicti Iosephi, & iure quidem meritò; quia dictus Ioseph erat proximior vltimo grauato, & maior ætate dicto Cæsare, vt fuit probatum in processu tunc temporis fabricato.

Dñus Ioseph Iustus suprascriptus de anno 1632. tanquàm proximior, & maior natu de familia de Iustis, & per consequens tanquàm vocatus ad fideicõmissum, & primogenituram, de qua supra, instituit Iudicium contra Siluestrum Lagorium, & eius filios Laurentium, & Balthassarem Balthassaris, nec non Achillem, & Augustinum olim Bartholomei Balthassaris possessores, & occupatores nonnullorum bonorum remansorum in hæreditate dicti olim Michaelis fideicommittentis, vt legitur in libro prædicto.

Sub die 9. Aprilis dicti anni 1633. comparuit D. Ioannes Baptista quon. Sebastiani olim Baptistæ Iusti quondam Antonij Iusti de Marlia, vti tertius comparens, & exposuit, & narrauit, se esse proximiorem vltimo grauato, & maiorem natu de dicta domo, & familia de Iustis, & propterea ad ipsum, & non ad dictum D. Iosephum spectare hæreditatem dicti Michaelis testatoris, & vlteriùs petijt cõdemnari suprascriptos Reos conuentos ad sibi dimittendum, & relaxandum bona per eos occupata, & detẽta, vt in processu fol. 67. & seqq.

His ità se habentibus tota vis præsentis causæ ad duo tantùm capita reducitur. Primum est, an dictus Ioannes Baptista sit filius legitimus, & naturalis Sebastiani quon. Baptistæ olim Iusti Antonij Iusti de Marlia, & sic pronepos ex fratre dicti Michaelis testatoris, & filij dicti olim Iusti Antonij Iusti; Alterum verò, an sit maior ætate ipso Dño Iosepho Iusto; Hisce enim duabus qualitatibus requisitis, per testamentum dicti Michaelis plenè probatis, est penitùs indubitatum ex clara, & aperta dispositione dicti testamenti, quòd hæreditas, seu primogenitura, de qua in suprascripto testamento spectat, & pertinet ad dictum Io. Baptistam, vti proximiorem dicto Michaeli testatori, & in æquali gradu existentem cum dicto Iosepho respectu vltimi grauati, sed maiorem ætate ipsomet Iosepho.

Circa primum caput, hoc est, circa legitimitatem, & descendentiam dicti Io. Baptistæ rei videbatur penitùs indubitata; nàm in facto non controuertebatur à Iosepho aduersario, fuisse in rerum natura Baptistam filium legitimum, & naturalem olim Iusti Antonij Iusti de Marlia, hoc enim dictus Ioseph cum Iuramento confessus fuit in responsione ad primam, tertiam, septimam, octauam, nonam, & tertiadecimam ex positionibus productis per
1 dictum Ioannem Baptistam; Ex qua sanè patris confessione emanata in positionibus, benè probatur descendentia *Honded. cons. 83. num. 73. lib. 1. in specie Caualer. decis. 382. n. 3.*

Et quandò etiam dispositioni locus esse posset, & non adesset confessio dicti Iosephi, prædicta tamen descendentia concludentèr probatur ex Instrumentis exhibitis.

2 Nàm quòd Iustus sit filius Antonij Iusti de Marlia cõstat ex testamento dicti Antonij rogato manu D. Iuliani Granucci sub die 10. Iulij 1499. de quò dictus Antonius, nè dùm per verba ennunciatiua appellat dictũ Iustum eius filium, quod sufficeret *ex cap. 99. versic. Item sufficiat probari lib. 1. Statut.* cuius dispositio est conformis dispositioni Iuris Communis in puncto *Mascard. de probat. concl. 790. num. 34. & conclus. 798. n. 10. Ludouis. decis. 422. nu. pr.*

3 Verùm etiàm per verba dispositiua, quia eundem Iustum in certa portione hæredem instituit, *Rota dec. 2. n. 1. vers. Nec obstant par. 1.*
4 *diuersor.* Ex qua institutione præcedente nominatione absq. vlla Doctorũ controuersia probatur filiatio *Mascard. de probat. conclus. 798. num. 11. Ricc. in sua Collect. decis. par. 2. collect. 256. Caualer. decis. 128. num. 2. Ludouis. decis. 422. num. pr. & decis. 349. num. 6. Rot. d. dec. 2. n. 1. & 2. par. pr. diuersor. Coccin. decis. 105. num. 3.*

5 Quòd autèm Baptista sit filius dicti Iusti Antonij Iusti de Marlia probatur ex testamento d. Michaelis testatoris condito de anno 1574. in quo appellat dictum Baptistam filium dicti q. Iusti de Marlia, & eius fratrem ex quibus verbis ennunciatiuis, imò etiàm dispositiuis, quia dicto Baptistæ legatur quædam annua reddita, optimè probatur filiatio cõtra dictum Michaelem confitentem, & eius hæredes, qualem se esse prætendit dictus Ioseph aduersarius *Mascard. de probat. conclus. 790. num. 16.*

Solùm igitur altercatio reducebatur ad Sebastianum Patrem dicti Ioannis Baptistæ Tertij comparentis, & ad ipsummet Io. Baptistam, vtrùm scilicèt ille esset filius suprascripti Baptistæ quon. Iusti Antonij Iusti de Marlia, hic verò esset filius dicti Sebastiani, & quidèm legitimus, & naturalis.

Verùm enim verò, quòd Sebastianus sit filius dicti Baptistæ dicti quon. Iusti Antonij Iusti de Marlia ex pluribus euidentèr apparere Domini dixerunt.

6 Primò ex præfato testamento dicti Michaelis fideicommittentis, in quo nominat Sebastianum filium dicti Baptistæ dicti quondam Iusti Antonij Iusti eius ex fratre nepotem, quæ sanè nominatio, & confessio contra nominantem, & confitentem atq. eius hæredes plenam ex præmissis probationem facit, quibus addimus *Gemmam in tractat. de verb. enunciat. lib. 2. q. 33. num. 18. & seqq.*

Secundò ex fide Baptismatis extracta ex libris baptismalibus Plebis Marliæ, in quibus libris reperitur baptizatus dictus Sebastianus subsequẽtibus verbis: *Bastiano di Battista Giusto;*
7 Quæ sanè fides baptismatis optimum præbet adminiculum filiationis dicti Sebastiani, quòd sit filius Baptistæ *Caualer. decis. 128. numer. 2. Coccin. decis. 105. n. 14. & decis. 219. n. 5.*

8 Tertiò ex Instrumento venditionis factę per suprascriptum Sebastianum de anno 1586. rogato manu Egr. D. Lælij Sitti, in quo dictus Sebastianus enunciatur filius Baptistæ Iusti de Marlia, quæ ennunciatiua licèr non faciat plenam, vel semiplenam probationem, facit tamen aliqualem præsumptionem *Mascard. de probation. concl. 621. num. 25.*

Quartò ex depositionibus testium examinatorum in Iudicio criminali inter easdem partes vertente, & præsertim ex D. Iosepho olim Ioannis Granucci, qui fol. 111. à tergo, & fol. 119. à tergo dicit, se cognouisse dictum Sebastianum Iustum, qui erat nepos dicti Michaelis testatoris nuncupati *Michelino*, & quòd ab ipso Michaelino nepos vocabatur, & iste
9 testis est ætatis annorum 73. Et fuit inductus in testem etiàm ab ipsomet Iosepho aduersario, vt legitur fol. 50. & fol. 95. Cui propterea standum est, cùm ab vtraque parte videatur approbatus *Farinac. de testib. q. 62. num. 220. 221. 222. 223. 224. & 225.*

Hoc etiàm clariùs probat Domina Humilia vxor Libertatis Iusti de Marlia ætatis annorũ 81. quæ in dicto processu criminali vocat dictũ Sebastianum filium Baptistæ Iusti de Marlia, & rursùs dicit, quòd dictus Michaelinus erat pa-
10 truus dicti Sebastiani; Qui duo testes procùl dubio si non plenam probationem reddant, saltem semiplenè probant, iunctis præsertim depositionibus aliorum testium tàm in hoc Ciuili, quàm in præfato criminali Iudicio examinatorum *Mascard. de probat. conclus. 797. per tot.*

Quintò, & vltimò probatur ex confessione iurata dicti Iosephi emanata ad positiones 14. & 15. dicti Io. Baptistæ, & huiusmodi confessio sub his verbis cõcepta fuit, scilicèt super 14. *Credit, quendam Baptistam Iustum reliquisse post se quendam Sebastianum eius filium*, & super 15. *Credit, dictum Sebastianum fuisse filium legitimum, & naturalem cuiusdam Baptistæ Iusti, sed non esse eum, qui dicitur filius Baptistæ Iusti Antonij Iusti*; Quo stante cùm dictus Ioseph confiteatur, Sebastianum esse filium Baptistæ Iusti, hoc sufficit, quamuis dicat non esse eum, qui dicitur
11 Baptistæ Iusti Antonij Iusti; Nàm identitas personæ probatur ex solo nomine, nisi probetur alium extitisse eo tempore eiusdem nominis *Gratian. discept. forens. cap. 93. num. 12. & cap. 554. num. 57. Farinacc. quæst. 11. num. 24. Bald. cons. 70. per tot. lib. 4. idem Farin. in fragment. in litera Identitas num. 10. & seqq.* Vbi plures cumulat *Surd. cons. 414. num. 69. Cornazzan.*

Nazzan. decis. 7. n. 10. Caualer. decis. 128. n. 3. Præterquam quod identitas personæ dicti Sebastiani ex alijs superiùs deductis benè diceretur probata, quandò pluralitati locus esse
12 posset; Cùm coniecturis talis identitas probetur *Rota decis. 277. num. 5 par. 2. in recent. Seraph. decis. 489. nu. 2.* Præsertim in antiquis *Grattan. discept. forens. d. cap. 554. num. 49.*

De persona autem dicti Ioannis Baptistæ, quòd sit filius legitimus, & naturalis dicti q. Sebastiani olim Baptistæ Iusti de Marlia, non videtur probabilitèr dubitari posse.

Primò enim id probant ad saturitatem sex testes examinati in Iudicio criminali intèr easdem partes vertente, de quibus in summario, qui vno ore dicunt, præsentem Io. Baptistam, qui causam agit cum dicto Iosepho Iusto, esse illummet, qui erat, & est filius legitimus, & naturalis dicti Sebastiani quondam Baptistæ Iusti, natus ex eo, & ex D. Sita Luporina eius vxore, & quòd eum benè recognouerunt, & recognoscunt, & quòd sinè vlla difficultate est ipsemet Ioannes Baptista, quem ipsi, tanquàm filium dicti Sebastiani, cognouerunt, tàm in hac Vrbe Lucensi, quàm Messanæ, & Neapoli ex pluribus argumentis, & rationibus per eos
13 deductis; Quibus ego addo, quòd productio suprascriptarum scripturarum antiquissimarũ, & Instrumentorum, de quibus suprà, arguit identitatem personæ *Cornazzau. decis. 7. nu. 12.*
14 Et hoc idem probant tres testes examinati in hoc Iudicio Ciuili, ad quorum lecturam remissio sufficiat, & ex quibus plenè probari nè dum filiationem, sed etiam legitimationem, firmant *Alex. cons. 51. num. 4. vol. pr.* plenè *Mascard. d. conclus. 797. n. 13. 14. 15. & 16. & per tot.*

Secundò probatur ex eo, quòd ijdem testes affirmant, dictum Ioannem Baptistam fuisse sempèr tentum, tractatum, & nominatum ab omnibus tàm Lucensibus, quàm forensibus, Ibi: *Et tanquàm filium legitimum, & naturalem dicti Sebastiani quon. Baptistæ Iusti de Marlia;*
15 Qui tractatus proculdubio vrgentem præsumptionem inducunt filiationis, plenè *Mascard. de probation. conclus. 789. per tot. Surd. cõs. pr. num. 41. Rot. decis. pr. num. 2. & decis. 238. num. 9. par. pr. diuers. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 69. 70. & 74. Caualer. decis. 123. num. 2.*
16 Tertiò probatur ex publica voce, & fama, de quibus per testes in summario, quæ arguit coniecturam filiationis *Cas. de Grass. decis. 181. aliàs 6. num. 2. qui filij sint legitimi. Ludouis. decis. 247. num. 19.*
17 Quartò probatur ex cohabitatione dicti Io. Baptistæ cum præfatis Sebastiano, & Sita iugalibus, quæ pariter est indicium filiationis *Mascard. d. cõclus. 789. n. 47. Caualer. d. decis. 123. n. 2.*

Quintò ex suprascripto Instrumento venditionis factæ per dictum Sebastianum q. Baptistæ Iusti, & dictam Sitam Luporinam eius vxorem de anno 1586. sub rogitu Egreg. D. Lelij Sirti, in quo dictus Sebastianus nominat dictũ Baptistam eius filium præsentem, & vna cum
18 eo contrahentem; Quæ sola nominatio attenta præsentia tàm dicti Sebastiani Patris, quàm dicti Io. Baptistæ filij sufficeret prò plena probatione filiationis *per cap. 99. vers. Et etiã intelligatur lib. 1. Stat.* quod esse conforme Iuri Communi, superiùs ostensum fuit.

Sextò ex originali fide Baptismatis Vrbis Messanæ, in qua habetur huiusmodi verba: *Fù battezzato lo figlio di Bastiano di Battista di Lucca nomine Io. Baptista.*

Et licèt in ea non adsit illud cognomen de Iustis, hoc tamèn nihil nocet, quia ex alijs, de quibus suprà, luce meridiana clarius innotescit, dùm, Io. Baptistam esse filium Sebastiani Baptistæ Iusti, & eum fuisse, ac esse de dicta familia de Iustis, apertissimè deponunt Testes, & ex infrà etiàm dicendis apparebit, & præsertim ex alia fide publica mortis dicti Sebastiani ex eadem Vrbe Messanensi extracta, vbi dictus Sebastianus maritus D. Sitæ vocatur de Iustis, nec non etiàm ex alia fide admissionis in Consilio Textorum Lucensis Ciuitatis rogata manu Egr. Sp. Cæsaris Ghinizani;

Prætereà concordat cum dicta fide Baptismatis depositio secundi testis examinati in Iudicio criminali, qui fol. 98. à tergo dicit: *Che detto Bastiano di Battista si faceua chiamare di Lucca.*

Septimò probatur ex depositionibus iuratis duorum Testium examinatorũ de anno 1596. in Vrbe Messanæ ad instantiam dicti Io. Baptistæ Iusti pro consequendo priuilegio Ciuilitatis dicti loci, qui Testes dicunt, dictum Ioann. Baptistam esse filium legitimum, & naturalem Sebastiani, & Sitæ Iugalium; Nec potest in dubium reuocari, quin eis omnimoda fides
19 præstanda sit; Quia testes examinati supèr statu personæ, faciunt Ius, & probant quoad omnes *l. ingenuum, & ibi not. ff. de stat. homin. Achill. de Grass. decis. 5. de senten. & re iudic. Ludouis. decis. 498. num. 9. Caualer. decis. 575. num. 8.*

Octauò probatur ex tenore priuilegij Ciuilitatis eiusdem Ciuitatis Messanę in forma amplissima existentis, in calce cuius priuilegij adsunt hæc verba: *Et quoniam Nob. Io. Baptista Iustus filius legitimus, & naturalis Sebastiani, et Sitę Iusti Iugalium Ciuis huius Nobilis Vrbis Messanæ ex ea verè natus, & ortus, vt nobis constat.*
20 Nonò probatur ex alio priuilegio Consulatus Artis Textorum Vrbis Neapolis; Nàm vt

ait

ait tertius testis in processu Criminali. *Nisi fuisset filius legitimus, & naturalis dicti Sebastiani Iusti, non fuisset creatus Consul dictæ Artis*, & confirmatur hoc idem ex eo, quòd tanquàm filius dicti Sebastiani quondàm Baptistę, qui retroactis annis fuerat in hac Vrbe Lucensi Magister dictæ Artis, Textor fuit adscriptus, & connumeratus intèr dd. Magistros, & sibi fuit assignatum Telare dicti Sebastiani sui patris, ùt ex fide publica rogata manu Egr. D. Cæsaris Ghinizaui sub die 16. Aprilis præsentis anni 1653. ex quibus actibus, qui cõuenire non possunt nisi filio legitimo, & naturali dicti Sebastiani quon. Baptistæ, optimè probatur legitimitas prolis, *cap. per tuas* vbi *Glos. in verb. filium appellauit*, & ibi *canon. qui filij sint legit. Cas. de Graff. decis. 64. aliàs 18. nu. 3. & 9. de probat. Caualer. decis. 123. nu. 3.*

Decimò non leuitèr arguitur ex pluribus indicijs, & signis dictam filiationem perbellè denotantibus, & de quibus deponunt Testes;
21 Et primò ex similitudine dicti Ioannis Baptistæ cum dicto Sebastiano eius patre, quià scilicèt ambo seruant eandem effigiem, quæ est potissima coniectura filiationis, vt plena manu scribit *Gratian. discept. forens. cap. 567. à*
22 *num. 29. usq. in finem dicti cap.* Secundò ex factis, ac gestis antiquis non alij, quàm dicto Io. Baptistæ congruentibus, quorùm memoriam optimè callere dicunt Testes in summario sub num. 130. faciunt tradita *per eundem*
23 *Gratian. cap. 468. num. 26.*; Ego adijcio nimirùm identitatem nominis dicti Io. Baptistæ cũ auo paterno, & patre dicti Sebastiani, quià, ùt omnibus notum est, solent Genitores eorum filijs, vel proprium nomen, vel eorum parentum, & maiorum imponere, & est *decis. Rot. 176. num. 9. par. pr. in recent.* Quas omnes coniecturas luculentissimè reportat, *Rota in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. coràm Reuerendissimo Roias per totam*, quæ est *decis. 68. par. 9. tom. 1. recent. & in Fanen. seù Senogallien. Bonorum Veneris 26. Iunij 1648. coràm Reuerendiss. Meltio, & in Viterbien. fideicommiss. Vener. 2. Maij 1653. coràm Reuerendiss. Verospio*.

Redeundo itaq. ad alterum principale caput præsentis causæ, quòd respicit maiorem ætatem dicti Ioannis Baptistæ respectù personæ dicti Iosephi, qui natus fuit die 10. Martij anni 1571. ùt ipse met posuit cum iuramento in 29. positione de productis per eum in causa delegata coràm D. Cataneo, dicitur ex tribus potissimùm hanc veritatem probari.

Primò ex depositionibus Testium, de quibus in summario sub nu. 28. quorum secundus deponit de annis 66. circitèr, quartus de annis 64. circitèr, quintus de annis 65. circitèr, & sextus de annis 66. in 68. circitèr, & quartus ex dictis Testibus agit annos 73. sextus verò
24 agit annos 81.; Vndè benè ex huiusmodi Testium depositionibus probatur, quòd ætas dicti Ioannis Baptistæ sit maior illa Iosephi, ex plenè cumulatis *per Mascard. de probat. concl. 668. per tot.*; Nàm dictus Ioseph habet annos 62. dictus vero Io. Baptista attentis prædictis habet annos ad minus 64.

Secundò irrefragabilitèr probatur ex libro baptismatis vtriusq.; Dictus enim Ioseph dicitur natus die 16. Martij 1571. & tali die baptizatus fuit, dictus verò Ioannes Baptista natus apparet die 25. Maij 1567. ùt ex fide originali
25 dicti baptismatis plenè constat; Et ob id cùm ex ea probetur ætas, tàm de Iure Communi *DD. in cap. ad audientiam de rescript. Dec. cap. cum causam num. 7. de probat. Pacchin. cons. 25. num. 4. lib. 2. Magon. decis. Luc. 13. num. 7. Ludouic. decis. Perus. 55. num. 7. Genua de script. priu. lib. 5. cap. 2. quæst. pr. per tot. Mascard. de probat. conclus. 672. per tot. Rota decis. 481. nu. 4. par. 2. in recent. Farin. in Fragm. in pr. part. lit. E. num. 141.*; Vbi plures congerit de communi testantes, & subdit de hac conclusione non esse dubitandum, stante præsertim decreto *Sacrosanct. Concil. Triden. sess. 34. cap. 2.* quàm etiàm *ex cap. 41. Rota*.

26 Tertiò demùm probatur ex dicto Instrumento venditionis factæ per dictum Sebastianum, & Io. Baptistam eius filium celebrato sub die 27. Septembris 1586. allegato in processu sub numer. 4. vbi dictus Io. Baptista contrahit, & vocatur *filius maior dicti Sebastiani olim Baptistæ Iusti*, ex qua enunciatiua in Instrumento apposita probari ætatem, firmat *Eminentiss. Mantic. decis. 133. n. 3.* & probat *Mascard. conclus. 670. per tot.*; Vndè cùm de anno 1586. dictus Io. Baptista vocetur filius maior, cuius ætas in contractibus secundùm huius Ciuitatis Iura sit ætas annorum 18. ùt *per cap. 58. lib. 2. Statut.* clarè patet ex calculo, quòd dictus Io. Baptista de præsenti agit annos saltem 65. & per consequens est omni modo maior ætate ipsomet Iosepho.

27 Non obstat, quòd vltimo loco obijciebatur, dictum Ioannem Baptistam tanquàm forensem non posse succedere in hoc maioratu in dicto testamento ordinato, ita disponente *Statut. in cap. 74. lib. 2.*

Nàm Domini prò responsione dixerunt, non reuocari in dubium, quin pater ipsius Io. Baptistæ sit oriundus huius Ciuitatis, aùt ter-
28 ritorij; Quò fit, ùt talis etiàm debeat censeri filius, licèt alibi natus fuerit; Quià ciuilitas patris transit in filium *l. assumptio §. filius ff. ad muni-*

municip. & ibi *Gloſ. Bart. & DD. l. filios C. de municip. & orig. lib.* 10. & ibi paritèr *Gloſ. & DD. Cyn. in l.2. C. de iuriſd. omn. Iud. Boſſ. in tit. de foro compet. nu.27. & 28. Brun. conſ.109. nu. 1. lib. pr. Boer. deciſ. 13. num.5. verſ. & paritèr Bald. conſ.294. per tot. lib.4. Iaſ. in l. huiuſmodi §. legatum de leg. pr. & conſ. 77. lib. 3.* & verbis diſertis deciſum eſt per Statutum noſtrum *cap. 749. in princ. verſ. quidam enim lib. 4. Ludouiſ. deciſ. 372. num. 6.* & melius *deciſ. 279. num. 19. Criuell. deciſ. 123. num. 24. & ſeqq.* vbi pulchrè, & in terminis Statuti, & in puncto fideicommiſſi *Fuſar. conſ. 5. num. 2. lib. 1.*

29 Quæ Ciuilitas procedens ex origine paterna eſt adeò fortis, ùt immutabilis ſit *d.l. aſſumptio in princip. l. origine cum ſeqq. C. de munic. & origin. lib. 10. Alberic. in l. Incola ff. ad municip.*;

30 Et filius ei renunciare non poſſit, nec eam relinquere, aut mutare valeat, *Io. de Platea in rubr. C. de municip. & origin. Boer. deciſ. 13. nu. 5. verſ. & pariter Criuell. deciſ. 123. num. 25.*

31 Non obſtat, quòd hęc non procedant, quando quis aliò habitatũ ſe transfert cum laribus, & tota familia, vt *per Neguſ. Iun. qu. 60. per tot.*

32 Reſpondetur enim tribus medijs; Primò itaquè non conſtare, quòd Sebaſtianus Iuſtus pater actoris receſſerit ab hoc territorio animo non redeundi, quod eſt neceſſarium ad effectum, ùt alibi domicilum poſſit dici conſtitutum; alioquin enim receſſus à loco originis præſumitur accidentalis, & abſq. animo paternos lares relinquendi, ideò dicentibus contrarium incumbit onus probandi *Brun. conſ. 109. num. 1. 2. lib. pr.*

Et licèt dici ſoleat ex habitatione per decennium cum tota familia argui hunc animum conſtituendi domicilium, & relinquen-

33 di locum originis; Tamen aduertendum eſt, hoc non procedere in illis, qui ex aliqua cauſa accidentali recedunt, puta ex cauſa ſtudij, aut gratia exercendi aliquam artem, vt in caſu noſtro, quia cùm ex hac accidentali occaſione abſint, præſumitur, quòd habeant animum reuertendi, *Soccin. Sen. conſ. 35. num. 6.*

34 *lib. pr.* Et propterea etiamſi per mille annos ex aliqua tali cauſa abſuerint, talis abſentia non nocet, pulcherrimè *idem Soccin. Sen.* ſemper videndus *d. conſ. 35. num. 8. verſ. quinimò probat. & nu. 9. & 10. lib. pr. Add. ad Ludouiſ. d. deciſ. 279. nu. 26. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 86. num. 22. verſ. ego verò, & nu. 26. 27. Bald. in l. 1. ff. de Stat. homin. idem Menoch. conſ. 1086. num. 3. & 4. & conſ. 329. num. 7. Peregr. conſ.*

35 *126. num. 9. lib. 5.* Imò quatenùs etiàm Quis loci accidentalis habitationis dici poſſet factus incola, non tamèn probaretur ab ipſo amiſſum, aùt derelictum fuiſſe originis domicilium, niſi id ex aduerſo probetur concludentèr; Cùm quis poſſit habere duo domicilia, vnum incolatus, aliud originis, *Menoch. dict.*

36 *conſ. 329. num. 30. verſ. 2.* Et nemo præſumatur dereliquiſſe domicilium originis, licèt alibi aliud etiam domicilium conſtituerit, *Soccin. d. conſ. 35. num. 6. 7. Menoch. d. conſ. 329. num. 27.* Quod eò magis procedit, cùm dictus Sebaſtianus receſſerit, & Paulò poſt etiàm rediuerit cum tota familia, & pręcipuè cum dicto Io. Baptiſta, qui erat tunc temporis annorum quinque circitèr, qui poſteà per multum temporis ſpatium hìc ſempèr cum eadem familia commoratus eſt, & alios filios in hac Ciuitate ſuſcepit, & bona poſſedit; quod multò

37 magis oſtendit, Ipſum tunc non receſſiſſe animo deſerendi domicilium originis, qui omninò requiritur, ùt quis amittat Ciuilitatem, *Ludouiſ. d. deciſ. 279. num. 5. 6. 11. & 12.*

38 Secundò, quia receſſus à loco originis non operatur, ùt quis amittat Ciuilitatem, & originem paternam, ideò nõ obſtante translatione domicilij in alium locum cum familia, & omnibus ſuis facultatibus, non tamèn deſinit eſſe verè, & propriè Ciuis loci originis propriæ, aùt paternæ, ùt tradunt videndi, *Bald. in l. in adoptionem C. de adopt. Crot. ad rubr. ff. ſol. matr. num. 33. Criuell. deciſ. 123. num. 25. Surd. conſ. 346. num. 11. cum ſeqq. Boer. dicta deciſ. 13. num. 5. Bertazol. conſ. Ciuili 56. nu. 14. 15. 16. & 17. & num. 20. Peregr. conſ. 126. num. 8. 12. & 13.* Habitatio enim non eſt neceſſaria ad Ciuilitatem *Soccin. Sen. d. conſ. 35. num. 7. verſ. quarto probatur lib. pr. Alex. conſ. 157. nu. 13. lib. 2. Bertazol. d. conſ. 56. nu. 20.* nouiſſimè videndus *Gregorius de Ganauerro dec. Cam. Neapol. 46.* per tot. & pręcipuè *num.* 17.

39 Propterea licèt Ciuis, qui trãsfert domicilium in alium locum cum familia, & bonis quòad quædam non fruatur aliquibus priuilegijs à Statutis Ciuibus Indultis, tamèn non eſt forenſis, & nõ venit ſub Statuto de forenſibus loquente, ità *Surd. d. conſ. 246. num. 11. & num. 14. Bertazol. d. conſ. 56. nu. 13. verſ. ſecundum itaq. & num. 14. & Peregr. d. conſ. 126. num.*

40 *12. 13. & 14. lib. 5.* Vbi diſtinguit inter originarios habitantes in loco originis, & ibi munera ſubeuntes, quòd ſint non ſolùm Ciues, ſed etiàm Municipes; & originarios non habitantes, & onera non ſuſtinentes, ùt hi non ſint Municipes, & propterea priuilegijs municipibus conceſſis non fruantur, non tamèn deſinant eſſe Ciues, adeo ùt non veniant ſub appellatione forenſium, nec in Statutis de forenſibus loquentibus compræhendantur; quo fit,

41 ùt cùm *Statutum noſtrum cap. 74. lib. 2.* non dicat, Ciues acquirere poſſe bona ſtabilia, ſed quòd

quòd forenses isti acquirere nequeant, qui retinent propriam, aut paternam originem, licèt alibi habitent, & familiam, & bona in aliam Prouinciam transtulerint, quia tamen non sunt forenses, in loco originis sub talis Statuti dispositione non compræhendantur, sed prohibitione prædicta non obstante, acquirere possint bona stabilia in loco originis; ita tradunt in puncto videndi, *Soccin. Sen. d. cons. 35. per tot. Alex. cons. 157. n. 13. lib. 2. Crot. in rubr. ff. sol. matr. num. 42. Brun. de Stat. art. 6. q. pr. nu. 28.* & egregiè in terminis nostris *Baer. decis. 23. num. 5. 12. 13. 14. 15. & à num. 30. vsq. ad fin.* pulchrè *Surd. cons. 346. nu. 12. 13. Aymon. cons. 441. num. 1. 2. 3. 4. Bertazol.* plenè *d. cons. 56. num. 20. & cons. 103. num. 2. 3. & infra, Plot. cons. 19. num. 39. & 70.*

42 Tertiò, quia sufficit, quòd habuerint agnatos, & coniunctos, qui continuè habitauerint in Territorio Lucensi, & qui onera sustinuerint, prouti tàm d. Io. Baptista, quàm Sebastianus eius pater habuerunt; Ex hoc enim tolli obiectum, de quo *per Negus. d. qu. 60.* patet ex traditis *per Soccin. Sen. cons. 292. num. 4. lib. 2. Surd. cons. 461. num. 20.*

Et post hæc scripta peruenerunt ad manus meas *decis. Cam. Neapol.* doctissimi, ac nunquàm satis laudati *Gregorij de Gamauerro* qui *in decis. 46. 47. 48. & 49. per tot.* latè ad exactum examen reuocat materiam de Ciue originario, an per acquisitionem noui domicilij in aliqua Prouincia, siuè extrà illam, quamuis per longum tempus, videatur origini renunciasse, & an & quando Domicilium incolatus, & Domicilium originis compatiantur; quas decisiones non incongruum, Amice lector existimaui tibi Indicare, vt Tu fruaris, & Ego; Propterea casu eueniente illas recognoscas, dum fidem tibi præsto, quòd tempus non malè sis expleturus.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Instrumentum meretur executionem paratam contrà contrahentem, eiusquè successores, & hæredes, & habentem causam ab eo tùm *de Iure Communi*, tùm etiàm *ex l. Municip. Luc. cap. 111. & cap. 113. lib. 1. Stat. Vniu.* Sententia carens citatione ad eam audiendam, etiamsi esset lata à Principe, & agatur de Iudicio ordinario, siuè Summario, aut extraiudiciali, & vbi proceditur sola facti veritate inspecta, àn, & quandò sustineri valeat. Publicatione omissa, processus àn vitietur *ex Stat. Luc.* & àn sequestri causa sit executiua.

SVMMARIVM.

Instrumentum facit probationem probatam, rem notoriam, ac manifestam, & habet executionem paratam, etiàm contrà habentem causam a contrahente in eo. num. 1. 2. & 3. & sic contrà hæredes, & successores tùm ex Stat. Vniuers. Luc. *tùm* de Iure Communi. *num. 4. & 5.*

Sententia lata carens citatione ad ipsam audiendam est ipso Iure nulla, ac nunquàm transit in Iudicatum, etiamsi esset Imperatoris. num. 6. & 7.

Citatio ad sententiam requiritur in Iudicio ordinario, siue Summario, aùt extraiudiciali, & vbi proceditur sola facti veritate inspecta. num. 8.

Demonstratio frustrà adijcitur rei demonstratæ. nu. 9.

Sententia carens citatione ad eam audiendam sustinetur, quando constat de vero debito, & reformari, vel confirmari valet per Iudicem appellationis, si appareat, quòd contineat iustitiam quoad merita causæ. num. 10. & 11. cuius ponitur optima ratio. num. 12.

Publicatio processus non est de substantia Iudicij, eaque omissa processus non vitiatur ex Stat. Luc. *num. 13.*

Sequestri causa est executiua, contenta sub cap. 53. Rot. Lucen. vigore Decreti Excellentiss. Senat. emanat. sub die 19. Nouembris 1625. *nu. 14.*

Lex scripta vbi reperitur, facit cessare allegationes DD. & il. *num. 15.*

Negatiua contrà afferentem contrarium probatur ex reuolutione chartarum, quæ dicitur optimus modus probandi eam. num. 16.

Expensarum condemnatio fieri potest non acquiescenti primæ sententiæ contrà se latæ. num. 17.

Decisio XXVI.

Diximus in causa recursus coràm Nobis vertente intèr D. Michaelem Angelum Luporinum Actorem ex vna, & Franciscum Petri Reum conuentum, & recurrentem ex altera, causa, & occasione sequestri per Per Ill. Iudicem à quo emanati, benè, & rectè iudicatum, malèque de nullitate dictum, atque

1 què recursum; Ex quo constat de validitate

 ipsius,

ipſius, cùm fuerit emanatum vigore Inſtru-
menti celebrati ſub die 9. Septembris 1654.
manu S. Paulini Caſoli, quod facit probatio-
nem probatam, *Bald. in l. intereſt in vltim.*
not. numer. 2. Cod. de ſolut. Rot. deciſ. 60. num.
1. par. prim. recent. Ridolphin. in ſua prax. Iu-
dic. par. 1. cap. 15. num. 105. & par. 3. cap. 2.
2 *num. 92. & cap. 5. num. 359.* ac facit rem no-
toriam, & manifeſtam. *Rot. deciſ. 59. nu. 3.*
3 *& deciſ. 135. num. 1. par. 6. recent.* Quod In-
ſtrumentum non ſolùm habet executionem
paratam contrà d. Franciſcum Petruſed etiàm
contrà omnes habentes cauſam ab eo, ità.
Bald. conſ. 364. ſub num. 2. verſ. 3. quid lib. 2.
Grat. conſ. 42. num. 12. & ſeqq. verſ. 4. reſpon-
deo lib. 2. Cravett. conſ. 29. ſub num. 1. & fuit fir-
matum *in Bituntina Cenſus 27. Nouembris 1645.*
coràm Eminentiſs. Corrado §. 1. cum §. ſeqq. quæ
eſt *deciſ. 373. num. 1. cum §. ſeq. par. 9. tom. 2.*
4 *recent.* Imò contrà hæredes, & ſucceſſores *iux.*
diſpoſit. Stat. Vniverſ. huius Incl. Reip. ſub cap.
5 *111. & 113. lib. 10.* & procedit etiàm de Iure
Communi, ùt firmant *Neuiz. conſ. 82. nu. 15.*
verſ. ſed reſpondetur, Menoch. de adipiſc. remed.
5. ſub. num. 140. verſ. quartus, & vltimus ca-
ſus eſt. Rot. apud. Buratt. deciſ. 887. nu. 5. verſ.
Iuſtitia autèm, & deciſ. 338. num. 1. par. 1. re-
cent. cum alijs paſſim.

Nequè obſtare viſæ fuerunt nullitates op-
poſitæ, nempè prima intèr alias reſultans
ex defectù citationis ad audiendàm ſenten-
6 tiam; Dùm in Iure vulgata eſt concluſio, quòd
ſententia lata abſq. citatione ad eam audien-
dam, eſt ipſo Iure nulla, & inualida, & nun-
quàm tranſit in Iudicatum, ùt *per Rot. deciſ.*
382. num. 5. par. 4. recent. & deciſ. 558. nu. 1.
ibidem *Clementin. Paſtoral. de re Iudic. Afflict.*
deciſ. 346. num. 17. & deciſ. 173. num. 3. in fin.
7 *& 283. num. 7.* etiamſi ſententia eſſet Impera-
toris, adhuc requiritur citatio ad audiendam
ſententiam, *Merlin. deciſ. Lucen. 56. numer. 1.*
8 *Capyc. Latr. deciſ. 82. num. 17.* Quæ citatio
requiritur ſiuè in Iudicio ordinario, ſiuè ſum-
mario, ſiuè extraiudiciali, & vbi proceditur
ſola facti veritate inſpecta, *idem Capyc. Latr.*
deciſ. 69. num. 13. Staiban. Iun. reſolut. forenſ.
37. num. 52. 53. & 54. lib. 1.

Fuit namq; reſponſum, obiectum non pro-
cedere, dùm contrarium conuincitur ex pro-
ceſsù, vbi citatio ad ſententiam ſub die 16.
Nouembris anni proximè præteriti fuit adhi-
bita, ac ſupèr ea demùm emanata ſententia;
9 Et fruſtrà adijcitur demonſtratio rei demon-
ſtratæ, *ad vulgat. Iur. in l. demonſtratio 17. l.*
quibus §. dotalem l. cùm tale 72. §. falſam cum
ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs *in Ro-*
mana Cambij 9. Iunij 1649. coram bo. me. Ar-
guelles impreſſ. poſt. Salgad. deciſ. 62. nu. 8. cum
ſeqq.

10 Imò per vnum ex DD. fuit dictum, quòd
dato non adfuiſſet citatio, adhùc proceſſus, &
ſententia ſuſtineretur, vbi tamèn conſtat de
vero debito, eſt *tex. in l. fin. §. fin. ff. de eo quod*
met. cauſ. Alex. conſ. 73. n. 11. lib. 6. & conſ. 111.
num. 2. 3. & 4. lib. 5. Rot. deciſ. 151. num. 5.
11 *par. 2. diuerſ.* & in puncto quòd ſententia nul-
la ex defectù citationis ùt valeat confirmari,
vel reformari per Iudicem appellationis, vbi
conſtet, eandem ſententiam quoad merita
cauſæ continere iuſtitiam, poſt alios, quos
allegat, tradit *Vant. in tract. de nullitat. ſen-*
ten. tit. quib. mod. ſenten. nullit. defend. poſſ. nu.
129. & fuit doctrina *Bart. in l. 1. C. quand. pro-*
uocar. non eſt neceſſ. Bald. conſ. 298. num. 3. vol.
3. Alex. conſ. 79. num. 23. cum ſeqq. vol. 2. Ce-
phal. conſ. 223. num. 21. Roland. conſ. 41. num.
40. vol. 1. Cornazzan. deciſ. 39. nu. 11. & deciſ.
149. num. 2. Magon. deciſ. Lucen. 92. num. 23.
12 *Merlin.* paritèr *deciſ. Lucen. 56. num. 2.* & ea
præcipuè eſt ratio, quià dato etiàm fuiſſet d.
Franciſcus Petri citatus, cùm nihil releuans ad-
uersùs Inſtrumentum deducere, vel propone-
re valuiſſet; Ideò non erat audiendus *ad tradit.*
per Alex. in l. non ſolùm §. morte col. 15. ff. de nou.
oper. nunciat. relat. *per Vant. vbi ſupr. num. 108.*
& in terminis ità fuit deciſum *in hac Rot.* re-
fert *Zucear. deciſ. 12. per tot.* præcipuè *à num.*
5. & 7. Rot. deciſ. 131. ſub num. 1. & 8. apud
Gregor. & deciſ. 572. ſub num. 5. & deciſ. 474.
ſub num. 11. verſ. niſi nullitas cadat in dubium
par. 2. recent. & fuit optimè firmatum *in Roma-*
na Pecuniaria 19. Ianuarij 1646. coràm Eminen-
tiſs. Corrado §. & in omnem caſum, quæ eſt *deciſ.*
380. num. 23. cum ſeqq. par. 9. tom. 2. recent.
vbi ſingularitèr loquitur, & fuit dictum *in Ra-*
uennaten. ſeù Ferrarien. Decimarum 5. Martij
1649. coràm R. P. D. Meltio §. coq. minus impreſſ.
poſt Salgad. deciſ. 95. num. 5. Vbi latè, & ſin-
gularitèr in terminis huius deciſionis.

Minimè etiàm ſecundam nullitatem pro-
poſitam obſtare diximus de non publicatione
proceſſus iux. diſpoſit. & form. *cap. 89. lib. 1.*
Stat. Vniverſ.

13 Reſponſio patet, prætermiſſis alijs, quæ in
medium adduci de Iure poſſent, nempè quòd
publicatio proceſſus nō eſt de ſubſtantia Iudi-
cij, & ea omiſſa non vitiatur proceſſus, ùt plu-
riès fuit deciſum *in hac Rot. de anno 1622. man.*
Ser. Alexandri Lippi in cauſa D. Lucretiæ Cambij
cum D. Franciſco Bellabarba, & de anno 1645.
ſecundorum m. S. Cæſaris Carelli in cauſa illorum
de Motronis cum illis de Euictiana; Secundò quià
ipſa non erat neceſſaria, ex quo in prima in-
ſtantia non fuerunt examinati Teſtes, ſed ſo-
ſium

lùm actum vigore publici Instrumenti, cùm tàm Iudici, quàm parti fuerit panditum Ius Actoris resultans ex fonte dicti Instrumenti;
14 Ex quo cùm agatur de causa sequestri compræhensa *in cap.* 53. *Rot.* vigore decreti Excellentiss. Senatus sub die 19. Nouembris 1625. non potest difficultari, quin sit executiua, & in executiuis *per d. cap.* 53. clarè disponitur,
15 non requiri publicationem; Et vbi legem scriptam habemus, non opus videtur allegare doctrinas, leges, & *DD.* ùt inquit *Ambrosin. decis. Perusin.* 3. *num.* 21. & nos alibi sæpè.

Ceteræ verò nullitates in libello appellatorio enunciatæ facili modo tolluntur, videlicèt, Prima nullitas Datiæ tollitur ex calculo in actis primæ instantiæ, vbi de ipsius integritate constat. Secunda quòd ipsa non fuerit soluta infrà tempus *Statuti in cap.* 23. *lib.* 1. paritèr
16 ex lectura actorum tollitur; Tertia, quòd fuerit lata sententia per D. Iudicem à quo extra terminum Instantiæ; Contrarium apparet ex calculo, & reuolutione chartarum, quæ dicitur op[illegible] modus probandi negatiuam aduersus contrarium asserentes *Dec. cons.* 483. *num.* 6. cum alijs *per Adden. ad Greg. XV. decis.* 416. *num.* 8.
17 Condemnauimus tamèn partem in expēsis, ex quo debebat acquiescere primæ sententiæ contrà ipsam latæ, *Zuccar. decis. Rot. nostr.* 50. *num.* 6. *& Lepid. decis.* 146. *in fin.*

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Consensus in Iurisdictionem, seù illius prorogatio ex quibusnam arguatur, & àn inducatur per simplicem fideiussionem de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo, & infrà quod tempus opponi valeat de Iure Lucensi *iuxtà cap.* 45. *Stat. Vniuers.* & àn illa dicatur prorogata prò recuperanda præda in odiū contumaciæ. Dictiones *quomodolibèt*, *prò quocunq. genere*, *cuicunque personæ*, *prò quauis summa*, quomodò intelligantur. Grasciæ appellatione quænam veniant. Declaratur *cap.* 17. *lib.* 3. *Statut. fundac. Lucæ.*

SVMMARIVM.

Reuolutio chartarum inducit optimum modum probandi negatiuam, num. 1.

Consensus præstatur in Iurisdictionem per fideiussionem datam simplicitèr, & absque vlla reseruatione, seù protestatione de stando Iuri cum Creditore, & iudicatum soluendo, ità ùt de ea amplius disceptari non valeat. num. 2.

Protestatio in Iudicijs in quolibet actù requiritur, aliàs siuè in præcedentibus, siuè in subsequentibus actibus emanata non nocet, ipsique censetur renuntiatum, num. 3.

Iurisdictionis prorogatio Iudicis aliàs incompetentis inducitur per simplicem fideiussionem de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo. num. 4.

Per satisdationem prò recuperanda præda in odium contumaciæ intelligitur prorogata Iurisdictio. n. 5.

Contumacia facit perdere beneficium, quod quis habet in datione necessaria, & coacta. num. 6.

Contumacia facit deperdere omne priuilegium. nu. 7.

Iudicis incompetentis exceptio infrà quot dies debet opponi ex Statuto Lucæ, *& eo elapso non potest dici de nullitate.* num. 8.

Statutum si præfigat certum terminum ad dicendum de nullitate, nullitas etiàm notoria; ac ex defectù Iurisdictionis haud opponi valet, nu. 9. *Ampliatur* num. 10.

Dictio quomodolibet, *complectitur omnia ea, quæ aliàs ob eorum priuilegium in dispositione nō comprehenderentur.* num. 11. *Ampliatur.* nu. 12.

Dictiones pro quocunque genere, cuicunque personæ, prò quauis summa, *nullam penitùs causam, seù causas excludunt.* num. 13.

Verborum vniuersalium vis ea vera est, ùt ambitù suo omnes casus comprehendat, nullamque admittat limitationem, & restrictionem. num. 14.

Vinum venit sub nomine Grasciæ, & Annonæ. n. 15.

Grasciæ appellatione propriè veniunt omnia, quæ veniunt appellatione Annonæ, & Victualium, sub quorum denominatione comprehenditur vinum. num. 16.

Cap. 17. lib. 3. Statut. fundac. Luc. *comprehendit etiàm venditores vini, vt dicitur* à minuto. num. 17.

Hospites in eorum contractibus sunt subiecti Statuto Curiæ fundaci Lucæ. num. 18.

Decisiones solùm attenduntur in eo, quod principaliter firmant, non quod perfunctoriè, & materia non examinata. num. 19.

Decisionum authoritas non est tanta efficacia, ùt semper sit sequenda, sed quatenùs sit rationabilis. num. 20.

Victus Victori in expensis condemnatur, ex Statut. Luc. cap. 18. Cur. fundac. num. 21.

Decisio XXVII.

Signifer Bartholomæus Papera hospes in Communi de Piegaio Roccæ, ac Sp. Claudius Sandoninus eius fideiussor fuerunt cō-

penti

uenti per Sp. Paulum Lipparellum coràm D.
Iudice Consultore sub die 18. Augusti 1657.
prò summa scutorum 112.10. prò residuo pre-
tij vini d. hospiti venditi vsquè de anno 1655.
ac contumacia per prædictos Reos contracta,
& per d. Iudicem Consultorem declarata, pa-
riterq. executione reali contrà eos concessa,
sub die 27. d. mensis, & pignore vetito sub die
5. Septembris; idem Rei conuenti in Iudicio
comparuerunt, & de nullitate omnium acto-
rum dixerunt, & præcipuè quià D. Consultor
esset in tali causa incompetens, exceptio-
nem incompetentiæ firmitèr opponentes sub
die 7. Septembris D. Iudex pronunciauit, Reos
præfatos non debere audiri, nisi præstita fide-
iussione de Iudicio sisti, & Iudicatum soluen-
do ad formam Statuti, quo termino Statutario
elapso, ac iterùm contumacia per eos con-
tracta, commissaquè citatione mulctæ sub die
16. eiusdem mensis Septembris, ac sub die 19.
eiusdem refectis expensis, ipsa purgata simpli-
citèr, & absquè vlla protestatione circà incom-
petentiam prius allegatam præstiterunt fide-
iussorem ad formam decreti D. Iudicis Consul-
toris; ac propterea prosequuta causa, & hinc
indè factis eorum oppositionibus, & presertim
supèr incompetentia d. Iudicis, d. D. Iudex
mandauit ad vlteriora procedi, à qua pronun-
cia interposito recursù ad Rotam per dd. Reos
conuentos sub die 27. Septembris, hodiequè
proposita vnanimitèr diximus malè recursum
pro parte dd. Reorum conuentorum, & benè
Iudicatum, seù interloqnutum per D. Iudicem
1 à quo; Moti potissimùm quià ex reuolutione
chartarum, qui dicitur optimus modus pro-
bandi negatiuam *Hercul. de negat. numer.* 176.
Dec. cons. 483. *num.* 6. *Ludouis. decis.* 416. *nu.*
8. *in addit. Rot. decis.* 611. *numer.* 2. *par.* 1. &
2 *decis.* 455. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* compertum
fuit, dd. Reos conuentos consensisse in Iurisdi-
ctionem D. Consultoris per fideiussionem præ-
stitam simpliciter, & absque vlla reseruatione,
seù protestatione de stando Iuri cum Credito-
re, & Iudicatum soluendo, ex quo consensù
induci prorogationem Iurisdictionis, adeò ùt
de ea ampliùs disceptari non possit, firmant
Becc. cons. 22. *num.* 5. *Rot. decis.* 638. *num.* 4.
tom. 3. *recent.* & *decis.* 306. *numer.* 14. *par.* 7.
Maximè quià d. fideiussio fuit præstita absquè
vlla præuia protestatione, quò casù de consen-
3 sù explicitò dubitari non potest; Cùm in
Iudicijs in quolibet actù requiratur protesta-
tio, aliàs enim protestatio siuè in præceden-
tibus, siuè in subsequentibus actibus emana-
ta non nocet, & ipsi censetur renunciatum *ad*
tradita per Rot. Rom. apud Mohedan. decis. 2. *de*
Iudic. & *apud Greg. decis.* 44. *num.* 7. & 8. &
decis. 779. *par.* 1. *diuersor. num.* 5. & *apud Ca-*
ualerium decis. 349. *num.* 6. latissimè *Ridolphin.*
in sua praxi Iudiciar. par. 1. *cap.* 8. *num.* 109.
4 Et licèt Nos non lateat inter *DD.* esse con-
trouersam illam quæstionem, an per simplicem
fideiussionem de Iudicio sisti, & Iudicatum
soluendo, dicatur inducta Iurisdictionis pro-
rogatio Iudicis aliàs incompetentis, & pro af-
firmatiua allegari possint *Soccin. Sen. cons.* 113.
sub nu. 4. *vers. Respondeo etiam vol.* 3. *Menoch.*
de præsumpt. lib. 2. *præsumpt.* 19. *num.* 7. latè
Borgnin. decis. 1. *num.* 11.
5 Attamèn in casu, de quo agebatur, cùm
pars Aduersa, vt vidimus suprà, fuerit contu-
max, apud *DD.* prò certo habetur in odium
contumaciæ per satisdationem prò recuperan-
da præda, intelligatur prorogata Iurisdictio
ad tex. express. in l. de die 8. § *planè, ff. qui sa-*
tisdar. cogan. vbi *Bart. in summar.* & *repetit.*
6 dicit, quòd contumacia facit perdere benefi-
cium, quod quis habet in datione necessaria,
& coacta, & est *Glos. singular. in l. si finita* 15. §.
itèm videamus in verb. offeratur litt. M. ff. de
damn. infect. & ibi *Angel. sub num.* 1. ibidem
Imol. sub nu. 63. *versic. Et sic propter contuma-*
ciam idem Angel. in l. cum, qui num. 2. *ff. de pri-*
uileg. Credit. Felin in cap. inter Monasterium n. 9.
in fin. de senten. & *re Iudicat. Marsil. singul.* 227.
per tot. Afflict. decis. 133. *per tot.* qui testatur
ità fuisse decisum nō obstante, quòd excipiens
7 haberet priuilegium declinatoriæ; Et proptèr
contumaciam omne priuilegium deperdatur
Vrsill. ad d. decis. Afflict. 133.
8 Quod omne esse conforme paritèr diximus
dispositioni *cap.* 45. *lib.* 1. *Stat. Vniuersal.* vbi
expresè sancitur, *quòd exceptio Iudicis incom-*
petentis non possit opponi, nisi infrà tres dies vti-
les à die, qua partes comparere deberent; quibus
elapsis, & *non anteà, si persona talis sit, quæ pos-*
sit tacitè, vel expressè consentire in Iudicem, &
Iurisdictio talis Iudicis possit à partibus prorogari,
intelligitur in Iudicem consensisse, & *eius Iuris-*
dictionem prorogasse, ex cuius Statuti anthono-
mia deducitur, quòd elapsis tribus diebus à
die, qua partes comparere debuissent, non
potest ampliùs opponi d. exceptio, etsi con-
cernat defectum Iurisdictionis, ùt *per Alex.*
cons. 105. *num.* 7. *lib.* 5. *Rolan. cons.* 83. *sub nu.*
16. *lib.* 1. *Surd. cons.* 160. *num.* 20. *vol.* 2. *Ma-*
rescott. variar. resol. lib. 2. *cap.* 51. *num.* 5. *Rot.*
nostra apud Merlin. decis. 96. *numer.* 8. & *apud*
Zaccar. decis. 23. *num.* 18. & *decis.* 58. *num.* 6.
9 & hoc quià quandò Statutum præfigit cer-
tum terminum ad dicendum de nullitate, nul-
litas etiàm notoria, ac ex defectù Iurisdictionis
haud opponi valet. *Corn. cons.* 109. *in fin. lib.*
1. *Cephal. cons.* 138. *nu.* 20. cum alijs per *Rimin.*
Iun.

Iun. cons. 178. *num.* 37. *lib.* 2. *Lancellot. de attentat. cap.* 17. *num.* 114. *par.* 2. latè *Borgnin. decis.* 19. *num.* 6. *par.* 3. *Zuccat. decis.* 18. *nu.* 26.
10 Et hoc dato, quòd nullitas per viam actionis, vel per viam replicationis fuerit opposita, ùt in puncto firmant *Aymon. cons.* 179. *num.* 4. *Roland. cons.* 83. *num.* 16. *Rot. Roman. apud Achill. de Graff. de constit. decis.* 8. Vndè cùm in casu, de quo agebatur prima comparitio caderet sub die 23. Augusti, & oppositio incompetentiæ fuerit facta sub die 5. Septembris, omnis hæsitatio cessabat prò firmamento Iurisdictionis, ùt patet ad sensum.

Vltrà quàm quòd talem defectum Iurisdictionis à D. Iudice Consultore omninò abesse existimauimus fundatum *in cap.* 17. *lib.* 3. *Stat. fundaci in vers.* & *ancora &c.* Ibi. *Et ancora comprendi tutti quelli, che vendessero grascie di qualsiuoglia sorte à qualsiuoglia somma tanto nella Città, quanto nel distretto, si & in tal modo, che tutti li debitori per credenza, e debiti di grascia, e per liti, e differenze, e causa di grascia, e li loro pagatori per qualsiuoglia somma possino essere conuenuti auanti il Mag. Consultore*, ex cuius verborum vniuersalitate, seù continentia clarè detegitur, statuentes protulisse dd. verba prægnantia, & geminata, quo euidentiùs eorum voluntas appareret, omnes casus grasciā
11 importantes comprehendere voluisse; Cùm dictio illa: *Quomodolibèt*, omnia ea complectatur, quæ aliàs ob eorum priuilegium in dispositione non comprehenderentur. *Surd. decis.* 96. *num.* 10. *Alex. cons.* 155. *num.* 3. *vol.* 2. *Ruin. cons.* 68. *nu.* 10. *vol.* 4. *Grat. cons.* 163. *num.* 79. & *seqq. lib.* 2. *Barbos. de dictionib. di-*
12 *ction.* 330. *num.* 4. Imò dictio præfata comprehendit omnia etiàm in genere cogitata, *Se-*
13 *raphin. decis.* 350. *nu.* 2. & dictiones *Prò quocunque genere, cuicunque persona, prò quauis summa in d. cap.* positæ nullam penitùs causam, & causas excludunt, ùt *post Geminian. Ias. Rebuff.* & *Imol.* latissimè *Grat. discept. foren. cap.* 516.
14 *numer.* 26. Cùm vis verborum vniuersalium maximè geminatorum ea vera sit, ùt ambitu suo omnes casus comprehendat, nullamquè admittat limitationem, & restrictionem, ùt pluribus cumulatis ostendit *Hartman. Pistor. quæst. Iur. lib.* 3. *quæst.* 19. *num.* 60. *cum plurib. seqq.* vbi latè ad materiam.
15 Cumquè in Iure expresè reperiatur, vinum venire sub nomine grasciæ, seù Annonæ *ad tex. in l. iubemus C. de erogation. milit. Annon. lib.* 12. *l.* 1. *cum l. Prouincialium eod. tit.* & docet *Castrens. cons.* 40. *vol.* 1. *num.* 3. *Fulgos. cons.* 115. *Tusc. litt. G. conclus.* 50. *Decian.* latissimè *in suo tract. Criminal. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *tit. de fraudantib. Annon. Io. Franc. à Pont. in suo tract. de* *bonor.*

potest. Proreg. tit. 2. *de abundant. Ciuitat.* §. 5. *fol.* 72. *num.* 17. *Laurent. Vrsell. conclus.* 111. *in verb. Annona num.* 21. *Rouit. ad pragmat. Nea-*
16 *polit. in tit. de Annon. pragmat.* 1. *num.* 1. vbi firmat grasciæ appellatione propriè venire omnia, quæ veniunt appellatione Annonæ, & victualium, sub quorum denominatione, cùm vinum comprehendatur, ùt suprà visum est, & firmat *Nouarius in Collectan. ad prag. Regni prag. de Annona Collect.* 1. *num.* 2. & 3. nouissimè *Seraphinus Massin. in tract. de Confisc. bonorum quæst.* 18. *nu.* 19. & adest etiàm *tex. in l. verbo victus* 43. *ff. de verb. signific.* quem expendit in terminis *Brun. cons.* 151. sequitur, nullam habere subsistentiam distinctionem illam, vinum non comprehendi sub nomine grasciæ, quandò venditur, ùt dicitur *All' ingrosso*; Quicquid sit de eo, vt vulgò inquit *A minuto*; Cùm in Iure non reperiatur distinctio ista, & propterea reijciendam diximus.
17 Addebatur insupèr vnica consideratio facta per DD. Informantes, quæ nobis non displicuit, nempè expresè *in d. cap.* 17. venditionem vini, ùt vulgo inquit *A minuto*, contineri, ex quo ibi disponitur, debitores ex causa grasciæ, & eorum fideiussores teneri d. Statuto, & Iurisdictioni D. Consultoris, & tamèn in venditione vini, vel alterius generis grasciæ non exigitur fideiussio, quandò venditur, ùt
18 dicitur *A minuto*; Vltrà quam quod hospites in eorum contractibus sunt subiecti dd. Statutis Curiæ fundaci, vt disponitur *in cap.* 4. *lib.* 1. *eorund. Stat.* & consequentèr eorum causæ actitari debent coràm Iudice ad id deputatum.

Nullius momenti existimauimus, decisionem in calculo ferendæ sententiæ nobis allatam, in qua reprobantur *cons. Paul. de Castr.* & *Fulgos. suprà allegat.* quorum authoritates summè veneramur; Fuit enim responsum,
19 quòd decisiones solùm attenduntur in eo, quod principalitèr firmant, non quod perfunctoriè, & materia non examinata, enunciant, *Rot. apud Seraphin. decis.* 299. *num.* 13. & *decis.* 17. *nu.* 9. *par.* 7. *recent.* & fuit dictum *in Bononien. fideicom. de Bargellinis* 24. *Nouemb.* 1651.
20 *coràm bo. me. Bichio* §. *non obstat il secondo*; Et decisionum authoritas non est tantæ efficaciæ, ùt semper sit sequenda, sed quatenùs sit rationabilis, *Carleual. de Iudic. disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 967. *tom.* 1. *Capyc. Latr. decis.* 91. *num.* 13. & 14. *tom.* 1. & latè fuit firmatum *per me in voto Criminali* 9. *num.* 60. *impresso post meum tractat. ad leg. vnicā C. si quis imper. maledixerit*; Vndè cùm in d. decisione nihil dicatur de quæstione nostra, an vinum veniat appellatione grasciæ, sed tantùm, an ligna veniant il-
lius

lius appellatione, & negatiuè ibi resoluatur; Cùm vnusquisquè abundet in suo sensù, sequitur, quòd ex diuersis non fit illatio vulgatis Iuribus; Vltrà quàm quòd tunc temporis DD. de Rota pronunciauerunt, Iudicem Consultorem esse incompetentem, quià Reus conuentus erat Tinctor, & ligna accèperat prò tinctoria exercenda, & consequentèr conueniri debebat in Tribunali Curiæ Mercatorum iuxtà Statuta clara illius Curiæ, & Tribunalis.

21 Condemnauimus insuper victum victori in expensis, ex quo per *Stat. in d. cap.* 18. *Curiæ fundaci* expresè sancitum reperimus.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè Informante.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum successiuum an, & quandò dicatur inductum inter vocatos, & an valeat induci per dictionem, *in perpetuum*. Identitas bonorum fideicommittentis an probetur per Instrumentum diuisionis factæ inter filios de bonis remansis in hæreditate. Renuntiatio non expressa fideicommissi conditionalis, & nondum purificati, aut reciproci, an dicatur facta per Instrumentum diuisionis inter fideicommissarios sequutæ. Scientia in renuntiatione fideicõmissi ex quibusnam clausulis censeatur inducta, & quandò reputetur facta diuisio, vt quisq. de eius rata liberè disponere possit, super quo declarantur aliquæ *decis. Sac. Rot. Rom.* Promissio euictionis nõ comprahendit eam, quę prouenit ex natura rei, etiamsi sit cum clausula *habendi diuisionem ratam, gratam, & firmam, & semper, & perpetuò obseruandam*. Filius an, & quandò propter omissionem Inuentarij priuetur commodo legitimæ; & an alienationes factæ cedant prò eius legitima; & trebellianica in bonis fideicõmisso subiectis ipsi competentibus; & quid si prætendantur alienationes excessiuæ, ad quemnam spectet onus probandi, breuitèr, & elegantèr discutitur.

SVMMARIVM.

Fideicommissum successiuum inducitur inter vocatos, quotiescunque ex verbis testamenti constat, Testatorem voluisse in tempus longæuum, ac perpetuum succedendi ordinem in eius hæreditate statuere. num. 1. *Ampliatur. num.* 2.

Dictio in perpetuum *inducit fideicommissum inter vocatos. num.* 3.

Mors præsumitur sequuta sinè filijs, donèc contrarium non doceatur. num. 4.

Identitas plenè probatur per Instrumentum diuisionis factæ inter filios de bonis remansis in hæreditate patris fideicommittentis. num. 5.

Fideicommisso conditionali, & nè dùm purificato non censetur renuntiatum per Instrumẽtum diuisionis, etsi diuidentes certam scientiam habuerint. nu. 6.

Fideicommisso licèt conditionali, & reciproco per quas clausulas renuntiatum censeatur per fideicõmissarios diuidentes eiusdem bona, & quandò censeatur facta diuisio, vt quisquè liberè disponat de eius rata, vel vt tantùm suam recognascat portionem. num. 7. *&* 8. *super quo explanantur aliquæ* decis. Sac. Rom. Roman. *num.* 12. *&* 13.

Renuntiatio fideicommissi expresè in Instramento nõ apposita reddit actum æquiuocum, & ad se ipsam trahi nequit. num. 9.

Promissio euictionis non includit eam, quæ prouenit ex natura rei, licèt adsit promissio habendi diuisionem, ratam, gratam, & firmam, & semper, & perpetuò obseruandam. *num.* 10.

Clausula ad habendum *non extensa cum licentia alienandi, sed cœterata non potest importare renuntiationem fideicommissi. num.* 11.

Contrahentium mens arguitur à gestis post cõtractum. num. 14.

Filius potest alienare bona quouis fideicommisso affecta prò concurrenti quantitate suæ legitimæ, & trebellianicæ. num. 15.

Tertij possessores vigore detractionis legitimæ, & trebellianicæ valent tueri suam possessionem aduersùs fideicommissarios actores. num. 16.

Filius absquè alia declaratione præsumitur elegisse bona alienata in causam suarũ detractionum. n. 17.

Alienationes per filium factas, si prætendatur, excedere detractiones ipsi debitas, ab allegante est probandum. num. 18.

Filius per alienationes factas præsumitur satisfecisse sibi de suis detractionibus, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, quandò procedat. num. 19. *&* 21.

Filius nisi confecerit inuentarium non cadit à commodo legitimæ. nu. 20. *vbi contrarij reijciuntur.*

Aliena-

Alienatio fideicommissi sustinetur pro legitima filij, & concurrenti illius quantitate, non verò in excessu. num. 22.

Legitima cum trebellianica medietatem hæreditatis absorbet, num. 23.

Decisio XXVIII.

Egerunt coràm D. Commissario Burgi ad Mazzanum Augustinus, & Gregorius filij q. Leonardi Paperæ contrà Sigismundum, & Antonium Bendinellios, vti Tertios possessores quorundam bonorum olim in partem obuentorum Sanctino q. Antonij Paperæ, ob cuius obitum sinè filijs prætendebant Actores factum esse locum fideicommisso ad eorum fauorem ordinato à d. Antonio Papera in vltimo suæ voluntatis elogio condito de anno 1614. in Terra Argentæ Ducatus Ferrariæ manu Egr. Dominici Mariæ Notarij publici Argentini in actis producto, & in parte sententiam fauorabilem reportauerunt, dùm Rei conuenti condemnati fuerunt ad relaxandum Actoribus medietatem bonorum petitorum vna cum fructibus à die obitus dicti Sanctini, à qua sententia interposita prò parte dd. Augustini, & Gregorij appellatione ad Rotam, eidem adhæserunt Rei conuenti, & compilato coràm Nobis processu, propositoque dubio, an sententia D. Commissarij esset infirmanda, nec ne; DD. illam esse cõfirmandam in omnibus suis partibus, & capitibus responderunt.

De fideicommisso Antonij satis visum fuit liquere ex lectura testamenti eiusdem, in quo instituti leguntur hæredes Leonardus, Sanctinus, & Ioannes d. fideicommittentis filij, eorumquè descendentes masculi in infinitum;
1 Quotiescunquè enim ex verbis testamenti cõstat, Testatorem voluisse in tempus longæuum disponere, ac perpetuum succedendi ordinem in eius hæreditate statuere, tunc vtiquè successiuum inter vocatos fideicõmissum inducitur. *Cuman. in l. cùm ità §. & fideicommissum sub n. 4. de legat. 1. Alex. cons. 53. num. 12. lib. 6.* latè *Fusar. de substitut. quæst. 382. nu. 52. & q. 479. num. 56. Rot. decis. 168. num. 9. par. 3. & decis. 212. num. 1. par. 4. & decis. 366. n. 10. par. 4. tom. 2. & decis. 649. numer. 2. & seqq. part. 4. tom. 3. recent.* & firmatur *in Melenitana Tenutæ 26. Iunij 1645. in princip. coràm bo. me. Pentingero* quæ est *decis. 363. par. 9. tom. 2. recent.* confirmata *12. Ianuarij 1646. coràm eadem* quæ est *decis. 378. par. 9. tom. 2. recent. & in Bononien. fideicommissi de Guidottis 24. Ianuarij 1648.*
2 *coràm bo. me. Arguelles per tot.* Vbi ampliatur, hoc procedere etiam quòd verba tractum temporis successiuum importantia non legantur apposita in ipsa substitutione, dummodò tamèn de voluntate Testatoris inducendi successiuum fideicommissum in alia parte Testamenti
3 appareat; Et de dictione *In perpetuum* quòd per eam inducatur fideicommissum successiuum inter vocatos, dixit *Rot. in Asculana spolij 8. Aprilis 1639. in princip. coràm bo. me. Coccino, & in Romana fideicõmissi de Iustis 5. Martij 1646. §. 1. loco coràm R. P. D. Melzio* quæ est *decis. 391. num. 1. cum seqq. par. 9. tom. 2. recent.* De qua enixa voluntate Testatoris inducendi d. successiuum, & perpetuum fideicommissum clariùs apparet ex subsequentibus verbis d. testamenti, in quibus Testator iussit, *quòd moriente aliquo ex dd. fratribus, cæteri fratres, eorumque filij succedere deberent*.

4 Mortem verò Sanctini probant duo Testes prò parte dd. Augustini, & Gregorij examinati, & successiuè intrat Iuris præsumptio, quòd sinè filijs obierit, quousquè contrarium non doceatur, vt probat *tex. in l. ex facto §. si quis autèm*, Ibiquè *Castrens. num. 2. ff. ad Sen. Consul. Trebell. Aldobrand. cons. 80. num. 4. & seqq. lib. 1. Surd. cons. 92. num. 16. Rot. coràm Reuerendiss. Vrgellen. siue Duranp decis. 301. nu. 5. & in Auximana Prædij 15. Maij 1645. coràm Reuerendiss. Dunozetto. & in Bononen. fideicommissi 28. Iunij 1651. §. etenim deficientia coràm R. P. D. Celso*.

Identitas bonorum ab Antonio Testatore possessorum satis apertè conuincitur ex Instrumento diuisionis initæ inter Sanctinum, & alios fratres de anno 1617. quod fuit in actis exhibitum, in quo legitur, quasdam petias terræ tanquàm hæreditarias, & fideicommisso subiectas ab Antonio Patre, fuisse Sanctino
5 prò sua portione assignatas; Quod Instrumentum diuisionis factæ inter filios Testatoris, qui fideicommissum instituit, tanquàm de bonis hæreditarijs, & remansis in hæreditate Patris fideicommittentis plenè probat, easdemmet bona fuisse ipsius Antonij fideicommitentis, *Soccin. Sen. cons. 46. in princ. lib. 3. Natt. cons. 235. Barz. decis. Bononien. 2. nu. 15.* latè *Peregr. de fideicom. art. 44. n. 5.* cũ ibi adductis, & firmatur *in Interamnẽ. Prædij de Tomasonis 31. Ianuarij 1642. §. Iustitia verò coràm R. P. D. Roias*, quæ est *decis. 65. n. 5. par. 9. tom. 1. recent. & in Bononien. fideicomm. de Amorinis. 18. Maij 1648. §. bona autèm in fin. coràm R. P. D. Meltio*; Ac demùm quòd bona petita sint eadem cum ijs, quæ fuerunt assignata Sanctino in præfata diuisione, probant Testes in hac instantia examinati; Ex quibus videbatur in tuto posita Actorum prætensio prò omnimoda immissione in possessionem bonorum.

Plures tamèn per Reos conuentos opponebantur exceptiones, ſed duæ præcipuè DD. viſæ fuerunt particulari diſcuſſione dignæ.

Primò itaquè excipiebant Rei conuenti, fideicommiſſum præfatum fuiſſe ſublatum per Inſtrumentum d. diuiſionis ſequutæ de anno 1617. inter præfatos fratres filios Antonij fideicommittentis, quamuis enim regulaitèr
6 per Inſtrumentum diuiſionis non cenſeatur renuntiatum fideicommiſſo conditionali, & nõdùm purificato, etſi diuidentes certam ſcientiam habuerint *l. cùm pater §. hæreditate il 2. de legat. 2. DD. in l. qui Romæ §. duo fratres de verb. obligat.* cum alijs plena manù congeſtis *in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuar. 1649. §. diuiſio autem coràm R. P. D. Cerro, & in Cathacen. Hæreditatis 28. Aprilis 1653. §. nèc ſubſiſtit coràm eodem, & in Romana fideicommiſſi de Victorijs 13. Ianuarij 1653. §. hinc verò in*
7 *aſſignatis coràm Reuerendiſs. Veroſpio*; Ab hac tamèn regula recedendum eſſe dicebant Informantes prò Reis, quandò in Inſtrumento diuiſionis tales appoſitæ fuerunt Clauſulæ, quæ per neceſſe talem fideicommiſſi renuntiationem inducant, quales adeſſe affirmabant in casù noſtro, in quò pratèr promiſſionem de euictione, aderant Clauſulæ promiſſionis, ſcilicèt. *De ſemper habendo ratam, & firmam d. diuiſionem, illamq. perpetuò obſeruare, & in aliquo non contrafacere.* Item. Clauſula. *Ad habendum, tenendum, & quicquid &c.* per quas cenſeri renuntiatum etiàm fideicommiſſo cõditionali, & reciproco, dixit *Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Vizzanis 15. Iunij 1643. in princip. coràm bo. me. Bichio* quæ eſt *deciſ. 206. nu. 1. & ſeqq. par. 9. tom. 1. recent.* confirmata *19. Ianuarij 1644. coràm eodem* quæ eſt *deciſ. 240. par. 9. tom. 1. recent. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 26. Iunij 1647. §. neque cenſuerunt in fin. coràm R. P. D. Ghislerio impreſſ. poſt Cenſal. ad Peregrin. deciſ. 44. nu. 13.* Quod maximè procedere dicebant DD. ſtante alienatione bonorum exinde per Sanctinum facta, & in actis producta.

8 Sed DD. benè inſpecto d. diuiſionis Inſtrumento, omnibuſq. eius partibus, & clauſulis perpenſis, per illud non fuiſſe renuntiatum d. fideicommiſſo exiſtimarunt, neque enim in procemio ipſius diuiſionis expreſsũ fuit, quòd diuidentes volebant vendicare libertatem bonorum, & facultatem de illis liberè diſponendi; Sed ſolummodò ea fuit diuidentium intentio, quòd vnuſquiſque ſuam cognoſceret portionem, non utpeſilllud fideicommiſſo reciproco inter diuidentes inducto, nec dùm verificato renuntiaretur, ut in puncto conſiderat *Peregrin. conſ. 93. num. 6. verſ. in propoſito autèm cum duob. ſeqq. lib. 1.* alijquè adducti *per Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 15. num. 277.* & in ſimilibus terminis comprobatum fuit *in Tudertina Donationis 17. Iunij 1652. §. nec ſub-*
9 *ſiſtit coràm Reuerendiſs. D. Cerro*; Et nulla in toto Inſtrumenti renuntiationis contextù fit mentio d. fideicommiſſi; Vndè non poteſt dici cogitatum de illius renuntiatione, cùm ad hoc requiratur expreſſio ſpecificata, & cogitatio de fideicommiſſo, nàm aliàs actus ſemper remanet æquiuocus, proptereaq. ad talem renuntiationem trahi nequit *Rot. coràm Buratto deciſ. 89. num. 16.* & fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuarij 1649. §. nèc contrarium coràm R. P. D. Cerro.*

Nequè contrarium ſuadere potuerunt Clauſulæ illæ ab Informantibus optimè ponderatæ;
10 Siquidèm promiſſio euictionis non includit eam, quæ prouenit ex natura rei, & iuxtà diſpoſitionem communis authoris *Bart. in d. l. qui Roma §. duo fratres nu. 10. de verb. obligat. Peregr. de fideicommiſſ. art. 52. num. 69. Rot. coràm bo. me. Buratt. deciſ. 89. nu. 8.* & firmatur *in d. Romana fideicommiſſi de Maximis §. nèc contrarium coràm R. P. D. Cerro*, in qua *in §. idq. etiàm* reijcitur Clauſula *promiſſionis habendi diuiſionem ratam, gratam, & firmam, & ſemper & perpetuò obſeruandam*, quam ſequitur *Rot. in d. Cathacen. Hæreditatis 28. Aprilis 1653. §. nec*
11 *ſubſiſtit coràm eod.* & Clauſula. *Ad habendum* quam Informantes prò Reis multùm ponderabant, quià non eſt extenſa cum licentia alienandi, ſed eſt cæterata, non poteſt importare renuntiationem præfatam, & nullum operatur effectum, ità tenent allegati *per Gabr. de fideicommiſſ. concl. 1. nu. 3. & ſeqq. Fuſar.* pluribus relatis *de ſubſtit. qu. 593. n. 11.* iuncto *n. 17. Rot. coràm bo. me. Buratt. d. dec. 89. n. 5. & 6.* quã ſequitur *Rot. in d. Cathacen. Hæred. coràm R. P. D. Cerro §. nèc vlla vis.*

12 Quibus nec quicquam obſtant *dd. deciſ. in Bononien. fideicomm. de Vizzanis coràm bo. me. Bichio, & in Romana Succeſſionis de Comitibus coràm Ghislerio* in contrarium adductæ; Quià in casù *dec. coràm Bichio* in procemio fuerat expreſſa cauſa ad euitandam communionem, & ùt quilibet diuidentium diſponere liberè valeret quandocunquè de bonis aſſignandis, ità apertè colligitur *ex §. eò magis quià*, ex quibus verbis intentionem contrahentium fideicommiſſo renuntiandi colligi ſuprà firmauimus *ex Peregr. Cancer. & alijs*, quæ cauſa cùm nequaquàm in casù noſtro fuerit expreſſa, meritò
13 non viſa fuit applicibilis *d. deciſ.* Prout nèc quicquam vrgere exaſtimarunt DD. *deciſ. in Romana Succeſſionis de Comitibus coràm Ghisler.* Quià ibi agebatur de tranſactione inita occa-

sione

sione quorundam bonorum, supèr quibus diù
versa fuerat lis inter Transigentes occasione,
cuiusdam fideicommissi satis dubij, supèr quo
cùm deindè fuisset transactum cum Clausulis
amplissimis, Iure meritò *Rota* censuit per eas
fuisse renuntiatum etiàm fideicommisso con-
ditionali; Sed in præsenti casù nulla vnquam
legitur facta mentio fideicommissi paterni in-
ter Diuidentes instituti, nec ex verbis diuisio-
nis vllo modo colligi potest, quòd contrahen-
tes de illo scientiam habuerint, & tamen si non
oculis corporeis, saltèm intellectualibus men-
tis diuidentium subijci debuisset Testamẽtum,
& fideicommissum paternum, ad hoc, ùt satis-
fieret dispositioni *tex. in l. de his ff. de transact.*
vbi *Bart. num. 6. Ias. nu. 15. Galerat. de renunt.
cent. 2. cap. 135. sub num. 7. vers. sed opponere
debet vsquè in fin. Rot. coràm Buratt. decis.* 658.
num. 8. & pluribus adductis firmatur *in Roma-
na fideicommissi de Coseiaris 16. Martij 1648. §.
ac proindè non aduersatur coràm Eminentiss. D.
Cardinali Corrado.*

Sed omnem remouet dubitandi causam,
Instrumentum celebratum de anno 1619. in,
quo Sanctinus, ex quo ex paterna hæreditate,
exegerat scuta 250, volens prò illis cautos red-
dere alios suos fratres, supposuit paterno fi-
deicommisso quædam bona in d. Instrumento
enunciata cum expressa declaratione, quòd in
illis succederent illi, qui vocabantur, & sub-
stituebantur in paterno Testamento; Ex quo
actù nulli dubium, quòd per præcedentem,
diuisionem noluerint diuidentes à fideicom-
14 misso paterno discedere; Cùm etiàm à gestis
post contractum mens contrahentium argua-
tur *tex. in l. Iulianus §. proindè ff. ad Macedon.*
& in terminis *Ruin. cons. 147. num. 15. in fin.
lib. 2. Mandell. cons. 74. num. 7. & 8. Rot. co-
ràm Buratt. decis. 89. num. 13. & 14.* & firma-
tur *in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1653. §. re-
manent prædicta coràm R. P. D. Meltio.*

Secundò excipiebatur, Reos conuentos es-
se tutos exceptione detractionum Legitimæ,
& Trebellianicæ, Sanctino competentium,;
15 Siquidèm in Iure compertum est, bona quo-
uis fideicommisso affecta, posse à filio aliena-
ri prò concurrenti quantitate suæ Legitimæ,
& Trebellianicæ, *Fusar. cons. 52. nu. 3. Ciriac.
controuer. 284. num. 9. Merlin. de legitim. lib. 2.
tit. 2. quæst. 3. num. 4. Rot. coràm S. me. Gregor.
decis. 266. num. 3.* & firmatur *in Romana fidei-
commissi de Mutis 2. Iunij 1650. §. de alijs coràm
R. P. D. Meltio* in impressis, & cumulatis per me
*post Censalium in obser. ad Peregr. de fideicom. dec.
14. n. 11. & in Romana fideicomm. de Incoronatis
7. Iunij 1652. §. quoenim coràm R. P. D. Albergato
impressa in meo tract. ad leg. vnicam C. siquis In-*
16 *perat. maledixerit §. 19. n. 51.* Quarum detra-
ctionum vigore etiàm Tertij possessores suam
possessionẽ aduersùs fideicommissarios Agen-
tes tueri possunt *Oldrad. cons. 107. n. 8. Gabr. cons.
46. num. 45. vers. datur etiam lib. 1. Surd. cons.
576. num. 40. Peregr. de fideicommiss. art. 39.
num. 4. Rot. in Casenaten. bonorum 10. Martij
1649. coràm bo. me. Peutingero* confirmata,
17 *15. Maij 1651. coràm R. P. D. Albergato.* &
quòd filius alienans id in causam suarum de-
tractionum absque alia declaratione elegisse,
præsumitur *DD. in l. Marcellus §. res, quæ ff. ad
Trebell. Aretin. cons. 18. num. 15. Houded. cons.
58. num. 21. lib. 1. Grammat. decis. 93. num. 5.
Rot. coràm Andrea decis. 80. num. 2. & in re-
cent. decis. 235. num. 2. par. 4.* & fuit la è com-
probatum *in Romana fideicommissi de Zuccaris
14. Nouembris 1639. coràm Reuerendiss. Dno-
zetto, & in Narnien. fideicommissi 1654. §. 1.
coràm eod.*

18 Et si prætendatur, alienationes per Sancti-
num factas excedere detractiones ipsi debitas,
hoc est ab allegante probandum, *Peregrin. de
fideicommiss. art. 39. num. 13. & seqq. Cyriac.
controuers. 5. num. 27. & seqq. Rot. coràm Card.
Seraphino decis. 609. num. 7. & par. 2. diuers.
decis.* 210. & fuit dictum *in Romana fideicomm.
de Candidis 10. Martij 1649. coràm R. P. D. Ve-
rospio & in Perusina Bonorum 30. Maij 1650.
coràm R. P. D. Cerro & in alia Perusina fideicom-
missi de Rodulphis 14. Iunij 1652. coràm eod. &
in d. Narnien. fideicommissi 1654. §. non obstat
coràm Reuerendiss. Dunozetto.*

19 Nèc refragatur, quòd Sanctinus nullum,
confecerit inuentarium de hęreditate paterna,
ac alias fecerit alienationes anteriores ista,,
quam fecit inter Reos conuentos, ex quibus
præsumitur sibi satisfecisse de suis detractioni-
bus, ità quòd contrarium allegant incumbat
onus probandi, *ex tradit. per Peregrin. d. art.
39. num. 14. Gratian. discept. forens. 570. à nu.
20. Rot. decis. 47. num. 11. & 185. num. 5. par.
5. & decis. 167. num. 8. par. 7. recent.*

20 Siquidèm fuit responsum, quòd non ob id,
quòd filius non confecerit inuentarium cadit
à commodo legitimæ *Gabr. cons. 121. num. 51.
lib. 1. Ruin. cons. 57. num. 3. lib. 2. Socein. Iun.
cons. 7. num. 18. & seqq. vol. 4. Oldrad. cons.
242. num. 9. Fab. de Ann. cons. 25. num. 17. &
seqq.* & hanc opinionem, reiecta sententia,
Imol. & aliorum semper sequuta fuit *Rot.* vt *in
decis. 192. num. 2. coràm Card. Caualerio decis.
80. num. 3. & decis. 105. num. 10. coràm Mar-
tino Andrea & decis. 432. num. 3. par. 4. recent.
& decis. 399. num. 25. par. 5.* & firmatur *in
Perusina fideicommissi 5. Martij 1646. §. nèc ex*
21 *omissione coràm R. P. D. Celso,* & alibi passim;

& præſumptio, quòd filius ex alienationibus factis remanſerit ſatisfactus de ſuis detractionibus, niſi contrarium ipſe probauerit, procedit, quandò filius, vel eius hæres agit prò conſecutione legitimæ, vel eius ſupplemento cõtrà fideicommiſſarios; hoc namq. casù opus eſt filio quantitatem legitimæ liquidare, & plenè probare, ſe ex alienationibus factis non remanere integrè ſatisfactum; Secùs verò eſt, quandò fideicommiſſarius agit contrà Tertiũ poſſeſſorem, ad effectum vendicandi ab eo bona fideicommiſſo ſubiecta, quià hoc casù ſi Tertius poſſeſſor excipiat, ſe velle retinere bona prò detractionibus filio competentibus, & per fideicommiſſarium replicetur, alias per prius à filio fuiſſe factas alienationes, ex quibus integrè remanſerit ſatisfactus de ſuis detractionibus, tenetur fideicommiſſarius plenè probare, alienationes per filiũ factas eius detractiones æquare, ùt benè opiniones conciliando tradit *Rot. in Romana fideicommiſſi de Candidis 10. Martij 1649. §. hæc enim obiectio coràm R. P. D. Veroſpio in impreſſ. & cumulatis per me poſt Cenſal. ad Peregrin. deciſ. 6. num. 6. & 7.*

Quià tamèn ex Inſtrumento donationis per Sanctinũ factæ ad fauorem Reorum conuẽtorum, ac ex Inſtrumento diuiſionis hæreditatis paternæ ſimul iunctis apparebat, Sanctinum maximam partem bonorum ſibi obuentorum alienaſſe titulo præfatæ donationis, & ſic retentionem ratione Legitimæ, & Trebellianicæ poſſe eſſe exceſſiuam; DD. mediam viam eligentes, immiſſionem Actoribus prò medietate bonorum petitorum eſſe concedendam existimarunt, relictis alijs bonis Reis conuen-
22 tis prò detractionibus ipſius Sanctini; Quià alienatio fideicommiſſi ſuſtinetur quidèm prò legitima filij, & prò concurrenti illius quantitate, non autèm in exceſsù, ùt in puncto fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Candidis 17. Iunij 1652. coràm R. P. D. Roias §. nèc huiuſ-*
23 *modi immiſſiones*. & Legitima cum Trebellianica iuncta medietatem hæreditatis abſorbet, ùt poſt alios firmat *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 9. par. 1. num. 7.* hoc modo vtriq. parti eſſe conſultum exiſtimarunt DD.

Et ità fuit deciſũ vtraq. parte Informãte &c.

ARGVMENTVM.

Falſitas àn, & quandò commiſſa dicatur, & quæ requirantur ad eam inducendam, ad hoc, ùt pœna infligi valeat. Dolus in falſitate committenda quomodo conſideretur. Credulitas an, & qualis ſatis ſit ad pœnam falſi effugiendam. Teſtis periurus quis dicatur, àn faciat indicium, & àn eius dictum purgetur per torturam. Fiſcus examinando Teſtes, ùt ſint omni exceptione maiores, quid agere debeat in formanda Inquiſitione particulari contrà aliquem. Publica vox, & fama quamnam probationem faciat in Iudicio Criminali, & ad eam ſufficientèr probandam Teſtes quid deponere debeant. *Statut. Lucæ* qua pœna mulctet dantes falſam accuſationem, vel denunciationem dolosè, aùt ſcientèr, ac etiàm Officiales ſupèr damnis datis, & de alijs ad materiam facientibus.

SVMMARIVM.

Falſitatis nomen non meretur ſola veritatis immutatio, niſi illa dolosè fiat. num. 1.

Falſitas ibi procedit, vbi reperitur dolus verus, & neceſſarius, non autèm præſumptus. num. 2.

de Falſo quis non punitur ex dolo præſumpto, pratèr quam in caſibus à Iure expreſſis. num. 3.

Falſitas euitatur per excluſionem veri doli. num. 4.

à Falſi pœna excuſat qualibet cauſa etiàm iniuſta, præſertim perſonam idiotam, & ſimplicem num. 5.

Falſarius non dicitur, nèc pœna falſi eſt puniendus, qui iuſta credulitate inductus falſum deponit, putans ſe dicere verum. num. 6.

Opinio vehemens excuſat opinãtem, licèt falſum opinetur. num. 7. Scire dicimus, quod vehementèr opinamur. num. 8.

Falſitatis pœna ùt euitetur in pœnalibus, atquè odioſis, modò veritatẽ, modò opinionem inſpicimus. n. 9.

Teſti de facto proprio deponenti, qui plenè probat, magis credi debet à quolibet diligenti, & ſagace patre familias, quàm duobus Teſtibus de auditù contrarium affirmantibus. num. 10. & 11.

Pœna ùt detur excluſio, ſupèr alicuius credulitate debet credi Iuramento credentis. num. 12.

Pœna ordinaria ad hoc, ùt euitetur, creditur illi, qui delictum commiſit, dicens ſe putaſſe non delinquere. num. 13.

Mulieres ùt plurimùm non ſolùm ſunt fallaces, & doloſæ, verùm etiàm mendaces. num. 14.

Vulnus potiùs creditur eſſe caſuale, quàm conſultò, & data opera. num. 15.

Falſi pœna non plectitur ratione lata culpa, licèt ex ea falſum fuerit dictum. num. 16.

à Fal-

à Falso, & eius pœna excusat qualibet credulitas etiàm fatua, & temeraria. num. 17.

à Pœna dùm excusat colorata credulitas, multò magis excusabit iusta, & rationabilis. num. 18.

Periurus efficitur vnum medio iuramento negando, & posteà idem affirmando; Vndè in quocunque Iudicio siuè Ciuili, siuè Criminali nullum parit indicium. num. 19.

in Teste periurium tollit omnem fidem. num. 20.

Testis periuri dictum non est sufficiens ad formandam Inquisitionem. num. 21.

Tortura non sanat periurium. num. 22.

Testi periuro non creditur. num. 23.

ob Periurium qui fuit infidelis Deo, erit nè fidelis hominibus? num. 24.

Testis periurus nullum facit indicium contrà prætensum subornantem. num. 25. Etiamsi in tortura deponeret. num. 26.

Testis dictum in propria causa, tendens ad se exonerandum, & alium inculpandum nõ recipitur. n. 27.

Testis dictum patientis plures exceptiones ne dùm facit probationem aliquam, sed nequè indicium, etiamsi versetur in Crimine Lęsæ Maiestatis. n. 28.

Testes debent esse omni exceptione maiores, vbi requiruntur concludentissimæ probationes. num. 29.

Testium qualitas, ùt sint omni exceptione maiores, debet per Fiscum articulari, & probari, quandò agitur de formanda Inquisitione particulari contrà aliquem, & sic de graui illius præiudicio. n. 30.

Testes quandò à lege requiruntur omni exceptione maiores, debet qualitas articulari, & probari. num. 31.

Probationes magis concludentes, magisquè exactæ, quàm in alijs Criminibus requiruntur, quotiès Crimen irrogat infamiam. nu. 32. Ampliatur, quòd debeant esse per necesse concludentes, non verò per possibile. num. 33.

Publica vox, & fama plenè probata, nequè semiplenam probationem facit in Iudicio Criminali. n. 34.

Fama nullum est deterius testimonium, ex quo illa ùt plurimùm est fallax, mendax, & perniciosa. num. 35.

Fama cùm sit tàm facti, pruniquè tenax, quàm nuncia veri, id genus probationis non partim, sed indifferentèr debet admitti. num. 36.

Fama ùt plurimùm solet transmitti ab illis, qui nocere cupiunt num. 37. Vbi ponuntur dicta à Quintiliano.

Fama ùt sufficientèr probetur, testes debent nominare personas, à quibus illud, de quo publicum vocem, & famam extare aiunt, dicere audiuerint, ùt Iudex cognoscere valeat, an illis personis tanquàm honestis fides sit adhibenda. num. 38.

Iudici asserenti, famam ortam fuisse à viris fide dignis, creditur. num. 39.

Testis nominare tenetur authores famæ, etiamsi de illis non fuerit interrogatus. num. 40.

Testis per Fiscum examinatus nullam nominans personam, à qua orta dicatur publica vox, & fama, illam non probat. num. 41.

Fama non probatur, nisi per testes fuerint expressæ causa, & indicia, ex quibus orta fuerit. nu. 42.

Fama ùt probetur, quæ requisita sint necessaria in testibus remissiuè. num. 43.

Testis non exprimens personas à quibus dici audiuerit, sed impersonalitèr loquens, non probat. num. 44.

Fama debet habere ortum ab honestis personis, quod sciri non potest, nisi manifestentur personæ. n. 45.

Testis de auditù impropriè dicitur testis. num. 46. qui non probat, nec facit præsumptionem. num. 47. & 48.

Testis simplex de auditù auditus non probat, non indiciat, nec nomen testis meretur. num. 49.

Testis in redditione rationis sui dicti se fundans in sua imaginatione, & Iudicio nullum probationis gradum constituit. num. 50.

Testium indicare, seù imaginari non est, sed Iudicis, præcipuè in Criminalibus. num. 51. & 52.

Testis se fundans non in his, quæ sensù corporis percipiuntur, sed Iudicio intellectiuo, non probat. num. 53.

Testis non certitudinalitèr, sed titubanter, & dubitatiuè deponens, non probat. num. 54.

Condemnatio fieri nequit ex probatione, resultante ex publica voce, & fama, cùm versetur in materia obiectiua, nèc ad hoc sufficit depositio testium de fama affirmantium. num. 55.

Falsitas sinè causa non admittitur, quæ solet esse spes lucri, & commodi non leuis. num. 56. & non committitur sinè lucro. num. 57.

Falsitas commissa absquè commodo, & vtilitate committentis non dicitur dolosa. num. 58.

Falsum præsumitur potiùs commissum per errorem, quàm dolosè cessante lucro, vel illius spe. nu. 59. Maximè inspecta qualitate personarum. num. 60. Ibidemq. numerantur.

ad Falsitatem excludendam magis præsumitur error, vel ignorantia, quàm malitia num. 61.

Falsa accusatione, vel denuntiatione ab aliquo data dolosè, vel scientèr, qua pœna mulctetur ex cap. 17. lib. 4. Stat. Vniuer. Luc. num. 62.

Pœna Statuti facit cessare omnem aliam pœnam à Iure Communi impositam. num. 63. Reprobatur Bart. contrarium sentiens. num. 64.

Rubrica generalitèr loquens, generalitèr debet intelligi. num. 65.

Falsa denunciatione data ab Officialibus supèr damnis datis, quomodò puniantur per Stat. Luc. n. 66.

Exceptio vnius casus, omnes alios includit. num. 67. Ampliatur. num. 68.

à Falso, & eius pœna ordinaria, non tamèn ab extraordinaria excusat credulitas etiàm fatua, & temeraria. num. 69.

Decisio

Decisio XXIX.

FAlsitatis Crimen, & pœnam cessare, quotiescunquè vnum ex tribus ad falsitatem
inducendam necessarijs requisitis deficit,
nempè mutatio veritatis, dolosa, & nociua,
1 in Iure satis vulgatum est; Cùm sola veritatis
immutatio falsitatis nomen non mereatur, nisi
illa dolosè fiat, ùt probat *tex. in l. nec exemplum Cod. ad l. Corn. de fals.* Ibi: *Cùm non nisi
dolo malo falsum committentes crimini subiungentur*, & hoc expresse dicit ibi *Glos. in verb.
precum*, & facit *tex. in l. qui testamentum in
verb. dolo malo ff. eod.* & notant communitèr
*DD. in cap. cùm Ioannes de fid. Instrum. Glos. in
cap. ad falsariorum in verb. examinatur extr.
de fals. Bart.* communitèr receptus *in vulg.
cons. 199. incipit. Tudertinus lib. 1.* latissimè
Farinacc. de falsit. qu. 150. num. 273. cum ibidèm infinitis congestis: *Eman. Suarez. recept.
sentent. verb. falsi crimen num. 19. Honded. cons.
105. num. 184. lib. 1. & cons. 109. numer. 16.
Ciazz. discept. Crimin. 24. num. 42. par. 1. Vermigliol. cons. 237. num. 3. & cons. 409. num. 6.
Cassador. decis. 10. num. 4. de praben. Rot. decis.
2 111. num. 1. par. 2. recent.* & talis dolus ad
falsitatem inducendam necessarius non sat est,
quòd sit præsumptus, sed debet esse verus, &
necessarius *Bald. in d. l. nec exemplum Cod. ad l.
Cornel. de fals. Farinacc. d. qu. 150. numer. 283.
Batard. ad Clar. in §. falsum num. 255. & num.
297. Honded. d. cons. 109. nu. 17. Bursatt. cons.
311. num. 69. lib. 3. Menoc. cons. 221. nu. 15.
3 lib. 3.* Vbi, quòd regulare est, ùt quis de falso non puniatur ex dolo præsumpto, prætèr
quàm in casibus à Iure expressis, *Vermigl. cons.
4 250. num. 6.* Ideoquè ad falsitatis euitationem
sufficit exclusio veri doli *Paris. cons. 169. num.
58. lib. 4. Honded. d. cons. 109. numer. 17. &
5 Vermigliol. d. cons. 250. num. 6.* Ità ùt quælibet causa etiàm iniusta excuset à pœna falsi,
præsertim personam idiotam, & simplicem,
Vermigl. cons. 240. num. 9.

In præsenti itàq. causa DD. censuerunt, non constare de vero dolo Io. Thomæ Blanci Syndici S. Ianuarij, cuius ratione puniri deberet pœna ordinaria à *Stat. Vniuers.* huius Excellentiss. Reip. imposita *sub Rubr. 17. lib. 4. de pœna facient. fals. accusat. vel denunciation.*

Fuit enim per DD. animaduersum, quòd Syndicus iste ex iusta causa, & ex rationabili credulitate inductus denunciauit D. Commissario Villæ, Octauium Mæi casù fortuito, cadendo videlicèt è quadam ripa, duas in facie cicatrices, seù vulnera sibi ipsi fecisse, sicuti d. Octauius medio suo Iuramento coràm eodē D. Commissario Villæ deposuit, & testificatus fuit, licèt re vera alitèr res se haberet, & Octauius Lapidis proiectione vulneratus fuisset à
6 Sebastiano Laurentij Bacciani; Quicunquè
autèm iusta credulitate inductus falsum deponit, putans se dicere verum, non dicitur
propter hoc falsarius, nec pœna falsi puniendus venit *Bols. tit. de falsit. num. 137. Marsil. in
l. 1. §. praetereà num. 13. vers. & ideò dico ff. ad
l. Cornel. de Sycar. & in l. pœna legis num. 3. ff.
ad l. Corn. de fals. & in Rubr. Cod. de probat. nu.
174. Farinacc. de testib. qu. 67. num. 86. & 88.
& cons. 18. num. 10. Pacian. de probat. lib. 2.
cap. 45. num. 78. & cons. 35. num. 40. Vermigl.
cons. 250. num. 17. Seraphin. de priuil. Iur. pri-
7 uil. 11. n. 4.* Vehemens enim opinio excusat
opinantem, licèt falsum opinetur *Glos. in l. si
quis extraneus §. si quis partem in verb. puto posse
8 ff. de acquiren. haered.* & scire dicimur, quod
vehementèr opinamur *Glos. in l. 2. §. idem La-
9 beo in verb. sciat ff. de aqu. pluu. arcen.* & in
pœnalibus, atquè odiosis modò veritatem,
modò opinionem inspicimus, prout Reo fauorabiliùs est ad euitandam pœnam *l. inter. omnes
§. rectè ff. de furt. Aym. cons. 2. numer. 8. Becc.
cons. 60. num. 15.*

Quòd autèm iusta, & rationabilis fuerit credulitas, ex qua Syndicus inductus fuit ad denunciandum, hæc vulnera fuisse fortuita, &
casualia, non esse ambigendum DD. iudica-
10 runt; Quilibet enim etiàm diligens, & sagax
pater familias magis credere debuisset testi de
facto proprio deponenti, qui plenè probat *l.
quaro §. fin. ff. de ædilit. edict. Paul. de Castr. in
l. seruus Cod. de Testam. & in l. quicunque in fin.
Cod. de seru. fugitin. Bald. in l. si quis Decurio in
4. apostill. Cod. de fals. Afflict. decis. 369. num. 7.
11 Farinacc. cons. 60. num. 27.* quàm duobus testibus de auditù, quales erant Lucretia, &
Francisca contrarium affirmantes *Farinacc. de
testib. qu. 69. nu. 80. Vermigliol. cons. 86. nu. 5.*
12 & regularitèr supèr alicuius credulitate debet
credi Iuramento credentis ad exclusionē pœnæ *secundùm Angel. in l. plagij num. 1. ad med.
vers. sed qualitèr probabitur Cod. ad l. Flan. de
plagiar. Bertazzol. cons. 11. num. 21.* & admittit *Farinacc. cons. 18. num. 10. vers. vndè licèt,
13 & cons. 155. num. 9.* Vbi quòd creditur alicui, qui delictum commisit, dicenti, se putasse non delinquere ad euitandam pœnam
ordinariam.

Nequè obstat id, quod prò parte Fisci opponebatur, dùm dicebatur, Syndicum hunc in dolo versari, quià cùm die Dominica pergeret ad dandam denunciationem de huiusmodi vulneribus, fuit certioratus à prædictis Lucre-

tia,

tia, & Francisca, vulnera Octauio fuisse illata
per Sebastianum supradictum, cùm ex hac cer-
tioratione saltèm debuisset Syndicus, antequã
accederet ad dandam denunciam, necessarias
sumere informationes prò scienda facti veri-
tate, vt debitus Iustitiæ pateret locus.

Siquidèm fuit responsum, quòd notitia
delicti, quam à præfatis mulieribus habuit
Syndicus, non fuit perfecta, & omnimoda fide
digna, ità vt necessariò credere deberet, rem
ità se habere, prout illæ asserebant, quia non
de visu, sed de auditu testificabantur; & si benè
perpendantur depositiones harum mulierum,
dilucidè apparebit, Syndicum hunc pruden-
tissimè, & vt officij sui munus postulabat se
gessisse; Ipsæ enim inquiunt, quòd audito per
Syndicum, quòd vulnera, quæ Octauius habe-
bat, fuissent eidem inflicta per Sebastianum
14 Laurentij, sciens ipse, quòd mulieres vt plu-
rimum non solùm sunt fallaces, & dolosæ, ve-
rùm etiàm mendaces, vt scribit *Alciat. in l. qui testamento §. mulier n. 1. cum seqq ff. de testam. Grammat. cons. 42.* à quibus non dissentit *Arist. lib. 9. de animal. cap. 1.* Syndicus habita huius-
modi informatione à præfatis mulieribus sta-
tim, & recto itinere peruenit ad domum d.
Octauij, ad effectum se certiorandi de verita-
te, & causa vulnerum, habitaquè contraria
relatione à vulnerato, quòd illa videlicèt erant
fortuita, & casualitèr, non autèm dolosè, &
appensatè facta, vt mulieres asseruerant, vna
cum vulnerato se contulit ad Dominum Com-
missarium, & denunciam ambo dederunt de
vulnerum casualitate, ex hac facti serie quis nõ
inficiabitur, Syndicum hunc non benè versa-
15 tum circa eius officium; Et iuxta Iuris peri-
tiæ dogmata magis credere debuisse Octauio
attestanti, vulnera esse casualia, & fortuita,
quàm duabus mulieribus affirmantibus con-
sultò, & data opera facta fuisse, cùm illud po-
tiùs, quàm hoc sit credendum, vt singularitèr
dixit *Bald. in cap. cum nostra, & ibi Felin. in 3. col. de testib.* quos refert, & sequitur *Pater Fra-
gos. de regimin. Reip. Christian. par. 1. lib. 5. disp. 13. §. 1. num. 1. vers. Quin etiàm.*

Et ad omne peiùs solùm posset considerari
in hoc officiali quædam lata culpa, ex eo
quod non debuisset tàm de facili credere, nec
Octauio attestanti de facto proprio, nec mu-
lieribus contrarium asserentibus, sed magis
exactas sumendo informationes facti verita-
tem inuestigare, & magis certum se reddere,
priusquàm pergeret ad dandam denunciatio-
16 nem, cuius tamèn latæ culpæ ratione, etiàm
quòd adfuisset, non propterea plectendus erat
Syndicus iste pœna falsi, licèt ex ea falsum
dixisset *Ias. in l. admonendi num. 27. 28. ff. de iu-
lir. Iuran.* vbi de communi *Clazz. discept. 24.*
17 *num. 49. par. 2.* Quælibet enim credulitas,
etiàm fatua, & temeraria excusat à falso, & eius
pœna, vt *per Angel. in l. plagij la seconda post Butrigar. ibi Cod. ad l. Flau. de Plag. Syluan. cons. 53. num. 2. lib. 2. Marsil. cons. 7. numer. 25. & seqq. Clar. in prax. §. fin. qu. 60. versic. Et generalitèr, Farinacc. cons. 18. num. 10. & consil. 60.*
18 *num. 134.* Quantò igitur magis excusabit iu-
sta, & rationabilis, si sola colorata excusat à
pœna, *Farinacc. cons. 65. num. 59.*

Non meretur autẽ allegari depositio Octa-
uij, de qua in processu fol. 19. & seqq. ad con-
uincendum dolum Syndici, dùm ad instantiam
Fisci examinatus inquit, Syndicum, antequam
accederet ad dandam denunciam, fuisse ab
ipso certioratum, quòd Sebastianus Laurentij
sibi vulnera inflixerat, & dùm ait, quòd Syndi-
cus, hoc audito, illi suasit, vt fineret denunciam
hanc vti de casu fortuito, quodquè vna secum
pergeret ad D. Commissarium ad hoc testifi-
candum.

19 Siquidèm cùm Octauius medio suo Iura-
mento coràm D. Commissario priùs deposuis-
set, dicta vulnera fuisse fortuita, affirmando
posteà contrarium in suo examine, ex hoc fuit
effectus periurus; Ideoq. in quocunque Iudi-
cio siuè Ciuili, siuè Criminali nullum parit in-
dicium *Glos. in cap. per duas in verb. adulter extr. de simon. cap. si quis conuictus, et cap. paruuli 22. qu. 5. Clar. in pract. Crimin. §. periurium versic. Repellitur etiàm periurus, Osasc. dec. Pedem. 72.*
20 *num. 7. Gram. vot. 6. num. 16.* Quoniàm per-
iurium tollit omnem fidem in teste *Bos. in tit.*
21 *de Indic. & considerat. ante tor. num. 158.* Ità
quòd eius dictum non sit sufficiens neque ad
formandam inquisitionem *Roland. cons. 16. n. 9. Cephal. cons. 233. num. 4. vol. 2. Gram. vot. 34. num. 10. & seqq. Dec. cons. 1169. num. 8. Natt. cons. 298. num. 7. in fin. Bertazz. cons. 24. n. 22. lib. 2.* cum alijs *per Farinacc. de testib. quæst. 56.*
22 *num. 188. & cons. 130. nu. 21.* Vbi quòd hoc
procedit etiàm quòd periurus fuerit tortus;
Cùm tortura nõ sanet periurium *Honded. cons. 100. num. 38. vol. 1.* vbi alijs relatis testatur de
Communi *Gram. vot. 34. post num. 10. Fab. de Ann. cons. 9. numer. 24.* vbi alios cumulat, &
23 *cons. 201. num. 65. lib. 2.* Et cùm ex prima
depositione per eum facta coràm D. Commis-
sario fuisset quæsitum Ius Syndico, ad effectum
probandi euentualitatem vulnerum, non po-
tuit contraria depositio eiusdem posteà facta
in suo examine ampliùs Syndico præiudicare,
vt in puncto tradit *Vermigliol. cons. 233. n. 18.*

Quo igitur pacto testis hic periurus falsita-
24 tis redarguet hunc officialem, & qui Infidelis
fuit Dèo propter periurium, fidelis nè erit ho-
mini-

minibus? *Bald. in cap. cum Io. de fid. Instr. Curt.*
25 *Sen. cons. 55. col. 3.* Cùm etiam ex eo, quod
dicit, se fuisse subornatum à Syndico ad cœlan-
dam veritatem causæ vulnerum, nullum faciat
indicium contrà prætensum subornatorem
cap. sicut extr. de testib. Ruin. cons. 146. num. 5.
26 *vol. 5. Ancar. cons. 24.* Quod procedit etiamsi
in tortura deponeret *Dec. consil. 189. numer. 8.
Ruin. cons. 147. vol. 5. Boss. tit. de Inuur. nu. 42.
Clar. in prax. Crimin. §. falsum num. 4.*
27 Prætèr autem has maculas, & defectus, qua-
rum quælibet est sufficiens ad infringendam fi-
dem huius testis, illam etiam patitur, quòd
deponit in propria causa, quia quantùm in se
est, agitur de se exonerando, & inculpando
Syndico, dùm de eo loquens inquit. *Mi commin-
ciò à persuadere, che mi contentassi ancor Io di di-
re, che mi ero fatto male da per me, e che ero ca-
duto già da vn greppo, & come hò detto altre vol-
te, essendo Io fuori di me, e sballordito, accon-
sentij*, & paulò infrà. *Venni da V. S. alla Corte
à dirlo, che ero fuori di me, e con la febre sballor-
dito*; Ideoquè illius dictum de Iure non reci-
pitur *l. nullus* & Ibi *Alberic. ff. de testib. Bart.
in l. deferre ff. de Iur. fisc. Gramm. cons. 35. Fa-
rinacc. cons. 60. num. 52. Vermigliol. cons. 286.
num. 6.*
28 Cùm itaquè Octauius iste plures patiatur
exceptiones, & omnes quidèm releuantissi-
mas, illius dictum nè dùm facit probationem
aliquam, sed nequè facit indicium, etiam
quòd versaremur in Crimine Læsæ Maiestatis;
*Aym. cons. 923. nu. 33. lib. 5. Rimin. Iun. cons.
113. num. 32. lib. 2. Farinacc. cons. 13. nu. 23.*
29 & tamèn in hoc Crimine, sicuti requiruntur
concludentissimæ probationes, ùt infrà dice-
tur, ità etiam testes debent esse omni exce-
ptione maiores, *Foller. cons. 80. num. 1. inter
cons. Crimin. diuers. Ciazz. disc. 27. num. 5. par.
1. Farinacc. de Indic. & tort. qu. 47. num. 210.*
30 *& seqq.* Vbi quòd ista qualitas, quòd testes
sint omni exceptione maiores, debeat per Fis-
cum articulari, & probari, quandò agitur de
formanda Inquisitione particulari contrà ali-
quem, & sic de graui illius præiudicio secun-
dùm opinionem *Boss. tit. de Inquis. num. 38. &
seqq.* quem sequitur *Farinacc. vbi supra, & cons.
24. num. 8. & cons. 80. num. 29. in fin. Cephal.
cons. 65. num. 53. lib. 1. & cons. 225. num. 53.*
31 *lib. 2.* Regularitèr enim quandò à lege requi-
runtur testes omni exceptione maiores, de-
bet qualitas articulari, & probari *Farinacc.*
attestans de Communi *de testib. quæst. 42. nu.
14.* plenè *per Honded. cons. 77. nu. 26. & seqq.
& cons. 33. num. 10. lib. 2. Vermigl. cons. 144.
num. 11.*
32 Et quidèm si vera est Iuris conclusio, & pas-
sim à *DD.* recepta, quòd in hoc Crimine tan-
quàm irrogante infamiam, & proptèr illius
grauitatem requiruntur probationes magis
concludentes, magisquè exactæ, quàm in
alijs Criminibus secundùm *Glos.* ab omnibus
approbatam *in l. Iuris gentium §. quod ferè ff. de
pact. Gramm. cons. 19. num. 3. & cons. 30. nu. 3.
Boss. de Offic. corrupt. num. 14. Grat. cons. 60. nu.
13. lib. 2. Syluan. cons. 7. nu. 19. & seqq. Ver-
migliol. cons. 198. num 1. & cons. 256. num. 1.
Rot. post 2. vol. cons. Farinacc. decis. 121. nu. 2.*
33 Ità ùt debeant per necesse esse concludentes,
non autèm per possibile *l. nequè Natales C. de
probat. Bald. in l. Imperator col. 3. ff. de stat. ho-
min. Dec. cons. 175. & cons. 102. num. 37. inter
cons. Crimin. diuers. Castrens. cons. 371. vol. 1.
Boss. de falsitat. num. 49. & 50. & 134.* Tales
vtiquè nullatenùs dici possunt illæ, in quibus
Fiscus suam intentionem fundat contrà istum
Sydicum; Ex omnibus enim testibus ad illius
Instantiam examinatis, excepto Octauio,
cuius testimonium ex suprà deductis non me-
retur allegari, tres tantummodò deponunt de
publica voce, & fama vigente in Communi S.
Ianuarij, & Petrognani de conuentione inita
inter d. Syndicum, & fratrem Sebastiani, qui
Octauium vulnerauerat de danda denuncia,
34 vti de casù fortuito; Quæ publica vox, & fa-
ma, esto, quòd plenè fuisset probata, prout
probatam non fuisse inferiùs demonstrabitur;
Nihilominùs nè dùm oriretur plena probatio
conuentionis prædictæ, sed nequè semiplena
in Iudicio Criminali secundùm opinionem,
de qua *per Blanc. in tract. de Indic. nu. 313. Duen.
in reg. 300. incipit. fama in Criminalibus Clar. in
§. fin. qu. 21. vers. fama sola* Vbi quòd ità practi-
catur *Farinacc. de indic. & tortur. qu. 47. nu. 59.*
Vbi alios congerit, & *cons. 127. nu. 28. Rot. decis.*
35 *162. num. 2. par. 1. diuers.* Nullum enim est de-
teriùs testimonium, quàm fama, cùm illa ùt
plurimùm sit fallax, mendax, & perniciosa,
36 *Rot. decis. 167. num. 24. par. 1. recent.* Vbi quòd
cùm fama sit tàm facti, prauiquè tenax, quàm
nuncia veri, id genus probationis non passim,
sed indifferentèr debet admitti, *Sperell. decis.*
37 *173. nu. 38.* Quià ùt plurimùm solet transmit-
ti ab illis, qui nocere cupiunt *Bald. cons. 87. lib.
3. & cons. 447. num. 10. lib. 5. Marsil. in l. de mino-
re §. plurium num. 63. ad med. ff. de quæstion. Fari-
nacc. cons. 80. num. 30. Vermigliol. cons. 207. num.
12.* Vndè rectè scripsit *Quintilianus lib. 5. cap.
3. tract. Instit. Famam esse sermonem sinè vllo cer-
to authore dispersum, cui malignitas, initium, cre-
dulitas, incrementum dedit, quod etiàm innocen-
tissimo potest accidere fraude Inimicorũ falsè vul-
gantium.*
38 Et hinc non immeritò voluere *DD.* quod ad
hoc,

hoc, ùt fama sufficientèr probetur, testes de-
bent nominare personas, à quibus illud, de
quo publicam vocem, & famam extare aiunt,
dicere audiuerint, & hoc ùt Iudex cognoscere
possit, an illis personis tanquàm honestis,
fides sit adhibenda, ùt egregè scripsit *Bart. in
d. l. de minore §. plurium num. 23. vers. quæro si
testis ff. de quæstion. Alex. cons. 70. sub num. 7.
vers. tertius testis vol. 1. Gramm. cons. 42. nu. 8.
& vot. 34. num. 14. vers. circà tertium*, cum
alijs *per Pacian. de probat. lib. 1. cap. 49. num.
18. Vermigliol. cons. 15. num. 54. & cons. 307.
num. 11.* & infinitos cumulat *Farinacc. d. quæst.
47. num. 229. & cons. 24. numer. 6. & cons. 78.
num. 36. in fin. & cons. 127. nu. 29. & cons. 182.*
39 *num. 9.* Ita ùt tantùm credatur Iudici asseren-
ti famam ortã fuisse à viris fide dignis *per tex.
in cap. quoniàm de probat. Fulgos. cons. 173.* cum
alijs, quos refert, & sequitur *Roland. cons. 3. nu.
19. & 20. lib. 3. Pat. Fragos. de Regimin. Reip.
Christian. par. 1. lib. 5. disput. 12. §. 1. num. 191.*
40 quod adeò verum est, ùt testis authores famæ
nominare tenentur, etiamsi de illis non fuerit
interrogatus *Clar. in prax. Crimin. §. fin. quæst.
6. vers. sed quid si, Farinacc.* Infinitos cumulans
*d. qu. 57. num. 230. & d. cons. 24. num. 6. Pat.
Fragos. d. disp. 12. §. 1. num. 198. vers. quid si*
41 *non interrogetur*; Ideoquè cùm testes per Fi-
scum examinati nullam nominent personam,
à quà hæc publica vox, & fama orta dicitur,
illam non probant ex Iuribus suprà citatis.

42 Secundò deficiunt testes super hac publica
voce, & fama deponentes, quià non expri-
munt causas, & indicia, ex quibus orta fuerit
fama, prout exprimere tenebantur, cùm ali-
tèr fama non probetur, ùt *per Alex. ad Bart.
in d. l. de minore §. plurium post num. 19. sub litt.
M. ff. de quæst. Clar. d. quæst. 6. vers. illud tamèn
Mascard. de probat. conclus. 1369. num. 8. lib. 3.
Peguer. decis. 17. num. 26. Farinacc. qu. 47. nu.
216.* Vbi infinitis relatis testatur de communi
Sperell. d. decis. 373. num. 40. & 41. Vermigliol.
43 *cons. 120. num. 22.* & plura etiàm deficiunt
in istis testibus requisita necessaria ad famæ
probationem, de quibus latè *Farinacc. d. quæst.
47. à num. 208. vsque ad 277.* & si accuratè per-
pendantur dicta horum testium, eò magis in-
sufficientia apparebunt ad huius famæ pro-
bationem; Antonius siquidèm Francisci de
Burgo ad Buggianum vnus ex testibus de hac
publica voce, & fama deponentibus, dùm cu-
pit nominare personas, à quibus ipse hoc dici
audiuerat, inquit: *Seguito questo accordo, hò
sentito dire publicamente in Petrognano, & in S.
Gennaro da persone, che l' hanno sentito dire da
detti Bastiano, & Ottauio, e da Gio. Bianchi Sin-
dico di S. Gennaro, che si sono accordati di non
44 venire à dare il sangue*, qui testis prætèr quàm
quòd, ùt suprà fuit firmatum, nullas certas ex-
primit personas, à quibus hoc ipse dici audi-
uerit, sed impersonalitèr loquitur; Ideò non
probat *Bart. in d. l. de minore §. plurium ff. de
45 quæst.* Vbi reddit rationem, quia fama debet
habere originem ab honestis personis, quod
sciri non potest, nisi manifestètur personæ, al-
legat *Innocent. in cap. qualitèr, & quandò de ac-
cusat. Natt. cons. 18. nu. 12. Ciazz. discept. 97.
46 par. 1.* est etiàm testis de auditù, qui impro-
priè tamèn dicitur testis *l. si arbiter ff. de pro-
bat. l. testium ff. de testib. cap. licèt ex quadam*,
vbi *Abb. in 2. not. extr. eod. Ciazz. cons. 14. nu.
47 18. par. 2. & discept. 14. per tot. ibid.* Ideoq.
non solùm non probat *Cephal. cons. 50. nu. 17.
vol. 2. Rolan. cons. 24. numer. 48. & 87. lib. 1.
Farinacc. cons. 17. num. 20. Vermigliol. cons. 272.
48 num. 21.* Sed nèc facit præsumptionem *Rolan.
d. cons. 24. num. 86. & cons. 144. num. 24. lib.
2. Menoc. cons. 98. num. 55. lib. 1. Marsil. cons.
20. nu. 5. & 10. Glos.* & ibi *Bart. in l. 2. §. idem
labeo ff. de aqu. pluu. arcen. Boss. tit. de opposit.
contr. test. num. 42. Farinacc. cons. 62. num. 11.*
49 & quod peius est, nè dùm est simplex testis de
auditù, sed de auditù audiens ab alio; ibi *L' hò
sentito dire publicamente à Petrognano da perso-
ne, che hanno sentito dire da detti &c.* Ideoq. nõ
solùm nõ probat, nec aliquod Indicium facit,
sed imò nomen testis non meretur *d. cap. licèt
ex quadam in princip.* vbi notant omnes *extr. de
testib. Abb. in cap. cùm ex literis nu. 5. vers. nàm ta-
lis*; Vbi etiam *Felin. n. 2. extr. eod. Menoch. cons.
98. num. 55. lib. 1. & cons. 144. num. 24. lib. 2.
Bursatt. cons. 316. num. 18. & 19. lib. 3. Ciazz.
discept. 14. numer. 25. par. 1. Farinacc. cons. 79.
num. 16. Vermigliol. cons. 105. num. 6.*

Ioannes verò Petrini alius testis post quàm
de hac publica voce, & fama deposuit, volens
illius authores indicare; inquit: *Queste voci è
forza siano vscite di bocca à sudetti, perche loro
medesimi hanno fatto l'accordo, e se ne saranno
50 poi vantati, che me ne rimetto*, qui testis pa-
ritèr nullum probationis genus facit, quià in
redditione rationis sui dicti fundat se in sua
imaginatione, & Iudicio, ibi: *E' forza siano
51 vscite di bocca*; Cui propterea non est cre-
dendum, cùm non sit testium Iudicare, seù
imaginari, sed Iudicis *Paris cons. 29. numer. 9.*
52 Præcipuè in Criminalibus *Iason. consil. 187.
Oldrad. consil. 220. numer. 6. Farinacc. consil.
40. num. 32. & cons. 179. num. 5. Vermigl. cons.
15. num. 4. & cons. 226. num. 4. Caputaq. decis.
53 170. num. 3. par. 3.* Testis enim, qui se fundat
non in his, quæ sensù corporis percipiuntur,
sed ex Iudicio intellectiuo, non probat *Bald. in
l. sola num. 1. per tot. Cod. de test. cap. cùm causa,*

vbi DD. Communitèr eod. tit. Alex. conſ. 74. nu.
8. lib. 6. Gargiar. patrocin. 81. num. 12. lib. 2.
54 Vermigliol. conſ. 382. num. 4. quibus additur,
quòd hic teſtis non certitudinalitèr, ſed titu-
bantèr, & dubitatiuè deponit, Ibi. Me ne ri-
metto; Ideoq; non probat Lancellott. Gall. conſ.
32. num. 24. Menoch. conſ. 1111. num. 13. Fa-
riaacc. de teſtib. qu. 68. num. 16. cum pluribus
ibi adductis, Rot. coràm Buratt. deciſ. 538. num.
10. & 12. & fuit dictum in Bononien. fideicom.
de Victorijs 5. Maij 1655. coràm R. P. D. Zarate.

Addebat etiàm vnus ex DD. quòd quan-
tumuis fama fuiſſet plenè, & cōcludentèr pro-
bata, nihilominùs ex probatione reſultante,
ex ea non poterat Syndicus iſte pœna falſitatis
55 puniri; Ex eo, quòd cùm verſemur in mate-
ria obiectiua, non poteſt quis condemnari ex
ſola probatione reſultante ex publica voce, &
fama; Nèc ad hoc ſufficit depoſitio teſtium
de fama affirmantium Farinacc. conſ. 182. nu.
4. Bald. in cap. tum ex literis n. 1. de teſt. Sperell.
deciſ. 173. num. 45. Rot. coràm Caſ. de Graſſ. deciſ.
184. aliàs 2. de accuſat. & coràm S. M. Greg. dec.
322. num. 2. & latè fuit dictum in d. Bonon. fi-
deicom. de Victorijs 5. Maij 1655. §. parui quo-
què momenti coràm R. P. D. Zarate.

56 Secundò conſiderabant DD. falſitatem ne-
quaquàm ſinè cauſa admitti, quæ ſolet eſſe
ſpes lucri, & commodi non leuis cap. accedens,
& ibi Gloſ. de Crimin. falſi. Cora. conſ. 63. lib. 3.
& conſ. 227. lib. 4. Crauett. conſ. 219. num. 13.
Farinacc. conſ. 44. num. 16. & conſ. 60. nu. 85.
57 & antè conſ. 13. num. 9. Imò non committi
ſinè lucro, dixit Bald. in l. 2. num. 4. Cod. de falſi.
Crauett. conſ. 56. num. 14. & conſ. 75. num. 6.
Cephal. conſ. 652. nu. 30. vbi concordantes ad-
ducit Vermigliol. conſ. 235. num. 8. & conſ. 250.
num. 1. & 252. num. 2. Ciazz. diſcept. 27. num.
15. latiſſimè Farinacc. de falſit. qu. 153. n. 204.
58 vbi Infinitos adducit; Ità quòd falſitas com-
miſſa abſquè commodo, vel vtilitate commit-
tentis, non dicatur doloſa, ſcripſit Menoch. conſ.
59 98. num. 23. Ceſſante enim lucro, vel illius
ſpe, præſumitur potiùs quem per errorem,
quàm dolosè falſum commiſiſſe, Gram. deciſ.
60. num. 6. per tex. in l. quotiès §. 1. & ibi Bart.
ff. de hæred. inſtit. Farinacc. conſ. 18. numer. 6.
60 Quod maximè verum eſt, quandò qualitas
perſonæ id ſuadere videtur, ùt eſt fœmina,
pupillus, & ruſticus, & ſimiles perſonæ, ùt ple-
nè notat Gramm. conſ. Ciuil. 23. numer. 4. verſ.
quod maximè procedit, Iaſ. in l. ſi quis id, quod nu.
32. verſ. quinto nota ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.
Pacian. conſ. 35. num. 38. & 39. Ideoquè cùm
in præſenti Iudicio pro parte Fiſci nulla fuerit
deducta, nè dùm probata cauſa, proptèr quā
Syndicus hic falſam hanc denunciationem de-
duxit, non eſſe recedendum à communi regu-
61 la, exiſtimarunt DD. quæ ſuadet, quòd ad fal-
ſitatem excludendam, magis præſumitur er-
ror, vel ignorantia, quàm malitia, ùt elegan-
tèr tenuit Bart. in l. quotiès §. 1. n. 7. verſ. 3. lex ff.
de hæred. inſtit. Vermigl. conſ. 250. n. 9. & latè pro-
ſequitur Farinacc. d. qu. 153. n. 193. & plur. ſeqq.

Sed eſtò, quòd delictum hoc falſitatis per le-
gitima probationum genera concludentiſſimè
fuiſſet probatum, prout tamen ità non fuiſſe
probatum ex deductis ſuperiùs conſtat, ad-
hùc tamen ab exceſsù ſaluari haùd poſſet
ſententia D. Commiſſarij villæ, qui Syndicum
iſtum condemnauit in pœnam librarum 300.
& relegationis vnius anni in Vicaria Viaregij,
62 quod luce meridiana clariùs apparet ex diſ-
poſitione cap. 17. lib. 4. Stat. Vniu. huius Excel-
lentiſſ. Reip. in quo rotundis verbis ſtatuitur,
quòd ſi quis dolosè, & ſcientèr dederit falſam
accuſationem, vel denunciationem de aliquo
delicto, cuius delicti pœna non excederet li-
bras 100. Tunc enim talis falſam accuſatio-
nem, vel falſam denunciationem faciens pu-
niatur in libris 46. Quo igitur pacto, vel qua
ſuadente ratione, D. Commiſſarius Villæ valuit
prò falſa denunciatione Criminis, cuius pœ-
na eſt ſolummodò lib. 46. ex diſpoſitione Decret.
pænal. punire hunc Syndicum pœna pecu-
niaria lib. 300. & relegationis per annum in
63 Vicaria Viaregij; Cùm certum ſit in Iure,
quòd pœna Statuti facit ceſſare omnem aliam
pœnam à Iure Communi impoſitam ad tradi-
ta per Bald. in l. data opera num. 13. Cod. qui
64 accuſ. non poſſ. cuius opinionem, reprobato
Bart. contrarium ſentiente, indiſtinctè eſſe ſe-
quendam dixit Alex. in addit. ad eund. Bart. in
l. 1. nu. 1. lit. C. ff. de vi bonor. rapt. & de Com-
muni teſtatur Clar. in prax. §. fin. qu. 165. nu. 5.
verſ. debet etiàm Iudex, Fachin. controu. Iur. lib.
9. cap. 1. & Farinacc. conſ. 106. num. 4.

Et parui quidèm momenti exiſtimauerunt
DD. id, quod prò parte Fiſci opponebatur,
Statuentes ibi nequaquàm intellexiſſe, nec
comprǽhendere voluiſſe denuncias, quæ fieri
debent ab Officialibus, ſed de illis ſolummo-
dò loquutos, quæ fiunt à perſonis priuatis, &
ſecretis Accuſatoribus.

Siquidèm gratis affertur hæc diſtinctio, &
nulla fulcitur authoritate, vel ratione, illiquè
65 obſtat nè dùm clara Iuris diſpoſitio, quòd Ru-
brica generalitèr loquens, generalitèr debet
66 intelligi vulgatis Iuribus; Verùm etiàm repu-
gnant denuncijs Officialium, Ibi; Et prædicta
non vendicent ſibi locum in Officialibus facientibus
falſam denunciationem ſuper damnis datis, quia
tunc vendicet ſibi locum pœna impoſita ſub Rubri-
67 ca de damnis illatis denunciandis; Exceptio
enim

enim vnius casus omnes alios includit *l. quæsitũ*
§. deniq. ff. de fund. instruct. cum alijs allegatis *in*
dec. 391. sub n. 3. & dec. 84. sub n. 3. coràm Buratt.
68 & supponit de sui natura inclusionem exce-
ptuatorum in lege, vel Statuto, à quo fit ex-
ceptuatio *l. 1. §. sed excipiuntur ff. de fer. Barz.*
dec. 71. n. 16. & 26. Rot. coràm bo. me. Comitolo
decis. 165. nu. 14. Cùm itaquè in supradicto
Statuto excipiatur solummodò casus falsæ de-
nunciæ datæ per Officialẽ in causis damnorũ
datorum, necessariò sequitur, quòd omnes alij
casus falsę denuncię per Officiales datę, rema
neant inclusi sub prędicta *Statuti* dispositione.

Quià tamèn falsum dicens, licèt putet, se
69 dicere verum; Et quàmuis credulitas etiàm
fatua, & temeraria excuset à falso, & eius pœ-
na ordinaria, tamèn non excusat ab extraordi-
naria *Angel. in l. plagij num. 2. vers. similitèr at-*
tende Cod. ad l. Flau. de plagiar. Menoch. de re-
cuperan. possess. remed. 5. num. 62. & post alios
dixit *Farinac. cons. 18. num. 11.* DD. attentè
consideratis suprascriptis tàm circà insufficiẽ-
tiam probationum Fisci, quàm circà iustam
credulitatem Syndici, alijsquè facti circum-
stantijs ad Iuris trutinam ponderatis, arbitrati
fuerunt, d. Syndicum esse puniendum pœna
lib. 25. habito respectù ad pœnam ordinariam
libr. 46. impositam à præfato *Statuto* circà
scientèr facientem falsam accusationem, vel
denunciationem.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè
informante.

ARGVMENTVM.

Tempus ad appellandum tàm de Iure Communi, quàm ex Iure Municipali *Lucæ* est decem dierum, & àn illud currat à die scientiæ, vel à die latæ sententiæ, & quid in sententijs latis in contumaciã ad effectum, vt sentẽtia transitum faciat in rem iudicatam: Citatio personalis in sententijs ex decreto emanato ab Excellentiss. Consilio Lucensi de anno 1647. in quo reducitur ad obseruantiam dispositio *cap. 49. lib. 4. Stat. Vniuers.* suppletur per pulsationem campanæ. Contumaces qua forma debent citari in causis violationis sequestrorum secundùm *Statutum Lucæ*, & quid in praxi seruetur.

SVMMARIVM.

Appellatio à qualibet sententia, seù decreto est interponenda infrà decem dies tàm de Iure Communi, quàm ex Statuto Lucæ. num. 1. & 2.

Statutum vbi reperitur, non est vlteriùs quærendum, cùm Iuri Communi præualeat, & potentior sit in loco, vbi viget. num. 3.

Appellatio interposita post elapsos decem dies, facit transitum in rem iudicatam, perindè ac si à sententia appellatum non fuisset. num. 4.

Sententia potest demandari executioni, si fuerit appellatum ab ea post decem dies. num. 5.

Tempus decem dierum ad appellationem interponendam non currit, nisi à die scientiæ, maximè quandò pars non fuerit personalitèr citata. numer. 6. Fallit de Iure municipali Lucæ. num. 10.

Contumax non appellat. num. 7. Ampliatur num. 8. & 9.

Citatio personalis, seù ad sententiam supplata censetur per pulsationem campanæ ex legibus Statutarijs Lucæ. *num. 11.*

Contumaces qua forma debent citari, si agatur etiàm de causis violationis sequestrorum secundùm Statuta Lucæ. *num. 12. & 13.*

Decisio XXX.

NVllam declarauimus appellationem in-
terpositam per Bartholomæum Domi-
nici de Gello à sententia perillust. D.
Prætoris in contumaciam contrà ipsum latax
causa, & occasione violationis sequestri, pro-
1 ut latiùs in processù, cui &c. Ex quo tàm de
Iure Communi, quàm de Iure Municipali sta-
tutum est, appellationem esse interponendam
à qualiber sententia, seù decreto infrà decem
dies; De Iure Communi siquidèm habetur in
cap. cùm dilecti §. si verò in fin. de elect. cap. si-
gnificauerunt §. mandamus de testib. cap. quoad
consultationem §. talitèr de re Iudic. Auth. hodiè
C. de appellat. Marant. de ordin. Iudicior. in 3. par. 6.
par. princip. art. 2. n. 202. Lancellott. de attentat.
appellat. penden. cap. 12. limit. 50. nu. 37. Scacc.
de appellat. lib. 3. cap. 2. qu. 12. num. 2. cum
2 alijs passim; De Iure Municipali huius Ciui-
tatis similitèr habetur in *cap. 2. lib. 5. Stat. Vni-*
uers. vers. in alijs verò casibus Ibi. *Lapsis ipsis*
decem diebus, sententia firma remanet. & in
3 *rem Iudicatam transisse intelligatur*; Quapro-
pter cùm legem scriptam habeamus, nõ est vl-
teriùs quærendum, cùm Iuri Communi præ-
ualeat, & potentior sit in loco, vbi viget, latis-
simè *Rot. in vna Spoletana successionis 19. Iunij*
1651. coràm R. P. D. Celso §. iustitia partium

4 Vndè fequitur, cùm ex reuolutione chartarum processus appareat, non fuisse per d. Bartholomæum Dominici interpositam appellationem infrà decem dies à prolatione sententiæ D. Prætoris, quæ apparet lata sub die 20. Decembris anni 1656. & appellatio interposita sub die 3. mensis Februarij 1657. sententiam d.D. Prætoris fecisse transitum in rem Iudicatam, perindè ac si ab ea appellatum non fuisset *cap. cum sit Romana extr. de appellat. Clementin. si appellationem ead. tit. l. 2. & l. fin. & auth. ei qui Cod. de tempor. & repar. appell.* & latè fuit dictum *in Romana locorum montium 3. Iunij* 1650. *coràm R. P. D. Meltio* §. 1. & priùs fuerat firmatum *in Bononien. Dotis, seù pecuniaria 16. Martij* 1645. *coràm Reuerendiss. Dunozetto, & in Tirasonen. Vnionis 2. Iunij* 1645. *coràm R. P. D. Cerro, & in Romana Vinea 29. Aprilis* 1648. *coràm R. P. D. Meltio* §. 1. *cum*
5 §. *seq.* cum alijs passim, ac proindè illam exequendam diximus *l. post rem Iudicatam ff. de re Iudic. l. 1. Cod. eod. l. fin. Cod. de execut. sentent. rei Iudic. Rot. decis. 601. num. 2. vers. & consequentèr par. 4. tom. 3. recent.*

Neque quicquam existimauimus obiectum factum à DD. Informantibus prò d. Bartholomæo appellante, nempè præfatam sententiam D. Prætoris fuisse in contumaciam latam; Ità ùt illius scientia ab ipso appellante non fuerit habita, nisi de tempore interpositæ appellatio-
6 nis; Ideoquè tempus decem dierum ad ipsam interponendam illi non cucurrisse, nisi à die scientiæ, non autem à die latæ sententiæ, maximè etiàm quià non fuit personalitèr citatus *Scacc. de appellat. q. 12. n. 8. vers. primus casus, Ridolph. in sua praxi Iudicat. par. 1. cap. 13. nu. 123. Rot. decis. 758. n. 3. par. 3. diuers. Sacoin. reg. 397. termin. decem dier. Oldrad. cons. 130. n. 2.* cum alijs *per Ridolph. loc. prox. citat. n. 127.* & sic *d. cap. 2. d. lib. 5. Stat. Vniuers.* fuisse sempèr interpretatum.

Fuit enim responsum, quòd dicta in obiecto primò retorquentur contrà partem propo-
7 nentem; Ex quo contumax non appellat, ex allegatis *per Scacc. de appellat. qu. 17. limitat. 3. per tot.* & omninò indubitantèr, quandò lapsi
8 sunt decem dies à die latæ sententiæ, ùt fatetur *idem Scacc. vbi supr. num. 18.* quodquè sancitur expressè *in cap. 55. lib. 4. Stat. Vniuers.*
9 etiamsi de iniustitia sententiæ in contumaciā latæ appareret, quæ etsi dura seruanda est *Nig. de execut. rei Iudic. cap. 11. §. 5. num. 57. Gall. de except. tit. 4. except. 5. par. 1. num. 94. Ambrosin. decis. 3. num. 24.*
10 Secundò fuit responsum, dicta in obiecto procedere de Iure Communi, secundùm quod quandò quis non est principalitèr citatus, nequè sententiæ condemnatoriæ fuit præsens, decem dies dati ad appellandum non currunt, nisi à die scientiæ, secùs autèm de Iure Municipali *in d. cap. 3. lib. 5.* ùt testatur in terminis *Zuccar. dec. Crimin. 23. per tot. & præcipuè nu. 4. & 5.* vbi ait prædictum *Statutum* ab obseruantia subsequuta, scilicèt decem dies ad appellandum datos currere à die latæ sententiæ, interpretationem recepisse.
11 Vltrà quàm quòd adest *Decretum* Excellentissimi Consilij de anno 1647. per quod reducitur ad obseruantiam dispositio *cap. 49. lib. 4. Stat. Vniuers.* in quo per pulsationem campanæ suppletur citatio personalis, seù ad sententiam, & consequentèr non potest dubitari, quindecim dies dati ad appellandum non currere à die latæ sententiæ, ùt patet ad sensum.
12 Minùs releuat, quòd vltimo loco adducebatur per D. Informantem prò d. Reo, nempè processum fuisse nullum ex defectù formæ non seruatæ *cap. 20. lib. 4. vers. iterùm &c. Stat. Vniuers.* mandantis duplicem etiàm contrà Contumaces debere fieri citationem, & sic cùm in casù præsenti non fuerit facta, nisi vnica citatio, sequitur ex defectù præfatæ formæ nullitas euidens.
13 Siquidèm *ex decreto anni 1567. registrato inter decreta pœnalia fol. 83.* derogando d. dispositioni statutariæ sancitur huiusmodi causas violationis sequestrorum debere expediri infrà 15. dies summariè, sinè strepitù, & figura Iudicij, nulla Iuris, aùt Statutorum solemnitate seruata, sed illis, & quibuscunquè terminis substantialibus omissis; Vndè praxis inoleuit in dd. causis semel tantùm citandi Inquisitos de supradicta violatione ad dicendum causam quarè &c. & Nobis constitit, & sic cessabat obiectum, ùt patet.

Et ità fuit decisum auditis plurièś Fisco, & parte &c.

ARGVMENTVM.

Manutentio semper datur possidenti de tempore motæ litis tàm *ex cap. Rot. Luc. 59.* quàm *de Iur. Commun.* Imò data possessione continuatiua *Statuti* continuantis possessionem defuncti in hæredem iuncta cum actuali, & corporali accepta Iudicis authoritate nunquàm denegatur *iuxtà Stat. Lucen. lib. 2. cap. 17.* & àn, & quandò illa sit manutenibilis in præiudicium anterioris posses-

possessoris non habent is se prò spoliato, & àn probetur per Instrumentum locationis. Tertius possessor àn, & quandò dicatur legitimus Contradictor ad effectum impediendi immissionem hæredi in vim *l. fin. Cod. de Edict. diu. Hadr. tollen.* Hypothecæ Ius àn extinguatur super re redempto censu. Hæreditas iacens quandò dicatur, & àn dijudicetur vacans, quamdiù potest adiri, vel adest spes, quòd adeatur. Tutorum, vel partium assertiones post mortem pupilli àn, & quandò attendantur, cum alijs notabilitèr ad materiam.

SVMMARIVM.

Immissio in possessionem bonorum quandò denegari nequeat iuxtà dispositа per l. fin. Cod. de Edict. diu. Hadrian. tollen. *num.* 1.

Manutentio sempèr datur possidenti de tempore motæ litis tàm ex cap. Rot. Lucen. 59. *quàm* de Iur. Commun. *num.* 2.

Possessio est incontrouertibilis, quandò per Statutum continuatur in hæredem, meretq. omninò manutentionem. num. 3. *& 4. assignatur ratio. nu.* 5.

Possessionis continuatio datur in hæredem, ac si corporalem accepisset secundùm Stat. Luc. lib. 2. cap. 12. *num.* 6.

Manutentio denegari non valet concurrentibus possessione continuatiua statuti, & actuali, corporaliquе accepta Iudicis authoritate. num. 7.

Possessio Iudicis authoritate capta excludit, & elidit anteriorem possessionem. num. 8.

Possessio posterior per actum locationis non est manutenibilis in præiudicium anterioris non habentis se prò spoliato. num. 9.

Actus omnes, facti post acquisitam quasi possessionem ab altero, intelliguntur clandestini, & turbatiui. num. 10.

Possessio iniusta non potest auferre hæredi immissionem in vim l. fin. Cod. de Edict. diu. Hadrian. toll. *num.* 11.

Possessor Tertius ùt dicatur Contradictor Legitimus, requiritur, ùt habeat titulum exclusiuum Iuris hæredis. num. 12.

Titulus vitiosus, seù inualidus non resistit, quin Iudex immittat, & manuteneat etiàm immissum in præiudicium antiquioris possessionis. num. 13.

Possessio non probatur per Instrumentum locationis, quandò agitur contrà Tertium. num. 14. *Ampliatur. num.* 15.

Conductor rei, cuius succedit hæres, per Instrumentum locationis cum alio factа, non potest interuertere possessionem eiusdem hæredis, eiusquè titulum transferre in alium. num. 16.

Coloni non possunt eorum facto priuare Dominum sua possessione. num. 17.

Hypotheca Ius extinctum remanet super domo, eo ipso, quòd census super ea impositus, fuerit redemptus. num. 18.

Actus idem non potest contrarios producere effectus, scilicet extinctionis, ac præseruationis, & reintegrationis hypothecæ. num. 19.

Census extinctus per actum retrosimilem impedit manutentionem. num. 20.

Retentio non conceditur prò credito minùs liquido. num. 21.

Possessionis omnis materia pendet regularitèr ab animo. num. 22.

Manutentio competit, si titulus, qui de nouo allegatur, esset in corroborationem primæ possessionis, & bonum Ius redderetur clarum, secùs è contrà. num. 23.

Hæreditas iacens repræsentat personam defuncti. num. 24. *& nunquàm constituitur in mora nu.* 25.

Hæreditas non dicitur vacans, quamdiù potest adiri, vel adest spes, quòd adeatur. num. 26.

Tutores post mortem pupilli asserentes, se consignasse aliquid Creditori eiusdem, non attenduntur, quià Ius eorum statim mortuo pupillo expirat. nu. 27.

Assertioni simplici partium non creditur, nisi liquidò constet. num. 28.

Decisio XXXI.

INnocentius Laurentij suum vltimum annis elapsis condidit testamentum, in quo suam vniuersalem hæredem instituit Barbaram suam ex filio prædefuncto neptem, cui innuptæ decedenti substituit Almam Confraternitatem S. Mariæ Confalonis cum onere, ùt quolibet anno in perpetuù d. Ven. Confraternitas teneatur celebrari facere tres missas prò anima ipsiusmet Testatoris; Deindè deputauit Tutores d. Barbaræ, qui acceptauerunt hæreditatem d. Innocentij cum beneficio legis, & Inuentarij, ùt patet ex Instrumento publico in actis exhibito, cui &c. & successiuè dd. Tutores die 20. Decembris 1652. siuè &c. locarunt vnam domum in d. hæreditate repertam Mag. Bartholomæo Matthæi Bandoni de Luca prò scutis 20. annuis, prout ex Instrumento in actis exhibito, cui &c. Defuncta posteà dicta Barbara in infantili ætate, & antè eius mortem, D. Catharina eius mater ad secundas nuptias

ptias conuolauit cum D. Andrea Simonetto, euenit casus substitutionis d. Vener. Confraternitatis, quæ mediantibus suis deputatis vigore *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadr. tollen.* immissionem obtinuit supèr omnibus bonis dictæ hæreditatis, & præcipuè supèr d. domo, de qua agitur, quæ locata reperiebatur per supradictos Tutores d. Bandono, ùt suprà, & censum, qui suprà domù extabat ad fauorem dd. Iugalium de Simonettis, d. Vener. Confraternitas redemit, ipsis soluendo scuta 100. à quibus quietantiam reportauit, & successiuè post aliquos dies fuit factum præceptum de dimittendo d. Bartholomæo Bandono conductori ad instantiam eiusdem Vener. Confraternitatis, & post multas oppositiones in Iudicio deductas ipse Bandonus succubuit, qui posteà die 26. Iunij 1654. conduxit simplicitèr ab Andrea Simonetto eandem domum prò eodem pretio, quo locata reperiebatur à supradictis Tutoribus, viuente Barbara, ùt ex Instrumento, cui &c. & d. locationem d. Andreas Simonetius facere asseruit proptèr annuum censum scutorum 6. quem suprà d. domum habebat, & prò alijs suis creditis; Vndè dicti Iugales posteà intentarunt Iudicium mandati de manutenendo, seù possessorij summarijssimi coràm Iudice ordinario, & sententiam fauorabilem reportarunt, & interposito recursù per d. Vener. Confraternitatem in Rota, proposui dubium coràm DD. meis, àn esset deferendum d. recursui, & DD. dixerunt esse deferendum, & successiuè malè iudicatum per D. Iudicem Ordinarium, ijs moti funda-
1 mentis; Quià cùm clarè constet, fuisse purificatam substitutionem per obitum d. Barbaræ in dictam Vener. Confraternitatem per testamentum non abolitum, nèc cancellatum, nèc ex vlla parte vitiatum iuxtà dispositionē *l. fin. Cod. de Edict. diu. Hadr. toll.* non poterat immissio denegari in possessionem bonorum d. quon. Innocentij, *Menoch. de adipiscen. remed. 4. sub num. 56. vers. quarto 7. Rot. penès Duran decis. 178. num. 4.* cum alijs *in Senogallien. successionis 29. Ianuarij 1652. coràm Eminentiss.*
2 *Corrado §. 1.* Vndè manutentio sempèr datur possidenti de tempore motæ litis tàm ex dispositione *cap. Rot. Lucen. 59.* quàm ex dispositione Iuris Communis *iuxtà tradita per Menoch. de retinen. possess. remed. vltim. numer. 11. Cornazzan. decis. Lucen. 43. numer. 1. Rot. post Posth. de manutenen. decis. 388. ead. Rot. decis. 512. num. 1. & decis. 685. eodèm num. 1. par. 1. recent.* cum alijs latissimè cumulatis *per Ridolphin. in sua prax. Iudic. par. 2. cap. 12. nu. 103.*
3 Possessio autèm d. Vener. Confraternitatis est incontrouertibilis, ùt inquit *Menoch. cons. 139. numer. 10. vers. inspecto verò;* Cùm ipsa Vener. Confraternitas Barbaræ successerit, & ipsa defuncta possessio mer dicitur continuata in eadem Confraternitate vigore *Stat. Lucen.*
4 *lib. 2. cap. 12,* & sic vllo modo poterat denegari manutentio *ad tradit. per Posth. in tract. de manutenend. obseru. 55. num. 53. & 54. Rot. post eund. decis. 168. num. 2. & 499. numer. 7. ead.*
5 *Rot, decis. 692. num. 1. par. 3. recent.* Cùm d. possessio nunquàm dicatur vacasse *Intrigliol. decis. 42. num. 5. Patrific. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 354. Caualer. decis. 429. nu. 2. Rot, post Posth. decis. 168, num. 3. & decis. 325. nu.*
6 *13. vers. Et in his terminis,* & præsertim stantibus verbis *d. Stat, cap. 12.* ex quibus datur continuatio possessionis in hæredem, ac si corporalem accepisset, *Lepid. decis. 93. Posth. d.*
7 *obseruat. 55. num. 54.* Vndè cùm in casù nostro non solùm constet de d. continuata possessione, sed etiàm doceatur de actuali, & corporali accepta per Deputatos d. Vener. Confraternitatis mediante Iudicis authoritate, nō poterat denegari manutentio *l. iustè possidet, ff. dè acquiren. possess. l. 1. & 2. ff. nè vis fiat ei, Rot. apud Caualer. decis. 42. num. 1. penès Duran. dec. 141. num. 1. ead. Rot. decis. 513. par. 1. recen. num. 2.* & fuit dictum *in Anconitana Saluiani 1651. coràm Eminentiss. Corrado §. Quoniàm &*
8 *§. Atque Aduersarij;* Vbi quòd possessio Iudicis authoritate capta, anteriorem, quatenùs adesset, possessionem Aduersarij excinderet, ac elideret *l. qui vniuersas §. Idem cùm Prætor,* vbi *Odoffred. Cuman. Angel. Alex. & alij, ff. de acquiren. possess. Caualer. decis. 42. numer. 2. Ludon. decis. 582. num. 3. vers. Non obstat ead. Rot. decis. 644. sub num. 5. par. 1. recen.* cum alijs passim.

Quibus non obstat primò Instrumentum locationis factum de anno 1654. die 26. Iunij per d. D. Andream Simonettum eidem Bandono, qui erat idem conductor Barbaræ, domus, de qua agitur.

Quià per DD. fuit responsum, quòd Instrumentum locationis factum d. D. Bandono per d. Andream Simonettum erat animaduertendum, quòd celebratum fuit sub die 26. mensis Iunij 1654. & possessio per d. Vener. Archiconfraternitatem hæreditatis d. Barbaræ fuit ca-
9 pta die 20. mensis Iunij eiusdem anni; Ex quo euidentèr apparet, quòd iste actus possessionis in locando fuit exercitus post aditam hæreditatem, & consequentèr, vti posterior, continens turbatiuam vllo modo hoc ideò d. possessio erat manutenibilis in præiudicium d. Vener. Confraternitatis anterioris non habentis se prò spoliata *Posth. obseru. 55. num. 83. Cyriac. controuers. forens. lib. 1, controu. 12. numer. 53.*

idem

idem Posth. obseru. 71. num. 17. & 45. Rot. dec.
99. vers. Vltrà quàm quod num. 5. par. 4. recent.
& fuit dictum in Pisauren. Manuten. 1. Februa-
10 rij 1647. §. deniq. coràm R. P. D. Arguelles, &
omnes actus, qui fiunt post acquisitam quasi
possessionem ab altero, intelliguntur clande-
stini, & turbatiui Rot. post Posth. de manuten.
decis. 46. num. 4. & 5. Buratt. decis. 263. nu. 3.
& fuit dictum in Imolen. Beneficij 23. Ianuarij
1645. coràm Eminentiss. Corrado, & in Roma-
na Domus 25. Februarij 1647. §. Nèc obstat co-
ràm R. P. D. Celso; Ità vt in nihilo valeat præ-
iudicium inferre ad doctrin. tex. in cap. licèt cau-
sam de probation. cap. licèt Episcopus de præbend.
in 6. Bart. in l. si duo num. 4. vers. Si verò Testes,
ff. vti possidetis.
11 Nèc iniusta possessio potest auferre hæredi
immissionem in vim l. fin. Cod. de Edict. diu.
Hadr. tollen. Argel. de leg. contradic. qu. 6. art.
3. num. 23. & qu. 10. art. 16. num. 230. & qu.
17. art. 3. num. 9. Staib. Iun. resolut. forens. 99.
12 num. 83. & seqq. tom. 1. Cùm ad hoc, ùt Ter-
tius possessor dicatur contradictor legitimus,
requiritur, ùt habeat titulum exclusiuum Iuris
hæredis idem Staib. vbi supr. numer. 87. Argel.
de legitim. Contradictor. qu. 7. art. 4. num. 9. &
87. Gratian. discept. forens. cap. 870. numer. 15.
13 vsquè ad 19. & ratio est, quià titulus non de-
bet esse vitiosus, & quià vitiosus, seù inualidus
non resistit, quin Iudex immittat, & manute-
neat etiàm immissum in præiudiciū antiquio-
ris possessionis latè Rota in Romana Vinea 2.
Iunij 1649. coràm Eminentiss. Ottbobono quæ est
decis. 180. per totam, & præsertim à nu. 4. cum
seqq. in eius impress. & fuit dictum in Gadicen.
Præstimonij 2. Decembris 1648. coràm R. P. D.
Arguelles §. Ideòq. & §. Quid conclusio.
14 Secundò fuit responsum, quià Instrumen-
tum locationis, dato, quòd esset factum in
tempore debito, non probat possessionem,
quandò agitur contrà Tertium cap. inter dile-
ctos de fid. Instrum. Gionagn. cons. 80. num. 131.
lib. 1. Rot. decis. 24. num. 8. par. 1. recent. cum
15 alijs per Posth. obseru. 24. num. 9. & hoc maxi-
mè quandò non apparet de successiua fructuū
solutione.
16 Tertiò fuit responsum, quòd cùm d. Ban-
donus esset conductor d. Barbaræ defunctæ,
cui successit d. Ven. Confraternitas, per quam
fuit expulsus à locatione, de qua agitur, non
poterat per illud Instrumentum locationis in-
teruertere possessionem d. Vener. Confrater-
nitatis, eiusque titulum transferre in dictos Iu-
gales de Simonettis, Surd. cons. 117. num. 12.
17 Barz. decis. 46. num. 22. & 23. Cùm non pos-
sint Coloni eorum facto priuare Dominū sua
possessione ex tex. punctual. in l. vltim. C. de ac-
quiren. possess. latè Rot. in Bononien. Bonorum 11.
Martij 1647. coràm Eminentiss. Ottbobo. §. Nàm
cum fabrica, quæ est in eius impress. dec. 105. n. 2.
cum seqq. & adest Stat. Lucen. in cap. 116. lib. 2.
vers. & nullus auferens omnem amaritudinem,
Scacc. de appellat. qu. 17. limit. 6. n. 7. vers. ratio,
Ridolph. in sua prax. cap. 13. nu. 110. par. 2.

Nequè valet assertio facta per d. Andream
de Simonettis in d. Instrumento locationis,
quòd faciebat d. locationem eidem Bandono
pro fructibus census, & ex alijs de causis, pro-
ùt in eo, & replicatio per d. Bandonum, quòd
ipse soluisset scuta 20. prò pensione domus di-
ctis Iugalibus de Simonettis.
18 Quià fuit responsum, quòd cùm euidentèr
appareat in processù, quòd d. census, supèr
dicta domo existens, per prædictam Vener.
Confraternitatem fuerit redemptus cum ex-
bursatione scutorum 100. in manibus dd. Iu-
galium de Simonettis, d. domus absolutè libe-
ra remansit penès d. Vener. Confraternitatē,
& sic non potest dici, dictam domum in prio-
rem hypothecam incidisse, quæ ipso instanti
redemptionis eiusdem census, stante legitimo
consensù per ipsos Iugales præstito, & facta
receptione pretij, totalitèr d. Ius hypothecæ
ratione d. census competens supèr eadem do-
mo extinctum remansit l. si quis ædes ff. de ser-
uitutib. vrban. præd. l. elegantèr in princip. ff.
de pignoratit. action. l. Titius, ff. quib. mod. pign.
vel. hypoth. solu. l. si prædium Cod. de euiction.
Surd. decis. 51. nu. 3. & decis. 266. etiàm nu. 3.
cum alijs cumulatis in Romana Saluiani 18. Fe-
bruarij 1650. coràm Eminentiss. Corrado §. Cum
19 enim domus, & §. Quoniam; Sicq. idem actus
non potest contrarios producere effectus, ex-
tinctionis nempè, ac præseruationis, & rein-
tegrationis hypothecæ ead. Rot. vbi suprà §. Si-
uè quià certè, & §. Quia adiudicationem per re-
trouenditionem &c. coràm d. Eminentiss. Corra-
do; Vndè dùm constat de vera, & expressa ex-
tinctione d. census per actum retrosimilem,
non poterant dicti Iugales ex isto titulo manu-
teneri, ùt in proprijs terminis fundauit Posth.
obseru. 64. num. 7. Gratian. discept. forens. cap.
113. num. 36. & 37.

Nequè valet replicatio, quòd licèt sit extin-
ctus census supèr d. domo existens; Attamèn
dd. Iugalibus remanet Ius supèr eadem domo
prò fructibus decursis, & non solutis, & con-
sequentèr retentio ipsis Iugalibus ex hoc capi-
te competat.

Quià responsio patet ex Instrumento extin-
ctionis in illis verbis. Dichiarando, come cosi dd.
parti dichiararono, & dichiarano, che rispetto alli
frutti decorsi non se ne fà mentione nel presente
Istrumento, atteso, che deuono compensarsi con
le

le pigioni del resto della Casa &c. dà aggiustarsi
21 *trà esse parti à suo tempo &c.* Vndè retentio nō
conceditur prò credito minùs liquido *Buratt.*
decis. 160. *num.* 13. *&* 14. & ibi *Adden.nu.*20.
Rot. *post Zaccb. de obligat. Cameral. decis.* 130.
nu. 8. cum alijs citatis *in Romana Reintegratio-*
nis 31. *Maij* 1649. *coràm Eminentiss. Ottbobono*
quæ est *decis.* 178. *n.* 10. *&* 11. *in eius impressis*.

Non etiàm subsistit alia ponderatio facta
per D. exaduerso scribentem, scilicèt quòd
Barbara vitam cum morte commutauit sub
die 6. Aprilis anni 1654. & possessio eiusdem
domus non fuit capta per Vener.Confraterni-
tatem, nisi sub die 20. Iunij eiusdem mensis,
& anni, & consequentèr cùm ex processù ap-
pareat, quòd statim sequuta morte d. Barba-
ræ possessio ipsius domus prò Iuribus d. cen-
sus, alijsq. de causis in dictos Iugales trāsijt,
accedente verbali cōsensù Tutorum d. Barba-
ræ, & sic d. hæreditas fuit interim vacans, &
per eosdem Iugalos possessa, & consequentèr
adhùc omninò manutenibilis, cùm versemur
in possessorio summarijssimo, vbi sola deten-
tario ad obtinendum sufficit.

22 Quià fuit responsum, quòd omnis possessio-
nis materia pendet regularitèr ab animo *Rot.*
post Posth. tract. de manuten. decis. 14. *num.* 11.
23 & quòd contraria possunt procedere, vbi ti-
tulus, qui de nouo allegatur, esset in corrobo-
rationem primæ possessionis, & bonum Ius
redderetur clarum, qui non est casus noster,
ùt distinguendo dixit *Bart. in l. si non sortem §.*
si centum sub num. 8. *ff. de condic. indebit. Surd.*
decis. 46. *num.* 12. *& seq. Rot. decis.* 117. *nu.* 5.
& 6. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Ideòq. hæreditas
24 non dicitur vacans, sed iacens; Cùm hæredi-
tas iacens representet personā defuncti *l. post-*
quam, & ibi *DD.* præsertim *Bart. in princ. ff. ùt*
25 *legat. nomin. caueat*, & hæreditas iacens nun-
quàm constituitur in mora *Franc. Marc. decis.*
31. *par.* 3. & dixi *Egomet in meis ad Surd. ad-*
26 *dit. decis.* 2. *num.* 14. Ex quo sequitur, quòd
d. hæreditas non poterat dici vacans, quam-
diù poterat adiri, vel aderat spes. quòd adiri
posset *Dec. cons.* 400. *nu.* 8. *Rot. decis.* 116. *n.* 2.
par. 3. *recent.* & fuit dictum *in Meleuitana Terri-*
torij 17. *Maij* 1649. *coràm Eminentiss. Ottbo-*
27 *bono §. alitèr enim*; quæ est *decis. penes ipsum*
176. *n.* 11. 12. 13. *&* 14. sicq. nihil etiàm releuat
assertio dd. Tutorum consignasse eandem do-
mum ipsis Iugalibus prò fructibus census, quià
Ius eorum statim d. Barbara defuncta expira-
uit *Surd. cons.* 106. *nu.* 36. *&* 37. *lib.* 1. *& cons.*
460. *num.* 61. *vsq. ad num.* 68. *lib.* 4. *Gratian.*
discept. forens. cap. 291. *num.* 13. 14. *&* 15.

Neque etiàm obstare visus fuit titulus ali-
mentorum præstitorum eidem Barbaræ, donèc
vixerit per dd. Iugales; Quià cùm in processù
nihil saltim releuans fuerit probatum, non est
28 habendus in consideratione, & simplici par-
tium assertioni non creditur, nisi liquidò con-
stet *Rot. penès Marcbesan. de commiss. par.* 1. *fol.*
882. *num.* 1. *Gregor. decis.* 241. *num.* 6.

Et ità fuit decisum vtraq. parte acerrimè
informante.

ARGVMENTVM.

Dominium emphyteusis quomodò, & ex quibus probatum dicatur etiam contià Tertios, maximè in antiquis. Liber Æstimi, seù mensurationes factæ ad alicuius instantiam, siuè Martyrologium Hospitalis, vel alterius Loci Pij àn, & quandò probent dominium. Identitas bonorum in antiquis ex quibus verificetur.

SVMMARIVM.

Instrumenta antiqua inuestiturarum suprà centum annos plenè probant dominium, & proprietatem bonorum in eis contentorum etiàm ad effectum deuolutionis contrà Inuestitos. num. 1.

Dominium in antiquis probatur per præsumptiones. num. 2.

Dominium probatur ex vnico Instrumento etiàm contrà Tertium. num. 3.

Liber, seù martirologium hospitalis ob antiquitatem inducit plenam probationem etiam dominij, & quatenùs illam non induceret, facit adminiculum, & præsumptionem. num. 4. 5. *&* 6.

Dominium probatur per Instrumentum inuestituræ; Imò per solutiones subsequutas per triginta annos. num. 7. *&* 8.

Dominium tanquàm præscriptum probatur ex solutione canonum per 30. *annos etiàm cōtrà Tertios. num.* 9.

Dominij quæstionem refricare stulti est, concurrentibus solutionibus canonum vltrà centum annos. num. 10.

Æstimi liber, seù mensurationes factæ ad instantiam alicuius probant dominium ex Iure Communi, & Statutario Lucæ. num. 11. *&* 13.

Dominium probatur per designum, seù plantam, præsertim in antiquis. num. 12.

Identitate bonorum non probata, Iudicium Saluiani non verificatur supèr qua parte sit intentatum. num. 14.

Iden-

Identitas bonorum in antiquis resultat ex leuioribus probationibus, & ex indicijs, ac coniecturis. num. 15. & 16.

Identitas bonorum maximè in antiquis probatur per duas demonstrationes iuncta verificatione vocabuli, etiamsi inter ipsas adesset via publica. num. 17. & 18.

Decisio XXXII.

Rector, & Administrator Hospitalis S. Iacobi de Alto passù concessit ad liuellũ Egr. Ser. Io. Mariç Motrono olim Sp. Ambrosij Bucellæ acquirenti prò se, & filijs vsquè in quartam generationem sterpetum, seù petiam terræ sitæ in via, seù loco *detto in Asinaia* iuxtà suos notorios fines, ùt constat ex publico Instrumento rogato ab Egr. Ser. Andrea Granuccio sub die 12. Decembris 1532.

De anno 1547. d. Egr. Ser. Io. Maria donauit omnia, & singula eius Iura lioellatia Iuliano, Andreæ, Matthæo, Bernardino, & Sebastiano de Scatenis de Carraia, ùt legitur in publico Instrumento rogato ab Egr. Ser. Michaele Ser. Antonij sub die 12. Nouembris 1547. & cùm supradicti Donatarij possedissent dd. bona, non solùm ipsi, sed etiàm eorum Successores soluerunt sempèr debitum canonẽ conuentũ d. Vener. Hospitali, ùt patet ex libris eiusdem, tentis ab Agentibus prò d. Hospitali.

Successerunt deinceps in supradictis bonis Sp. Oliuerius, & Lælius de Orsettis ex venditione sibi ipsis facta cum beneplaciro Apostolico à d. Hospitali, seù prò eo à Serenissimo Magno Duce, ùt patet ex publicis Instrumentis in processù exhibitis; Quapròptèr cùm prædicti Liuellarij, ùt suptà Successores, cùm cessassent in solutione canonis per biennium, & vltrà, fuit prò parte DD. de Orsettris intentatum Iudicium caducitatis coràm D. Iudice ordinatio, qui instructo processù supèr tali petitione, caducitatem prædictam incursam declarauit, & d. sententia fecit transitum in iudicatum, ùt patet ex processù, cui &c.

Et cùm in executionem præfatæ sententiæ dicti DD. de Orsetris voluissent apprehendere possessionem bonorum liuellariorum, & in specie petię terræ *luogo detto in Asinata* fuit cõpertum, d. petiam terræ possideri per quosdam DD. de Martinellis, in Inuestitura non compræhensos, & hoc ideò fuerunt coacti instituere Iudicium contrà prædictos rei vindicationis coràm eodem Iudice primarum Instantiarum, qui paritèr compilato processù, sententiam fauorabilem dixit prò dd. DD. de Orsettis Actoribus, & deuoluta causa ad Rotam per viam appellationis interpositæ per supradictos de Martinellis; Hodiè proposui dubium coràm DD. meis, an d. sententia D. Iudicis Ordinarij esset infirmanda, vel confirmanda in omnibus ipsius partibus & DD. cõfirmandam esse dixerunt ex infrascriptis sanè fundamentis.

1 Primò enim de dominio d. Hospitalis satis constat ex duobus Instrumentis antiquarum Inuestiturarum suprà centùm annos, & consequentèr plenam probationem Dominij, & proprietatis bonorum in eis contentorum, etiàm ad effectum deuolutionis contrà ipsosmet Inuestitos induci, fuit firmatũ *per Rot. in Portuen. Stagni 19. Iunij 1637.* quæ est *decis. 297. par. 8. recent. & 27. Aprilis 1640. §. & demùm impress. apud Donat. Anton. de Marinis quotid. resolut. lib. 2. cap. 55. n. 5. & apud par. 8. recent. decis. 222. & 17. Decembris 1641.* quæ est *decis. 57. par. 9. tom. 1. recent. & 10. Iunij 1642.* quæ est *dec. 89. eadem par. 9. tom. 1. rec. omnes coràm Eminentiss. Card. Panzirolo* vbi etiàm refertur *altera decis. 1641. coràm eod.* & fuit dictum *in Ceruien. Bonorũ 23. Martij 1648. coràm Reuerendiss. Ghisletio §. de dominio Lepid. dec. 33. vers. respondet enim* 2 *Rot. dec. 449. n. 1. par. 3. recent.* Quià cùm dominium sit difficilis probationis, in antiquis præsumptiones dicuntur veræ probationes *Rot. decis. 12. n. 3. decis. 193. n. 2. par. 2. recent. ead. Rot. d. decis. 449. num. 1. par. 3. & decis. 611. num. 11. 12. & 15. par. 4. tom. 3. & decis. 81. num. 2. & decis. 262. num. 9. par. 5. & dec. 164. num. 10. par. 6. & decis. 233. num. 2. par. 7. Addent. ad Buratt. decis. 602. numer. 15.* Quæ omnia maximè habere locum diximus, quandò cum Instrumento liuelli, seù concessionis in emphyteusim concurrunt adminicula, indi- 3 cia, & præsumptiones; Quià tunc indubitata est conclusio, dominium probari ex vnico Instrumento etiàm contrà Tertium *ex tradit. per Rip. in l. si rem aliquam num. 39. ff. de acquiren. possess. Soccin. Sen. cons. 89. nu. 11. & cons. 187. num. 2. vol. 2. Lepid. citat. decis. 33. col. 4. Caualer. decis. 269. num. 3.* & firmat paritèr *Rot. decis. 290. num. 1. par. 1. recent.* cum innumeris alijs *decis.* quæ cumulari possent.

Vndèpèr vnum ex DD. ad prædicta confirmandum fuerunt plura cumulata indicia, & præsumptiones ex lectura processus potissimùm deductæ; Nimirùm constare de d. do- 4 minio. Primò ex Martyrologio antiquissimo dicti Vener. Hospitalis, in quo reperitur descripta petia terræ, de qua nunc controuertitur sub num. 18. fol. 17. à terg. Quod Martyrologium, seù liber etsi faciat plenam fidem, & probationem proptèr eius antiquitatem *ex Glos. singul. in cap. cùm causam de probat.* & ibi *Hostiens. num. 3. Butr. num. 2. Dec. nu. 18.* fundant *Genu. de scriptur. priu. lib. 5. tit. de lib.*

5 *Monaſter.* & etiàm deſeruiat ad probationem
Dominij ex *Gloſ. in cap. ad audientiam verb. cen-
ſualem*, vbi *Abb. n. 4. Felin. n. 16. de præſcript.
Boer. deciſ. 105. nu. 11.* cum alijs latiſſimè cu-
mulatis *per Rot. deciſ. 152. nu. 7. par. 7. recent.*
6 Tamèn dato, quòd d. Martyrologij liber non
probaret plenè, ſaltim adminiculum, & præ-
ſumptionem dominij inducit, ùt ſupra dixi *Gen.
de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de libr. Monaſt. nu. 46.
& tit. ſeq. num. 13. Rot. d. deciſ. 449. numer. 4.
par. 3. recent. & deciſ. 290. nu. 5. par. 1. recent.*
7 & in terminis quòd Inſtrumentum Inueſtituræ
dominium probet, fuit dictum *in Romana Do-
mus 24. Martij 1618. coràm Merlino*, quæ eſt
in eius impreſſis *deciſ. 342. tom. 1.*
8 Secundò paritèr fuit viſum probari domi-
nium dicti Hoſpitalis non ſolùm ex prædictis
Inſtrumentis duarum Inueſtiturarum cum ex-
preſſione, & qualitate emphyteuſis, ſed etiàm
ex ſolutionibus ſubſequutis per triginta, & vl-
trà annos *iux. tradit. per Alex. conſ. 8. num. 2.
lib. 7. Roman. conſ. 127. num. 1. Rot. deciſ. 249.
num. 5. & deciſ. 400. nu. 3. & 6. par. 1. recent.
ead. Rot. apud Merlin. deciſ. 648. lib. 2. num. 1.*
9 Siquidèm ex canonum ſolutione per annos
30. probatur etiàm contrà Tertios dominium,
tanquàm præſcriptum *ex doctr. ſpeculat. tit. de
emphyteuſ. §. nunc aliqua numer. 67. verſ. 53.
Aymon. conſ. 434. num. 5. & ſeq. Rot. coràm
Seraphino deciſ. 869. num. 3.* & fuit dictum *in
Portuen. Stagni 19. Iunij 1637. §. quinta coràm
Eminentiſs. Panzirolo* quæ eſt *deciſ. 297. nu. 7.
par. 8. recent.* & fuſiſſimè in pũcto fuit firmatum
*in Cernien. Bonorum 23. Martij 1648. coràm Ghiſ-
lerio §. quibus Inſtrumentis*, & fuit comproba-
tum *in Romana Domorum 15. Decembris 1649.
coràm bo. me. Bichio §. dominium directum Ec-*
10 *cleſiæ &c.* Quapropter cùm in casù noſtro nõ
ſolùm ſolutiones per 30. annos, ùt loquuntur
ſupracitatæ deciſiones, ſed etiàm ſuprà cen-
tùm annos concurrant; Dominij quæſtionem
refricare, ſtultitiam eſſe DD. dixerunt *ex dictis
per Fulgin. de cõtract. emphyteut. qu. 11. n. 6. & qu.
26. n. 9. verſ. declaratur 3. Rot. dec. 476. nu. 10.
tom. 2. par. 4. recent. Adden. ad Buratt. dec. 602.
num. 18. ead. Rot. deciſ. 611. num. 21. tom. 3.
par. 4. & deciſ. 613. num. 8. par. 2. 8. par.* Vbi
quòd iſta probatio de per ſe ſola etiàm ſufficit.
11 Tertiò ad coronidem prædictorum per In-
formantes fuit deductum, quòd prædictum
dominium non ſolùm apparebat ex prædictis,
ſed etiàm ex libro Æſtimi, ſeù menſurationum
anni 1412. factarum ad inſtantiam prædicti
Hoſpitalis, quæ licèt de Iure Communi præ-
ſumptionem dominij, imò dominium ipſum
probent, ex latè traditis *per Franc. Cenſal. in
obſeruat. ad Peregrin. de fideicom. artic. 44. fol.
301. impreſ. Venet. verſ. ſed tùm*, qui allegat
*Magon. deciſ. Florentin. 10. num. 6. & ſeqq. &
deciſ. 17. num. 3. & Fuſar. qu. 618. à num. 18.*
12 *& 19.* & deſignum, ſeù planta, præſertim
in antiquis omninò probet dominium, ipſiq.
omninò ſtandum *ad firmata per Rot. in Aſſiſien.
Bonorum 10. Iannarij 1639. coràm Ghiſlerio §.
non obſtat* quæ eſt *deciſ. 101. num. 10. par. 8. re-*
13 *cent.* & eſt etiàm de Iure Municipali huius in-
clytæ Reip. ùt mẽſuratio, ſeù Æſtimi liber ple-
nam probationem faciat, ùt habetur *in cap. 18.
& 42. lib. 3. Stat. Vniuerſ.* & latè fuit firmatum
etiam de Iure *in Ariminen. fideicom. 14. Martij
1640. §. ſecundò coràm R. P. D. Cerro*, quæ eſt
deciſ. 205. num. 6. par. 8. recent.
14 Neque obſtat vnicum motiuum adductum
per informantes fauore DD. de Martinellis,
ſcilicèt quòd non conſtet de identitate petiæ
terræ, de qua eſt controuerſia, & conſequen-
tèr cùm non probetur identitas, Iudicium præ-
dictum verificari non poteſt ſupèr qua parte
videatur intentatum, ùt habetur *in Senogallien.
Saluiani 3. Iunij 1647. §. hincq. eliditur coràm
Eminentiſs. Corrado.*
15 Quia fuit reſponſum, quòd cùm ſimus in
antiquis, leuiores probationes ſufficiunt ad
identitatem probandam *Rot. coràm Seraphino
deciſ. 462. numer. 9. & apud Gregor. deciſ. 172.
nu. 6.* & ibi *Adden. nu. 10. & in recent. dec. 87.*
16 *num. 3. & 10. par. 5.* Imò quòd identitas pro-
betur per indicia, & coniecturas in præſenti
casù fuit firmatum *in Auximana fideicommiſſi
13. Ianuarij 1640. §. eoq. magis coràm Reueren-
diſs. Dunozetto Decano, & in Bononien. fidei-
commiſſi de Pancaldis 15. Februarij 1647. coràm
Eminentiſs. Otthobono impreſ. apud ipſum*, quæ
eſt *deciſ. 102. nu. 6. cum ſeqq. & poſt Cenſal. de fi-
deicom. deciſ. 2. & deciſ. 3. num. 6. 7. 10. & 11.*
17 Sed in præſenti casù fuit ampliùs dictum,
quòd non indigebamus indicijs, & coniecturis;
Quià ad identitatem probandam petiæ terræ,
de qua agitur, concurrebant duæ demonſtra-
tiones, nempè via à meridie, & à ſeptentrio-
ne bona Eccleſiæ SS. Io. & Reparatæ, quo ca-
sù, præſertìm in antiquis, identitas probatur,
iuncta verificatione vocabuli *Rot. apud Merlin.
deciſ. 134. num. 1. tom. 1. Rot. poſt Cenſalium
in obſer. ad Pereg. de fideicom. deciſ. 4. numer. 1.*
18 *2. 3. & 4.* Etiamſi inter dd. duos confines
adeſſet via publica *Coccin. deciſ. 120. num. 5.*
Iuncto præſertim duorum Agrimenſorum pe-
ritorum examine ſupèr 8. Interrogatorio, ac
ſuper 14. & 15. ex capitulis, quibus propterea
eſt ſtandum, etſi de eorum iudicio, & credu-
litate deponant; Imò etiamſi de auditù alie-
no, quandò ſumus in antiquis.

Tertium verò requiſitum, quòd petia ter-

ræ,

ræ, de qua controuertitur, aliasquè bona petita in libello possideantur à Reis conuentis, probat responsio per eosdem data ad interrogatoria, & litis substentatio *ad* latè *tradit. per Rot. apud Buratt. decis. 693. num. 51.* & ibi *Adden. litter. A.* & latè fuit firmatum *in decis. 2. num. 4. hic impressa.*

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Iudex àn, & quandò dicatur excedere suam Iurisdictionem, & àn illa expiret perempta Instantia. Prorogatio Iurisdictionis quomodò inducatur, & declaratur *cap. Rot. Luc. 57.* Sententia ùt sustineatur in dubio sempèr est iudicandum, & an, & quandò lata extrà terminum Instantiæ valeat per Iudicem ad quem executioni demandari etiàm diù, omisso Iurisdictionis defectù. Stylus àn, & quandò inducat consuetudinem iudicandi, tribuatq. Iurisdictionem non habenti, & præstet interpretationem legi. Scientia, & notitia citati àn, & quandò suppleat defectum citationis, seù intimationis. Fides Notarij attestantis de executione alicuius citationis àn, & quandò magis attendatur, quàm Nuncij, seù executoris, & àn Nuncio attestanti de aliqua citationis executione ex interuallo, veniat credendum. Exceptiones semel reiectæ in aliquo Iudicio àn valeant ampliùs deduci etiàm stante defectù Iurisdictionis, & àn concernentes merita causæ, & processus dicantur continere defectum Iurisdictionis. Recursus àn, & quandò à sententijs *Offic. Vid. Luc.* detur, latè explicatur.

SVMMARIVM.

Iudex exercens iurisdicendi facultatem sibi impartitam non excedit suam Iurisdictionem. num. 1.

Iurisdictio Iudicis expirat perempta Instantia. nu. 2.

Sententia ùt sustineatur, sempèr est capienda omnis fauorabilis interpretatio, etiàm in dubio. num. 3.

Sententia extrà Instantiæ terminum lata potest per Iudicem ad quem executioni demandari etiàm diù non obstante Iurisdictionis defectù, dummodò in meritis foueat bonum Ius. num. 4.

Arbitri ex cap. 57. Rot. Luc. *legitimè obtinere possunt prorogationem Iurisdictionis à Iudice Ordinario. num. 5.*

Consuetudo iudicandi, attento stylo ità semper practicato, inducitur. num. 6.

Stylus tribuit Iurisdictionem non habenti, præbetq. interpretationem legi. num. 7.

Prorogatio Iurisdictionis obtenta est parti intimãda. num. 8. Fallit. num. 9.

Notitia partis supplet defectum notificationis. n. 10.

Scientia, & notitia Citati supposita, quilibet defectus citationis, seù intimationis sanatur. nu. 11.

Scientia probatur ex multiplicatione actuum. nu. 12.

Scientiam quisque præsumitur habere omnis dispositionis legis, cui subiacet. num. 13. & sic non indiget intimatione, quandò esset necessaria. n. 14.

Protestatio in Iudicialibus requiritur in quolibet actù, aliàs non nocet, & ipsi censetur renunciatum. num. 15.

Arbitri ex cap. Rot. & Vid. Luc. *possunt procedere partibus absentibus, ac non citatis, & sola veritate inspecta sententiam validè ferre. nu. 16.*

Relationi Nuncij adhibetur plena fides, præsertim si de contrario nihil doceatur. num. 17.

Fides Executoris, seù Nuncij non emanata in actù executionis, sed ex interuallo, & super actù de præterito non probat. num. 18. Ampliatur. nu. 19. & 20.

Fides Notarij attestantis in prothocollo de executione citationis sub certo tempore, præualere debet fidei Nuncij, cùm ad dictamen, & relationem Nuncij explicata censeatur. num. 21.

Causa semel decisa non potest ampliùs cognosci. n. 22.

Exceptiones semel reiecta ampliùs deduci nequeunt, etsi in suo genere nutrirent defectũ Iurisdictionis. num. 23. Datur ratio. num. 24.

Exceptiones concernentes merita causæ, & vires processus, non concernunt defectus Iurisdictionis. num. 25.

Iurisdictionis defectus ùt excludatur, in dubio est pronunciandum. num. 26.

à Sententijs Offic. Vid. Luc. *datur recursus ex defectù Iurisdictionis. num. 27.*

Appellationi, seù recursui non est deferendum cessante grauamine. num. 28.

Iudex peccat mortalitèr, si appellationibus, & recursibus friuolis deferat, etsi causæ appellandi, & recurrendi videantur verisimiles, & probabiles, sed veritas alitèr se habet. num. 29.

Decisio XXXIII.

Diximus non esse deferendum recursui in-
terposito ex defectu Iurisdictionis à sen-
tentia perIllust. Officij super Viduis, in
qua fuit dictum esse exequendum laudum in-
tèr Pasquinum Vincentij de Saltocchio, siuè
&c. ex vna, & D. Elisabetham Bartholomæi
ex altera nomine, dè quo in actis, latum à
perIllustr. & Excellentiss. atquè peritissimis
DD. Io.Bapt. Guidiccionio, & Laurentio Ber-
tolini; Ex quo cùm *per cap. 14. Stat. ipsius Offic.*
sanciatur, videlicèt. *Che li lodi dati in essecutio-
ne di loro pronuntie degl' arbitri eletti, possano,
& debbano mandarsi in esecutione senza processi:*
Meritò dicebatur, quòd cùm dd. Iudices man-
dauerint, laudum præfatum fore, & esse exe-
quendum, eorum Iurisdictionis limites præter-
1 gressi minimè fuere; Cùm Iudex suam iurisdi-
ctionē excedere non dicatur, quandò exercet
Iurisdicendi facultatem sibi impartitam argu-
mento *tex. in l. 3. de Offic. eius cui mãdat. est Iuris-
dict.* Quapropter quicquã obstare visum fuit,
quòd primò opponebatur, nempè perIllust. Of-
ficiũ super Viduis executioni demandasse sen-
tētiam à priuatis personis emanatam, nõ verò
ab arbitris ab ipso Officio electis; Dum il-
li post expiratum Instantiæ terminum senten-
tiam arbitralem tulerint, & sic defectum Iuris-
2 dictionis adesse, Neminem dubitare dicebant
DD. Informantes; dum perempta Instantia,
expirat Iudicis Iurisdictio *Afflict. decis. 283.
num. 4. Rolan. cons. 82. num. 3. lib. 4. Natt. cons.
32. num. 15. & cons. 309. num. 11.*
Etenim vltrà ea, quæ fuerunt deducta, ad
ostendendum præfatam Instantiam non fuisse,
nèc esse peremptam, prodit ex calculo Nobis
ostenso, & oculariterum processu compro-
3 bato satis patens visum fuit. Ex quo apparet,
d. sententiam fuisse latam in termino Instantiæ,
ad quam sustinendam omnis fauorabilis inter-
pretatio, etiam in dubio sempèr capienda es-
set, ità *Beron. cons. 60. num. 58. lib. 2. & cons.
1. num. 7. & cons. 25. num. 32. & cons. 181. nu.
22. lib. 3. Gabriel. cons. 56. num. 11. lib. 1. Rot.
4 Bononien. decis. 91. num. 11.* Obiectam maxi-
ma facilitate diluitur, cùm in Iure certum sit,
sententiam extra Instantiæ lapsum latam posse
per Iudicem ad quem, executioni demandari,
etiam diù, si de defectu Iurisdictionis consta-
ret; dummodò in meritis compeniat bonum
Ius fouere, vt in terminis fundat *Vant. tract.
de nullitat. num. 192. in fin. tractat. Carpan. ad
Statut. Mediolan. cap. 135. num. 4. Gratian. di-
scept. forens. cap. 206. num. 4. Gabr. cons. 49.
num. 4. vers. quamuis receptissimum sit lib. 1. Ce-
phal. cons. 123. num. 21. Magon. decis. Luc. 25.
num. 45. & decis. 62. num. 28. Rot. Ianuen. decis.
23. num. 15. & 16. vers. accedit. Rot. Bononien.
decis. 49. num. 45. Merlin. decis. Lucen. 64. nu.
6. & decis. 22. num. 18. & decis. 31. numer. 5.*
Nequè paritèr momēti existimauimus obie-
ctum, quod perficiebatur ad colorãdum Iuris-
dictionis defectum, nempè in processu appa-
rere, vnicam prorogationem factam fuisse co-
ràm Iudice Ordinario, quæ tamèn fieri, & peti
debebat coràm perIllust. Officio Viduarum.
5 Fuit enim responsum cum *cap. Rot. nostr. 57.
vers. teneatur, & debeat*, quæ verba cùm sint
præcisè directa in personam Iudicis Ordinarij,
claré patescit, ipsum dumtaxàt iurisdictionem
habere coercendi Arbitros ad proferendam
sententiam, stante quòd eius Iurisdictioni sunt
subiecti; Ideoq. legitimè fuisse obtentam pro-
rogationem præfatam pèr vnum ex DD. Ar-
bitris à d. D. Iudice Ordinario, proùt ità in
indiuiduo fuit firmatum *per istam Rot. in. caus.
Ioseph. Lemmetti contrà Matthæum Lazzari de
Farnocchia de anno 1646. primor. Egr. D. Io.
6 Bapt. Geminiani*; Ità vt consuetudo iudicandi,
attento etiam stylo, ità semper practicato in
nostro Tribunali, vt testati fuere doctissimi in
vtroque Iure Professores, fuerit inducta, *ad
tradita per Bald. cons. 275. num. 3. & 4. vers.
7 præterea lib. 1.* Qui stylus optimam patit legis
interpretationem, & non habenti Iurisdictio-
nem tribuit *Glos. in l. si in verb. decem viris Cod.
de emancipat. libert. Gratian. discept. forens. cap.
154. num. 18. Magon. decis. Lucen. 49. in fin.*
8 Nequè replicetur, eandem prorogationem
obtentam à D. Iudice Ordinario non fuisse in-
timatam Recurrentibus, vt eorum potuissent
deducere Iura *iuxtà tradita per Merlin. decis. Lu-
cen. 2. n. 5. Borrell. in sua summ. decis. tit. 63. n. 337.*
9 Quia huic responsum huic Intimationis de-
fectui medelam præbuisse partis comparitio-
nem, sua quælibet deducendo Iura, cuius in-
teruentù, & præsentia deficit necessitas inti-
mandi; Cùm ipsa regularitèr non requiratur,
quandò scientia in parte dignoscitur, ità *Alb.
cons. 281. num. 2. Roman. cons. 410. numer. 2.
Menoch. cons. 100. num. 12. Lepid. decis. 25. per
10 tot. Rot. decis. 277. num. 11. par. 6. recent.* &
sic notitia partis supplet defectum notificatio-
nis *auth. multò magis Cod. de Sacrosanct. Eccles.*
11 Et ratio est euidens, quia tota vis citationis,
seù intimationis respectiuè consistit in notitia,
& certa scientia Citati, quâ supposita, quili-
bet defectus sanatur, vt multis *DD.* authori-
tatibus citatis, fuit firmatum *per Rot. in Cæsa-
raugustana Distributionum, seù Attentatorum 25.
May 1646. coràm R. P. D. Cerro §. quia versùs
fin.*

fin. & *in Neapolitana Iurisdictionis* 11. *Februarij*
1647. *coràm bo.me. Bichio,* & *in Pisauren. Pecu-*
niaria Veneris 14. *Iunij* 1652. *coràm R. P. D.*
Celso §. *quandò enim citatio cum seqq.* Quam
scientiam in casù, de quo agebatur, non po-
test difficultari, non adfuisse in dd. Recurren-
tibus; Cum non solùm ipsa deducatur ex suc-
cessiuis prorogationibus inter easdem partes
factis in eadem causa, & conuincit reuolutio
12 chartarum; Ità ùt ex multiplicitate actuum
probetur scientia, *Abb. in cap. cùm Ecclesia*
Sutrina num. 25. *vers. an præsumatur scientia de*
caus. possess. & *propriet.* quem sequitur *Rot. apud*
Greg. decis. 325. *numer.* 22. *ead. Rot. decis.* 685.
num. 4. *par.* 1. & *decis.* 194. *num.* 15. *par.* 6.
13 *recent.* Tantò magis quià d. prorogatio fuit
facta legis authoritate, & vi ab ipsa lege facta,
præsumitur omnes eius dispositionem scire
14 *Menoch. de præsumpt. præsump.* 49. *num.* 13. &
ob id non requirebatur intimatio, quandò
etiàm fuisset necessaria *Thusc. concl.* 339. *num.*
18. *litt. L.* & fuit in præcisis terminis dictum
per Rot. nostr. de anno 1626. *secund. Egr. Ser.*
Marij Carelli in causa inter DD. Iosephum, & *Io.*
de Granuccis cum Bonifacio Mazzotto in fin.

Et si dicatur, quòd in successiuis proroga-
tionibus per dd. Minores fuerit protestatum,
se ipsos illas facere, quatenùs Instantia non
fuisset perempta, prout videre est in processù.

Respondetur enim, quòd obiectum non
verificatur totalitèr in facto; Nàm licèt in vna
comparitione post dicti D. Iudicis Ordinarij
prorogationem fuerit per dd. Minores ùt su-
prà protestatum; Quià tamèn in alijs compa-
ritionibus subsequutis non fuit repetita d. pro-
testatio, prout requirebatur, ideò non fuit
15 attenta; Cùm in Iudicialibus requiratur pro-
testatio in quolibet actù, aliàs protestatio non
nocet, & ipsi censetur renunciatum *Mohedan.*
decis. 2. *de Indic. Rot. apud Gregor. decis.* 44. *nu.*
7. & 8. *Rot. decis.* 779. *par.* 1. *diuers. numer.* 5.
Caualer. decis. 349. *nu.* 6. *Ridolphin. in sua prax.*
Iudiciar. par. 1. *cap.* 8. *num.* 109.

Minimè etiàm obstat, laudum prædictum
fuisse prolatum absque citatione ad audien-
dam sententiam.

16 Quià cùm ex compromisso omni solemni-
tate vallato dd. Arbitri sint insigniti facultate
procedendi partibus absentibus citatis, & non
citatis, quæ facultas etiàm *ex capp. Rot.* & *Vi-*
duar. ipsis tributa videtur; Ità ùt sola facti ve-
ritate inspecta procedere valeant, & sententia
per ipsos lata, esset sustinenda, ità *Borrell. de*
Compromiss. §. 3. *Glos.* 4. *num.* 63. *Ludouic. consil.*
98. *num.* 8. *Rot. Lucen. coràm Merlino decis.* 96.
numer. 17. & 19. & *decis.* 2. *numer.* 15. *Cor-*
nazzan. decis. Lucen. 194. *per tot.*

Vltrà quàm quòd obiectum omni prorsùs
difficultate carere fuit visum, ex quo de cita-
tione euidentèr patescit ex actis Iudicij Com-
17 promissarij; ùt ex relatione Nuncij in proces-
sù registrata, cui plena est adhibenda fides,
præcipuè si de cõtrario nihil doceatur *Monac.*
decis. Luc. 42. *nu.* 42. & *decis.* 31. *nu.* 3. *Magon.*
decis. Luc. 66. *num.* 7. & fuit dictum *in Anconi-*
tana Dotis 21. *Aprilis* 1651. *coràm R. P. D.*
Verospio §. *siquidèm.*

Nequè fides eiusdem Nuncij coràm Nobis
allata, & non priùs in processù producta, ne-
què mentionata, continens se citasse Pasqui-
num Frugolum de Saltocchio personalitèr ad
Instantiã Elisabethæ Bartholomæi sub die 30.
18 Maij anni 1656. prædictis obstat; Quià vltrà
quàm quòd fides Executoris, seù Nuncij non
emanata in actù executionis, sed ex interual-
lo, & super actu de præterito non probat *Rot.*
apud Buratt. decis. 270. *num.* 3. *Innocent. in cap.*
1. *num.* 6. *vers. si enim de fide Instrumentorum,*
& fuit dictum *in Romana Pecuniaria* 12. *Decem-*
bris 1642. *coràm R. P. D. Cerro* quæ est *decis.*
134. *num.* 4. & 5. *cum seqq. par.* 9. *tom.* 1. *re-*
centiorum, & *post Merlin. de pignorib. decis.* 87.
19 *num.* 8. Maximè quià caret testibus, ùt in
puncto ponderat *Rot. apud Put. decis.* 61. *nu.* 1.
lib. 1. *in correct. Martin. Andr. decis.* 40. *num.* 2.
& 3. *Rot. decis.* 15. *num.* 2. *vers. tamèn hoc erat*
20 *lib.* 1. *par.* 3. *diuers.* & quià fuit emanata lite
pendente *l. qui commeatus ff. de re militar. Rot.*
apud Buratt. decis. 479. *num.* 12. & *decis.* 367.
nu. 9. *par.* 4. *recent.* & fuit dictum *in Bononien.*
Manutentionis 19. *Iunij* 1647. *coràm bo. me. Bi-*
chio §. *cui decreto versùs fin.* Ipsa tamèn fides
coràm perIllust. Officio Viduarum non fuit
producta, etsi coràm Nobis ipsa fuerit exhi-
bita, de ea nullam cognitionem accipere vol-
21 uimus, prout de Iure compertum est; Tantò
magis quià in concursù sempèr præualere de-
bet fides Notarij attestantis in suo prothocol-
lo reperiri citationem præfatam executam sub
die 29. Maij anni 1656. fidei Nuncij alitèr atte-
stantis, scilicèt executam sub die 30. Cùm No-
tarius relationem illam sub præfata die 29. ad
dictamẽ, & relationem eiusdem Nuncij expli-
casse censeatur, prout latissimè in proprijs ferè
terminis fuit firmatum *in Perusina Bonorum* 28.
Maij 1650. §. *quid cum ipso prothocollo coràm R.*
P. D. Verospio, & est doctrina *Bald. in l. Gal-*
lus; §. *idem credendum il.* 2. *num.* 4. *ff. de liber.*
& *posthum.*

Tandèm prò comprobatione d. non dela-
tionis appellationis interpositæ ex defectu Iu-
risdictionis duo fuerunt considerata. Primò
nempè præfatas duas exceptiones fuisse op-
positas, & perpensas in Iudicio executionis
præ-

præfatæ sententiæ, ac propterea illis non ob-
stantibus fuisse pronunciatum, d. sententiam
32 exequibilem; Quapropter intrat regula, quòd
semel decisum non potest amplius cognosci
ad tex. in l. qui omnes §. duo fratres, vbi notant
33 *DD. ff. de verb. oblig.* & exceptiones, quæ se-
mel reiectæ fuerunt, ampliùs deduci nequeunt,
etsi in suo ventre nutrirent defectum Iurisdi-
ctionis *Alex. conf.* 111. *&* signantèr *num. 6. lib.*
6. Roman. conf. 310. nu. 3. Natt. conf. 573. nu.
31. Alb. conf. 14. nu. 6. Muscatell. in prax. par.
4. Glos. iudicat. num. 9. fol. mihi 133. Carleual.
de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disputat. 17. nu. 5.
latissimè *Excellentiss. D. meus Andreol. contro-*
uers. 242. num. 15. & controuers. 304. num. 25.
Gratian. discept. forens. cap. 146. num. 8. Scacc.
de sent. & re Iudic. Glos. 14. qu. 2. nu. 30. Magon.
decis. Floren. 3. num. 1. 20. 27. 30. & 33. Zucc.
in terminis *decis. 23. num. 26. & seqq. & decis.*
37. num. 7. Borgnin. decis. 10. num. 20. & 21.
par. 1. Chartar. decis. execut. 7. num. 12. Ias. in
l. 1. num. 19. vers. 2. limita Cod. de Iur. & fact.
34 *ignor.* & nunquam inueniretur via finiendi li-
tes, si alitèr diceretur, quod est absurdum, &
de Iure vetitum *l. 1. Cod. de sentent.*
35 Secundò quia omnes præfatæ obiectiones,
seù exceptiones per Recurrentes oppositæ non
respiciebant defectum Iurisdictionis, ut consi-
deranti patet, sed concernebant merita causæ,
& vires processus, ex quibus Iurisdictionis de-
fectus non emergit, *Felin. in cap. qualitèr, &*
quandò il 5. num. 43. extr. de accusat. Seraphin.
decis. 857. num. 28. Rot. nost. in caus. recurs. Sp.
de Bottinis cũ Sp. Alexandro Terelio manù Egr.
Ser. Iulij Collè primorum 1616. & apud Merlin.
decis. 53. in Lucanis, & nuperrimè *de anno 1655.*
ità fuit decisum *per nostr. met. Rot. in caus. recurs.*
interpositi per Illust. Officij Viduarum per D. Io.
Bartolum manu. Egr. S. Cæsaris Carelli secundorũ
36 *anni 1654.* ac etiàm in dubio ad Iurisdictionis
defectum excludendum, esset pronunciandum,
firmant *Natt. conf. 99. num. 7. Rot. nostr. in d.*
caus. Bottina cum Sp. Alexandro Terelio suprà
37 *prox. citat.* Ideoquè admisso, quòd à senten-
tijs per Illust. Officij Viduatum detur recursus
ex defectu Iurisdictionis, prout *ex magistrali*
decisione manù S. Egr. D. Alibrandi Martini pri-
morum 1609. fol. 103. in Archiuio; Quià quic-
quid aliàs fuerit difficultatum in hac met Ro-
ta, attamèn cùm ex prædictis oculari inspe-
ctione pateat ipsum non adesse, propterea
nullatenùs erat d. recursui deferendum ex re-
38 gula, quòd cessante grauamine, non est ap-
pellationi, seù recursui deferendum *ad tex. in*
l. 1. ff. de appellat. recipien. cap. cum cessante, &
cap. cum speciali de appellat. Crauett. conf. 273.
num. 5. Surd. conf. 102. numer. 6. Magon. decis.
Lucen. 45. & 48. num. 6. Merlin. decis. Lucen. 4.
num. 4. Ossasc. decis. 60. num. 3. Barg. decis. 52.
39 *num. 10.* Imò quòd peccat Iudex si appella-
tionibus, & recursibus friuolis defereat, etiamsi
appellandi, seù recurrendi causæ videantur
verisimiles, & probabiles, quandò tamèn pec-
cant in substantia veritatis *Valer. de different.*
inter. vtrunq. for. in verb. appellatio different. 2.
Vrsell. in suis conclus. verb. appellatio cõclus. 129.
num. 168. & 169. Frat. Simeon. de Bict. Theolog.
in sua prax. Crimin. qu. 150. nu. 27. per tot.

Et ità fuit decisum vtraque parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta citrà eius culpam priuatus vti frui re in emphyteusim concessa àn, & quandò teneatur ad solutionem Canonis, & Laudemij, & quid si euictio fuerit secuta in parte emphyteusis in vim Iudicati, àn liberet emphyteutam à solutione Canonis prò illa rata. Caducitas àn habeat locum ob non solutum Canonem, attenta prætensione emphyteutæ credentis se non teneri occasione damnorum, & interesse passorum in re emphyteutica; & àn Caducitas ob non solutum Canonẽ intentari possit data lite inter duos prætensos Dominos directos rei emphyteuticæ. Dominium debet plenè, & concludentèr probari, quandò agitur ad caducitatem, & àn ad illam excludendam quælibet causa sit sufficiens, & àn morà purgari valeat in qualibet Iudicij parte, maximè quandò Ius Domini Directi non est effectum deterius, ex opinione *Rot. Romanę* solidissimè discuritur.

SVMMARIVM.

Emphyteuta citrà propriam culpam priuatus à Tertio, & Iudicis authoritate bonorum emphyteuticorum possessione, non tenetur ad canonis solutionem, & suo Iure priuari nequit. num. 1.

Adim-

Adimplementum, etiàm in minimo, probandum est ex parte agentis in contractù vltrò, citròq. obligatorio. num. 2. & 3.

in Contractibus non est implendum illi, qui primò non impleuit. num. 4.

Contractù non adimpleto, lucrum fieri minimè potest. numer. 5.

Solutio Canonis promissa non tenetur adimpleri per Emphyteutam, nisi ipsi Dominus directus adimpleat cōseruationem possessionis rei emphyteuticæ, propterea non admittitur mora regularis, neq. irregularis. num. 6. & 8. & de ratione. num. 7.

Emphyteuta amittens bona emphyteutica per euictionem, qui se asseruit Dominum Directum, & vtile dominium transtulit, tenetur de euictione, etiamsi nullum laudemium solutum fuerit. num. 9. & 10.

Emphyteuta, cui res non fuit tradita, & apud eum non remansa, non tenetur ad laudemium, imò illud repetere posset vna cum damnis, expensis, & interesse, maximè attenta clausula, Itèm reficere &c. *num. 11. 12. & 13.*

Cessionarius laborat eadem exceptione, qua laborat cedens. num. 14.

Exceptio respiciens rem cessam potest opponi contrà Cessionarium. num. 15.

Emphyteutica res ùt caducata dicatur, debet probari existentia apud se Dominij Directi, & rem esse emphyteuticam. num. 16.

Cessionarius bonorum emphyteuticorum ùt conuenire valeat ad caducitatem probare debet, quòd tempore concessionis ab alio non possideretur Dominiū Directum. num. 17.

Caducitas rei emphyteuticæ requirit exactam, & cōcludentem probationem Dominij. num. 18.

Caducitas prætendi non potest de illis bonis, de quibus fuit spoliatus ab alio, tanquàm Domino Directo, sed debet reintegrari. num. 19.

Compensatio ab initio inducitur per legem ad euitandum præiudicium. num. 20.

Compensationis exceptio, quæ opponi potest contrà Cedentem, valet opponi etiàm contrà Cessionarium. num. 21.

Emphyteuta prætendens se Creditorem occasione damnorum, & interesse, potest se excusare à caducitate incursa ob pensiones non solutas, etiamsi esset probabilis credulitas. num. 22. & 23.

à Pœna, & deuolutione quis excusatur per quamlibet causam etiàm fatuam, & iniustam. num. 24.

Euictio sequuta supèr parte emphyteusis in vim iudicati liberat à solutione Canonis eiusdem partis. num. 25.

Interpretatio omnis fauorabilis sumenda est in materia pœnali. num. 26.

Emphyteuta non soluens canonem excusatur, quandò lis pendet super re emphyteutica inter duos contendentes esse Directos Dominos. num. 27.

Mora quandocunq. & in quacunq. Iudicij parte purgari potest, vbicunq. Ius alterius non est effectum deterius, & quandò agitur de caducitate semper purganda est. num. 28. 29. & 30.

Decisio XXXIV.

CONfraternitas S. Crucis, in Ciuitate Lucana existens, mediantibus suis Procuratoribus de anno 1592. concessit in emphyteusim Paulino, & Michaeli olim Bartholomæi Bandoni de Marlia quædam bona sita in Communi Lambaris vsquè in tertiam generationem masculinam prò annuo canone stariorum sexdecim frumenti, & cum alijs pactis, proùt in Instrumento rogato manù Egr. Raphaelis de Gambarinis sub die 4. mensis Ianuarij anni 1592.

Anno verò 1651. Pasquinus, & Bartholomeus de Bandonis tàm proprio nomine, quàm Michaelis paritèr de Bandonis concesserunt in emphyteusim Ioanni Giurlano de Lambari quædam bona existentia in eodem Communi Lambaris prò annuo canone stariorū 29. frumenti cum dimidio, & successiuè prò laudemio supradictus Io. Giurlanus soluit scuta 32. ùt ex instrumento manù Egr. N. de Carellis celebrato 6. mensis Maij 1651. cui &c.

De mense verò Iulij eiusdem anni 1651. supradicti de Bandonis cesserunt quasi eorum directum dominium Dominis de Chelis prò scutis 30. proùt ex Instrumento manù Egr. Nicolai Parensij prædictis die, & anno, cui &c.

De anno posteà 1654. die 18. Aprilis eadē Confraternitas caducitatem dictorum bonorum intentauit contrà dictos de Bandonis libellarios ob alienationem eorundem bonorū factam contrà pactum expressum in concessione emphyteutica d. anni 1592. & perIllust. D. Iudex Ordinarius caducitatem declarauit, & ipsius sententia die 25. Iunij eiusdem anni debitæ executioni fuit demandata, & successiuè sub die 30. eiusdem mensis prædicta Confraternitas immissa fuit in possessionem prædictorum bonorum, supradictis de Bandonis in emphyteusim concessorum, proùt in fine processus Nobis constare fecit.

De eodem anno 1654. in fine mensis Octobris Dominis de Chelis supradicti, vtì cessionarij, & habentes causam à dictis de Bandonis, citauerunt Io. Giurlanum supradictum coràm D. Iudice Ordinario, ad dicendum causam, quarè pronunciari non deberet, eum cecidisse ab omni Iure dd. bonorum ob canonem non solutum, cui petitioni brachijs denudatis se opposuit d. Ioannes Giurlanus multa deducē-
do,

do, ùt videre est in processu; quibus tamèn op-
positionibus non obstantibus, prædictus D. Iu-
dex Ordinarius declarauit, esse locum d. ca-
ducitati petitæ per Dominos de Chelis aduer-
sùs d. Io. Giurlanum, nisi infrà mensem cano-
nes decursos soluerit, à qua sententia interpo-
suit appellationem ad Rotam; Quapropter
hodiè proposui dubium coràm DD. meis, an
esset benè appellatum, vel malè iudicatum, &
DD. dixerunt, sententiam D. Iudicis Ordina-
rij esse reformandam in ea tantùm parte bo-
norum, de quibus d. Io. Giurlanus fuit spolia-
tus à Vener. Confraternitate S. Crucis, moti
fundamentis infrascriptis.
1 Primò quia in Iure indubitatum est, quòd
Emphyteuta, qui fuit priuatus à Tertio, & Iu-
dicis authoritate spoliatus citrà propriam cul-
pam possessione bonorum, quæ sibi fuerunt
in emphyteusim concessa, non tenetur ad ca-
nonis promissi solutionem, & ex non solutio-
ne non potest suo Iure priuari, latissimè *Gra-
tian. discept. forens. cap. 223. per tot.* & præcipuè
*numer. 14. & 15. cum seqq. Corbul. tit. de caus.
priuat. ob non solut. canon. limit. 14. & 22. Clar.*
2 *in §. emphyteusis qu. 8.* qui de communi resta-
tur; Ideòq; agere volens ex contractu vltrò,
citròq; obligatorio, oportet, ùt probet, se ex
parte sua adimpleuisse *Rot. per Verall. dec. 127.
num. 2. par. 3. Magon. dec. Florent. 143. nu. 3.
& decis. Lucen. 11. num. 8. & decis. 21. nu. 16.
& decis. 61. num. 1. Surd. decis. 260. num. 14.
Mantic. decis. 1. num. 8. ead. Rot. post Ceac. dec.*
3 *262. num. 2. idem Surd. decis. 6. num. 12.* Ità ùt
agere volens teneatur docere, se adimpleuisse
etiàm in minimo *Rot. per Greg. decis. 261. n. 3.
& decis. 236. numer. 1. par. 2. diuers. Put. decis.
357. in fin. lib. 3.* & ex Consulentibus dixerunt
*Surd. cons. 101. num. 2. & cons. 369. num. 36.
Menoch. cons. 1. num. 368. Becc. cons. 45. nu. 6.
& 10.* latissimè *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 16.*
4 *num. 18.* & in contractibus non est alicui im-
plendum, qui primò non adimpleuit *l. Iulianus*
5 *§. offerri* vbi *Bart. ff. de actionib. empt.* & conse-
quentèr non potest facere lucrum is, qui con-
tractum non adimpleuit *d. l. Iulianus &c. Dec.
in l. cùm proponas. 2. nu. 4. Cod. de pact. Aymon.
cons. 246. n. 3. Rot. in Pisauren. Societatis Officij
30. Maij 1639. coràm Reuerendiss. Roias, §.*
6 *ratio resolutionis*; Sicquè cùm Dominus non
adimpleuerit ex parte sua conseruando apud
emphyteutam possessionè traditam, proùt in
Instrumento promisit, non tenetur et paritèr
adimplere, promissum canonem soluendo, ùt
*per Corbul. d. limit. 22. Mantic. de tacit. & am-
big. lib. 22. tit. 27. numer. 44.* vbi quòd ità *Rot.*
pluriès iudicauit, *Honded. cons. 80. in fin. lib. 2.
Valasc. de Iur. emphyt. qu. 14. num. 11. Ioseph.*
7 *Ludouic. decis. Perusina 35. num. 4.* & ratio est
patens, quia cùm emphyteuta non habeat rei
emphyteuticæ commoditatem, neque tene-
tur onera subire; Cùm exceptio non imple-
menti non tantùm sit fundata in interesse alte-
rius, quàm in violatione fidei ex parte non im-
plentis; Cùm aliàs d. de Giurlanis non con-
traxisset, vel saltim non eo modo cum DD. de
Bandonis, si sciuisset dd. bona ratione directi
dominij spectare ad d. Vener. Confraternita-
tem S. Crucis *ad tex. in l. in conuentionalibus, ff.
de verb. obligat. Bart. in l. cùm proponas Cod. de
pact. Gratian. discept. forens. cap. 301. num. 14.*
8 *& 15.* Ideòq; in eo non attenditur mora regu-
laris, neque irregularis, *Gratian. d. discept. 301.
num. 2. & 10. & num. 35. Scacc. de camb. §. 1.
qu. 1. num. 374. Bocacc. de Societ. Offic. nu. 143.
Adden. ad Burats. decis. 674. num. 14. Rot. in
Pisauren. Societatis Officij 30. Maij 1639. coràm
Reuerendiss. Roias §. nec paritèr obstat.*
Ex quibus omnibus sequitur, quòd cùm in
facto constet, quòd bona in emphyteusim
concessa d. Io. Giurlano Reo conuento à dd.
de Bandonis authoribus Dominorū de Chelis
Actorum, fuerint sub directo dominio Vener.
Confraternitatis supradictæ S. Crucis, & ab ea
9 vti propria, vindicata fuere, Sequitur, quod
euictio cùm sit sequuta in bonis in emphyteu-
sim concessis, ille, qui tanquàm Dominus, se
Dominum asserendo, vtile dominium in em-
phyteutam transferendo, tenetur de euictio-
ne ergà emphyteutam, latè *Surd. decis. 290.*
10 *per tot.* vbi in fortioribus terminis, etiamsi ti-
tulo lucratiuo, nulla scilicet quantitate pecu-
niarum laudemij, siuè alterius tituli fuerit Do-
mino in actù concessionis soluta, ergò multò
magis quandò titulo oneroso, proùt in casu
præsenti d. Io. Giurlanus soluit prò laudemio
scuta 32. & *Surd.* sequutus est *Mangil. de euict.
quæst. 122. per tot. num. 6. & 11. Rot. decis. 11.
per tot. par. 3. recent.* & dixi Egomet latè *in meis
quæstionibus legalibus*; quas, Deo Dante, post
has typis dare intendo *quæst. 66. per tot.* Vbi
etiàm latè fundaui, quòd venditor tenetur ad
liberandum prædium ab euictione sequuta, vel
ad soluendū emptori emphyteusis illud, quod
in ipsius concessione est erogatum cum alijs;
11 Et consequentèr cùm non solùm fuerint ex-
bursata dd. scuta 32. prò laudemio, certum
est, quòd laudemium, re verè non tradita, nec
apud emphyteutam remansa, nullo modo de-
betur, ùt tradit *Nig. de laudem. quæst. 48. n. 51.*
12 *& 52.* Sed etiàm veniunt omnia damna, &
interesse ipsius emphyteutæ *Surd. d. decis. 290.
num. 16. & seqq. Rot. decis. 281. num. 1. par. 4.*
13 *tom. 1 recent.* & hoc tantò magis, quia in casu
præsentis decisionis adest in Instrumento clau-
sula

sula expressa; Itèm reficere &c. ùt in puncto
dixit Rot. allegat. decis. 10. par. 3. recent. nu. 3.
vbi plures allegantur.
14 Quæ omnia habent locum etiàm aduersùs
Dominos de Chelis agentes ad caducitatem;
Cùm exceptio, quæ competit aduersùs ceden-
tem, competit etiàm aduersùs cessionarium,
15 Capyc. Latr. decis. 104. nu. 23. tom. 1. & quòd
exceptio, quæ respicit rem cessam, possit op-
poni contrà cessionarium, prout sunt DD. de
Chelis, est doctrina Bart. in l. si quis in rem nu.
3. ff. de procuratorib. Franc. Arettin. cons. 96. nu.
3. Ancheran. cons. 244. Alban. cons. 289. num.
12. & 14. Alex. cons. 54. nu. 7. & 8. ac 9. vol.
2. Bimiu. cons. 138. num. 4. lib. 2. Soccin. Iun.
cons. 44. num. 2. Guid. Pap. decis. 567. cum alijs
per Salgad. labyrint. Credit. par. 3. cap. 6. §. vni-
co num. 23.
16 Secundò dicebatur, quòd Agens ad caduci-
tatem, scilicèt rem emphyteuticam fuisse ca-
ducatam, habet onus probandi, apud se exi-
stere directum dominium, & quòd res sit em-
phyteutica, Speculat. in §. nunc vers. 72. & in
tit. de locat. Rot. in Romana pratensæ deuolutio-
nis 13. Nouembris 1596. coràm Litta, cum alijs
17 per Vrsell. conclus. 78. nu. 37. quod cùm DD.
de Chelis licèt clarè ostendere præsumant per
Instrumentum cessionis factæ à dd. de Bando-
nis bonorum emphyteuticorum; Tamèn quòd
ipsis sit necesse probare, quòd alius tempore
concessionis non possideret directum domi-
nium, quàm dicti de Bandonis, quod cùm
contrarium constet adesse penès Vener. Con-
fraternitatem, ad caducitatem minimè agere
possunt aduersùs d. Giurlanum Addent. ad Bu-
18 ratt. decis. 263. n. 10. Cùm ad effectum deuo-
lutionis ex causa caducitatis non sufficiat In-
strumentum supradictum, sed exacta, & con-
cludens probatio dominij ad effectum præ-
dictum requiritur, ad tex. in l. ad probationem
23. Cod. locat. vbi Bart. num. 10. l. in rem actio,
ff. de rei vindicat. Bald. in l. omnes in fin. Cod. de
probat. Ruin. cons. 50. num. 1. lib. 1. Rot. apud
Caualer. decis. 269. num. 2. & 3. & nouissimè
decis. 53. par. 9. tom. 1. recent. & decis. 150. nu.
3. par. 1. & decis. 651. numer. 4. par. 3. recent.
& latissimè apud Caputaq. decis. 280. num. 5. par.
1. & fusissimè fuit firmatum in Mediolanen. pra-
tensæ deuolutionis Lunæ 5. Iulij 1655. coràm
doctissimo, ac nunquàm satis laudato Reueren-
dissimo Meltio nunc dignissimo Episcopo Papien.
per tot.

Tertiò fuit consideratum ad d. caducitatem
excludendam, quòd cùm Io. Giurlanus fuerit
priuatus possessione dd. bonorum in emphy-
teusim concessorum à dd. de Bandonis per d.
Vener. Confraternitatem, quæ fuit in ijsdem
immissa, tanquàm directa Domina, saltim in
19 maiori parte eorundem bonorū; Sequitur ex
antedictis, quòd caducitas nō potest prætendi
de illis bonis, de quibus fuit spoliatus, ac proin-
dè d. Io. Giurlanus reintegrari deberet l. 3. §.
quod si seruus l. si colonus & l. seq. §. si conditio,
ff. de acquiren. possess. l. fin. ff. de vi, & vi armat.
Soccin. cons. 49. num. 3. vers. ex quibus omnibus
lib. 3. Gabr. commun. conclus. lib. 5. de restit. spo-
liat. conclus. 5. num. 2. vers. 14. amplia. Menoch.
de recuperand. remed. 1. num. 62. vers. quæro 4.
& seqq. ac remed. 15. numer. 49. versic. quæro 8.
& seq. & dixit Rot. in Romana Vineæ 7. Iunij
1647. coràm Eminentissimo Corrado §. quid
possessio.

Respectù verò aliorum bonorum, ùt sup-
ponitur vltrà euictos à d. Vener. Confraterni-
tate, existentium penès d. Io. Giurlanum, de
quibus canonem non soluit, ex quò deuolutio
fuit petita, DD. paritèr dixerunt, caducita-
tem non fuisse incursam, ex pluribus. Primò
itaq. cùm d. Io. sit creditor dd. de Bandonis, &
eorum Successorum causa solutionis laudemij
prò omnibus dictis bonis in emphyteusim cō-
cessis scutorum 32. prò rata scilicèt bonorum
euictorum, ac etiàm de alijs damnis, & inte-
resse occasione d. euictionis passis, potuit ad
istum effectum pensiones soluendas retinere,
ac cum d. suo credito compensare, etiamsi d.
exceptio nunquàm fuisset deducta, vel oppo-
20 sita; Quia cùm agatur de euitando præiudi-
cio, lex ad illud euitandum ab initio inducit
compensationem etiàm nō oppositam Sebast.
Medic. tract. de compensat. par. 1. qu. 40. nu. 2.
& 8. Roderiquez. de annu. redditib. lib. 2. qu. 18.
num. 3. & 4. & fuit dictum in Romana de Lura-
ghis 5. Iunij 1646. coràm R. P. D. meo Cerro,
nunc verò dignissimo S. R. Decano §. vlterius,
quæ est decis. 409. nu. 27. par. 9. tom. 2. recent.
21 Imò exceptio compensationis, quæ potest
opponi contrà cedentem, potest etiàm oppo-
ni contrà cessionarium, Chartar. decis. 62. nu.
1. Bellon. decis. 120. num. 3. Ludouis. decis. 120.
num. 6. in addit. de Ponte cons. 95. nu. 2. lib. 2.
Grass. de except. except. 16. n. 37. Paul. Staiban.
Iun. resol. 80. à num. 4. vsq. ad 12. tom. 1. cum
alijs fusissimè cumulatis per Salgad. labyrint. cre-
dit. par. 3. cap. 6. §. vnico num. 21. 22. & 23.
22 & quòd emphyteuta prætendens se credito-
rem occasione damnorum, & interesse possit
se excusare à caducitate incursa ob pensiones
non solutas, dixit Rot. apud Verall. decis. 298.
par. 1. per tot. & apud Achill. de Grass. decis. 295.
num. 10. & decis. 296. Hodiern. ad Surd. decis.
23 117. num. 11. & 12. & hoc etiamsi emphy-
teuta non sit verè creditor, sed habuerit iustā
causam credendi, se creditorem fuisse, quæ

probabilis credulitas sufficit ad euitandam ca-
ducitatem *Ias. in l. 2. numer, 53. qu. 16. vers.*
limita tamèn Cod. de Iur. emphyt. Caputaquen.
decis. 180. *nu.* 4. *par.* 1. *Ludouis. decis.* 388. *n.*4.
Buratt. decis. 624. *num.*7. cum alijs *per Gratian.*
cap. 633. *num.* 24. *& seqq. & cap.* 675. *nu.* 33.
24 Imò quælibet causa etiam fatoa, & iniusta
excusat à deuolutione, & à pœna *l. igitur §. po-*
test, ff. de liberal. caus. Corbul. de caus. priuat. ob
non solut. can. limit. 17. *num.*2. *Dec. consil.* 630.
*num.*13. *Bursatt. cons.*26. *num.*39. *Menoch. cons.*
460. *num.* 4. *Rot. decis.* 281. *nu.* 5. *par.*4. *tom.* 2.
recen. & fuit dictum *in Romana Domus* 25. *Fe-*
bruarij 1647. *coràm R. P. D. Celso §. ex quibus*
apparet, & §. cum qualibet causa.

Imò subiongebat vnus ex DD. quòd ad eui-
tandam caducitatem ob canonum non solu-
tionem sufficiebat, euictionem sequutam in
maiori parte dd. bonorum in emphyteusim
25 concessorum; Cùm talis euictio sequuta in
vim iudicati licitè potuerit retrahere d. Giorla-
num à solutione pensionis alterius partis re-
manentis, vt in terminis ponderauit *Rot. in*
Romana Domus Luna 25. *Februarij* 1647. *coràm*
R. P. D. Celso §. verùm etiàm sequestrum, cum
26 alijs ibi allegatis; Cùm in materia pœnali
omnis interpretatio fauorabilis sumenda sit, vt
diffusè fuit dictum *in Romana Vinea* 28. *Apri-*
lis 1645. §. *penult. &* 14. *Martij* 1646. *coràm*
27 *R. P. D. Roias*; Et singulare est, quòd quandò
lis pendet super re emphyteutica inter duos
contendentes, esse directos Dominos, vel de
dominio, vt interim Emphyteuta non soluens
canonem nec in mora sit, nec cadat in com-
missum, sed prorsùs sit excusatus *Boer. dec.* 106.
Corbul. de Iur. emphyteut. tit. de caus. priu. ob non
solut. canon. limit. 23. *Ouid. de Amic. de Iur. em-*
phyt. ad repet. cap. potuit de locat. quæst. 100.
Aug. Barbos. in retract. ad eund. cap. potuit num.
228. nouissimè tradit *Salgad. labyrint. Credit.*
par. 1. *cap.*27. *num.* 126. *fin.* quod etiàm stante
æquitate DD. dixerunt esse permittendum;
28 Cùm mora quandocunquè possit purgari,
vbicunquè Ius alterius non est effectum dete-
29 rius; Imò & in quacunquè parte Iudicij, vt
fuit dictum, mora purgari potest *Rot. dec.*728.
num. 4. *par.* 4. *diuers.* & latissimè fuit dictum
in Ceruien. Bonorū Luna 23. *Martij* 1648. *coràm*
30 *R. P. D. Ghislerio §. verùm in fin.* vbi in termi-
nis caducitatis mora semper purganda venit,
vt videre est *in Romana Domus* 27. *Maij* 1647.
coràm Reuerendiss. Decano, & magis diffusè in
Romana Vinea 28. *Aprilis* 1645. §. *penultimo,*
& 14. *Martij* 1646. *in eadem causa coràm R. P.*
D. Roias.

Et ità fuit decisum vtraquè parte Informan-
te &c.

ARGVMENTVM.

Appellationi àn, & quandò non sit deferendum deficiente grauamine. Appellatio à sententia ab obseruatione Iudicij ob omissionem condemnationis expensarum, & interposita à marito nomine vxoris absquè speciali mandato, ac non transmisso Appellato libello appellatorio infrà legitima tempora àn, & quandò sustineatur *de Iur. Comm. & ex Stat. Luc. cap.* 3. *lib.* 5. & interposita ab vno ex litis Consortibus àn, & quandò cæteris prosit. Sententia ab obseruatione Iudicij est ferenda, intentata actione inepta, & lata in vna actione àn, & quandò iudicatum pariat in alia. Hæres prò sua quota quam actionem intentare possit, & àn cumulare hypothecariam cum actione petitionis hæreditatis. Absolutoria ab obseruatione Iudicij quid operetur, & quandonam censeatur lata super actione de incumulata, & incompetenti. Iudices inferiores àn exercere valeant Iurisdictionem etiam de consensu partium in causis, vbi Princeps manus apposuit, & àn, & quandò peccent deferentes appellationibus friuolis. Rei Iudicatæ exceptio obstatiua, quæ requirat. Statuti forma àn, & quandò dicatur seruata, & noua censeatur inducta, ac quomodò sit interpretanda, & àn, & quandò respiciat ordinatoria in appellationibus. *Stat. Luc. Vniuers. cap.* 143. *lib.* 1. quid disponat in Personis Ecclesiasticis; Mandatum generale àn sufficiat ad appellandum, & ad Iurandum quale esse debeat, & quandonàm mandatum dicatur haberi à marito, & in quibus rebus, & àn admittatur maritus cum cautione

de

de rato in ijs, quæ requirunt mandatum speciale. Iuramentum calumniæ àn præstari debeat in appellationibus *de Iur. Comm. & Statutar. Luc. cap. 3. in fin. versic. Et teneatur lib.* 5. & vbi expressè requiritur, àn sufficiat generale. Procurator àn citari debeat finita prima Instantia, & àn suffragetur intimatio ipsi facta de appellatione à diffinitiua.

SVMMARIVM.

Appellationi interposita tergiuersandi gratia non defertur. num. 1.

Appellationi non est deferendum sessante grauamine, cùm non grauatus non appellet, ipsiusquè fundamentum sit grauamen. num. 2.

Sententia non nocet non grauato. num. 3.

Actio petitionis hæreditatis competit pro consecutione legitima in bonis maternis. num. 4.

Actio hypothecaria cumulari minimè potest cum actione petitionis hæreditatis, cùm illa prima non detur prò bonis hæreditarijs consequendis, nec prò legitima. num. 5.

Sententia ferri debet ab obseruatione Iudicij, & non absolutoria à petitis, quandò intentatur actio inepta. num. 6.

Absolutio ab obseruatione Iudicij præseruat Iura Actori in alio Iudicio, & non perimit negotium principale. num. 7.

Hæres quis intentare potest prò sua quota actionem petitionis hæreditatis, comprehendentis tam debita, quàm credita, quæ declarari valet hæres, etiamsi nihil in ea adesset. num. 8.

Hæreditas, quæ inuenit hæredem, dicitur soluendo. num. 9.

Absolutoria ab obseruatione Iudicij quandò dicatur lata super actione de incumulata, & incompetenti, & alia sententia ferri non possit. num. 10. *&* 11.

Appellatio interponi nequit à Sententia lata à Iudice arbitrante, & non grauante. num. 12.

Appellatio non datur deficiente grauamine, quod non dicitur illatum à Iudice, qui exequitur legem, sed à lege. num. 13.

Appellari non potest nisi ab ijs, quorum interest. num. 14.

*Interpretatio semper est facienda, nè statutariæ dispositiones valeant reprahendi à Sapientibus. n.*15.

Princeps apponens manus in aliqua causa remanet auocata, & Iudices Inferiores non possunt exercere vllam Iurisdictionem etiam de consensu partium. num. 16.

Iurisdictio dempta per appositionem manuum Principis, & tributa à Statutis Iudici Ordinario semper est dijudicanda vti odiosa, & strictè interpretanda, nè egrediatur terminos, in quibus loquitur. num. 17.

Actio Familiæ Erciscundæ tantùm intentatur, quandò petitur sola diuisio hæreditatis, & quomodò differat ab actione petitionis hæreditatis. n. 18. *et* 19.

Libelli conclusio est attendenda ad dignoscendum quænam actio sit intentata. num. 20.

Sententia lata in vna actione nō facit rem Iudicatam in alia ab ea diuersa, etiamsi esset lata super vna parte rei, non paris exceptionem quoad alteram eiusdem rei. num. 21. *&* 22.

Rei Iudicatæ exceptio ad hoc vt obstet, quæ requirantur. num. 23. *&* 24.

Iudicium est diuersum mutata actione. num 25.

Rei Iudicatæ identitas non inducitur per requisitum causæ, seu meritorum, vt parere queat exceptionem in altera parte eiusdem rei. num. 26.

Processus tota reuolutio chartarum prabet optimum modum probandi negatiuam. num. 27.

Iudex grauare non dicitur, si iudicat secundùm leges num. 28.

Appellatio à sententia ab obseruatione Iudicij, ob omissionem condemnationis expensarum an admittatur de Iur. Cōmun. & ex cap. 34. Rot. Luc. *num.* 29. *&* 30.

Statutum vbi adest, inanum est quærere leges, doctrinas, & DD. num. 30.

Appellatio admissa pro expensis non deuoluit negotium principale. num. 32.

Appellatio interposita à marito nomine vxoris absq. speciali mandato est nulla de Iur. Commun. & ex Stat. Luc. Vniuer. *cap.* 3. lib. 5. *num.* 33. *&* 34. *Declaratur num.* 37. *&* 39.

Mandatum speciale, & non generale requiritur ad iurandum de calumnia. num. 35. *&* 36.

Vxor habet bona triplicis generis, videlicèt dotalia, paraphrenalia, & extradotalia. num. 38.

Maritus dicitur habere mandatum prò vxore solùm in rebus dotalibus, & non in extradotalibus. num. 39.

Mandatum generale ad lites, & causas non impedit appellationem. num. 40.

Maritus in bonis dotalibus appellare potest pro vxòre absquè mandato, & cautione de rato, in alijs verò bonis extradotalibus admittitur cum cautione de rato more Coniunctorum. num. 41. *&* 42.

Coniunctus, & sic Maritus non admittitur cum cautione de rato in ijs, quæ requirunt mandatum speciale. num. 43.

Iuramētum calumniæ an sit necesse præstari in appellationibus iuxtà tex. in cap. 2. de Iuram. calumn. in 6. & Stat. Luc. cap. 3. lib. 5. *& an ista dispositiones inter se differant. num.* 44. *&* 47.

Appellans non legitimè idem est, ac si non appellaret. num. 48.

Appellatio ab vno interposita prodest cæteris litis

Consortibus, dummodò omnium ratio sit eadem, & non diversa. num. 49. & 50.

Litis Consors ille non est, qui ex diverso fonte habuit suum Ius. num. 51.

Appellatio tàm de Iur. Comm. *quàm* ex Stat. Luc. cap. 14. lib. 5. *remanet deserta, & est, ac si appellatum non fuisset, non transmisso libello appellatorio Appellato infrà legitima tempora, et sententia transit in Iudicatum, vtì si appellatum non fuisset. num. 52. & 53.*

Statuti forma non servatur, non servato tempore ab ipso ordinato. num. 54.

Appellationis intimatio ex Stat. Luc. cap. 14. lib. 5. *est facienda ipsismet principalibus Appellatis. num. 55.*

Verba Teneatur, *&* Debeat *inducunt formam. num. 56.*

Actus destruitur per solam formæ omissionem. n. 57.

Statutum continens verba Libellum haberi pro nō daro, & appellationem esse desertam, *non affert dubium circà formam. num. 58.*

Procurator dicitur pars, & veluti principalis, ac proindè est citandus, secùs finita Instantiæ primæ causa, quid tunc citari debet principalis. n. 59. & 60.

Procurator in vna causa constitutus, lata sententia, desinit esse. num. 61.

Procuratori Domino litis effecto suffragatur intimatio appellationis ab interlocutoria, secùs à diffinitiua, & ab imponente finem liti. num. 62.

Statuta inducentia formam nullitatis adunguem est servanda, maximè dum est præscripta diversa à Iure Communi. num. 63.

Statutum inducit nouam formam, quandò dat modum præter dispositionem iuris Communis, & ipsa forma non servata, actus redditur nullus. n. 64. et 67.

Statuti forma nihil est detrahendum, sed specificè, & adunguem servanda est, & adimpleri nequit per æquipollens. num. 65. & 66.

à Procuratore incipere potest Iudicium in secunda Instantia. num. 68.

Merlin. decis. Lucen. 82. num. 5. & seqq. *declaratur. num. 69.*

Stat. Luc. cap. 143. lib. 1. *quid disponat in Personis Ecclesiasticis. num. 70.*

Statuta tradentia modum, & formam interponendi appellationem, respiciunt ordinatoria Iudicij, & non decisoria. num. 71.

Statuta respiciunt ordinatoria, si tantùm determinent tempus, quo debet appellari, quantùm sit duranda appellatio, vel quomodò sit procedendum in appellatione, & similibus. num. 72.

Iudex in dubio tenetur admittere appellationem, si sit iusta. num. 73.

Iudex appellationibus friuolis deferens peccat, etiamsi causa appellandi videantur verisimiles, & probabiles, dummodò peccent in substantia veritatis. num. 74.

Decisio XXXV.

VErtente lite inter RR. Moniales S. Iustinæ de Luca Actrices ex parte vna, mediante persona M. D. Bernardini de Caualerijs earum procuratoris, ac Sp. Vincentium de Mazzaciuccolis, & V. D. Annam illius vxorem de Parpaglionibus Reos conuentos ex altera, coram D. Iudice primarum Instantiarum, qui sub die 15. Martij proximè præteriti protulit sententiam tenoris infrascripti videlicèt. Dixit, pronunciauit, & sententiauit, RR. Moniales S. Iustinæ Actrices ex persona R. D. Ioannæ in seculo vocatæ Elisabeth filiæ olim Sp. Io. Parpaglioni Monialis in d. Monasterio S. Iustinæ professæ, fuisse, & esse hæredes pro quinta parte olim Sp. Laurentij fratris d. R. D. Ioannæ, & ad eas spectasse, & pertinuisse, & spectare, & pertinere quintam integram partem hæreditatis dicti q. Sp. Laurentij vna cum fructibus &c. Ipsisquè RR. Monialibus ex eadem persona R. D. Ioannæ deberi integram decimam partem bonorum remansorum in hæreditate Ven. olim D. Lauræ relictæ præfati q. Sp. Ioannis, ac matris d. R. D. Ioannæ pro legitima Iure naturæ sibi debita in bonis remansis in hæreditate ipsius D. Lauræ vna cum fructibus &c. Et in reliquis absoluit partes ab obseruatione præsentis Iudicij, saluo Iure dd. RR. Monialibus iterùm agendi, & meliùs liquidandi earum incumbentia, ad effectum consequendi ex hæreditate, & bonis dicti q. Sp. Laurentij, ac dictæ Ven. D. Lauræ quicquid apparebit sibi deberi ex causis supra enunciatis, prout latiùs in sententia, cui &c.

A qua sententia sub die 25. eiusdem mensis Martij supradictus Sp. Vincentius vice, & nomine d. Ven. D. Annæ eius vxoris, ac etiam pro omni suo Iure, & interesse appellationem interposuit ad Rotam, libellum appellatorium transmittendo cum citatione d. M. D. Bernardino de Caualerijs vti procuratori dd. RR. Monialium, & modis, & nominibus, de quibus in

1 prima Instantia; Et facta acerrima oppositione per dd. RR. Moniales d. appellationi non esse deferendum tanquàm suspectæ, quòd tergiuersandi gratia fuerit interposita *l. tutor. ff. de vsur. l. negotiorum, ff. de appellat. l. vlt. ff. de re Iudic.* Ipse hodiè dubitaui coram DD. meis, an esset illi deferendum, & acerrima altercatione inter Nos habita; Tandèm vna mecum dixerunt, non esse deferendum ex infrascriptis fanè fundamentis.

2 Primò etenim certissimum est in Iure, quòd cessante grauamine non est appellationi deferendum;

rendum; Ex quo non grauatus non appellat, cùm ipsius fundamentum sit grauamen *ad tex. in l. 1. ff. de appellat. recipien. cap. cùm cessante, et cap. cum speciali de appellat. Crauett.cons. 273. num. 5. Ancharan. cons. 127. nu. 13. Surd. cons. 102. num. 13. Magon. decis. Lucen. 48. num. 6. Merlin. dec. Lucen. 4. num. 4. Ostasc. decis. 60. n. 3. Barz. decis. 38. num. 12. & decis. 52. num. 10. Rot. nostra in causa hæredum Nicolai Biancularii, & Nicolai Andreetti cum Ioanne Grosso m. Ser.*
3 *Iulij Calli 1. anni* 1610. Ideoquè sententia lata contrà Spect. Vincentium de Mazzaciuccolis haud dici potest illi nocumento esse, vel fuisse *ad tradit. per Fab. in Cod. lib. 7. tit. 28. definit. 4. num. 2. in allegat.* Cùm nullatenus fuerit per eandem sententiam grauatus, dùm in ipsa tantùm fuit dictum, R. D. Ioannam esse hæredem prò quinta parte Sp. Laurentij, & legitimam in bonis matris sibi deberi; In cæteris verò absoluit tàm d. Ven. D. Annam, quàm d. Sp. Vincentium ab obseruatione iudicij, quæ quidem sententia in nihilo potest dici, quòd
4 grauauit d. Sp. Vincentium; Dùm fuit animaduersum in hoc vltimo, de quo agebatur Iudicio, non fuisse actum vtili Saluiano Interdicto, sed actum fuisse actione petitionis hæreditatis per d. Ven. Monasterium, tàm prò parte hæreditatis Sp. Laurentij spectantis ad d. R. D. Ioannam, quàm prò parte legitimæ ei competentis in bonis matris, prò qua cõpetit etiàm eadem actio *ad* latè *tradit. per Crauett.* qui testatur de Communi, & magis Communi *cons. 312. nu. 4. vers. Quod competat petitia ex doctrin. Bald. in l. si quis in suo versic. Quaro ergò Cod. de inofficios. testam. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 4. qu. 4. n. 2. Oynotim. in §. actionum tit. de petit. hæredit. n. 9. vers. Et quamuis hæc opinio,* latissimè *Aliograd.*
5 *cons. 42. num. 45. lib. 2.* Vndè cùm tàm quoad quintam partem d. hæreditatis Sp. Laurentij, quàm legitimam debitam in bonis matris prò actuali consecutione ipsarum fuerit actio hypothecaria cumulata cum actione petitionis hæreditatis, quæ minimè cumulari poterat; Ex quo actio hypothecaria non datur nec prò bonis hæreditatis consequendis, nec pro legitima *ad* latè *tradit. per Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 4. q. 1. num. 4. & 5. & quæst. 7. nu. 1. & 2.*
6 Vtriquè optimè egit D. Iudex Ordinarius in absoluendo, seu faciendo absolutoriam ab obseruatione Iudicij respectu d. Monasterij; Dùm quandò intentatur actio inepta, non fertur sententia absolutoria à petitis, prout desiderabat Sp. Vincentius, sed ab obseruatione Iudicij *ad tradit. per Marant. in suo specul. par. 5. n. 50. Ioseph Ludouic. Commun. conclus. in tit. de senten. conclus. unica in princ. vers. Secundò modo,* latissimè *Rodolphin. in sua prax. par. 3. cap. 2. à n. 132.*
7 qui infinitos cumulat; Cùm natura absolutionis ab obseruatione Iudicij ea sit, præseruare Iura Actori in alio Iudicio; & non perimere negotium principale *l. & post edictum §. circum dubio, ff. de Iudic. cap. examinata,* & ibi *Glos. in verb. non temerè eod. tit. & Abb.* ibidem *n. 22. versic. Dic ergò Bart. in l. Titia num. 4. & seq. ff. de accusat. Bald. in l. properandum §. etsi quidem num. 19. Cod. de Iudic. Rot. Ianuen. dec. 43. n. 4. Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 1. num. 8. Asinius in prax. §. 2. cap. 15. num. 20. & seqq.*

Quibus propemodùm dictis nõ obstat, quod dicebatur per D. Informantem pro parte dicti D. Vincentij Mazzaciuccoli, scilicèt fuisse actũ Saluiano Interdicto, & d. D. Iudici primarum Instantiarum constitisse de non Iure dictæ R. D. Ioannæ, & per consequens dicti Monasterij S. Iustinæ, dùm creditum RR. Monialium, prò quo petebatur immissio, deficit in substantia, quià detractis debitis remansis in hæreditate Sp. Laurentij, nihil remansit, quod eidem Monasterio adiudicari posset; Ideoquè partem aduersam debuisse absolui diffinitiuè, non autèm ab obseruatione.

Fuit enim responsum, obiectum corruere partim ex facto, & partim in Iure; In facto siquidèm si animaduertatur libellus, non fuit actum Saluiano per d. Ven. Monasterium, nec fuit deductum creditum aliquod, sed d. R. D. Ioanna, & eius nomine Monasterium petijt declarari, eandem D. Ioannam fuisse hæredem d. D. Laurentij, & sibi competijsse, & competere legitimam prò sua quota in bonis matris;
8 Vndè fuit intentata actio petitionis hæreditatis, & sic Iudicium vniuersale, quod continet prosecutionem ad Ius hæreditarium, non autem considerantur res particulares, an scilicèt detractis debitis aliquid supersit, vel non, quià hæreditas est nomen Iuris vniuersalis, & in ea veniunt tàm debita, quàm credita, & quis potest declarari hæres pro sua quota, etiamsi nihil esset in hæreditate *l. 4. ff. de petit. hæreditatis, l. item videndum §. si quis eodem tit. Aretin. in §. act. num. 66. Instit. de actionib. Ias.* Ibi: *num. 215. Oynotim. in §. act. tit. de petit. hæredi-*
9 *tat. num. 5. 6. & 7. ac 12.* Et ea hæreditas dicitur soluendo, quæ inuenit hæredem *l. libertus, ff. de bon. libertor. l. quæ dotis, ff. solut. matrim.*
10 Quaproptèr absolutoria ab obseruatione Iudicij solùm lata fuit super actione de incumulata, & incompetenti, vt suprà dictum est, & tradit *Scacc. de senten. & re Iudic. glos. 14. q. 7.*
11 *à num. 36. vsquè ad* 100. Ideoquè alia sententia, quàm illa, quæ fuit lata, ferri non poterat, vt latè ostendit *Ioseph Ludouic. tit. de senten. conclus. vnic. col. 2. vers. Euenit enim, & vers. Quem-*
12 *admodùm;* Et cùm Iudices habeant etiàm arbi-

arbitrium id faciendi, ſicut partem non grauant; Ità nec etiam à tali ſententia appellari poteſt *Gloſ. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem verb. relinquatur*, & ibi *Anchar an. Imol. & Franch. in 6. Caſtrenſ. in l. de pupillo §. qui opus, ff. de nou. oper. nunciat. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. qu. 7. num. 6. verſic. Contrariam itaq. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 15. num. 3. 4. & 5.*

Nequè obſtat motiuum elicitum *ex cap. 34. Rotæ in fin. verſ. Et quandò in principali cauſa*; Vbi cauſa, quæ excedit ſummam florenorum 25. ad 36. omninò admittat appellationem; Ità vt nulla exceptio per Actorem, ſiuè Reum poſſit opponi; Vndè cùm Actor videlicèt Monaſterium æſtimauerit factū vltrà florenos 25. in prima Inſtantia, iſto caſu à quacunquè ſententia indè data ſiuè abſolutoria, ſiuè condemnatoria datur appellatio.

13 Fuit namquè reſponſum, quòd ideò Statuentes prædicta ſanciuerunt *in d. cap.* ad hoc vt facto æſtimato ſuprà florenos 25. poſtmodùm per Actorem, ſiuè Reum haùd dici poſſit, cauſam fuiſſe minorem, & ſic inappellabilem, alitèr eſſet in poteſtate Rei, vel Actoris inappellabiles ad eorum libitum facere cauſas, quod non eſt permittendum; Non ergò ex hac diſpoſitione particulari inferri poteſt, quamlibet ſententiam ſiuè abſolutoriam, ſiuè condemnatoriam ſempèr grauare, & per conſequens ſemper eſſe admittendam appellationem, quia hoc eſſet arguere à diſpoſitione particulari ad vniuerſalem, & verba legis æquiuocè accipere nō licet; Dùm non fuit dictum per Ven. Monaſterium, cauſam eſſe inappellabilem, ex quo eius valor non excederet florenos 25. quem cauſæ valorem ità æſtimatum, *dictum capitulum* vocat grauamen; ſed ſuppoſito, quòd cauſa eſſet maior, & ſic de ſui natura admitteret appellationem à ſententia, de qua agitur, appellari non potuiſſe, quià ipſamet ſententia, vt ſuprà fuit demonſtratum, non grauat, ſeù lædit *iux. tradit. per Bald. in l. vnic. ſub num. 7. Cod. ne liceat vna ead. cauſ. Franch. in cap. ſi duobus 7. num. 1. de appellat.* cum alijs allegatis à *Scacc. de appellat. q. 5. num. 94. verſic. Et ratio huius regulæ, Merlin. d. deciſ. 4. num. 3. & 4. Ma-*
14 *gon. deciſ. Lucen. 48. num. 6.* & appellari nunquàm poteſt, niſi ab ijs, quorum intereſt *l. 1. ff. de appellat. recipien. Ancharan. conſ. 297. n. 13. verſic. Similitèr non auditur, Scacc. dict. quæſt. 5. num. 95.*

Vltrà quod ſi alitèr diceretur, ſequeretur abſurdum, nempè quòd *Statutum* admitteret appellationes à cauſis ſuprà florenos 25. quantumcunquè eſſent manifeſtè calumnioſæ, quod haùd dicendum eſt, & ſi alitèr diceretur, mere-
15 rentur repræhendi Statuentes; Et ſic ſempèr facienda eſt interpretatio, vt diſpoſitiones ſtatutariæ non valeant reprænhendi à Sapientibus *l. Saluius Ariſto, ff. de legat. præſtand. l. Claudius Fælix, ff. qui potior. in pignor. habean. Roland. conſ. 72. num. 43. lib. 3. Cephal. conſ. 765. n. 35. Rot. deciſ. 708. num. 5. par. 1. diuerſ.*

16 Nequè obſtare ea, quæ aliquid coloris primo intuitu habere videbantur, nempè quòd Excellentiſſ. Senatus annis retrò elapſis iàm manus appoſuiſſet in hac eadem cauſa, ac ipſā delegaſſet tribus MM. DD. mediante reſcripto, ac propterea d. cauſa remāſerit auocata, adeò vt Iudices inferiores nullam in ea habere potuerint Iuriſdictionem, etiamſi partes conſenſum præſtitiſſent, aut Iuriſdictionem prorogare voluiſſent *iux. pleniſſimam deciſ. Lepid. 55.* & ideò ſententiam D. Iudicis à quò laborare nullitatis vitio, ideoq. de ea cognoſcendum eſſe, appellationis mediante admiſſione.

17 Fuit itaquè reſponſum ſupponendo priùs ſatis veridicum in Iure axioma, quòd appoſitio manus Principis, per quam auocatur cauſa, & tollitur in ea Iuriſdictio, quæ ex Statutis eſt tributa Iudici Ordinario, dijudicanda ſempèr ſit, vtì odioſa, & ſic ſtrictè intelligenda; Adeò vt non egrediatur terminos, in quibus loquitur *Caſſador. deciſ. 2. de appellat. in 6. Felin. in cap. ad audientiam fallent. 10. de reſcript.* cum alijs fuſiſſimè allegatis *per Ioann. Bapt. Valenz. conſ. 151. num. 36. & 37. & conſ. 171. nu. 28. lib. 2. Marcheſan. de commiſſ. tit. de commiſſ. appellat. ab execut. & execution. par. 1. ſ. 1. nu. 26. pag. mihi 1257.* Quo fundamento præhabito non negatur, quòd ſub die 29. Octobris anni 1624. porrecta fuit Excellentiſſ. Senatui ſupplicatio RR. Monialium S. Iuſtinæ, in qua narrata morte iam ſequuta Sp. Laurentij filij q. Sp. Io. Parpaglioni abſq. filijs, & abſquè teſtamento, & narrato etiàm, quòd poſt ſe reliquerat quinque ſorores, de quibus vna erat Reu. D. Ioanna, & quòd ad ipſas ſpectabat prima ſucceſſionis cauſa, & per conſequens eidem D. Ioannæ pertinebat quinta pars eius hæreditatis, & ait apud ſorores inſtetiſſe, ac amicabilitèr petijſſe ſcilicèt, *A volere amicabilmente venire frà di loro alla diuiſione di detta heredità, et aſſegnare à detto Monaſtero la quinta parte di detta heredità diuiſa,*
18 *diſtinta, e ſeparata dall'altre parti*; Quod cùm facere recuſauerint, concludit ſupplicatio, cauſam prædictam diuiſionis hæreditatis cōmitti, & delegari cum facultate aſſignandi vnicuiquè ſuam quintam partem; Vndè dignoſcitur, quòd coràm Principe ſola actio familiæ erciſcundæ fuit intentata *ad tex. in l. 1. ff. famil. erciſcund.*
19 Quæ eſt longè diuerſa ab actione petitionis hæreditatis; Cùm per ipſam tantummodò agatur, vt quis declaretur hæres, & hæreditas

ſibi

sibi pro sua qnota adiudicetur prò indiuiso;
Per actionem verò familiæ ercíscundæ suppo-
nitur Iudicium diuisorium, & in eo agitur, vt
corpora hæreditaria diuidantur, vt latè osten-
dit *Oynotim. in §. quadam actiones tit. famil. er-
ciscund. Instit. de actionib.* & sic cùm in præsenti
per V. Monasterium fuerit tantùm petitũ sen-
tentiari, & declarari Ven. D. Ioannam fuisse,
20 & esse hæredem; Videtur luce clarius, actio-
nem petitionis hæreditatis fuisse intentatam,
ad quod dignoscendum cõclusio libelli omni-
nò attenditur *Ias. in §. omnium nu. 115. Instiut.
de action. Honded. cons. 22. num. 31. lib. 2.* cum
21 similibus; Quapropter data tali diuersitate
actionum, sententia, quæ in vna lata fuit, non
facit rem iudicatam in alia *ad tradit. per eund.
Oynotim. loc. supr. citat. Imol. cons. 130. num. 9.
Tusc. tom. 3. conclus. 384. n. 17. & conclus. 177.
num. 39. Glos. in l. quantitas, ff. de except. rei Iu-
22 dic. Menoch. cons. 110. num. 19.* qui loquitur
etiamsi essemus in alia parte eiusdem rei, sen-
tentia lata supèr vna parte, non pariat excep-
tionem quoad alteram partem eiusdem rei *ad
Glos. singular. in l. si Titio §. penult. in Glos. supèr
23 verb. exceptionem, ff. de vsufruct.* Et ratio præ-
dictorum est, quòd ad hoc, vt obstet exceptio
rei Iudicatæ, requiruntur tria illa requisita
enunciata *per tex. in l. cùm quæritur cum duabus
seqq. ff. de except. rei iudic. cap. fin.* cum ibi no-
24 tatis *per Glos. in verb. admitti eod. tit.* Nempè
Identitas rei, Personæ, & Causæ agendi, quibus
copulatiuè non concurrentibus, qui egit ex
vna causa, non impeditur posteà agere ex alia
*Surd. cons. 12. num. 21. cons. 165. numer. 11. &
cons. 173. num. 83. cons. 189. n. 29. & cons. 418.
num. 13. Abb. cons. 50. num. 2. lib. 1. Dec. cons.
445. num. 43. Theodor. allegat. 63. n. 25. in fin.
Reg. de Ponte cons. 6. n. 44. vol. 1. Scacc. de sentent.
& re Iud. Gloss. 14. q. 2. n. 9. & de appellat. cap. 2.
q. 11. num. 24. vers. Subdeclara. Paul. Staiban. Iun.*
in præcisis nostris terminis *resolut. forens. decisar.
resol. 35. num. 26. & 27. Giurb. dec. 20. num. 1.
Merlin. decis. Lucen. 75. nu. 1. & 2. Rot. Roman.
decis. 100. num. 3. versic. Tertiò quia, & num. 4.
par. 1. diuers.* Vndè D. Aduocatus pro Mona-
sterio nè incideret in obiectum auocationis
causæ, non intentauit ampliùs actionem fami-
liæ erciscundæ, sed mutauit Iudicium intentan-
do actionem petitionis hæreditatis, supèr qua
non est, qui non videat, Principem non appo-
25 suisse manus; Cùm mutata actione Iudicium
sit diuersum *Surd. d. cons. 165. n. 11. vers. Cùm
26 ergò*; Nàm requisitum illud Causæ, seu Meri-
torum non inducit identitatem rei interpreta-
tiuè; Ità vt pariat exceptionem rei Iudicatæ
in altera parte eiusdem rei, vt in puncto fundat
Peregr. tract. variar. lib. 2. cap. vltim. num. 59.
. Vbi plenissimè respondet omnibus contrarijs,
& monet ab ista sententia in iudicando rece-
dendum non esse *Petr. de Lun. Syc. cons. 38. n. 51.
52. & 53. per tot. Paul. Staiban. Iun. d. resolut.
35. num. 26. & 27. de Ponte cons. 6. numer. 44.
volum. 1.*

Prout etiam indubitatum est, Principem nõ
apposuisse manus supèr alia petitione in præ-
senti Iudicio cumulata respectù legitimæ debi-
tæ paritèr pro quinta parte in bonis hęreditatis
d. R. D. Ioannæ; Tum quià de d. legitima non
fuit actum in precibus, nec in toto illo Iudicio
delegato, nequè agi de eo poterat, dùm non
adhuc cesserat dies mortis D. Lauræ matris,
27 vt videre est ex reuolutione chartarum totius
processus causæ delegatæ, qui dicitur optimus
modus probandi negatiuam *Dec. cons. 483. n. 6.*
cum alijs *per Beltramin. ad Ludouis. dec. 416. n. 8.
Herculan. de negatiu. num. 176.* Ideoquè benè
valuit D. Iudex primarum Instantiarum pro-
nunciare, quintam partem hæreditatis Sp. Lau-
rentij spectare ad dictam D. Ioannam, nec non
aliam quintam partem partis dimidię legitimę
D. Lauræ matris ipsi de Iure naturę debitæ tàm
ex dispositione *Iuris Communis*, quàm etiam
Statutorum huius Reip. Ex qua quidèm sen-
tentia nullum grauamen potest resultare Ven.
D. Annæ, aut Sp. D. Vincentio Mazzaciucco-
28 lo; Quià dùm fatentur, d. D. Ioannam æquè
esse filiam Sp. Ioannis Parpaglioni, & D. Lauræ
eius vxoris, ac sororem D. Laurentij, non secùs
ac erant aliæ quatuor, non potest considerari
grauamen, & si quod consideraretur, illud pro-
ueniret à lege, seu statuto, vt in *cap. 8. & 9.
lib. 2. Statut. Vniuers.* quod grauamen non at-
tenditur, nec facit, vt appellari possit, cùm verè
grauamen non sit *ad doctr. Bart. in l. secundùm
legem Cod. de Iur. Reip. lib. 11. Alex. in l. fin. ff.
de appellat. recipien. Merlin. decis. Luc. 4 num. 3.
Guidopap. tract. de appellat. num. 100.*

29 Minimè etiàm obstare visum fuit per D. Iu-
dicem à quo in præfata sententia absolutionis
ab obseruatione Iudicij fuisse omissam con-
demnationem expensarum ad fauorem d. Sp.
Vincentij; Ideoquè ex d. capite saltim appel-
latio admittenda veniebat ex latè *tradit. per
Vrsell. in suis conclusionib. conclus. 128. à n. 147.
& per Ridolphin. in sua prax. Iudiciaria parte 3.
cap. 2. num. 132.*

30 Quia fuit replicatum, quòd *ex dispositione
cap. 34. Rot. in vers. Dummodò expensæ litis etc.*
appellatio ex omissione expensarum haùd cõ-
31 cedenda venit; Et vbi adest statutaria sanctio,
inanum est allegare leges, doctrinas, & DD. *ad
tradit. per Alex. Ambrosin. decis. Perusin. 3. n. 21.*
32 & Nos alibi sæpè; Sed esto, quòd appellatio
præfata admitteretur, vel fuisset admissa ex d.
capi-

capite, adhùc illa non deuoluiſſet negotium
principale *ad tradit. per Fabr. in ſuo Cod. lib. 7.*
definit. 45. tit. 26. num. 1. in allegatis.

Quibus ſanè ſolutis, & enucleatis potiùs ad
dignoſcendum de appoſitis cauſis pro appella-
tionis admiſsione, ſeù ipſius denegatione, quã
quòd incidens ipſum, de quo controuerteba-
tur, requireret, poſt hæc DD. mei voluerunt
guſtare nullitates ipſius appellationis interpo-
ſitæ, vt ſequitur.

33 Primò ſe obtulit euidens nullitas, ex quo ap-
pellatio fuit interpoſita à dicto Sp. Vincentio
Mazzaciuccolo vice, & nomine ſuę vxoris abſq.
ſpeciali mandato, quòd non ſolùm de Iure
requiritur ad appellandum *ad* latè *tradit. per*
Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 151. n. 3. par. 1.
34 Sed etiàm attenta ſanctione ſtatutaria huius
inclytæ Reip. *in cap. 3. in fin. verſic. Et teneatur*
35 *lib. 5. Stat. Vniuerſ.* per quam iubetur, Acto-
rem iurare debere de calumnia, aliàs appella-
tionem eſſe nullam, ac nullitèr interpoſitam,
ad quod iuramentũ ſuſcipiendum apud omnes
Iuris Profeſſores abſolutum eſt, mandatum
ſpeciale requiri *Surd. conſ. 190. num. 2. Borrell.*
in ſumm. deciſ. tit. de Iuram. calumn. nu. 15. cum
ſeqq. Barboſ. de clauſul. clauſ. 35. n. 29. & deciſit
Rot. noſtr. apud Magon. dec. 6. num. 12. & apud
36 *Zuccar. dec. 54. num. 5.* Nequè generale ſuffi-
cere, vt voluerunt *Rolan. conſ. 26. num. 5. & 22.*
cum alijs citatis *per Nig. de execut. rei Iudic. cap.*
7. §. 6. num. 17.

37 Nequè dicatur, maritum habere à lege man-
datum ad interponendam appellationem prò
vxore *ad tex. in l. maritus Cod. de procuratorib.*
Pariſ. conſ. 33. num. 67. lib. 1. Roland. conſ. 64.
num. 1. lib. 4. Honded. conſ. 66. num. 23. lib. 1.
Gaill. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 133. n. 1.
& ſeqq. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 6. gloſ.
2. par. 7. n. 55. Poſth. de manutenen. obſeruat. 35.
num. 62. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 1. n. 78.
Scacc. de appellat. quæſt. 5. ſub num. 65. verſ. Ma-
ritus quoquè, cum alijs per D. Informantem
adductis.

38 Quià fuit reſponſum, vxorem habere bona
triplicis generis; Nempè dotalia, paraphre-
nalia, & extradotalia *Sol. de dot. qu. 19. num. 2.*
39 Maritus enim dicitur habere mandatum pro
vxore in rebus tantùm dotalibus, non autem
in extradotalibus *Alex. conſ. 90. num. 5. lib. 2.*
Honded. d. conſil. 66. numer. 86. & 87. lib. 1.
40 Ideoquè de Iure Communi, ſecundùm quod
quilibet procurator etiàm generale mãdatum
habens ad lites, & cauſas appellare poteſt, vt
41 *per Scacc. de appellat. quæſt. 5. nu. 10.* Maritus
appellare poteſt prò vxore in bonis dotalibus
abſquè aliquo mandato, & abſquè cautione
de rato, vt *per Gaill. obſeruat. lib. 1. obſeru. 133.*
lib. 1. Scacc. d. q. 5. num. 65. verſ. Aut agitur de
rebus dotalibus, & ità procedit *tex. in d. l. maritus*;
42 Quò verò ad bona extradotalia eatenùs ap-
pellare poteſt, quatenùs appellationem ipſam
interponat cum cautione de rato, prout quili-
bet coniunctus prò coniuncto *ad tex. in l. mari-*
tus citrà mandatum 21. Cod. de procurat. & ibi
Alex. & firmat *Scacc. de appellat. d. q. 5. n. 65.*
43 *verſic. Maritus quoquè*; Quod cùm non fuerit
ſeruatum per Sp. Vincentium, vt ex proceſſu
videre eſt, ſequitur, quòd tàm Iure Communi
attento, quàm attenta præfata Statuti diſpoſi-
tione, omnis diſputatio ceſſat, cùm diſpoſitio
tex. in d. l. maritus, limitetur in ijs, quæ requi-
runt ſpeciale mandatum *Facchinen. controuerſ.*
32. n. 18. lib. 1. Speculat. lib. 1. tit. de coniunct.
perſon. num. 4. Iaſ. in l. exigendi num. 9. & Alex.
num. 6. Cod. de procuratorib. Couar. var. reſolut.
lib. 1. cap. 6. num. 9. qui teſtatur de Communi,
in terminis *Magon. deciſ. Lucen. 6. n. 13. Chartar.*
deciſ. 54. num. 6. Surd. dec. 215. num. 1. & fuit
dictum in præciſis terminis in *Bononien. Vſuſ-*
fructus 5. Iunij 1651. §. paritèr non releuat coràm
Reuerendiſsimo Roias.

44 Nequè replicetur, quòd etiam de Iure Com-
muni in appellationis interpoſitione requira-
tur Iuramentum calumniæ *per tex. in cap. 2. de*
Iuram. calumn. in 6. Quia fuit reſponſum vltrà
alias reſponſiones, & interpretationes, quæ ad
intelligentiam præfati *tex.* afferri poſſent, quòd
licèt *d. tex.* velit iurari de calumnia, non tamèn
dicit, appellationem alitèr interpoſitam eſſe
nullam ipſo Iure, vt ſancitur *per Statut. allegat.*
45 *huius Incl. Reip.* Nàm lex mandans aliquid
fieri certo modo non prohibitiuè, ſed diſpoſi-
tiuè, illo modo non ſeruato, actus non eſt nul-
lus, niſi lex procedat vlterius annullando, vt
tradit *Alex. conſ. 24. n. 3. lib. 4. Natt. conſ. 287.*
46 *num. 6. Honded. conſ. 27. n. 21. lib. 2.* Ideoquè
manifeſta adeſt differentia intèr Statutum præ-
fatum, & Ius Commune; Quia Ius Commune
iubet præſtari Iuramentum calumniæ, ſed non
procedit vlteriùs annullando actum, vt videre
eſt *in d. cap. 2. de Iuramen. calumn. in 6.* Statu-
tum verò præfatum *lib. 5. cap. 3. in fin.* procedit
vlteriùs annullando actum, dùm dicit, *Et niſi*
ſic Iurauerit, non valeat ipſo Iure. Quæ nullitas
47 eſt omninò inſanabilis; Quapropter nullum
præiudicium potuit cauſari per interpoſitio-
nem præfatæ appellationis abſquè ſpeciali mã-
dato Ven. D. Annæ eius vxoris; Ità vt nequè
ſufficiat, quòd maritus illud ad iurandum ha-
beret in genere, vt voluere *Rolan. conſ. 26. n. 5.*
& 22. lib. cum alijs citatis *per Nigr. de exe-*
cut. rei iudic. cap. 7. §. 6. n. 17. Bellamer. dec. 20.
Franc. Marc. deciſ. 477. num. 1. par. 2. Cappell.
Tholoſan. deciſ. 132. & ibi *Adden. per text. ex-*

preſſ.

press. in cap. fin. de Iuram. calumn. Proindeq; d.
appellatio tàm quoad vxorem ipsius Sp. Ap-
pellantis, quàm quoad ipsum Appellantem
48 finè effectu remanet; Cùm idem sit, quòd
quis non appellet, & quòd appellet, & non
legitimè, *ex tradit. in punct. per Rot. dec. 396.*
num. 3. par. 2. recent. & apud Seraphin. decis.
1241. cum alijs passim.
49 Prout minimè fuit visum obstare, quod di-
cebatur de appellatione interposita ab vno ex
litis Consortibus, ùt nempè prosit etiam cæ-
teris, qui non appellauerunt, ad latè *tradit. per*
Rotam apud Buratt. decis. 315. & ibi *in addit.*
cum alijs fusissimè citatis per *Vrsellan suis con-*
clusion. concl. 129. *num.* 401.
50 Nàm fuit responsum, quòd regula proce-
dit, si eadem omnium ratio sit, non autèm si,
ùt hìc, diuersa appareat, *l. 1. & 2. C. si vnus ex*
plurib. appell. cum alijs adductis per *Fabr. in*
Cod. lib. 7. tit. 30. diffinit. 1. & 2. in allegat. Gra-
tian. discept. forens. cap. 573. nu. 16. de Franch.
51 *decis.* 467. *Peguer. decis.* 194. Et ratio est,
quià litis Consors non dicitur ille, qui suum
Ius ex diuerso fonte habuit, *Rot. apud Mohe-*
dan. in suá decis. 1. de appellat. idem *Buratt. d.*
decis. 315. *in addit.*
52 Secùdò euidens nullitas appellationis DD.
visa fuit, ex quo non fuit transmissus libellus
appellatorius infrà quinque dies vtiles à die
interpositæ appellationis dd. RR. Monialibus
appellatis, quo casù appellatio deserta rema-
net, & est, ac si appellatum non fuisset, ùt cla-
rè disponitur *per disposition. Statut. in cap. 14.*
lib. 5. statut. vniuers. & est etiàm de Iure Com-
muni *ad tex. in l. fin. §. illud Cod. de temporib. &*
reparat. appellat. & cap. licèt de sentent. excom-
munic. in 6. latè *Rot. decis.* 119. *num.* 11. *par.* 2.
53 *diuers.* & sententia ipsa facit transitum in
rem judicatam, perindè ac si ab ea appella-
tum non fuisset, *cap. cùm sit Romana extr. de*
appell. & fuit dictum in *Romana Locorum Mon-*
tium 3. *Iunij* 1656. *coràm R. P. D. meo Meltio*
in cumulatis *per me post Salgad. decis.* 86. *num.* 1.
& 2. vbi latè, & dixi *Egomet in meis ad Surd.*
54 *addit. decis.* 29. *num.* 1. *vsque ad* 11. Nàm
quàdò tempus est appositum à Statuto, prout
in præsenti, tunc qui non seruat tempus, non
seruat Statuti formam, *ad doctr. Bald. & Saly-*
cet. in auth. quæ supplicat. Cod. de precib. Impe-
ratori offerend. & in l. ordo Cod. de except. rei iudic.
Curt. Iun. cons. 166. *num.* 7. *Soccin. Iun. cons.* 37.
num. 10. *Ias. cons.* 191. *col.* 2. *vol.* 2. *Roland. cons.*
72. *num.* 2. *lib.* 3. per tex. singul. *in l. scire opor-*
tet §. consequens. Ibi. *Non aliter audiri si non*
fuerit obseruatum constitutum tempus, ff. de ex-
cusat. tutor. cum alijs per *Francisc. Salgad. in*
tract. labyr. Credit. par. 1. cap. fin. n. 46. *&* 47.

Quibus non obstat primò, quòd libellus ap-
pellatorius fuerit transmissus Mag. D. Bernar-
dino de Caualerijs, cum quo causa d. Mona-
sterij fuit agitata, & lis contestata, maximè
quià fuit D. litis effectus.
55 Fuit itaq; responsum, quòd obiectum pro-
cedit de Iure Communi, secùs autem de Iure
Municipali, ex quo Ius Commune admittit
prò legitima intimationem factam Procura-
tori Domino litis effecto; At Statutum *in*
d. cap. 14. lib. 5. vult, appellationem intima-
ri debere ipsismet personis appellatis, hoc est,
principalibus, cùm vtatur verbis personalita-
tem indicantibus, ac importantibus, ùt actus
per alium explicari nequeat, prout in puncto
tradit *Osasc. decis.* 113. *num.* 4. Tantò magis
quia *d. Stat. in cap. 14. lib. 5.* se refert *ad cap.*
16. lib. 1. Statut. in quo disponitur, quòd in
oblatione libelli appellatorij debeat seruari
forma *d. cap. lib. 16. sub rubr. de citationib. prim.*
faciend. in princip. caus. cum libell. oblat. & ibi
traditur forma citandi Vniuersitates, seù Col-
56 legia, quæ forma cùm in casù nostro non fue-
rit seruata, actus ipso Iure dicitur infectus,
maximè cum dd. Statuta loquantur per ver-
ba, *Debet & Teneatur*, quià tunc nulli du-
bium est, quòd forma dicitur inducta, *Rot. no-*
str. apud Merlin. decis. Lucen. 41. *n.* 4. *& dec.* 47.
num. 1. *& decis.* 82. *nu.* 3. 4. *&* 5. *Alteran. Ma-*
scard. supèr Statutor. interpret. cap. 9. sub num.
82. *§. generalitèr, Barbos. de dictionib. dict.* 77.
& 405. *Rot. decis.* 728. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 3.
recent. & apud Clement. Merlin. decis. 253. *num.*
10. *& decis.* 432. *num.* 6. *& apud Buratt. decis.*
547. *num.* 5. *& apud Coccin. decis.* 179. *num.* 1.
quibus additur *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.*
1. *Glos.* 12. *vers.* 4. *& cap.* 13. *Glos.* 7. *num.* 4.
Marescott. variar. resol. lib. 2. *cap.* 106. *num.* 5.
57 & sic sola formæ omissio destruit actum, *ad*
tradit. per Rub. decis. 542. *num.* 8. *Cyriac. con-*
58 *trouers. lib. 1. controu.* 62. *num.* 48. Quod tan-
tò magis procedit, quantò quià Statutum pro-
fert illa verba, scilicet, *Libellum haberi prò non*
dato, & appellationem esse desertam; Quia tunc
non potest de forma dubitari, idem *Rub. in an-*
notat. ad eand. decis. num. 70.
59 Neque replicetur, quòd d. formæ fuerit sa-
tisfactum per transmissionem libelli factam
d. Mag. Bernardino de Caualerijs vti procu-
ratori d. Monasterij in termino à prædicto
Statuto præfixo, cùm procurator dicatur pars,
& veluti principalis, *ad tradit. per Duran. decis.*
266. *à num.* 7. *vsque ad* 13.
60 Fuit namq; responsum primò, quòd dicta
in obiecto non procedunt finita instantia pri-
mæ causæ, cùm tunc debeat citari principa-
lis, non autèm procurator, *Scacc. de appellat.*

quæst. 11. *num.* 188. *declarat.* 2. *fol.* 147. &
61 procurator in vna causa constitutus eo ipso, quòd est explorata sententia, desinit esse procurator, latè *Post. de manuten. obseru.* 86. *n.* 12.
62 Vltrà quàm quòd intimario Procuratori facta Domino litis effectò suffragatur, vbi appellatio interposita est ab interlocutoria, non autèm si à diffinitiua, quæ finem liti imponit, *Fab. in suo Cod. lib.* 7. *tit.* 26. *diffinit.* 1. *num.* 1. & 4. & *diffinit.* 23. *num.* 2. *in alleg.* Ideoq; firma
63 remanet conclusio, quòd cùm per dd. Statuta fuerit inducta forma nullitatis, adunguem seruari oportebat, ùt personis appellatis transmissio libelli fieret, maximè dùm præscripta est forma diuersa à Iure Communi, *Osasc. decis.* 165. *num.* 11. *Marescott. variar. re-*
64 *sol. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 3. & sic ex quo datur modus præter dispositionem Iuris Communis, d. Statutum dicitur induxisse nouam formam, *ex tradit. in punct. per Petr. de Ancharan. consil.* 33. *incipien. visa quadam petitione*,
65 cui formæ à Statuto inductæ nihil veniebat derrahendum; Sed specificè, & adunguèm seruanda veniebat, *ad tex. in l. cùm hi* §. *prætor* 17. *vers. sed etsi non de omnibus inquisierit ff. de transact. l. constitutionibus in fin.* Ibi. *Cui consequens est, ùt nè in futurum à forma obseruata discedatur, ff. ad municipal. l. fin.* §. *sin verò postquam Cod. de Iur. deliberan. l.* 1. *Cod. de Decurionib. lib.* 10. cum alijs in puncto adductis, & citatis nouissimè per *Ioseph. Velam. disserrat.*
66 *Iur. disser.* 21. *num.* 5. Ità ùt d. forma neq; potuerit adimpleri per æquipollens per transmissionem libelli factam causæ procuratori, sed specificè adimpleri oportebat, iuxta *text. in l.* 3. §. *fin. cum duob. seqq. ff. de Iureiur.* in puncto tradit *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *Glos.* 21. *num.* 11. *Surd. consil.* 318. *num.* 10. *Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos.* 5. *num.* 22. & §. 1. *quæst.* 1. *num.* 151. & *seqq. Castill. de vsufruct. cap.* 54.
67 *num.* 35. Ità quòd vera remaneat conclusio, quòd quandò Statutum aliquid disponit, plusquam de Iure Communi sit dispositum, semper censetur nouam formam inducere, quà forma non seruata, ùt suprà dictum est, actus omninò corruit, *iux. solemn. consil. Petr. Surd.* 124. *ex num.* 3. *cum seqq.* in puncto *Salgad. tract. labyrinth. Credit. par.* 1. *cap. fin. num.* 44. & 45.
68 Neque obstat *decis.* 779. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* quòd Iudicium in secunda instantia possit incipere à Procuratore.
Fuit itaquè responsum, procedere obiectum in terminis Iuris Communis, ùt suprà fuit firmatum, non autèm de Iure Municipali in terminis Statutorum superius allegatorum.
69 Prout neq. obstat *decis. Lucen.* 82. *n.* 5. & *seqq. apud Franciscum Merlinu*; Quià loquitur in terminis recursus ad formã *cap. Rot.* 31. non autèm in terminis appellationis, prout præcisè ità fuit responsum *per istam Rot. in caus. illor. de Leuis de Burgo cum quibusdam de Riccis de anno* 1655. §. *quoniam*, & §. *minùs obstat*, vbi etiàm firmatur, quòd licèt Procurator videatur posse appellari pars, nunquàm tamèn persona appellata appellari potest, licèt super præfata nullitate DD. non fixerunt pedes.
70 Neque obstare visum fuit, quod dicebatur, Statuta præfata non comprehendere personas Ecclesiasticas, & illorum beneficium eis non competere; Maximè cùm præcitata Statuta non fuerint ab Ecclesiasticis in eorum Curia acceptata, ideoq; iis suffragari nequeant, attenta sanctione Statutaria *cap.* 143. *lib.* 1. *Statut.*
71 Fuit enim responsum, quòd dato dicta Statuta non essent acceptata; Tamèn cùm agant de modo, & forma interponendi appellationem, dicitur respicere ordinatoria Iudicij, non autèm decisoria, ùt notat *Archidiacon. in cap. non ità* 2. *qu.* 6. *Abb. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ in prim. lect. num.* 19. & *in* 2. *num.* 25. *de constitut. Carol. de Grass. de effectib. Clericat. effect.* 2. *num.* 136. in puncto *Alteran. Mascard. d. conclus.* 7. *num.* 76. *vers. prout etiàm, Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *diffinit.* 7. *n.* 455. 456. 457. 458. & 459. Maximè quià non potest diffiteri,
72 rari, quin dicta Statuta respiciant ordinatoria, cùm tantùm determinent, infrà quantum tempus debeat appellari, quantùm durare debeat appellatio, vel quomodò fit procedendum in appellatione, & similibus, & sic non decisoria, ùt vltrà *DD.* suprà citatos in puncto *Rot. Roman. apud Seraphin. decis.* 312. *num.* 1. *Aymon. de antiquitat. temp. par.* 4. *num.* 18. *vers. & ratio est.*
Ad vltimum obiectum, quod perficiebatur per D. Informantem prò d. Sp. Vincentio, scilicèt agi tantùm de sustinenda appellatione, ad quem effectum sufficit, rem esse dubiam, seù in dubium reuocare iuxtà doctrinas vulgatas.
Fuit breuitèr responsum, quòd ex iam dictis non in dubio, sed in claris existit nullitas præ-
73 fatæ appellationis; Vltrà quàm quòd licèt Iudex in dubio teneatur admittere appellationem, tamèn intelligenda est d. conclusio, si est iusta, *ad tradit. per Nauarr. in cap.* 25. *nu.* 14. *vers. nota* 3. *Rodriquez de ordin. Iudic. cap.* 13. *num.* 3. *Ioann. Valer. de different. inter vtrunq.*
74 *for. in verb. appellatio different.* 2. Vbi fundat, quòd peccat Iudex, si appellationibus friuolis deferat, etiamsi appellandi causæ videantur verisimiles, & probabiles, quandò tamèn pec-

peccant in substantia veritatis, ut latè prosequitur *idem Valer. vbi sup. & Vrsell. in suis conclus. verb. appellatio conclus. 129. num. 168. & 169. Frac. Simeon. de Bict. in sua prax. Crimin. qu. 150. num. 27. per tot.*

Et ita fuit decisum vtraque parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Compensationis exceptio parit cōfessionem debiti, approbationem sententiæ, ac rem Iudicatam, & opponi potest post transitum sententiæ in Iudicatum, susceptoque termino ad soluendum. Compensatio fit ipso Iure per creditum oriens ex Instrumento publico, maximè ad euitandam caducitatem emphyteusis, ad exclusionem cuius sufficit etiàm creditum putatiuū, & àn fieri valeat de pecunia cum frumento, & sic de quantitate ad speciem. Causa quælibet excusat à pœna, & caducitate, & àn incerta admittatur à *Rot. Roman. & Supremis Tribunalibus*. Mora àn, & quandò de Iure Canonico purgetur, etsi agatur de summa incerta, & non liquidata.

S V M M A R I V M.

Compensationis exceptio est apta retardare executionem sententiæ contra excipientem. num. 1.

Sententiæ executio retardari potest per omnem exceptionem non tangentem iniustitiam eiusdem, vel merita. num. 2.

Compensationis exceptio operatur confessionem debiti, approbationem sententiæ; & compensatio parit iudicatum. num. 3. & 4.

Compensationis exceptio opponi potest, etiamsi sententia transiuerit in iudicatum, vel si debitor terminum ad soluendum suscepisset. num. 5. & 6.

Instrumenta publica faciunt rem liquidam, & manifestam. num. 7.

Compensatio fit ipso Iure per creditum oriens ex Instrumento publico maximè ad euitandam caducitatem. num. 8. & 9.

Compensatio fit ipso Iure ad euitandam caducitatis pœnam, si emphyteuta sit Creditor Domini directi. num. 10. Ampliatur. num. 11.

Causa qualibet excusat à pœna, & caducitate. num. 12.

Causa quæcunque etiàm incerta amplectitur Rot. Roman. & Suprema Tribunalia, *ut excludatur caducitatis pœna. num. 13.*

Compensatio pecuniæ cum frumento non admittitur, & sic de specie ad quantitatem. num. 14.

Mora de Iure Canonico semper purgari potest, quandò Ius alterius non est factum deterius. num. 15. Ampliatur. num. 16. & 17.

Mora omnis excluditur ex incertitudine summæ debitæ. num. 18.

Debitor incurrere nequit moram ante liquidatam summam debiti. num. 19.

ab Expensis partes absolui possunt ex causis Iudici benevisis. num. 20.

Decisio XXXVI.

LAtis per Iudicem primarum Instantiarum duabus sententijs, in quarum prima declarauit, locum esse caducitati intentatæ per Reuerendiss. Capitulum Lucense, quatenùs D. Antonius de Caualerijs infra mensem non soluisset quantitatem canonum decursorum: Et in secunda, qua dixit, primam suam sententiam esse executioni demandandam. Appellauit D. Antonius, pluresq. coràm Nobis prò parte ipsius opponebantur exceptiones contra præfatas sententias Iudicis à quo, tùm notoriæ iniustitiæ, tùm nullitatis, quibus sententiarum præfatarum executionem im-
1 pedire prætendebat; Domini tamèn, cæteris omissis, difficultatem restrinxerunt ad exceptionem compensationis, quæ apta est retardare executionem sententiæ contra excipientem latæ *l. 2. Cod. de compensat. vbi Bald. & Salycet. Ias. in l. 1. Cod. de iur. & fact. ignorant. num. 16. Roland. cons. 28. num. 4. & seqq. lib. 1. Paris. cons. 121. num. 18. lib. 1. Osasc. decis. 92. Surd. decis. 191. num. 7. Morla in Empor. Iur. par. 1. lib. 9. de Iurisdict. omn. Iudic. quæst. 19.*
2 *num. 8.* cuius ea est ratio; quia ad retardandam executionem sententiæ omnis exceptio opponi potest, qua nec sententia de iniustitia redarguatur, nec in meritis impugnetur *l. si duo §. si quis, vbi Castren. Salycet. & Alex. ff. de Iureiurand. Bursatt. cons. 305. num. 7. Roland. d. cons. 28. num. 3. & 4. lib. 1. Bero. cons. 104. n. 2.*
3 *lib. 2.* Sed excipiens de compensatione prætèrquàm quòd debitum fatetur, *Bald. in l. cum Papinianus num. 8. Cod. de sentent. & interlocut.* quem sequitur *Aretin. in l. decem col. penult. num. 5. in fin. vers. & ad materiam ff. de verb. obligat. Surd. decis. 24. num. 6. & 7. Rot. in Romana Pecunia-*

cuniaria, seù Mercium 5. Iunij 1603. coràm Sa-
crato, & in Lauretana prædij 29. Februarij 1644.
§. ucquè veritas coràm bon. mem. Bichio. Sen-
4 tentiam non impugnat, sed illam approbat, &
compensando Iudicatum parit, *Afflict. decis.*
122. num. 3. Gayll. obseruat. 17. num. 10. lib. 2.
Rot. apud Seraphin. decis. 814. num. 3. & in Pe-
rusina legitima 23. Iunij 1642. §. & quatenus
coràm R. P. D. Cerro.
5 Id, quod adeò verum est, ùt locum habeat,
etiàm quòd sententia transitum fecisset in
iudicatum, *Abb.* post alios *in cap. suborta de*
sententia, & re iudic. & est *tex. in l. 2. Cod. de com-*
pensat. l. si cùm militi §. cum intrà ff. eod. Peguer.
decis. 173. num. 1. Surd. d. decis. 191. num. 5. vers.
his autèm, Rot. apud Gregor. decis. 342. num. 2.
6 Vel si debitor terminum ad soluendum susce-
pisset, vt firmauit *Rot. in Romana pecuniaria 5.*
Ianuarij 1613. coràm Sacrato impress. penès Mar-
chesan. de commission. par. 1. de commiss. appellat.
§. 1. fol. 776.
7 Et cùm creditum Antonij proueniat ex pu-
blicis Instrumentis, quæ faciunt rem liquidam,
& manifestam, *Bald. in l. interest num. 2. Cod. de*
solut. Rot. apud Gregor. decis. 195. num. 1. & de-
cis. 459. num. 3. cum alijs *in Romana pecuniaria*
27. Iunij 1653. §. ratio resolutionis fuit coràm
8 *R. P. D. Meltio*, nulli dubium, quin ipso Iure
fiat compensatio, *l. si constat Cod. de compensat.*
Ias. in l. huiusmodi §. cum pater num. 12. ff. de
9 *legat. 1.* præcipuè ad euitandam caducitatē,
l. si constat vbi *Glos. verb. ipso Iure Cod. de com-*
10 *pensat.* & in terminis, quòd compensatio fiat
ipso Iure ad euitandam caducitatis pœnam, si
emphyteuta sit creditor Domini directi, fir-
mat *Bald. in d. l. si constat num. 3. Gozzad. cons.*
69. num. 8. Riminald. sen. cons. 421. num. 12.
Roland. cons. 87. num. 26. lib. 1. Mantic. de ta-
cit. lib. 22. tit. 27. num. 65. & plures Alij citati
per Fulgin. de Iur. emphyteut. tit. de solut. canon.
11 *quæst. 1. num. 300.* Vbi hoc notabilitèr am-
pliat etiàm in casù, quo emphyteuta putasset,
se esse creditorem Domini directi, licèt rè ve-
ra talis non esset, & hoc non quià hoc casù
posset dici facta compensatio, sed quià iusta
causa excusat emphyteutam à pœna, sicuti de
impedimento dicitur, *Grat. cons. 79. num. 13.*
lib. 1. Seraph. de priuileg. Iuramen. priuileg. 75.
12 *num. 145.* Quælibet enim causa excusat à pœ-
na, & caducitate, ùt fuit dictum *in Romana Do-*
mus 4. Maij 1648. §. & hic aduertebant coràm
13 *Reuerendissimo Dunozetto*; Vbi dicitur, quòd
Sacrum Rotæ Tribunal, proùt omnia alia Su-
prema Tribunalia, est alienum ab imponen-
da pœna caducitatis, quam ex quacunquè
causa excusat, etiàm quòd causa sit incerta,
Ruin. cons. 156. num. 21. lib. 1. Decian. cons. 3.
num. 29. & seqq. Rot. decis. 261. num. 5. par. 1.
recent. & firmatur *in Mediolanen. emphyteusis,*
seù bonorum 4. Aprilis 1642. §. translatio au-
tèm coràm bo. mem. Peutingero.
14 Nequè obstat, quòd dicebatur, compensa-
tionem non posse intrare, ex quo Creditum
Antonij consistat in pecunia; Debitum verò
in specie frumenti prò canonibus debita, quò
casù compensationem non admitti, in his ter-
minis firmat *Ruin. cons. 153. num. 4. lib. 1. Ioseph*
Ludouic. decis. Perusina 15. num. 5. Rot. apud
Seraph. decis. 1455. cum Alijs *per Fulgin. d. tit.*
de solut. can. qu. 1. num. 313.
Siquidèm fuit animaduersum, quòd credi-
tum principale D. Pompei de Sanctis, cuius
est hæres D. Antonius de Caualerijs, contrà
Reuerendissimum Capitulum est quidèm pe-
cuniarum, sed fructus, seù interesse occasione
illius debiti consistunt paritèr in frumento;
Ideòq; cùm pro parte eiusdem Reuerendissi-
mi Capituli non fuerit doctum de solutione,
seù præstatione frumenti promissa, vtiquè ex
suprà deductis compensatio fieri debuit ad
euitandam caducitatis pœnam.
15 Dixerunt verò DD., facienda esse compu-
ta intèr Reuerendissimum Capitulum, & D.
Antonium, & quatenùs hic remaneret debitor
alicuius summæ occasione canonum decurso-
rum, eidem assignauerunt tempus vnius men-
sis ad purgandam moram, quæ de Iure Cano-
nico sempèr potest purgari, quando Ius al-
terius non est effectum deterius *per tex. in cap.*
sua de pœn. Et hanc opinionem semper fuisse
tentam in Rota, fuit dictum *in Romana hære-*
ditatis della Porta 24. Nouembris 1595. coràm
Millino, quæ est in eius impressis *decis. 137.*
16 *num. 10.* Etiam stantibus pactis contrarijs,
& etiamsi Ius alterius esset effectum deterius;
Quando pars esset parata resarcire damnum,
& interesse, ità huic difficultati responsum
fuit *in Romana Vinea 3. Aprilis 1598. coràm*
Orano, & Adden. ad decis. Gregor. 559. sub n.
10. vers. limitatur autèm primo, & Adden. ad
decis. Buracc. 582. num. 13. & firmatur *in Ro-*
mana Domus 4. Maij 1648. §. circà tertium co-
17 *ràm Reuerendiss. Dunozetto*; Vbi prædicta
conclusio ampliatur etiàm sine resarcimento
damni, quandò illud est modicum, *Gabr. cons.*
66. num. 62.
In præsenti verò casù Ius Reuerendissimi
Capituli non potest dici effectum deteriùs;
18 Quià antè facta computa dici nequit, an
D. Antonius remaneat debitor, & pro qua
summa; ex qua incertitudine excluditur omnis
mora in D. Antonio, *Aucher. cons. 235. num.*
2. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 120. n.
46. Honded. cons. 36. num. 24. lib. 2. Rot. decis.

131. num. 7. par. 5. recent. Afflict. decis. 205. per
19 tot. Surd. decis. 179. num. 13. Antè enim liquidatam summam debiti, non potest moram incurrere debitor, Surd. cons. 38. num. 13. cum Alijs adductis per Rot. coràm Durano decis. 270. num. 11. vsquè ad 15. & fuit dictum in d. Romana Domus 4. Maij 1648. §. in præsenti verò casù coràm Reuerendiss. Dunozetto.

20 Absoluimus ambas partes ab expensis multis de causis animum nostrum mouentibus, iuxta tradita per DD. in l. properandum §. sin autèm alterutra Cod. de Iudic.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Valor quotuplex censeatur, qualis iustus habeatur, & àn eiusdem rei præsumatur idem per cursum decennij. Pactum de retrouendendo in assignatione bonorum appositum àn, & quandò minuat rei valorem, & in qua parte bonorum *iuxta opinionem Rot. Roman.* & quid aliud operetur. Dotis assignatio in bonis àn, & quandò præsumatur in solutum tradita, & nomine pagamenti, vel potiùs titulo assecurationis, & hypothecæ. Obligatio rei principalis àn, & quandò extendatur ad accessoria. Fructuum quantitas percepta quandò probetur, breuitèr, & elegantèr discutitur.

SVMMARIVM.

Decisio XXXVII.

DOs stipulata per Sp. Gherardum Paci- 1
nium Sp. D. Leonello de Nobilibus marito V. D. Margaritæ illius filiæ, fuit de scutis 4500. videlicèt de scutis 3500. in actu
coniugij dandis, & scutis 1000. post obitum 2
q. Sp. D. Vincentij de Pacinijs, & indè ad duos menses.

In actù ipso stipulationis apochæ matrimonialis Sp. D. Gherardus numerauit in contanti d. Sp. D. Leonello scuta 500., & consignauit duo corpora terrarum valoris sic inuicèm conuenti scutorum 3000. hoc pacto adiecto, ùt licitum esset d. Sp. D. Gherardo eadem bona redimere infrà triennium, ab indè autèm suprà pactum illud firmum perpetuò voluerunt quòad corpus bonorum valoris scutorum bis mille, & ideò se obligauit d. D. Gherardus eidem D. Sp. Leonello in casù non redemptionis præfatorum bonorum infrà triennium prædictum, addere aliud corpus terrarum, quod vnà cum alijs duobus corporibus iàm assignatis redderent annuos sextarios frumenti 180.

Transacto triennio, & minimè facta redem- 3
ptione Sp. D. Gherardus prædictus cessit, & consignauit d. Sp. D. Leonello prò dicti pacti adimplemento vnam annuam redditam sextariorũ 20. frumenti, & vnius paris capponorum, quæ omnia hùc vsquè Sp. D. Leonellus exegit

exegit à Sp.D. Bernardino de Bottinis liuellario d. Sp. D. Gherardi.

Et cùm d. Sp. D. Leonellus prætenderet, d. augumentum nou esse sufficiens, possetquè cogere Sp. D. Gherardum ad aliud assignamentum loco illius dati exigendi à Sp. D. de Bottinis, ac etiàm propter consecutionem aliorum scuto rum 1000., siuè tot terrarum commodè fructuantium sextarios 60. frumenti; Subortæ fuerunt plures inter ipsas partes lites, & controuersiæ, ipsisquè Nobis ex speciali gratioso rescripto Excellentissimi Senatus delegatis; Cumquè tempus instaret prò ipsarum terminatione, illisq; coràm DD. meis propositis, atq; dispunctis vnanimitèr diximus primo loco, Sp. D. Gherardum impleuisse suam obligationem quòad primum caput traditionis primæ solutionis dotis, sed nequaquàm satisfecisse quòad caput obligationis vltimæ solutionis eiusdem dotis; Ideòq, absoluendū esse ab impetitis contra eum primo loco, & respectiuè condemnandum ad adimplendum hunc finalem dotis assignationem.

Moti fuimus, quantum attinet ad primum caput, quia cùm d. Sp. D. Gherardus consignauerit, quod non controuertitur, tàm dd. scuta 500. in contanti, quàm etiàm duo prima corpora terrarum valoris scutorum 3000.
1 Cùm enim valor triplicis generis contemplatur; Alius nempè singularis; Alius Communis; Alius deniquè conuentionalis, *Christ. Mart. Medic. decis.43. num.19.* vbi *sub num.* 20.
2 Iustus ille dicitur, qui à partibus ipsius appreciatur, prout ferè in istis terminis latissimè cōprobat *Rot. in Roman. seù Florentin. Cambiorum 3. Iunij 1650. coràm Eminentiss. Card. Corrado §. quandoquidèm*; Ideòq; non est dubitandum, quin per illam assignationem præstitam, sic ùt suprà factam à d. Sp. D. Gherardo, dicatur extinxisse debitum de dd. scutis 3500. Maximè cùm ex parte D. Leonelli haùd probatum fuerit, bona prædicta condigno pretio non
3 fuisse æstimata; Quoniàm pretium conuentum semper iustum præsumitur, *Rot. apud Ludouis. decis.524. num.5. & decis. 553. num. 2.* & in terminis fuit dictum *in Nepesina Pecuniaria 25. Februarij 1647. coràm R.P.D. Verospio impress. post Merlin. de pignorib. decis.143. num.14.* ac quoquè ad iustum pretium constituendum, non est habenda ratio solius debitæ quantitatis, sed eius, ac personarum qualitas cum alijs
4 circumstantijs considerari debet; Et sic iustū dicitur pretium, quod vir bonus, seù Iudex probabilitèr arbitratur, *l. 1. §. editiones in fin. vers. ndm dies*, vbi *Glos. in verb. summa ff. de eden. l. circà legem, & l. in quantitate §. magna vers. in diem relicta ff. ad l. falcid. l. solidum ff. de solutionib. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. sub num. 2. vers. 2. & sub num. 16. Rot. decis. 340. num. 5. vers. sed in hoc par. 1. diuers. & decis. 307. sub num. 11. vers. nec obstat, quæ dicuntur de modicitate pretij par. 1. recen.* & fuit dictum *in dict. Romana, seù Florentina Cambiorū 3. Iunij 1650. coràm Eminentiss. Corrado §. quandoquidèm vers.*
5 *itaquè iustum illius pretium censetur*; & iustum dicitur pretium, quod inter partes est conuentū, latè *Rot. post Merlin. de pignorib. d. decis. 143. num. 14. cum seqq.*

Nequè enim visum fuit DD., intrare responsionem datam ex parte Sp. D. Leonelli,
6 ùt nempè illa bonorum assignatio facta fuerit loco pignoris proptèr illud temporale pactum de retrouendendo appositum in ipsa assignatione, cùm rè vera fuerit datio insolutum, & venditio perfecta, *Petr. de Luna cons. 12. num. 7. 10. & 11. cum seqq. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. Glos. vnic. num. 9. & seqq.* latè *Neg. de ex-*
7 *cept. cap. 8. §. 12. num. 1. & 8.* Maximè quia inter prædictas partes præcessit titulus dotis aptus ad dominium transferendum, & per consequens assignatio indè sequuta, in dubio præsumendum est, quòd non fuerit facta simplicitèr titulo hypothecæ, & prò assecuratione Crediti, sed insolutum, & nomine pagamenti, prout ità talis assignatio in dubio semper talis existimatur, *Ludouis. decis. 194. num. 12.* & ibi *Adden. num. 18. & 27. Thesaur. decis. 147. num. 1. 2. & seqq. Adden. ad d. cons. 12. Petr. de Lun.*
8 *sub num. 8.* Quod eò fortiùs procedere visum fuit, stante solutione tunc facta gabellæ per dict. Sp. Leonellum prò integra summa dotis promissæ, ex qua arguitur mens contrahentiū, qualis à principio fuerit, ad latè tradita per *Rot. in Romana Pretij Grani 14. Februarij 1648. corā Reuerendiss. Meltio §. ex quo colligitur, & in Casenaten. Emphyteusis 15. Martij 1652. coràm*
9 *eodem §. cùm demū*; Verba autèm actus, qui sequitur, rectè declarāt intentionem primi, *Rot.*
10 *post Censal. de fideicom. decis. 21. num. 7.* Imò ad hunc effectum sufficiat, quòd voluntas, seù intentio sit verisimilis, *cap. intelligentia de verb. signif. l. scire §. illud ff. de excusat. tutor. l. 3. §. conditio ff. de adim. legat. l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur.* cum alijs passim, *Crauett. cons. 23. num. 21. vers. septimò in contractibus.*

Minusquè obstare visum fuit, quod dicebatur de deficienti annua responsione pactata in casù non redemptionis bonorum infrà triennium, quantùmuis primis redditibus addantur illi sextariorum viginti, & vnus par capponorum debiti per Sp. D. de Bottinis.

Nàm ex calculatione inita fuit remotum assumptum; Siquidèm certum est, D. Leonellum ex vno corpore bonorum dotalium exegisse

gisse quotannis sextarios 93. frumenti, viniq.
salmas septem comprehenso cado olphacij
valoris lib. 8. prò qualibet salma; Ex alio cor-
pore sextarios 52. frumenti, & ex assignatio-
ne Sp. D. Bottini starios 20., ac etiàm simùl
vno singulo anno ex eisdem bonis consequu-
tum esse quatuor par capponorum valoris lib.
4. prò quolibet pari, sicq. habuisse vltrà sexta-
rios 165. frumenti annui, lib. 74. constituentes
valorem 14. stariorum frumenti, & quatuor
ex quinque partibus alterius sextarij, nèc ideò
deficientiā esse, quàm vnius quintæ partis sex-
tarij frumenti, quam non habuimus in consi-
deratione intèr ràm strictè coniunctos, maxi-
mè cùm satis compensatam credidimus cum
arbitrio, quo vsi fuimus in æstimatione terra-
rum de nupèr exhibitis prò complemento do-
tis prestitæ; Quandoquidèm pugnantibus pro-
barionibus supèr eorum fructù; Alij deponen-
tes de sextarijs 48.; Alij de sextarijs 60.; Ar-
bitrati fuimus, esse redditus tantùm sextario-
rum 51. fundantes Nos arbittium in liuellaria
11 responsione hùc vsq; dara ex regula, quòd va-
lor infrà decennium eiusdem rei idem præsu-
mitur esse, *Christ. Mart. Med. decis. 43. num. 14.
15. & 16. Rot. apud Seraphin. decis. 1009. num.
2. & 3. & apud Put. decis. 8. lib. 1. & decis. 470.
num. 1. & 2. par. 2. recent.* & fuit in terminis
dictum *in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij
1650. coràm bon. mem. Arguelles impress. post*
12 *Salgad. decis. 53. num. 29.* & quantitas fructuū
probatur à consuetis percipi in præcedenti-
bus annis, *Seraphin. decis. 1397. num. 3. Buratt.
decis. 173. num. 6. & decis. 722. num. 4. Rot. post
Salgad. labyrint. Credit. decis. 1. num. 18. & 19.*

Quapropter sequebatur non esse verum,
quod dicebatur ex aduerso, istud augumen-
tum magis fuisse factum ex causa minoris va-
loris bonorum, quàm fuerit inter ipsas partes
primo loco æstimat. Cùm potiùs fuerit visum,
dictum pactum respicere fauorem Sp. D. Ni-
colai, tanquàm appretiatum, minùs quàm
istud appretiat lex ipsa; Ex quo in Iure non
13 est nouum, quòd pactum de retrouendendo,
seù redimendi dicatur pars pretij, maximè
quandò est incontinenti appositum, *ad tex. in
l. fundi partem ff. de contrahen. empt. l. si quis pu-
tans §. arbitrium ff. commun. diuidun. Camill. de
Medic. cons. 24. num. 30. Gratian. discept. forens.
c. 786. num. 17. Surd. decis. 155. num. 10. & 11.*
14 Ità quòd præfatum pactum semper minuat
valorem Rei in tertia parte, *Fab. in suo Cod. lib.
4. tit. 30. de rescinden. vendit. definit. 27.* vbi ità
decisum refert, *Barz. decis. 123. num. 6. Turrett.
cons. 28. num. 9. & cons. 80. num. 6. vol. 2.* cum
alijs per *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. Glos.
18. par. 1. num. 77. & 78. lib. 1. Ludouic. de Ca-*
15 *sanatt. cons. 10. num. 46.* qui firmat, pactum
prædictum plus valere, quàm tertiam partem
16 rei venditæ, vel assignatæ; Ità quòd pactum
de retrouendendo operetur exclusionem om-
nis læsionis etiàm vltrà dimidiam iusti pretij,
& tollat remedium, *l. 2. Cod. de rescinden. ven-
dit.* prout in puncto decisum refert *Caccheran.
decis. 41. num. 14. & 15.* vbi dictum pactum
erat temporale infrà quadriennium, & ex in-
teruallo appositum, nouissimè *Paul. Staib. Iun.
resolut. forens. decis. resolut. 40. num. 18. & 19.
lib. 1.*
17 Vel secundùm quod sentit, & obseruat *Rot.
Roman.* scilicèt pactum præfatum minuere
valorem bonorū prò sexta parte, etiàm quòd
sit temporale, ùt *apud Seraph. decis. 1063. sub
num. 5. vers. quod in Rota solet æstimari, ead. Rot.
post controuers. Cyriac. 261. per tot. & in recent.
par. 4. th. 4. decis. 64. vers. quod solet æstimari*,
vbi aliæ referuntur concordantes, *ac decis. 344.
num. 13. vers. quandò autèm est temporale ead.
par. 4. tom. 2. recent.* & fuit firmatum in istis
terminis *in Romana Rescissionis Transactionis
29. Maij 1648. coràm Emin. Corrado §. præter*
18 *quod pactum*; cui conclusioni non contradicit
ead. Rot. decis. 17. num. 5. par. 6. recent. Quia
ipsa *sub num. 6.* solùm firmat, quòd pactum
temporale minus tertia parte minuat valo-
rem rei, non negando, imò concedendo, quòd
in aliquo minuat, ùt latissimè etiàm compro-
bat *Hodiern. ad Surd. decis. 34. per tot.*

Vndè solidissimè dicebatur, quòd illud,
quòd agebatur, non solùm non comprehen-
dit tertiam, sed nè quidèm sextam secundùm
opinionem *Rot. Roman.* & sic, ùt dictum su-
prà fuit, pretium primo loco intèr partes æsti-
matum erat omninò iustum; Cùm sempèr sit
verum dicere, quòd siuè Sp. D. Gherardus vta-
tur pacto, siuè non, sempèr Sp. D. Leonellus
habet bona exuberantia suum creditum, ùt
patet consideranti.

Diximus etiàm in sententia, D. Gherardum
fore, & obligatum esse ad dandum, & consi-
gnandum ipsi Sp. Leonello Instrumenta, & om-
nes alias scripturas pertinentes ad locationē,
& emphyteusim bonorum per eundem Sp. D.
19 Leonellum habitorum, ex regula, quòd obli-
gatio extenditur ad omnia illa accessoria, quæ
veniunt ex natura contractus, & in obligatio-
ne illud censetur expressum, quod necessariò
in consequentiam venit, *l. cùm quod*, & ibi Scri-
bentes omnes *ff. si cert. petat. Surd. decis. 182.
num. 7. & dec. 220. num. 29.* Quemadmodùm
etiàm condemnauimus d. Sp. D. Gherardum
ad soluendum d. Sp. Leonello scuta quinque
per ipsum in totum soluta Æstimatoribus pu-
blicis de communi partium consensù electis
ad

ad æſtimandum bona, de quibus agebatur, prout æquitati, & Iuri conſonum videtur, iuxtà vulgata.

30 Abſoluimus ambas partes ab hinc indè petitis, præter quàm ab honorario noſtro, in quo prò virili ipſas partes condemnauimus, & contrà non deponentem ad fauorem deponentis quodcunq. mandatum deſuper, & opportunum relaxauimus, ac etiam ab omnibus alijs expenſis ob mutuam victoriam, *iuxtà tradit. per DD. in l. properandum §. ſin autèm alterutra de Iudic. Menocb. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cap. 177.* cum alijs *per Barz. deciſ. 47. num. 27. Zuccar. deciſ. Ciuil. Lucen. 13. num. 20.* cum alijs paſſim.

Et ità fuit deciſum vtraq. parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Statutum àn, & quandò ab initio concernere videatur vtilitatem publicam, vel principalitèr fauorem certæ perſonæ, & declaratur *Stat. Luc. cap. 39. lib. 2.* Nullitas inducta ad fauorem mulieris, ſeù minoris in aliquo contractù, ſeù obligatione, àn ipſa non obſtante, valeant cogere Contrahentes ad illius obſeruantiam ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatutarias ad eorum fauorem inductas. Tutor, ſeù Fideiuſſor reſpectiuè ſe obligans in contractù minoris, ſeù mulieris ſinè ſolemnitatibus cum Clauſula, *principalitèr, & inſolidum* àn validè obligentur, licèt minor, vel mulier nullitèr. Declaratur *Bart. in l. cùm lex ff. de fideiuſſorib.* Contractus nullus ipſo Iure àn ab initio ſit validus, donèc declaretur, quandò ſtatutum concernit merum fauorem mulieris, ſeù minoris.

SVMMARIVM.

Obligatio fideiuſſoris non eſt valida ſtatuto ab initio reſiſtente, & reſpiciente publicam vtilitatem, cui etiàm partibus volentibus renuntiari nequit; Secùs verò ſi Statutum concerneret principalitèr fauorem certæ perſonæ, vtpotè mulieris, facta primi tamèn declaratione nullitatis contractus per eandem. num. 1. & 2. ſuper quo declaratur doctrina Bart. in l. cùm lex ff. de fideiuſſorib. *num. 11.*

Stat. Luc. cap. 39. lib. 2. *inducit fauorem publicum, & non ſpeciale Ius reſpectù mulieris contrahentis contrà Ius Commune. num. 3.*

Mulier maior validè contrahit de Iure Communi ſinè conſensù propinqui. num. 4.

Contractus ab initio eſt validus, licèt ſit nullus ipſo Iure, ſi mulier declaret velle eſſe nullum, quandò Statutum concernit merum fauorem Mulieris. num. 5. 6. 7. & 8.

Mulier niſi det dè nullitate, defectus ſolemnitatum non attenditur. num. 9.

Mulier, ſeù Minor contrauenire poteſt Contractui nullitèr geſto, & cogere Contrahentem ad illius obſeruantiam ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatutarias ad eorum fauorem inductas. num. 10.

Fideiuſſor datus, reſiſtente lege, obligationi principali ad nihil tenetur, dummodò non conſtituerit ſe debitorem principalem, in quo caſù obligatio fideiuſſoris non dependet ab alterius obligatione, ſed conſideratur de per ſe ſola, & perindè eſt, ac ſi ſolus ad ſoluendum ſe obligaſſet. num. 12. & 14.

Obligatio inſolidum quandò conſiſtere poſſit in vno ex duobus Reis debendi, data nullitate obligationis alterius Correi. num. 13. & declaratur ſententia Laurent. de Pinù *oppoſitum tenentis. num. 15.*

Tutor proprio, & principali nominè ſe obligans in contractù Minoris ſinè ſolemnitatibus validè obligatur, licèt Minor nullitèr. num. 16.

Obligatione Minoris, ſeù Mulieris corruente, debet etiā corruere illa Tutoris, ſeù Fideiuſſoris iuxtà regulam, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. num. 17. Fallit. num. 18. & 19. Fertur ratio. num. 20.

Fideiuſſor vtì author nullitatis, non poteſt illam in præiudicium Tertij allegare. num. 21.

Fideiuſſor etiàm cum Clauſula, principalitèr, & inſolidùm *dicitur fideiuſſor reſpectù Correorum, ſi nihil participauerit in contractù, ſed reſpectù Creditoris non conſideratur fideiuſſor, ſed Correus, qui principalitèr, & inſolidum conueniri poteſt. num. 22.*

Fideiuſſor ſiuè ſponte fideiuſſerit, ſiuè de mandato Mulieris, ſoluens prò eadem, non poteſt habere regreſſum ſuper ipſam, quæ nullitèr contraxit. num. 23. & 24.

Fideiuſſor obligatus prò Muliere eò magis adſtringi debet ad ſolutionem, quandò ipſa dolosè ſe geſſit cum Contrahente. num. 25.

Fideiuſſor ſibi ipſi imputare debet, ſi ſupèr mandatio ſequutus ſit fidem venditoris. num. 26.

Deci-

Decisio XXXVIII.

DIximus in causa cocàm Nobis in Rota vertente intèr Pompeum Ioannis de Piegaio ex vna, & Peregrinum Cassiani de Gello ex altera, causa, & occasione, de quibus in actis presentis causæ, benè fuisse iudicatum ad fauorem d. Pompei contrà d. Peregrinum, & D. Philippæ Fideiussorem per perIllustrem D.Iudicem à quo, & quià factum intèr partes non controuertebatur, consultò illud omissimus, & difficultas tantùm ad Iuris quæstionem redacta fuit, nempè an stante dispositione *cap. 39. lib. 2. Stat. Vniuers.* requirentis prò forma in contractibus mulierū propinqui consensum, ipso non interueniente, vitium nullitatis contractus à principio inhæreat, ità ùt postmodum fideiussio præstita ad ipsum contractum roborandum, eodem vitio nullitatis laboret, & sic exceptio nullitatis, quam proposuit Peregrinus Cassiani de Gello fideiussor euictionis, & propinquus D. Philippæ principalis venditricis aduersùs Pōpeum Io. de Piegaio Emptorem agenrem ad recuperationem pretij, & damnorum &c. contrà d. Peregrinum, suum effectum sortiri debeat.

1 Supèr cuius dubij resolutione exponendam putauimus illam distinctionem, quòd aùt Statutum prohibens, aliquem contractum fieri, respicit publicam vtilitatem principalitèr, ità ùt ipso Iure ab initio sit nullus contractus, aùt potiùs concernit principalitèr fauorem certæ personæ. Si primo casù propter nullitatem ipso Iure causatam à Statuto non potest accedere fideiussor, quià Statutum resistit ab initio, & impedit ortum Ciuilis, & naturalis obligationis, & operatur nullitatem etiàm partibus inuitis, quæ fauori publico renuntiari nō possunt, & proprereà fideiussorem accedere non posse, *ex Bart. doctrina in l. cùm lex num. 4. & num. 6. vers. contrà puto ff. de fideiuss.* quem secuti sunt *Cephal. cons. 437. num. 22. & seqq. Gratian. discept. foren. cap. 122. num. 28. Erngius de fideiuss. cap. 5. num. 368. Mangil. de euict. qu. 174. num. 18. Muta super constit. Panorm. cap. 31. num. 30. & 31. Borgn. decis. 31. n. 23.*

2 Secundo verò casù potest fideiussor validè se obligare, tùm quià cessat ratio Statuti, quo præsumitur, voluisse fauere solùm mulieribus, non autèm eorum fideiussoribus, & quod est speciale fauore vnius, non extenditur ad aliū; tùm etiàm quià donèc contractus, à muliere gestus, est in implicito statù validitatis, ex quo antè præstitam fideiussionem non declarauit mulier, nolle stare contractui à se gesto non seruata forma Statuti, ex hoc non impeditur fideiussor accedere obligationi, quæ valida reputatur, donèc non fiat declaratio in contrarium per ipsam mulierem, prouti in puncto concludunt *Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 5. num. 29. & 30. Gratian. citat. cap. 122. num. 14.* vbi *num. 15. & 16.* de Communi testatur, *Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 65. num. 9. & 10. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 152. num. 77. vers. quinimò, & num. 78. Cenc. de Censib. quæst. 74. num. 12. Seraph. decis. 1324. num. 6. & 7. vers. alia limitatio est, Barz. decis. 56. num. 23. Fontanell. decis. Cathalon. 472. num. 14. & seqq.*

3 Ex quibus patet, quòd Statutum *in d. cap.*
39. lib. 2. non inducit, seù non importat fauo-
rem publicum, sed tantùm Ius speciale, & fa-
uorabile respectù ipsius mulieris contrahentis
4 contrà Ius Commune; Et cùm mulier de Iure
Communi validè contrahat sine propinqui
consensù, quandò est maior, *l. 2.* vbi *Glos. in*
verb. obligauit Cod. ad Velleian. Gratian. discept.
forens. cap. 756. num. 24. Rot. decis. 88. num. 7.
5 *par. 6. recent.* & sic dùm concernit merum fa-
uorem mulieris, sequitur, quòd contractus ab
initio sit validus, & solùm sit nullus ipso Iure,
si mulier ità declaret, & velit esse nullum, *ad*
tradita per Glos. in l. elegantèr, & ibi *Bart. num.*
3. in fin. de dol. mal. Castrens. cons. 60. num. 2. vers.
supèr vltimo lib. 1. Tiraquell. in l. si vnquàm in
verb. reuertatur num. 392. cum seq. Cod. de re-
uocan. donationib. & de legib. connubial. Glos.
8. num 91. Rolan. cons. 22. num. 39. vers. respi-
citur secundò, & num. 40. Vbi, quòd interim
valet effectù, *& 41. & 42. lib. 2. Rot. decis. 28.*
par. 2. diuers. Vbi loquitur, quandò nullitas est
inducta ipso Iure, *Surd. cons. 1. num. 84. & seqq.*
& decis. 70. num. 24. vers. & est regulare in omni
materia, & num. 25. & 26. latè *Gonzales ad reg.*
8. Cancell. Glos. 56. num. 90. & 91. latissimè
Gimb. obseruat. 71. num. 17. Surd. cons. 523. n. 3.
6 Vbi quòd ità semper intellexit Statutum Man-
tuanum inducens nullitatem ipso Iure, & sem-
pèr Senatus ità pronunciauit, *Seraph. decis. 334.*
num. 7. & decis. 347. num. 6. Put. decis. 8. num. 2.
7 *lib. 2. Rot. decis. 572. num. 3.* quæ loquitur in
puncto de contractù à muliere gesto sine de-
bitis solemnitatibus, *par. 4. recen. & apud Ca-*
ualer. decis. 605. num. 3. & apud Buratt. dec. 937.
num. 7. Magon. decis. Floren. 16. num. 15. in ter-
minis *Olasc. decis. 94. num. 23.* doctissimus, &
nunquàm satis laudatus Præses *Andreol. con-*
trou. 84. num. 11. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.
8 *328. num. 415. & 467.* Vbi quòd annullatio
contractus facta per Statutum, intelligi de-
beat, si ipsa mulier voluerit; Cùm ad eius fa-
uorem fuerit inducta, *Fenzon. ad Statut. Vrb.*

cap. 151. num. 51. Sperell. decis. 16. num. 25. &
9 26. par. 1. Et defectus solemnitatum, quandò
ipsa mulier non dat de nullitate, non attendi-
tur, ùt post alios probat Merlin. Pignat. contr.
21. num. 12. Surd. decis. 179. num. 17. & 18.
Capyc. Latr. decis. 19. num. 6. 7. 8. 9. & 10. ex
10 quo licèt regularitèr minor, seù mulier non
teneantur ex contractù nullitèr gesto; Volens
tamèn potest compellere contrahentem ad il-
lius obseruantiam, cùm solemnitas statutaria
fuerit illius fauore inducta, & ideò tantùm ipsa
contrauenire potest, in puncto Abb. in cap. 1.
de Sed. Vacan. Ruin. cons. 11. num. 6. lib. 4. Gra-
tian. discept. foren. cap. 27. num. 41. vers. in ele-
ctione, & fuit firmatum in Romana Assistus Fer-
reria 25. Iunij 1649. coràm Reueren. meo Meltio
§. minorem releuantiam impress. post Salgad. in
cumulatis per Me decis. 15. num. 9. 10. & 11.
11 Cui tamèn contractui sic in implicito statù
existenti, si fideiussor intercesserit simplicitèr,
posset dici, doctrinam Bart. suprà citatam lo-
cum sibi vendicare; At vbi d. contractui ac-
cessit fideiussor vtì obligatus principalitèr, &
insolidum, in quo casù non loquitur Bart. in
d. l. cùm lex ff. de fideiussor. DD. omnes tùm an-
tiqui, tùm moderni firmant, non posse consi-
derari obligationem fideiussoris vtì accesso-
riam, sed separatìm, & de per se reputari de-
bere, & respectù Creditoris esse tanquàm duos
Correos debendi; Ità ùt deficiente vno prin-
cipali, remaneat, & alter independentèr ab ob-
ligatione principali, Maur. de fideiussor. par. 2.
cap. 5. num. 17. & 19. Ermg. de fideiuss. cap. 27.
num. 79. cum plurib. seqq. Crauett. de antiquit.
temp. 5. par. principal. vers. Diuino Subsidio n.
19. & 26. vers. eodem modo, Corpan. ad Stat.
Mediol. cap. 328. num. 427. qui loquitur in pun-
cto de fideiussore euictionis de eo, qui se obli-
gauit tanquàm principalis, Cyriac. controu. fo-
rens. cap. 196. num. 59. & 60. Marescott. variar.
resolut. lib. 2. cap. 65. num. 7. Alex. ad Bart. in l.
Marcellus 36. in princ. ff. de fideiussorib. Gratian.
discept. forens. cap. 122. num. 10. & seqq. & cap.
310. num. 28. & cap. 348. num. 30. & cap. 962.
num. 42. & cap. 970. num. 34. Becc. cons. 45. n.
49. Cenc. de censib. quæst. 74. num. 8. & 9. Man-
gil. de euict. quæst. 74. num. 8. & 28. Lamberteng.
de contract. Glos. 16. num. 15. Barz. decis. 56.
num. 21. & 22. Don Ferdinand. Arias de
Mesa variar. resolut. lib. 2. cap. 13. per tot. &
12 præcipuè num. 6. 10. 11. & 12. Vbi quòd licèt
quandò lex resistit obligationi, fideiussor da-
tus non teneatur; Nihilominùs tamèn si is,
qui intercessit, se debitorem principalem con-
stituit, efficacitèr poterit conueniri, motus
authoritate Bald. in l. si prædium num. 5. Cod. de
13 Iur. dot. & num. 12. subdit rationem, quià
tunc sunt duo Rei debendi, & quamvis alter
non obligetur, in alterius tamèn persona ob-
ligatio potest consistere, & latiùs num. 17. &
18. & cap. 14. num. 1. & seqq. ad contraria si-
gillatìm respondet, Borgnin. decis. 31. num. 27.
qui reprobat Laurent. de Pinù contrarium su-
stinentem cons. 71. Fontanell. decis. 472. per tot.
Rot. post Zaccb. de obligat. Cam. decis. 110. num.
12. & 13. & apud Seraph. decis. 1324. num. 4.
& apud Ludouis. decis. 321. num. 7. & ibi Bel-
tramin. num. 13. & decis. 560. num. 1. & apud
Merlin. decis. 536. num. 2. & decis. 822. num. 13.
& post Cenc. de Censib. decis. 21. num. 10. & dec.
192. num. 2. & decis. 193. num. 3. Vbi quòd isto
14 casù obligatio fideiussoris nullam habet de-
pendentiam ab obligatione alterius, sed con-
sideratur de per se sola, & perindè est, ac si so-
15 lus se ad soluendum obligasset, & respondet
ad contrariam opinionem Laurent. de Pinù d.
cons. 71. quòd in casù suo fideiussor non se
obligauerat vtì principalis, & insolidum.
16 Quemadmodùm in simili dicitur de mino-
re contrahente absquè solemnitatibus, si ta-
mèn in contractù adest Tutor, qui proprio, ac
principali nomine se obligauit, sustinetur cō-
tractus respectù ipsius Tutoris, licèt respectù
Minoris sit nullus, & inualidus, ùt in terminis
probat tex. in l. etsi is, quem in §. pignora, & ibi-
dem Glos. in verb. sanè vers. quantum autèm ad
Tutorem Cod. de præd. & alijs reb. Minor. Dec.
cons. 7. num. 6. vol. 1. Paris. cons. 16. num. 113.
vers. & tantò magis lib. 2. Castr. cons. 433. num.
3. vers. ad secundum dum dicitur, & vers. præte-
rea par. 1. Alex. cons. 66. sub num. 7. vers. sed
fortiùs lib. 4. Bertaz. de Clausul. Claus. 7. Glos. 19.
num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. cas.
171. num. 77. & seqq. Maur. de fideiussor. sess. 1.
cap. 5. num. 17. in terminis Gratian. discept. fo-
rens. cap. 122. num. 10. & 21. & decis. Marcb.
182. num. 10 & 16. Marescott. var. resol. lib. 2.
cap. 65. num. 7. Vbi plures decisiones Rotales cu-
mulat, & fuit decisum in Romana Census 5. Iu-
lij 1638. coràm R. P. D. Verospio.
17 Nequè replicetur, quòd accessorium regu-
laritèr sequitur naturam sui principalis, & ideò
si corruat obligatio Minoris, seù Mulieris, de-
ficere debeat obligatio Tutoris, seù fideiusso-
ris accessoria, ad tex. in l. non dubium 5. & ibi
DD. Cod. de legib. l. cùm principalis 138. ff. de
reg. Iur. cum alijs in proposito relatis per Ber-
taz. de Clausul. Instrum. Claus. 7. Glos. 19. nu. 3.
18 Siquidèm respondetur, quòd d. conclusio
limitatur pluribus modis, & signantèr quan-
dò, proùt in casù, de quo agebatur, fideiussor
se obligauit vtì principalis, & insolidum; Tunc
enim etiamsi obligatio Minoris, seù Mulieris
sit nulla ob solemnitates non seruatas, non
ideò

ideò erit inualida obligatio fideiussoris; Cùm
tali casù obligatio fideiussoris non sit accesso-
ria, sed vtì principalis indicetur, ùt in specie
huic obiecto respondet *Glos. in l. & si is quem*
verb. accessorium Cod. de præd. Minor. Paris.
cons. 16. num. 110. & seqq. lib. 2. Gratian. di-
scept. forens. cap. 122. num. 21. & seqq. & de-
cis. Marchiæ 182. num. 12. & seqq.

19 Secundò limitatur d. Conclusio, quòd de-
ficiente obligatione principali corruat etiàm
obligatio accessoria, procedere posset in con-
tractù simplicitèr prohibito, secùs autèm in
contractù prohibito fauore certarum perso-
narum, puta Pupilli, Mulieris &c. Quoniàm
obligatio licèt corruat ob non adhibitas so-
lemnitates, non propterea corruit obligatio
fideiussoris coobligati, cùm non sit æquè fa-
uorabilis, ùt in specie d. conclusionem limi-
tant *Paris. d. cons. 16. num. 111. lib. 1. Gratian.*
d. cap. 122. num. 13. vers. præterea obligatio Mi-
noris, & seq. Seraph. decis. 1324. num. 6. Vbi
20 assignat rationem, quià prohibitio aliena-
tionis concernit solùm commodum Pupilli,
aùt Minoris, & non alterius personæ, prouti
per eandem rationem ratiocinatur *Gratian.*
discept. forens. d. cap. 122. num. 14. vers. quid pro-
21 *hibitio, & seqq.* Ità quòd fideiussor conside-
retur vtì author nullitatis, & vtì talis non po-
test illam allegare in præiudicium alterius,
Ferrets. cons. 155. num. 7. Cyriac. controu. 181.
num. 57. & seqq. Ludouis. decis. 140. num. 10. &
fuit in præcisis terminis firmatum *in Romana*
Saluiani 26. Aprilis 1641. coràm Reuerendiss.
Dunozetto Decano per tot. impress. post Merlin.
tract. de Pignorib. decis. 42.

22 Neque obstat, quòd fideiussor etiàm cum
Clausula *Principalitèr, & insolidum* simplicitèr
diceretur fideiussor, cùm nihil habuerit, nèc
participauerit in contractù; Quià hoc est ve-
rum respectù ipsorum Correorum, sed quan-
tum attinet ad Creditorem non intelligitur fi-
deiubere, sed veluti Correus consideratur, &
principalitèr, & insolidum potest conueniri,
ità in terminis *Arias de Mesa variar. resol. lib. 2.*
cap. 14. num. 4. Fontanell. d. decis. 472. num. 3.
Rot. Roman. coràm Merlin. decis. 512. num. 9.
Capyc. Latr. decis. 153. num. 1. & 2.

Quicquam paritèr existimauimus, quòd di-
cebatur per DD. Informantes prò d. Peregri-
no, scilicèt tali puncto non esse consultum in-
demnitati Mulieris, ex quo fideiussor potest
habere regressum contrà mulierem prò recu-
peratione æris, ad quod fideiussor soluere co-
geretur Creditori.

23 Fuit enim responsum, quòd assumptum
non procedit, ex quo mulier validè non con-
traxit, & sic nèc etiàm fideiussor potest habe-
re regressum suprà ipsam, ùt in puncto respon-
det *Lamberteng. de contract. Glos. 16. num. 21.*
24 *& 22.* Vbi quòd procedit, siuè fideiussor spon-
tè fideiusserit, siuè etiàm de mandato Mulie-
ris, & sequitur *Carpan. ad Stat. Mediolan. d. cap.*
328. num. 431. & 432.

Inutilem, & nullius momenti existimaui-
mus oppositionem vltimo loco factam, scili-
cèt quòd obligatio d. Mulieris fuerit contra-
cta ex falsa causa, quià scilicèt narrauerit ip-
sa, se esse hæredem sui viri ex testamento, &
esse obligatam ad solutionem cuiusdam dotis,
prò qua soluenda vendidit bona Pompeo
Actori, cui posteà fuerunt euicta, & tamèn ex
d. testamento liquidè constat, illam non fuis-
se hæredem, neque obligatam fuisse ad solu-
tionem d. dotis.

25 Respondetur enim, quòd licèt obligatio
prædicta à Muliere contracta ex falsa causa ir-
ritare videatur obligationem fideiussoris ob
defectum consensus; Attamèn debet intelli-
gi, quandò falsa causa fuit narrata, vel suppo-
sita per eum, qui cum Muliere contraxit; sed
quandò Mulier ipsa fuit in dolo, & contrà ve-
ritatem affirmauit se hæredem, & de bonis di-
sponere posse, atquè ità decepie Emptorem
secù contrahentem, ex hoc non potest infer-
ri ad nullitatem obligationis, imò veriùs quià
dolosè se gessit, operetur, ùt eius fideiussor ex
hoc mendacio multò magis adstringi valeat,
ùt considerat *Crauett. cons. 45. num. 6. & cons.*
272. num. 2. Duard. de censib. §. 1. limit. 9. num.
41. Rot. post eund. tract. decis. 462. vers. & eò ma-
gis, Canc. de Censib. quæst. 15. num. 20. vers. quod
tamen non procederet, & quæst. 42. num. 8. Rot.
26 *post d. tract. decis. 45. num. 5.* Et imputet sibi
fideiussor, si supèr dicto mendacio sequutus est
fidem venditoris, ùt ratiocinatur in his termi-
nis *Mart. Medic. decis. 31. num. 5.*

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè
Informante.

ARGVMENTVM.

Inuentarij cōfectio operatur multos
effectus ad fauorem hęredis, de quibus
fit mentio, & àn, & quandò liberet hæ-
redem à vexationibus litium, & à mo-
lestijs, & àn præsumatur ritè, rectèq.
factum, ità quòd potiùs dicatur con-
tinere errorem. Sententia contrà sen-
tentiam est ipso Iure nulla, & àn, &
quandò cōcedere valeat executionem

contrà bona hæreditaria. Executio relaxari nequit contrà hæredem tanquàm morosum non liquidato statu hæreditatis. Hæres beneficiatus non potest pati capturam vti recusantem præstare bona inuentariata, nisi habuerit terminum probatorium, licèt sit concessa cum Clausula, *Quatenus res hæreditariæ sufficerent*. Declaratur *Stat. Luc. cap.* 113. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

Inuentarium semper præseruat hæredem adeuntem in eo statù, in quo erat ante aditam hæreditatem, adeò vt nullum damnum pati valeat. num. 1.

Inuentarij natura est, adeuntem penitùs illæsum conseruare. num. 2.

Inuentarij confectio conseruat hæredi omnia Iura, perindè ac si ipse hæreditatem non adiuisset. n. 3.

per Inuentarij confectionem hæreditas habetur, ac si esset vacans. num. 4.

Inuentarij natura est præseruare, nè fiat confusio, adeò vt perindè sit, ac si hæreditas esset iacens. num. 5.

Inuentarij beneficium præseruat omnes actiones hæreditatis competentes, & quoad damnum vitandum constituit, ac si hæreditas non fuisset adita. num. 6.

Inuentarium operdtur, quòd bona hæreditaria sint loco vnius, & hæres loco alterius personæ penitùs distinctæ. num. 7. *Ampliatur. num.* 8.

Hæres cum beneficio Inuentarij repræsentat duplicem personam, scilicèt suam, & hæreditatis. num. 9. *Ampliatur. num.* 10.

Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij potest condemnari, vt soluat Creditoribus defuncti de bonis tantùm hæreditatis, & non proprijs. num. 11. *Ampliatur. num.* 12. *Declaratur Ampliatio. num.* 13.

Inuentarium non liberat hæredem à vexationibus litium, & à molestijs, cùm etiàm eo confecto Creditores non reijciantur, sed debeant satisfieri, & de eorum Iuribus discuti. num. 14.

Inuentarij beneficium omninò tollit vexationes passiuas facti ex parte ipsius hæredis. num. 15.

Sententia contrà sententiam est ipso Iure nulla. num. 16.

Sententia si concedat executionem consumandam in bonis hæreditarijs, debet antè omnia fieri liquidatio hæreditatis, & illius bonorum discussio. n. 17.

Hæreditatis liquidatio, & illius bonorum discussio non facta, minimè constituit in aliqua mora, & ob id aduersus hæredem tanquàm morosum executio personalis relaxari nequit. nu. 18. *Ampliatur. num.* 19.

Inuentarium in dubio semper præsumitur ritè, et rectè factum, donèc de contrario non constet, vndè prò illius validitate est facienda interpretatio. n. 20. *Ampliatur. num.* 21.

Inuentarium non præsumitur habere in se errorem, nisi concludentissimis probationibus luce clarioribus probetur. num. 22. *&* 23.

Terminus probatorius in omni Iudicio est concedendus. num. 24.

Termino probatorio denegato, nihil potest dici iustificatum contrà petentem eum. num. 25.

in Hæredem, cui fuit denegatus terminus probatorius, non potest decerni captura, tanquàm morosum, & recusantem præstare bona in Inuentario descripta. num. 26.

Hæredes beneficiati purgant moram per solam oblationem, etiamsi facta sit cum Clausula, Quatenùs res hæreditariæ sufficiant. *num.* 27.

Statut. Luc. cap. 113. lib. 1. *Declaratur. num.* 28.

Hæredes beneficiati per solam oblationem liberantur, cùm ad ipsam tantùm teneantur, & non vltrà. num. 29.

Absolutio ab expensis fieri potest ambabus partibus ex causis Iudicanti benevisis. num. 30.

Decisio XXXIX.

SPect. Federicus de Federicis de anno 1641. extitit fideiussor euictionis pro Sp. Iosepho de Bartholomæis ad fauorem Ioannis Panicalis, & Catharinæ eius vxoris occasione cuiusdam domus ab eo venditæ pro pretio scutorum 440. dictis Iugalibus, prout apparet per publicum Instrumentum rogatum manu Ser. Antonij Carelli de anno 1641. die 9. Iulij, & cùm d. D. Ioseph vitam cum morte commutauerit, relictis post se duobus eius filijs, qui mediante persona eorum matris tutrice, & curatrice, adiuerunt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij; Quapropter d. Sp. Federicus de Federicis egit aduersùs præfatos filios, & hæredes beneficiatos olim. Sp. Iosephi Bartholomæi remedio *cap.* 166. *lib.* 1. *Stat. Luc.* pro præfata summa scutorum 440., pro qua ipse intercesserat, & etiàm pro omnibus damnis, & interesse passis, coràm Perillustri D. Iudice Ordinario, & obtinuit sententiam fauorabilem cum concessione executionis tàm prò sorte principali, quàm pro expensis, & interesse iuxtà taxationem faciendam, exequendæ, & consumandæ contrà bona hæreditaria d. q. Sp. Iosephi de Bartholomæis, vt latiùs habetur ex rogitu Ser. Bernardini Pieraccini de anno 1655.

Et

Et non contentus d. Sp. Federicus de tali
pronuncia, iterùm adiuit d. Iudicem prima-
rum Instantiarum requirendo præfatos hære-
des ad sibi consignandū tot de bonis hæredi-
tarijs d.q.Sp. Iosephi ascendendis ad summam
dd. scutorum 440. & in casu recusationis ad
videndum contrà ipsos executionem persona-
lem relaxari, vt constat ex actis eiusdem Ser.
Bernardini Pieraccini de annò 1655. in qui-
buscùm dd. hæredes se se opposuerint, in hæ-
reditate prædicta nō superesse bona, ex quibus
Sp. Federicus posset satisfieri, ad quem effectū
exibuerunt inuentarium, & obtulerunt, se
promptos præsentare res, & effectus hæredi-
tatis, si qui superessent, vt detur locus petitio-
ni, protestando in actis sub die 10. Decembris
16 quòd per eos non stat, & petendo sibi
assignari tempus congruum ad liquidandum
bona dictæ hæreditatis; & non obstantibus dd.
oppositionibus factis à præfatis hæredibus,
dictus D. Iudex à quo pronunciauit cōtrà eos,
& executionem relaxauit tàm cōtrà personas,
quàm contrà bona propria, à qua sententia
interposito recursu ad Rotam. Hodie dubi-
taui coràm DD. meis, an d. sententia esset in-
firmanda, vel confirmanda, & DD. vnanimi-
tèr vna mecum dixerunt, esse reformandam
in ea parte concernente personas, & bona
propria dictorum hæredum, & exequatur in
bonis hæreditarijs q.Sp.Iosephi iuxtà tenorem
primæ sententiæ.
1 Moti potissimùm, quòd Inuentarium semper
præseruat hæredem adeuntem in eo statu, in
quo erat antè aditam hęreditatem, adeò quòd
nullum damnum pati valeat, *l. fin. §. Etsi præ-
fatam, & §. In computatione C. de Iur. deliberan.*
2 Cùm ipsius natura sit, adeuntem penitùs illæ-
sum conseruare, *Donadeu. de renunciat. cap. 29.
num. 89. Nig. de execut. rei Iudic. cap. 14. §. 5.
nu. 27. Salgad. in tract. labyrinth. Credit. par. 1.
cap. 9. à num. 27. cum plurib. seqq. Peer. Ridol-
phin. in sua prax. Iudiciar. par. 1. cap. 8. n. 252.
3 Rot. apud Coccin. decis. 151. num. 1. & 2.* Ità vt
confectio Inuentarij conseruet hæredi omnia
Iura, perindè ac si ipse hæreditatem non adi-
uisset, *Glos. & DD. in d. l. fin. §. Etsi præfatam;*
4 Et sic hæreditas in tali casu habetur, quemad-
modùm si esset iacens, *Gratian. discept. forens.
cap. 998. num. 2. Menoch. cons. 203. num. 27. et
seqq. Surd. cons. 143. n. 40. D. Lælin. Altograd.
5 cons. 62. sub num. 1. 2. & 3.* Vbi ex aliorum
voto asserit Inuentarij naturam esse, præser-
uare, nè fiat confusio, adeò vt perindè sit, ac si
hæreditas esset iacens, *Fontanell. decis. 46. n. 12.
& 13. Rot. decis. 331. num. 1. par. 5. diuers.* &
latissimè fuit firmatum *per me etiam in nouissi-
ma ad Surd. addit. decis. 92. num. 5. Rot. post
Salgad. tract. labyrinth. Credit. dec. 50. nu. 28.
6 & 29.* Vbi latè, & quòd sit speciale beneficium
Inuentarij, ùt omnes actiones hæredi con-
petentes præseruet, & quoad damnum vitan-
dum constituat eum, ac si hæreditatem non
adiuisset, proùt latissimè in istis terminis fuit
firmatum *in Romana Vineæ 24. Martij 1651.
7 coràm bo. mem. Peutingero §. nèc refert*, in tan-
tùm, ùt operetur, quòd bona hæreditaria sint
loco vnius, & hæres loco alterius personæ pe-
nitùs distinctæ, *Donaden. d. tract. de renunt. cap.
13. num. 52. & cap. 29. num. 88. Salgad. d. suo
8 tract. cap. 9. num. 27. & seqq. par. 1.* ac etiàm
operetur, ùt secernantur bona, & hæredum
Persona non sit obligata, *Monticul. tract. de
Inuentar. pag. mihi 64. num. 11. Surd. cons. 7. n.
32. Seraphin. decis. 842. num. 4. 5. & 6.* & sic
9 hæres cum tali beneficio repræsentet duplicē
personam, scilicèt suam, & hæreditatis *ad tra-
dita nouissimè per Altograd. cons. 59. num. 29. &
34. lib. 1.* & fuit firmatum *per me etiàm in nouis-
sima ad Surd. addit. decis. 132. num. 7. & 8.*
10 Quippè quòd hoc etiàm opituletur hæredi,
etiàm hæreditate existente soluendo, *Surd. de-
cis. 318. num. 4. & seqq. Gratian. discept. forens.
cap. 116. col. 1.* cum alijs citatis *per Hodiern. ad
Surd. decis. 30. num. 14. cum seqq.*
11 Et licèt hæres quoq. cum beneficio legis, &
Inuentarij possit condemnari, ùt soluat Cre-
ditoribus defuncti; Tamèn intelligi oportet,
condemnari dumtaxàt posse respectù bono-
rum hæreditatis, non autèm suorum, *ad tra-
dit. per Fabr. in suo Cod. lib. 2. tit. 4. difinit. 14.
num. 11. & lib. 3. tit. 23. difin. 1. num. 4. Salgad.
citat. tract. labyrin. Credit. par. 3. cap. 1. num.
87. Nig. de execut. rei Iudic. cap. 14. §. 5. n. 23.*
12 quod etiàm procedit dato, quòd hæres pro-
prio nomine soluere se obligasset, *Salgad. ubi
supr. cap. 11. num. 93. par. 3. Mart. suo met. ff.
nouiss. verb. hæres cap. 71. & cap. 87. lib. 5. ex
decis. Vinc. de Franch. 323. & 648. Nouar. quæst.
forens. lib. 2. quæst. 41. num. 7. Thor. in 2. par. com-
pend. decis. verb. exceptio discussionis Inuentarij
circà fin. vers. quasi quòd eo casù teneri non vi-
deatur*, & fuit etiàm firmatum *per me in mea
13 ad Surd. addit. decis. 30. num. 4. & 5.* Dummo-
dò specialitèr præsato beneficio non sit renun-
tiatum, & *ibid.* fundatur.
14 Et licèt Nos non lateat, quòd Inuentarium
non liberet hæredem à vexationibus litium, &
à molestijs; Cùm etiàm eo confecto Credito-
res non repellantur, sed debeant satisfieri, &
de eorum Iuribus discuti, *Marescot. variar. re-
solut. lib. 2. cap. 98. num. 12. & 13. Rot. decis.
125. num. 2. par. 2. tom. 1. in recollectis per Fari-
nacc. Gratian. discept. forens. cap. 116. num. 17.
15 Surd. decis. 30. num. 4. 31. & 34.* Tamèn semper
est

est verum dicere, quòd d. beneficium omninò
tollat vexationes passiuas facti ex parte ipsius
hæredis, *Salgad. vbi supr. d. cap. 9. par. 1. num.
31. cum plurib. seqq.*

Secundum fundamentum decisionis fuit,
quià cùm in prima sententia fuerit firmatum,
executionem esse consumandam in bonis hæ-
reditarijs, quæ sententia transitum fecit in iu-
dicatum, non poterat D. Iudex Ordinarius ad-
uersùs eandem nouitèr pronunciare, præfa-
tam executionem esse consumandam in per-
16 sonis hæredum, & talis sententia, tanquam
contrà aliam latam, & in Iudicatum transa-
cta, fuit ipso Iure nulla, *l. 1. Cod. quandò prouoc.
non est necessar. Crauett. cons. 163. num. 4. Magon.*
17 *decis. Lucen. 73. num.* 4. Quapropter cùm pri-
ma sententia relaxauerit executionem consu-
mandam in bonis hæreditarijs, ante omnia
debebat fieri liquidatio hæreditatis, & illius
bonorum discussio, *ad tradit. per Petr. Anguss-
sol. cons. 83. num. 1. & 2.* & serò *per tot. D. Lel.*
18 *Altograd. cons. 84. num. 149. lib. 1.* Ideòq. antè
præfatam liquidationem, siuè discussionem
in aliqua mora constitui, & aduersùs eos, tan-
quàm morosos, executio personalis relaxari
non poterat, *Caball. cons. Ciuil. 131. num. 1. &
2. cum seqq. Anguissol. d. cons. 83. num. 2. 3. & 7.*
19 Tantò magis attenta dd. hæredum oblatione
in actis facta de bonis hæreditarijs, quatenùs
aliqua superessent, cùm ipsis tantùm sufficie-
bat, si dixissent Sp. Federico, accipias bona,
& nos consensum præstabimus, ùt in terminis
tradit *Alciat. cons. 30. num. 2. tom. 1. Rolan. tract.
de Inuentar. par. 4. §. alias & noua est vtilitas,
Surd. d. decis. 318. à num. 4. vsq. ad fin. Phanuc.
de Inuentar. par. 5. num. 153. Cancer. variar. re-
solut. lib. 3. tit. de Inuentar. num. 139. vers. ve-
rùm.*

Quibus omnibus non obstat illud, quod per
Informantes fuit primo loco adductum, asse-
rendo, quòd in dicto Inuentario, per dictos
hæredes producto, adesset error in longè ma-
iori summa eius in ipso descriptæ, ac alia
etiàm circà d. Inuentarij inualiditatem.

20 Quià fuit primò responsum, quòd Inuenta-
rium in dubio semper præsumitur ritè, & rectè
factum, donèc de contrario non constet, &
ob id facienda est interpretatio prò validitate
illius, *l. Gallus §. quidā rectè ff. de liber. et posthum.
cap. nisi de praben. l. cum testamento §. hac verba,*
& ibi *Bald. ff. de haredib. instituen. Crauett. cons.
1. prò Genero num. 475. Alex. cons. 13. num. 6.
vers. & pracipuè lib. 1. Crescent. decis. 6. de pra-
sumpt. Mantic. decis. 344. num. 8. Rot. decis. 9. n.
1. par. 2. diuers. & decis. 597. nu. 1. in fin. par. 4.*
21 *recen.* quæ præsumptio est talis efficaciæ, ùt
cæteris omnibus anteferatur, *Rot. d. decis. 9.*
22 *num. 25. par. 2. diuers.* Neq. etiàm error præsu-
mitur in Inuentario, *l. cùm de indebito §. fin. ff.
de probat. Menoch. cons. 658. num. 6. Rot. apud
Clementem Merlinum decis. 711. num. 8. tom. 2.*
23 Nisi concludentissimis probationibus luce
clarioribus probetur *Bertett. cons. 77. num. 6. &
7. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 2. de Inuentar.
num. 13. Rot. apud eundem Merlin. decis. 796.
num. 3. tom. 2.*
24 Secundò fuit responsum, quòd cùm per par-
tem dd. hæredum fuerit institum, dari termi-
num ad liquidandum, siuè probatorium, qui
in omni Iudicio necessariò venit concedendus
iux. tex. in l. 1. vbi *Bart. & DD. Cod. de dilation.
Marant. in specul. act. 3. par. 6. num. 15. Conrad.
prax. Ciuil. §. 2. tit. de dilat. num. 1. Cassador. dec.
3. num. 1. eod. tit. de dilat. Donad. de renuntiat.*
25 *cap. 32. num. 230.* & cùm fuerit sempèr dene-
gatus, per consequens nihil potest dici iustifi-
catum aduersùs dictos hæredes, *ad tex. in l. 1.*
26 *ff. de separat. bonor.* Ità ùt ex hoc non potue-
rint in mora constitui circà præsuppositam
recusationem præstationis bonorum in Inuen-
tario descriptorum ad affectum, ùt contrà ip-
sos potuisset decerni captura, *ad tradit. per
Phanucc. de Inuentar. par. 5. num.* 130. Cùm
27 talem moram, ùt suprà fuit demonstratum
purgauerint per solam oblationem, etiàmsi
facta sit cum clausula, *Quatenùs res hæreditaria
sufficerent, Glos. in l. obsignat. Cod. de solut. Bald.
in l. acceptam num. 10. Cod. de vsur. Anguissol. d.
cons. 82. num. 8.* & consequentèr error præfa-
tus non potest allegari, nisi priùs facta liquida-
tione iuxtà petita, licèt denegata.
28 Secundò non obstat dispositio statutaria
cap. 113. Statutorum Vniuers. lib. 1. Nàm ipsa
solùm executionem personalem concedit ad-
uersùs hæredes beneficiatos, cùm recusent sa-
tisfactionem dare de bonis hæreditarijs, &
quatenùs vires hæreditariæ sufficiant, facta
tamèn liquidatione, ùt suprà, & prò ea facien-
da, dato competenti termino, quià tunc benè
procedunt dicta in obiecto tàm *de Iure Com-
muni,* quàm *de Iure Statutario* huius inclytæ
Reip.; At secùs quandò hæredes non sunt in
causa, & dolo carent, ùt Creditores eorum
credita non consequantur; Quemadmodùm
dolo carere præfatos hæredes in præsenti casù
fuit visum, cùm in actis pluriès protestati fue-
29 rint, se esse promptos &c, ac obtulerint sa-
tisfacere &c. per quam solam oblationem
vel hæredes beneficiati, fuerunt liberati, cùm
ad ipsam tantùm tenebantur, & non vltrà,
*iux. tex. express. in l. fin. §. et si prafatam Cod. de
Iur. deliberan. Angel. cons. 31. Anguissol. cons. 83.
num. 8. Gratian. citat. discept. 116. num. 18.
& 19.*

Absol-

30 Absoluimus tamèn ambas partes ab expensis ex multis causis animum nostrum mouentibus, *ad tradit. per DD. in l. properandum §. sin autèm alterutra Cod. de Iudic.*

Et ità fuit decisum vtraq. parte informante.

ARGVMENTVM.

Repudiatio hæreditatis apparens ex Instrumentis dicitur probatio probata, & manifesta, & reijcit qualitatem hæreditariam, ac fideiussionem præstandam per hæredem à statuto requisitam, & àn in filijs stante repudiatione, ùt suprà, præsumatur mutatio voluntatis, ac semel repudiata hæreditas ampliùs adiri possit. Hæreditas etiàm opulenta, & lucrosa àn præsumatur adita, præsertìm inter personas rusticas, & quandò dicatur adita per filium ob continuationem possessionis bonorum possessorum à patre, secuta declaratione repudiationis. Possessio bonorum per patrem possessorum non inducit præsumptionem qualitatis hæreditariæ in filijs, seù descendentibus, maximè concurrente alio titulo.

SVMMARIVM.

Intentio fundata super Instrumentis repudiationis hæreditatis facit probationem probatam, & rem manifestam. num. 1. & ob id quis non potest grauari ad præstandam fideiussionem requisitam à Statuto in hærede. num. 2.

Repudiatio infringit, ac penitùs tollit qualitatem hæreditariam. num. 3.

Hæreditas semel repudiata non potest ampliùs à repudiante adiri. num. 4.

Immixtio in hæreditate vtì quid facti non præsumitur, sed per probationes explicitas, & necessarias est probanda. num. 5.

Hæreditas adita nunquàm præsumitur, nèc de ea doceri potest, nisi in actis producatur. num. 6.

Aditionem hæreditatis allegans eam plenè, & concludentèr probare tenetur, etiamsi hæreditas esset opulenta, & lucrosa. num. 7. & de ratione, num. 8.

Voluntatis mutatio in filijs non præsumitur stante Instrumento expressæ repudiationis hæreditatis. num. 9. Ampliatur. num. 10. & 11.

Hæreditatis aditio àn inducatur in filio per continuationem possessionis bonorum possessorum à patre, etiàm secuta declaratione repudiationis eiusdem. num. 12. 13. & 14.

Aditio licèt hæreditatis opulentæ nunquam potest induci, non probato per hæredem facto aliquo actù extrinseco, seù positiuo, qui exerceri non potuisset citrà Ius, & nomen hæredis. num. 15.

Possessio sola bonorum hæreditatis non probat filium esse hæredem, si secum deferat Ius pignoris, vel legati &c. aliundè ipsi competens, prò quibus Iuribus in dubio est præsumenda. num. 16.

Possessio ex vtiliori causa est iudicanda, quandò concurrunt in eadem persona duplex causa possidendi. num. 17.

Possessionem licitum est habere ex pluribus causis, num. 18.

Filius ergò hæres procedit tantùm in agendo, non autem in conueniendo. num. 19. Ampliatur. n. 20.

Hæreditas adita à descendentibus non præsumitur per possessionem bonorum, quæ Antecessores possiderunt, vel possidebant, nisi probetur. num. 21. Ampliatur si concurrat alius titulus fauore eorundem. num. 22. & 23.

Possessio non inducit hæreditatis aditionem, si bona remansa post obitum patris constet esse linellaria, & ad filios spectare alio titulo, quàm hæreditario. num. 24.

Possessio in filijs quorumcunq. bonorum remansorum in hæreditate paterna est adscribenda alijs iustificatis titulis, quàm hæreditario, & eò magis stante declaratione, & repudiatione ipsorum. n. 25.

Aditio hæreditatis non præsumitur in hæreditate damnosa, & debitis implicita, cùm quilibet censetur magis velle eius conditionem meliorare, quàm deteriorare. num. 26.

Aditio hæreditatis non præsumitur in personis rusticis, nisi appareat fecisse actus citrà Ius, & nomen hæredis. num. 27.

Aditio hæreditatis non censetur facta, si filius possideret bona paterna prò matris dote, etsi possideret domum summam sibi debitam excedentem. num. 28.

Aditio hæreditatis non inducitur per solam bonorum retentionem. num. 29.

Hæreditas fratris àn, & quandò dicatur adita à fratre, qui cum eo in communi viuebat, supèr quo declaratur tex. in l. duo fratres ff. de acquiren. hæredit. *num. 30. 31. & 32.*

Filio etiàm prò modica summa competit retentio omnium bonorum paternorum pro dotibus maternis vigore hypothecæ generalis. num. 33.

Sententia prima reportata vtraq. pars absoluitur ab expensis. num. 34.

Deci-

Deciſio XL.

FRanciſcus Sanctorus de menſe Februarij præſentis anni 1656. citari fecit Paſquinum, Laurentium, & Ioannem, ac Leonardum fratres, & filios q. Hieronymi Paſquini Sanctori de Subgromineo vtì hæredes eorum patris, ad dicendum cauſam, quarè contrà eos procedi non poſſet ad quamlibet executionem realem, & perſonalem prò ſumma ſcutorum 55. vigore publici Inſtrumenti manù Ser Io. Baptiſtæ Gemignani ſub die 12. Auguſti 1644. cum Clauſula, ſeù commiſſione, quòd quarentùs comparerent, non eſſent audiendi, niſi præſtito fideiuſſore idoneo, & approbato *iuxtà diſpoſit. Stat. in cap. 121. lib. 1.* Cùmq. prædicti fratres ſub die 8. Martij comparuerint, aſſerendo, ac allegando ſe non eſſe, nec eſſe velle hæredes dicti eorum patris; Quinimò illius hæreditatem repudiaſſe mediantibus publicis Inſtrumentis, nempè vno celebrato manù Ser Paulini Caſoli ſub die 20. Septembris 1656. & altero 2. Octobris 1649. manù eiuſdem, prout in actis, quibus &c. Quapropter Iudex Ordinarius aſſignauit terminũ ſex dierum vtilium ad probandum *iux. form. cap. 121. lib. 1. Statut.* In quo quidèm termino Actor, nomine, ùt ſuprà, produxit nonnulla capitula clauſa ad effectum probandi d. aditionem mediante poſſeſſione bonorum olim poſſeſſorum à q. Hieronymo eorum patre: Verùm factis, & datis reſponſionibus, & replicationibus per dd. fratres Reos conuentos, ſcilicet bona per eos poſſeſſa, & relicta poſt mortem dicti Hieronymi, vel eſſe liuellaria, & ad ipſos Iure proprio ſpectare; Vel quatenùs adeſſet aliqua illorum pars libera, ab illis detineri prò credito dotium maternarum in ſumma ſcutorum 65. vigore publici Inſtrumẽti manù Ser Fabritij Calcei ſub die 11. Octobris 1604.; Nec non à Laurentio altero ex dd. fratribus retineri prò dotibus Eliſabeth eius vxoris receptis per d. q. Hieronymum eius patrem in ſumma ſcutorum 60., ſupèr quibus fuerunt producta capitula, ac ſupèr eis teſtes fuerunt examinati: Nihilominùs ſub die 2. Septembris præſentis anni D. Index Ordinarius pronunciauit dd. fratres non eſſe in præſenti Iudicio abſquè fideiuſſione audiendos &c. A qua ſententia interpoſito recursù ad Rotam, hodiè propoſui dubium an d. ſententia eſſet infirmanda, vel confirmanda, & DD. dixerunt reformandam eſſe ad fauorem dictorum fratrum.

Etenim cùm actum fuerit contrà prædictos
1 fratres, vtì hæredes patris, & ipſi habeant intentionem fundatam ſupèr Inſtrumentis repudiationis aſſertæ hæreditatis, quæ nulli dubium eſt, facere probationem probatam, & rem manifeſtam, *l. ad probationem Cod. de probat. l. pecunia Cod. de ſolut. Dec. conſ. 423. num. 9. & 10. Decian. conſ. 66. n. 58. lib. 3. Rot. apud Mantic. deciſ. 26. num. 1. & deciſ. 135. num. 1. par. 6. recent. Rot. noſtra per Zuccar. deciſ. 63. num. 3. & apud Merlin. deciſ. 22. num. 7.* Ideòq.
2 non poterant dd. fratres grauari ad præſtandam fideiuſſionem *iux. form. d. cap. 121. lib. 1. Stat.* Cùm in eo apertè caueatur, fideiuſſionem non eſſe adhibendam ab eo, qui negauit ſe hæredem debitoris, niſi verè conſtiterit,
3 quòd ſit hæres; Repudiatio enim infringit, ac penitùs tollit qualitatem hæreditariam, ùt in terminis fuit deciſum *per Rot. apud Clement.*
4 *Merlin. dec. 539. num. 2.* Et qui ſemèl repudiauit hæreditatem, non poteſt ampliùs illam adire, *ad tex. expreſſ. in l. ſicut maior Cod. de repud. vel abſtin. hæredit.* quem in terminis expendit *ead. Rot. deciſ. 103. num. 17. apud eund. Merlin.*

Vltrà quàm quòd prò parte Actoris non fuit iuſtificatum, dd. fratres, non obſtante dicta repudiatione Inſtrumentali, ſe immiſcuiſſe in hæreditate paterna, quod tamèn, vtì fundamentum eius intentionis, erat plenè proban-
5 dum; Non ſolùm quià talis Immixtio, vtì quid facti, non præſumitur, & conſequentèr per probationes explicitas, & neceſſarias erat probanda, *l. 2. & 3. ff. de Interrogat. actionib. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 3. & apud eund. Mantic. deciſ. 198. num. 5. apud Clement. Merlin. deciſ. 888. nu. 2.* & poſt
6 *Cenc. de cenſib. deciſ. 280. num. 3.* Vbi quòd hæreditas adita nunquàm præſumatur, nec de ea doceri poſſit, niſi in actis producatur, *ead. Rot. deciſ. 655. num. 2. lib. 3. diuerſ. de Franch. deciſ. 80. num. 8. Surd. deciſ. 154. num. 18. Rot. apud*
7 *Buratt. deciſ. 279. num. 5.* & ſic qui aditionem hæreditatis allegat, eam plenè, & concludentèr probare tenetur, etiamſi hæreditas eſſet opulenta, & lucroſa, *Præſes de Franch. dec. 60. num. 3. 10. & 22. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99. num. 3. Caualer. deciſ. 431. num. 1. Gaſp. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 51.* latiſſimè *Vrſell. in ſuis Concluſion. concl. 51. num. 6. & 8. Merlin. Pignatell. controuerſ. centur. 1. cap.*
8 *89. num. 11.* & ratio eſt, quià animus, in quo conſiſtit aditio, debet verbis, & factis demonſtrari, *l. gerit. & l. prò hærede ff. de acquiren. hæ-*
9 *redit.* Verùm etiàm quià ſtante præfato Inſtrumento expreſſæ repudiationis, non præſumitur mutatio voluntatis in filijs, in ſpecie firmant *Matt. de ſucceſſ. legal. par. 4. qu. 14. art. 2.*

num.

num. 18. *Surd. decis.* 267. *num.*4. Dato etiàm
10 quòd possiderent bona hæreditaria, vt non
præsumatur, repudiationem, seù abstentio-
nem reuocasse, & sic aditio ex tali possessione
non inducatur, nisi de eorum volūtate adeun-
di clarè constet *ex tex. in l.* 1. vbi *Glos. verb. pro-*
batum Cod. de repudian. hæred. latè *Gargiar. pa-*
troc. 15. *Paschal. de virib. patr. potest. par.* 4. *cap.*
1. *num.* 24. *Facbin. cons.* 32. *num.* 9. *lib.* 1. Quod
11 adeò verum est, etiamsi filius non doceat de
titulo talis possessionis, ùt potiùs præsumatur,
quòd rem furto subtraxerit, quàm quòd ab-
stentionem, & repudiationem reuocauerit;
Et ideò non vtì hæres, sed vtì iniustus occupa-
tor tenetur rem dimittere Creditoribus hære-
ditatis, *ad tex. express. in l. seruum quis in fin.* §.
hac verba, & ibi *Bart. in princ. Bald. num.* 1. *Imol.*
sub num. 2. & 4. *Castr. sub num.* 8. *in fin. ff. de*
acquir. hæredit.

Nec vrgere visæ fuerunt depositiones te-
stium prò parte Actoris examinatorum; Ex
12 quo deponant, dd. fratres possidere domum,
& alia bona stabilia à d. Hieronymo eorum
patre possessa; Et sic in eorum possessione cō-
tinuare velle; Ità quòd ex tali possessione om-
ninò aditio hæreditatis inducta dicatur, *l.* 1.
& 2. *Cod. de repud. hæredit. Mascard. conclus.* 45.
num. 1. *Mantic. de coniect. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 8.
Rot. apud Ludouis. decis. 7. *num.* 1. & *seqq.* & *dec.*
98. *num.* 1. *Lepid. decis.* 40. *vers. aditio.*

13 Fuit enim responsum primò, quòd ex præ-
fata repudiatione, & declaratione Instrumen-
tali facta per dd. fratres Reos conuentos sta-
tìm secuta morte d. q. Hieronymi eorum pa-
tris, resultat, quòd actus ipse possessionis vtì
dubius, & æquiuocus cedat declarationi, ex-
presè factæ ab eisdem fratribus; Nèc potest
operari immixtionem, nèc aliquem esse, vel
fuisse hæredem, *l. prò hærede in princ. ff. de acqui-*
ren. hæredit. Aretin. cons. 23. *num.* 11. *vers. secun-*
da ratio est, Surd. decis. 267. *num.* 8. *Magon. decis.*
Florentin. 64. *num.* 33. *Mascard. de probat. con-*
clus. 44. *num.* 20. & *seqq. Gratian. discept. forens.*
lib. 4. *cap.* 706. *num.* 34. *Rot. apud Gregor. decis.*
165. *num.* 2. *Vrsell. d. conclus.* 51. *num.* 81. Imò
14 quòd neque aditio præsumatur dato, quòd in
casù præsenti repudiatio non probaretur,
proùt probatur *in punct. Rot. apud Caualer. dec.*
531. *num.* 9. *idem Vrsell. d. conclus.* 51. *num.* 63.
in fin. & fuit latissimè firmatum *in Bononien.*
fideicommiss. de Blanchis Veneris 14. *Decembris*
1646. *coràm Reuerendiss. Terraconen.* §. *Rur-*
sùs.

15 Vndè non probato, per d. hæredem facto
aliquo actù extrinseco, & positiuo, qui exer-
ceri non potuisset citrà Ius, & nomen hæredis;
aditio nunquàm potest induci etiàm hæredi-
tatis opulentæ, ùt suprà etiàm dictum est, &
fundat eleganter imò defendit *Menoch. de præ-*
sumpt. lib. 4. *præsumpt.* 99. *per tot. per tex. sin-*
gular. in l. poenie C. de Iur. deliberan. & pluribus
confirmat *Andr. Gayll. lib.* 2. *practic. obserua-*
tion. obseruat. 128. *Rot. apud Ludouis. decis.* 7. &
decis. 98. *num.* 4. & *decis.* 460. vbi *Beltramin. in*
addit. cum Alijs *per Merlin. Pignatell. controuers.*
16 *centur.* 1. *cap.* 89. *num.* 12. Prætèr quàm quòd
sola possessio bonorum hæreditatis non pro-
bat, filium esse hæredem; Maximè quandò po-
test, proùt inferiùs dicam, illa referri ad aliud
Ius, puta pignoris, vel legati, vel alterius titu-
li, qui aliundè hæredi competeret, & in dubio
ità sempèr præsumendum est, ùt in terminis
ratiocinatur *Gayll. citat. obseru.* 128. *num.* 14. &
15. *Mascard. de probat. conclus.* 1261. *num.* 51.
52. 53. & *seqq. Menoch. lib.* 4. *de præsumpt. præ-*
sumpt. 99. *num.* 2. & 3. *lib.* 4. & *præsumpt.* 101.
num. 34. & *seqq. Rot. in vna Roman. adition. hæ-*
redit. coràm Penia, quæ est *in eius impress. decis.*
1541. & relata *per Beltramin. ad Ludouis. decis.*
98. *num.* 7. & *decis.* 460. *num.* 10. & ratio est,
quià quilibet præsumitur possidere eo Iure,
17 quod sibi vtiliùs est; Maximè concurrente in
eadem Persona duplici causa possidendi, ex
vtiliori iudicandum est possidere, *ad tex. in l. si*
paterna, & *ibi DD. Cod. de repudiat. hæred. Gra-*
zarell. decis. 45. *num.* 4. & fuit latissimè firma-
tum *in Bononien. fideicomm. de Blanchis* 14. *De-*
cembris 1646. *coràm Reuerendiss. Roias* §. *Rur-*
sùs, & §. *Nihil obstat possessio*. Vbì loquitur in
18 fortioribus terminis: Cùm sit licitum possi-
dere ex pluribus causis, *l.* 3. §. *ex plurimis ff. de*
acquiren. possess. Rot. decis. 305. *num.* 5. & 6. *par.*
4. *tom.* 2. *recent.* & sunt *tex. in l.* 2. & 3. *ff. de In-*
terrogator. action. Aymon. cons. 33. *num.* 2. &
cons. 37. *num.* 4. *Decius cons.* 442. *num.* 15. *cum*
seqq. Roman. cons. 224. *num.* 2. cum Alijs *apud*
Manticam de Coniecturis lib. 12. *tit.* 9. *num.* 3.

19 Ex quibus prouenit intelligentia ad illam
regulam, scilicèt, filius ergo hæres, vt ipsa pro-
cedat tantùm in agendo; Non autèm cùm fi-
lius conuenitur, latè *Mart. Medic. dec. Senen.* 79.
20 ac etiàm procedit tantùm in fauorabilibus,
non autèm in odiosis, *idem Mart. Medic. exa-*
21 *min.* 50. *num.* 2. Nec descendentes possidendo
bona, quæ Antecessores possiderunt, vel pos-
sidebant, præsumuntur eorum hæreditatem
adiuisse, nisi probetur *Rot. apud Buratt. dec.* 589.
22 *num.* 14. *par.* 1. Maximè quandò alius titulus
potest concurrere fauore filiorum, *Buccafer.*
cons. 109. *num.* 1. & 2. *Francisc. Redenasch. cons.*
30. *num.* 197. 198. 199. & 200. & in his termi-
nis non contradicunt *Rot. apud Lepid. decis. Lu-*
cen. 140. *vers. neque enim*, & *Hodiern. ad Surd.*
decis. 267. *num.* 4. & 5. quià solùm de veritate

d. Concluſionis dubitant, quandò filius poſt
repudiationem facit actum, qui citrà Ius, &
23 nomen hæredis fieri nequit, qualis non po-
teſt dici poſſeſſio bonorum hæreditariorum,
quæ retineri valet ex alio titulo, *Monac. deciſ.
Lucen.25. ſub num.63. & ſeqq.* Vbì *ſub num.65.*
firmat, quòd ſtante declaratione filij, quòd
bona poſſideat ex alio titulo, omnis ſubmo-
uetur difficultas.

Quapropter cùm in casù, de quo agitur, nõ
ſolùm adſit expreſſa repudiatio, ex qua omnis
penitùs immixtio, ſeù aditio paternæ hæredi-
tatis eneruatur; Sed etiàm adſunt teſtium de-
poſitiones, prò vtraq. parte examinatorum in
24 præſenti Iudicio; Ex quibus manifeſtè patet,
Domum, & bona ſtabilia remanſa poſt obi-
tum d. q. Hieronymi fuiſſe, & eſſe liuellaria, &
ad dd. fratres ſpectare alio titulo; Ipſorum
itaquè poſſeſſio non inducit hæreditatis adi-
tionem, *ad doctr. Bart. in l. gerit num. 21. ff. de
acquiren. hæredit. Maſcard. de probat. Concluſ.45.
num.22. Menoch. lib.4. de præſumpt. d. præſumpt.*
101. *num.38.* ac etiàm ex Inſtrumentis dotali-
bus, dd. filios, & fratres reſpectiuè habere Ius
conſequendi dotes maternas, vnam in ſumma
ſcutorum 65. & alteram in ſcutis 100. & ſic
25 poſſeſſio præfata quorumcunq. bonorum re-
manſorum in dicta hæreditate paterna venit
adſcribenda præfatis titulis; Nec exindè re-
ſtringatur, quòd eò magis procedat ſtante
declaratione, ac ipſorum repudiatione, vt
*vltrà Bart. in d. l. gerit ſub num. 21. Maſcard. d.
concluſ. 45. num. 26. Mantic. de coniect. vltim.
volun. lib.12. tit.10. num.17.* ac etiàm quandò
26 agitur de hæreditate damnoſa, & debitis im-
plicata; Ex ratione quià quemadmodùm fa-
cilè aditio lucroſæ hæreditatis præſumitur; ità
facilè paritèr è conuersò damnoſæ hæredita-
tis repudiatio: Cùm quilibet cenſeatur velle
eius conditionem meliorare, non autèm de-
teriorare, *Cæſar de Graſſ. deciſ. 161. num. 8. &
apud Ludouiſ. deciſ. 460. num. 15. & 16. de Fran-
ch. deciſ. 80. num. 9.* & priùs *deciſ. 60. num. 9. &
22. Magon. deciſ. Florent. 148. num. 9. Vrſell. d.
27 concl. 51. num. 63.* & in Perſonis ruſticis non
præſumitur aditio, niſi appareat feciſſe actus
citrà Ius, & nomen hæredis, *ad doctr. Alex. in
l. ſi quis putat. in fin. verſ. ex verbis Bartoli ff. de
acquir. hæredit.* Vbi monet plùs quàm diligen-
tèr notandum.
28 Imò per vnum ex DD. dicebatur, quòd
dùm dd. fratres poſſidebant Domum pater-
nam pro dotibus maternis, prò quibus com-
petit ipſis retentio, ùt non per hoc inducta di-
catur aditio, & procedat etiàm dato, quòd
Domum poſſeſſam pretium dotium excede-
ret; Quià non poteſt Domus prò parte poſſi-
deri, nec præcisè prò concurrenti quantitate
inhabitari, ùt in iſtis terminis fundat *Flam.
Chartar. deciſ. Rot. Genuen. 124. Faber in ſuo Cod.
definit. 9. tit. de reb. hæredit. Vrſell. d. concluſ. 51.
29 num. 71. & 94.* Ità quòd per ſolam bonorum
retentionem aditio non inducatur *ad tradit.
per Rot. apud Caualer. deciſ. 504. num. 3.*
30 Et licèt per D. Informantem prò d. Actore
diceretur, quòd filius, qui poſſidet bona pa-
terna, quæ pluris valeant credito ſibi compe-
tente prò dotibus maternis, videtur ob poſ-
ſeſſionem illius pluris, hæreditatem paternam
adiuiſſe, *per tex. in l. duo fratres ff. de acquirend.
hæredit.* vbi *I. C.* monet fratrem nolentem eſſe
hæredem præmortui ab inteſtato fratris, nè in
re communi plùs ſua parte dominationem
interponeret, *Bald. conſ. 272. ſub num. 2. verſ.
tertia ratio eſt vol. 5. Cranett. conſ. 33. num. 14.
Maſcard. d. concluſ. 45. num. 38. Menoch. d. præ-
ſumpt. 101. ſub nu. 79. Chartar. d. deciſ. 124. n. 4.*
cum Alijs, qui allegari poſſent.
31 Attamèn iſtorum opinionem DD. mei duas
declarationes recipere dixerunt: Nempè pri-
ma ùt non procedat, quandò filius declarat,
& proteſtatur, quòd non intendit mediante d.
poſſeſſione paternam hæreditatem adire, quià
tunc illius declarationi eſt ſtandum, ùt opti-
mè declarat *Bald. d. conſ. 272. in illis verbis. Niſi
legitimè proteſtetur contrarium*, & ſic ſtante re-
pudiatione expreſsè facta per filium hæredita-
tis paternæ, non applicatur d. opinio ad latè
ſuprà fundata. Secundam verò declaratio-
nem eſſe, quòd vbi filio, vel alteri competit
Ius poſſidendi prò indiuiſo omnia bona pa-
terna, vel hæreditaria, non poteſt præſumi adi-
tio, licèt dd. bona plùs valeant credito ſibi cõ-
petenti; Quià tunc poſſeſſio potiùs attribui-
tur indiuiduæ communioni ad excludendum
titulum hæreditarium, ùt clarè deſumitur, *ex
32 eod. tex. in d. l. duo fratres.* Vbi firmatur, quòd
frater poſſidens rem, quæ erat communis cũ
defuncto fratre; Non indè arguitur, quòd vo-
lit eſſe hæres, & expreſsè ità declarant conclu-
ſionem *Menoch. conſ. 772. num. 11. & de præſum-
pt. d. præſumpt. 101. ſub num. 79. Chartar d. de-
33 ciſ. 124. num. 8.* Vndè ſi filio competeret Ius
retinendi omnia bona paterna prò dotibus
maternis vigore hypothecæ generalis com-
prehenſæ in Inſtrumento dotali, ùt ipſa non
reſtringatur ad bona æquiualentia; Sed etiàm
prò modica ſumma omnia bona debitoris
auocet, cùm ſit indiuidua, *ex notat. in l. quam-
diù Cod. de diſtract. pignor. l. creditor ff. eod. tit. l.
moſchis*, & ibi *Gloſ. in verb. poſſeſſorem, Bart. n.
1. verſ. nàm prò paruo ff. de Iur. Fiſc. Afflict. dec.
213. num. 4.* & ibi latè *Vrſill. in addit.* & fuit ità
deciſum *in hac Rot. in cauſa Laurentij Bandini*
cum

cum illis de Nardis Aromatarijs de anno 1636. *manù Bernardini Bernardi*, & priùs fuit firmatum in præcisis nosttis terminis *in causa de Lobricis cum Cappellettis* 2. *Octobris* 1632. *manù Laurentij Pieri fol.* 21. *à terg.* §. *Nec obstat*.

34 Absoluimus ambas partes ab expensis, ex quo Actor reportauerat primam sententiam pro se fauorabilem, *ad tradit per DD. in l. properandum Cod. de Iudic. Zucc. decis. Lucen.* 25. *vers. dictum autem sub num.* 28. Et Nos alibi passim &c.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè Informante.

ARGVMENTVM.

Manutentio àn, & quandò in facultatiuis competat, & impediatur. Quasi possessio an, & quandò probetur per actus, qui dederunt causam liti, & an probata circà vnum actũ, seu effectum prosit quoad alios actus, & effectus. Iter quid sit, & quid actus, sub quo àn compræhendatur currus. Extensio quasi possessionis de vno actu ad alium non impeditur per diuersitatem naturæ, & qualitatum, sed per diuersitatem specierum.

SVMMARIVM.

Testis vnicus sufficit in Iudicio manutentionis. n. 1.

Possessio non probatur per actus, qui dederunt causam liti, nec tribuunt aliquod Ius, sed est inspicienda potiùs causa. num. 2.

Manutentio non impeditur, nisi præsumptio habeatur vehemens, & probetur per concludentem probationem, quòd materia sit facultatiua. num. 3.

Iter quid sit, & quid actus. num. 4.

Actus vna cum iumentis comprahendit vehiculi ductum. num. 5.

Quasi possessio circà vnum actum inducitur quoad alios sub eadem specie comprahensos. num. 6.

Possessionis titulus, & causa probata transeundi cum iumentis comprahendit etiàm currum, cùm attendatur magis causa actus, quàm eius exercitium particulare. num. 7.

Quasi possessionis extensio de vno actu ad alium non impeditur per diuersitatem naturæ, & qualitatum, sed per diuersitatem speciei. num. 8.

Expensarum absolutio est facienda illi, qui habuit primam pronunciam pro se. num. 9.

Decisio XLI.

FVerat prò parte Iosephi Vannelli intentatum remedium possessorij summarijssimi *ad præscript. cap. Rot.* 59. Instando pro manutentione in possessione, seù quasi, mediantibus eius Conductoribus, eundi, & transeundi tàm pedestèr, quàm cum Bestijs, & currù per agrum possessum à Locumtenente Dominico Arrigho positum in Communi Antraccoli prò cultura bonorum per d. Vannellum conductorum ad fiuellum ab Opera S. Crucis, & prò recolligendis fructibus; Facta oppositione per d. Dominicum restricta tamèn, & limitata ad quasi possessionem eundi, & transeundi cum currù, instructo processu, & examinatis hinc indè testibus, Iudex primarum instantiarum præceptum simplicitèr, & absolutè reuocauit, à qua pronuncia interposito per d. Vannellum recursu ad Rotam, diximus, eam fuisse, & esse reuocandam, confirmando in omnibus præceptum ad fauorem ipsius Vannelli; Moti infrascriptis sane Iuris, & facti fundamentis.

Primò enim quoad quasi possessionẽ eundi, & trãseundi pedestèr, & cũ Bestijs prò parte Locũtenentis minimè fuit cõtrouersa, sed in eius prima comparitione dixit tantùm, partem Aduersam nunquàm fuisse in possessione, seù quasi eundi, & transeundi cum currù, ad quem actum redacta discussione causæ fuit per DD. animaduersum ex reuolutione processus Vannelli intentionem iustificari: Tres enim testes prò eo examinati iuxtà 8. Interrogatorium, & supèr primo, & secundo articulo deponunt, tàm ipsum, quàm eius Prædecessores ab antiquo tempore, & de anno 1656. & de præsenti 1657. mediantibus Cõductoribus fuisse in quasi possessione eundi, & transeundi per viam, seù semitolam existentem supèr agro detento per Locumtenentem Arrighum occasione culturæ, & recollectionis fructuum ex agro d. Vannelli, Ibi: *Non solo Pedoni, e Bestie da soma, ma anche con Carri, e Treggie, ò sijno Treggini con li boui*
1 *giusti*; Vndè si vnicus testis sufficeret in hoc Iudicio ad latè tradita *per Rot. decis.* 499. *n.* 4. *dec.* 515. *nu.* 13. *decis.* 547. *num.* 3. *& decis.* 597. *num.* 2. *post Post. de manuten.* Eò magis ex depositione trium testium iustificata fuit dicta possessio.

Nec obstare putarunt DD. vnicum fundamentum dicti Locumtenentis Arrighi, quòd talis quasi possessio fuerit præcaria, & quòd Conductores Vannelli transitum habuerint, præcipuè cum Currù super d. via ex permissione, & cum licentia ipsius Arrighi; Vltrà enim

exceptiones, quas patiuntur teſtes ab eo inducti, videlicèt ceſſionis bonorum, quam patitur Primus, & dictæ ceſſionis intentatæ per Tertiũ, cognationis ſpiritualis, quam habet ſextus cum d. Arrigho, & contrarietatis inter alios, & mendacij, præcipuè ſupèr ſtatu, & qualitate vitę tàm de præſenti, quàm de præterito, ex quibus dd. teſtes redduntur minùs integræ fidei; Maximè in concurſu aliorum teſtium, ſigillatim perpendendo eorundem teſtium dicta, minimè elicitur ſufficiens probatio ad fundandam allegatam exceptionem.

Primus enim iuxtà 10. & 11. Interrogatorium deponit de licentia petita à filio Matthæi Andreotti Conductoris Vannelli ad effectum eundi ad bona Eccleſiæ Antraccoli, & ſic nihil facit ad rem noſtram reſpectù bonorum Vannelli.

Secundus iuxtà 7. fol. 13. deponit de ſolito tranſeundi tàm ſupèr ſemitula exiſtente ſupèr bonis Locumtenentis, quàm ſupèr bonis Vannelli ſcilicèt: *Tanto à piedi, che col treggino, e con vna beſtia da ſoma, e con le Carra à tempi debiti, domandandone la licenza al Padrone, anco ſi ci paſſa, mà ſenza licenza eſſo non hà mai ſaputo, che ci ſi paſſi &c.* Quæ depoſitio eſt admodùm vaga, & generalis; Cùm comprehendat bona tàm Locumtenentis, quàm Vannelli, nec ſtrictè probat licentiam petitam, vt ſupponit à Conductore Vannelli; Imò quoad eam licentiam, & quòd abſquè ea nõ competat tranſitus, cùm dixerit: *Non hà mai ſaputo &c.* Quod non concludit, imò cùm deponat ſolitum tranſeundi cum treggino, ſupponit etiàm facultatem tranſeundi cum currù, vt infrà videbimus.

Idem ſecundus teſtis ſupèr ſextò articulo dicit: *Che eſſo crede, che ſe qualcuno foſſe paſſato ſopra detto Campo del Luogotenente con carro in tempo da far danno, ciò ſarebbe ſeguito di naſcoſto, e ſenza licenza, perche altrimente non ve lo haurebbe fatto paſſare;* Reddens cauſam ſcientiæ, quià ipſe petijt, & obtinuit d. licentiam, quæ depoſitio non concludit, tùm quia eſt de credulitate propria, tum quia percutit tempus, quo fieri poſſit damnum, & non debita tempora, tùm quia deponit de intentione Locumtenentis, & proprius actus licentiæ ab eo petitæ non poteſt alteri præiudicare.

Tertius ſubconductor Vannelli vltrà exceptionem, quam ſuprà innuimus intentatæ ceſſionis bonorum, iuxtà ſextum Interrogatorium deponit generalitèr: *Quando hà condotto detto campo da' Signori Vannelli hà domandato il paſſo da' Conduttori de beni, che conduce il Luogotenente &c.* Et tamèn certum eſt, nec pars hoc controuertit, tranſitum ſimplicitèr competere d. Vannello, ſed tãtùm controuertitur tranſitus cum currù; Vndè dignoſcitur affectata depoſitio, & eò magis cùm iuxta 7. dicat: *Il Conduttore del Sig. Vannelli è ſtato ſolito paſſare à piedi ſolamente*, in quo eſt falſus, & hæc falſitas ſufficit etiàm in id, quod ſubiungit: *Ma quando vi è voluto paſſare col carro, ò treggie, hà domãdato la licenza;* Prout etiàm quoad tranſitum cum treggia eſt contrarius ſecundo teſti, vt ſuprà vidimus, qui dicit competere tranſitum cum treggia, aut treggino; Vndè etiam eliditur eius depoſitio ſuper 5. articulo, dùm deponit, Conductores Vannelli occaſione tranſitus cum currù, aut treggia petijſſe licentiam, nec conuincitur cauſa ſcientiæ ſcilicèt: *Perche eſſo hà domandato la licenza;* Cùm ſit actus ſingularis, & eò maximè cùm circà tempus ſeptem, aut octo annorum citrà circitèr.

Quartus teſtis iuxtà 6. Interrogatorium dicit: *Che Matteo Sorlano quando è paſſato dalla Semitola, hà ſempre domandato licenza al Luogotenente*, cui depoſitioni indiſtinctæ, & generali applicatur exceptio, de qua ſuprà proximè, prout etiàm dum iuxtà 7. deponit de tranſitu cum currù, & treggia, de quo vltimo actu habemus depoſitiones contrarias, vt vidimus, & iuxtà 10. & 11. Interrogatorium deponit de licentia petita à filio Matthæi ad effectum eundi ad bona Eccleſiæ Antraccoli, proùt idem deponit ſuper 2. & 5. articulo.

Quintus iuxtà 7. Interrogatorium deponit de licentia petita per Matthæum à Locumte-
2 nente de ordine Vannelli, qua denegata, Matthæus conuocatis teſtibus proteſtatus fuit de d. denegatione, qui actus dici non poteſt tribuiſſe aliquod Ius d. Locumtenenti; Cùm hic dederit cauſam liti, ac conſtat fuiſſe petitam licentiam medio teſtium adhibitorum ad probandam turbationem, & proptereà non potuit attendi, ſed inſpicienda foret potiùs cauſa, quàm actus per ſe, *Poſt. de manut. obſeruat.* 17. *num.* 45. 46. *& ſeqq.* Et eò magis cùm incontinenti fuerit à Vannello intentatum poſſeſſorium ſummariſſimum.

3 Sextus compater Locumtenentis iuxtà 10. Interrogatorium deponit de licentia petita ad effectum eundi ad bona Eccleſiæ, de qua ſuprà diximus, & iuxtà 13. de hac vltima licentia, ſeù proteſtatione, & ſupèr 5. articulo dùm dicit generalitèr, & indiſtinctè, quòd Conductores Vannelli petierint licentiam tranſitus, eſt prorsùs falſus, vt ſuprà aduertimus, ſi ſaltèm non eſſet excuſandus, quia deponit tantùm de auditu, & ſupèr 6. articulo deponit de intentione Locumtenentis, & de eius declaratione abſquè eo, quòd appareat de actu petitionis licentiæ, & eius conceſſione, vel denegatione, prout aliàs neceſſaria fuiſſet plena, & concludens

dens probatio *Post. obseru. 53. num. 16.* cum ibi allegatis.

Septimus iuxtà 7. Interrogatorium dicit, Matthæum transiuisse cum currù per d. viam stante licentia Locumtenentis; Sed iuxtà 10. declarat d. licentiam fuisse respectu trãsitus ad bona Ecclesiæ, quod cõfirmat super 5. articulo.

Quibus depositionibus, attentis supradictis, non dubitauimus præualere debere probationem plenam, & concludentem, insurgentem ex depositionibus testium Vannelli, & eò magis cùm intentio Vannelli, & testes eum fouentes habeant assistentiam Iuris; Cùm enim sit
4 in confesso apud partes, quòd Vannellus mediantibus eius Conductoribus habeat non solùm Ius, & quidem liberum super dd. bonis eundi, & ambulandi hominis, quod dicitur Ius itineris pedestèr, & Ius agendi Bestias, & Iumẽta, quod dicitur Ius actus, vt explicat *tex. in l. 1. ff. de seruitut. rust. præd. §. 1. Instit. tit. de seruit. præd.* Cùm, competenti Iure actus, in eo veniat non solùm Ius agendi Bestias, & Iumenta, sed etiàm vehiculum, vt expressè loquuntur
5 *dicti textus*, per necessè infertur, quòd quasi possessio Vannelli ducendi Iumenta comprehendat etiàm vehicula, vt explicat *Glos. in d. §. 1. Instit. tit. de seruit. & aqu. litt. E.* Ibi: *Tametsi & qui habet actum in cõsequentiam Iumentorum,*
6 *etiam vehiculum ducere possit &c.* Et propterea datur locus conclusioni Iuris, quòd per quasi possessionem vnius actus, inducitur quasi possessio quoad alios actus sub eadẽ specie comprahensos *Rot. decis. 17. num. 4. par. 2. diuers. decis. 640. num. 2. in fin. par. 2. recen. decis. 87. num. 4. par. 4. recent. Caualer. decis. 238. num. 4.* Neque in terminis nostris applicatur regula, quòd quis nõ est manutenendus in maiori possessione, quam probauerit: Circumscripto enim, quòd fuerit prò parte Vannelli probata quasi possessio Iuris, quod prætendit, quandò etiàm circà actum particularem transitus cum currù non ità plenè, & cõcludentèr probasset;
7 Attamèn probata causa, & titulo possessionis, videlicèt Iure exercitij actus quoad transitum cum Iumentis, qui comprahendit etiàm currum, vt vidimus, attendenda potiùs esset causa, videlicèt Ius ex d. actù prouenient, quàm eius particulare exercitium, *Rot. decis. 273. in fin. par. 2. recent. decis. 632. num. 4. par. 3. & pende*
8 *Post. de manuten. decis. 158. num. 4. & 5.* Cùm non diuersitas naturæ, & qualitatum, sed diuersitas speciei impediat extensionem quasi possessionis de vno actù ad alium, *Rot. decis. 17. num. 11. par. 2. diuers.*

Quæ eò magis casui nostro applicantur, Cùm via, seù semitula, de qua agitur retrò actis annis esset latitudinis capacis ad trãsitum cum currù, vt deponunt testes Vannelli, & ea fuerit restricta de præsenti, vel anno proximè elapso à Locumtenente, vt vltrà testes Vannelli deponit 2. testis ipsius Locumtenentis iuxtà 9. Interrogatorium, & alij, vel loquuntur de statu præsenti ipsius semitulæ restrictæ vt suprà, vel circà illius qualitates admodùm se inuoluant.

Et propterea iudicauimus locum esse confirmationi præcepti ad fauorem Sp. Vannelli,
9 absoluendo tamen partes ab expensis, quià habebat primam pronunciam pro se, *ad Monac. decis. Luc. 13. num. 56. Zuccar. decis. 60. in fin. decis. 68. in fin.* & alibi passim.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Substituto àn, & quandò competat remedium *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadr. toll.* Substitutio fœminarum à Testatore vocatarum ùt ipsa operetur tantùm finita linea masculina. Possessio Testatoris àn probetur per descriptionem bonorum in testamento. Filius àn, & quandò propter omissionem Inuentarij cadat à commodo legitimæ, & ponderatur distinctio inter fideicõmissum generale, & particulare. Alienationes factæ per fideicommissarium àn, & quandò præsumantur adæquare detractiones sibi debitas. Inuentario non confecto àn hæres teneatur soluere integra legata, & fideicommissa particularia, & àn propter hoc inducatur præsumptio satisfactionis. Trebellianica àn, & quandò detrahi valeat tàm ex fideicommisso vniuersali, quàm ex particulari, & quandò censeatur prohibita à Testatore, & àn hodiè valeat prohiberi filijs primi gradus. Fideicommissum particulare quandò dignoscatur breuitèr, & elegantèr discutitur.

SVMMARIVM.

Substituto docenti de fideicommisso, ac de illius purificatione ad eius fauorem, deque identitate bonorum à quacunque detractione immunium, quod remedium competat prò immissione. num. 1. & 2.

Substi-

Substitutio habet locum ad fauorem filiarum fœminarum per Testatorem vocatarum finita linea masculina vocata. num. 3.

Possessio Testatoris probatur per eius testamentum, in quo sunt descripta bona. num. 4.

Filius per omissionem Inuentarij non priuatur legitima, sed necessariò, ac concludentèr probare debet, etiàm causam ab eo habentes, quòd in hæreditate Testatoris nulla alia bona adfuerint, quàm quæ asseruntur ab eis reperta in hæreditate. n. 5. & 6.

Hæres ob Inuentarij omissionem tenetur soluere integra legata, & fideicommissa particularia. n. 7.

Filius Inuentario non confecto consequitur legitimã, quandò agitur de fideicommisso vniuersali. n. 8.

Fideicommissarius particularis conueniri nequit, nisi in subsidium, excussis priùs bonis liberis, & generali fideicommisso suppositis. num. 9.

Bona libera etsi generali fideicommisso supposita propter omissionem Inuentarij extare præsumuntur, num. 10.

Fideicommissum esse particulare, quomodò dignoscatur. num. 11.

Filius si fecerit alienationes, ea præsumuntur adæquare detractiones, ità quòd onus probandi contrarium ad ipsum spectet, vel eius hæredem. num. 12, & 13.

Trebellianica detrahi nequit de fideicommisso particulari, sed de vniuersali. num. 14.

Trebellianicæ detractio censetur prohibita, si Testator in testamento mandet, quòd bona integraliter, & absq. alia diminutione de eis facienda perueniant ad substitutos, quæ prohibitio afficit etiàm filios primi gradus. num. 15. & 16.

Trebellianica, prætermisso tempore antiquo, hodiè prohiberi potest filijs primi gradus. num. 17.

Rot. Roman. *opinio est sumenda propter maximam authoritatem. num. 18.*

Filius hæres vniuersalis à patre substitutus, agnoscens hæreditatem absquè Inuentario; eius creditum dotale matris, & aliud quodcunque remanet confusum, sublatum, & extinctum. num. 19.

Inuentarij omissio inducit præsumptionem, quòd hæres satisfecerit sibi de suo credito ex alijs bonis hæreditarijs. num. 20.

Hæres per non confectionem Inuentarij non detrahit suum creditum à fideicommisso particulari, secùs ab vniuersali. num. 21.

Decisio XLII.

IN primo solario Domus cum suis pertinentijs posito in Parochia S. Frigidiani loco dicto *à Compagni* hodiè per DD. concessa fuit immissio DD. Catharinæ, & Angelæ filiæ, & nepti respectiuè D. Elisabethæ filiæ D. Pompei Giannotti contrà Sp. Stephanum de Carolis;

1 Quid de fideicommisso, deque illius purificatione ad eorum fauorem, ac de identitate bonorum à quacunque detractione immunium, plenè docuerunt, quibus concurrentibus substituto conceditur immissio siuè ex remedio, *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadr. toll.* ùt notant communitèr *DD. in l. sancimus §. cùm autem Cod. ad Sen. Cons. Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 10. & art. 48. per tot. Rot. decis. 237. n. 1. par. 1. & decis. 301. num. 6. par. 6. recent.* cum alijs relatis *in Romana fideicommiss. de Zuccaris 4. Februarij 1650. coràm Reuerendiss. Dunozeto, & in Romana Fideicommissi de Victorijs 13. Ianuarij 1653. §. 1. coràm R. P. D. Verospio*; Siuè

2 ex altero Saluiani, scilicèt, ùt respondet *Rot. coràm Seraphino decis. 828. num. 1. & 2. & apud Burat. decis. 275. num. 11. & 494. num. 2. & coràm Durano decis. 401. num. 1.* & fuit latè dictum *in Romana Fideicõmissi 13. Ianuarij 1640. coràm Reuerendiss. Dunozeto.*

De substitutione siquidèm DD. Catharinæ, & Angelæ satis liquet ex supremo elogio Sp. Octauij Giannotti rogato manù Egr. Horatij Pagnini sub die 22. Ianuatij 1604., in quo d. Testator instituta D. Elisabetha filia, eidem decedenti substituit in quibusdam bonis stabilibus, ibi descriptis, filios masculos ipsius D. Elisabethæ, & deficiente linea masculina sub-

3 stituit filias fœminas eiusdem; Quapropter cùm vltimo loco decessetit Sp. Octauius Fianus D. Elisabethæ filius, nulla post se relicta prole, factus fuit locus substitutioni ad fauorem filiarum fœminarum d. D. Elisabethæ, & sic DD. Catharinæ, & Angelæ, ùt dixit *Rot. coràm bon. mem. Merlino decis. 654. num. 10.* & fuit dictũ *in Casbacen. hæreditatis 28. Aprilis 1653. §. 1. coràm R. P. D. Cerro.*

4 Possessionem autèm prædicti solarij penès Testatorem fuisse prætèrquàm probant testes ad hoc examinati, satis etiàm iustificat testamentum Sp. Octauij, in quo fuit descripta Domus, & d. primum solatium, *Rip. in l. si aliquam rem num. 42. ff. de acquir. possess. Bart. in l. si alienam ff. solut. matrim. Peregrin. de fideicom. art. 44. num. 20. Mascard. de probat. conclus. 778. num. 18. Bald. cons. 89. num. 3. lib. 1. Decian. cons. 76. num. 16. vers. 2. Cephal. cons. 386. num. 29. Rot. in recen. decis. 312. num. 2. par. 7.* & fuit dictum *in Bononien. Fideicommissi de Amorinis 18. Maij 1648. §. bona autèm coràm Reueren. Meltio.*

Quòd verò nulla competat recentio ratione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, D. Elisabethæ competentibus, visum fuit id satis liquere; Tùm quià illa nullum confecit Inuentarium hæreditatis paternæ; Tùm verò quià fideicommissum, de quo quæritur, non est vniuersale, sed particulare.

5 Et

5 Et quidèm respectù omissionis Inuentarij
DD. dixerunt, quòd licèt secundùm veriorem
opinionem filius ob id non priuetur legitima,
*Gabr. cons. 121. num. 51. lib. 1. Ruin. cons. 57. n. 3.
vers. sed obstat lib. 2. Soccin. Iun. cons. 7. num. 18.
lib. 4. Oldrad. cons. 242. nu. 9. Fab. de Anna cons.
25. num. 17. & seqq.* quam perpetuò sequuta
est *Rot. vt apud Caualer. decis. 192. num. 2. decis.
80. num. 3. decis. 105. num. 10. coràm Martino
Andrea decis. 432. num. 3. par. 4. decis. 399. num.
26. par. 5. recent.* & fuit firmatum *in Perusina
Fideicommissi 5. Martij 1646. §. nec ex omissione*
6 *coràm R. P. D. Celso.* Attamèn contra filium
omittentem conficere Inuentarium sempèr
obstat exceptio, & præsumptio existentiæ
aliorum bonorum, & occultationis, & subtra-
ctionis eorundem, quæ sola hæredis, & grauà-
ti, aùt causam habentis ab eis assertione, pur-
gari non possunt, sed necessaria est probatio
concludens, quòd in hæreditate Testatoris
non adfuerint alia bona, quàm ea, quę ab eis
asseruntur reperta in hereditate, ità *Couar. var.
resolut. lib. 2. cap. 6. num. 4.* declarando *Glos. in l.
cum de lege ff. de probat.* ex veriori comprobat,
& idem firmat *Peregrin. de fideicomm. art. 39.
num. 14. Gargiar. patrocin. 60. Surd. decis. 316.
num. 14. Rota in Aesina Fideicommissi 17. Mar-
tij 1631. §. quid cum coràm bon. mem. Pirouano,*
& firmatum fuit *in Bononien. Fideicommissi 30.
Aprilis 1646. §. hoc posito coràm bon. mem. Bi-
chio,* quæ est *decisio 399. num. 20. cum seqq. par.
9. to. 2. recent.* quæ est post *Censal. ad Peregr. de
fideicommiss. decis. 29. num. 14. cum seqq. & in
Rauennaten. Bonorum 1. Februarij 1647. §. quid
cum coràm Eminentiss. Corrado, & in Romana
Fideicommissi 8. Iunij 1648. §. præterea vers. imò
quamplurima coràm bon. mem. Arguelles;* Præ-
7 sertìm contra fideicommissarium particula-
rem, cuius fauore hæres propter omissionem
Inuentarij integra legata, & fideicommissa
præstare tenetur, *iux. tex. in l. fin. §. sin verò Cod.
de Iur. deliberan. & in auth. de hæred. & falcid.
§. hinc Nobis vers. si verò non fecerit Inuentariū,
Peregrin. de fideicomm. art. 33. sub num. 48. vers.
Iure autèm nouo, Rot. coràm bon. mem. Comitolo
decis. 95. num. 7. & apud Gregor. decis. 511. num.
29. & Buratt. dec. 693. num. 9. & dec. 31. num. 4.
& dec. 77. num. 2. par. 5. & dec. 88. num. 23. par.
7. recent. & in d. Rauennaten. Bonorum 1. Fe-
bruarij 1647. §. quid cùm fideicommissum coràm
Eminentissimo Corrado,* quæ est in impressis *post
Censal. ad Peregr. de fideicomm. decis. 29. num. 14.*
8 *cum seqq.* Quicquid sit respectu fideicommis-
sarij vniuersalis, cuius respectù filius propter
non confectum Inuentarium legitimam non
amittit, vel distinguendo inter fideicommis-
sum vniuersale, & particulare dicit *Bellon. Iun.
cons. 58. num. 37. & duob. seqq. & Peregr. cons.
64. num. 27. & 28. lib. 3. & decis. Patauina 96.
num. 8. Fusar. cons. 74. num. 15.* & antè omnes
Castrens. cons. 188. num. 2. lib. 2. quos refert, &
sequitur *Rot. in d. Bononien. Fideicommissi, seù Do-
mus 30. Aprilis 1646. §. hoc posito circà fin. co-
ràm bo. mem. Bichio,* quæ est *decisio 399. par. 9.*
9 *tom. 2. recent.* Nèc contrà fideicommissarium
particularem potest agi, nisi in subsidium, &
excussis priùs bonis liberis, & generali fidei-
commisso suppositis, *Rip. in l. filius familias §.
Diui num. 39. ff. de legat. 1. Castrens. cons. 247. n.
4. lib. 1. Aymon. cons. 19. num. 14. Peregrin. de
fideicommiss. art. 4. num. 32. vers. contrarium,* &
fuit dictum *in Romana Fideicommissi de Zucca-
ris 4. Februarij 1650. §. tertiò denique coràm
Reuerendiss. Dunozeto, & in Melitana Fidei-
commissi 13. Martij 1651. §. quapropter coràm
bo. mem. Bichio, & in Bononien. Fideicommissi 16.
Iunij 1651. §. 1. coràm R. P. D. Celso.* Quæ bo-
10 na libera, etsi generali fideicommisso suppo-
sita propter Inuentarij omissionem extare
præsumuntur ex suprà fundatis.
11 Quod autèm in præsenti casù versemur in
fideicommisso particulari, satis clarum visum
fuit, ex quo cùm Sp. Octauius Testator hære-
dem vniuersalem in omnibus bonis mobili-
bus, & immobilibus, iuribus, & actionibus
instituisset D. Elisabethā filiam, eidem dece-
denti substituit filios eiusdem in quibusdam
solummodò bonis stabilibus in testamento
descriptis, *ad tex. in l. nam quod §. fin. cum legib.
seqq. ff. ad Sen. Consul. Trebell. l. fin. ff. de vsufruct.
legat. Bald. cons. 46. num. 1. Peregrin. dec. Pata-
uina 96. num. 7. vers. quinto decisum fuit Rot. co-
ràm Reuerendiss. Vrgellen.* aliàs *Durano. decis.
213. num. 9. & in recen. dec. 418. num. 2. & de-
cis. 421. num. 6. & 7. par. 5. & 171. num. 10. par.
6. recen. & in d. Bononien. Fideicommissi, seù Do-
mus 30. Aprilis 1646. §. non obstant detractio-
nes coràm bo. mem. Bichio,* quæ est *decisio 399.
num. 15. par. 9. tom. 2. recent.* & in sæpè citata
*Rauennaten. Bonorum coràm Eminentiss. Corrado
§. quid cum fideicommissum impress. post Censal.
dec. 29. num. 14. cum seq.*
12 Et hæc omnia eò magis sinè difficultate
procedere visa fuerunt, stantibus alienationi-
bus per D. Elisabetham factis, quæ præsumun-
tur adæquare detractiones prætensas, *Giouà-
gnon. cons. 20. sub num. 15. vers. cæterum lib. 2.
Rot. in recent. dec. 226. num. 16. par. 5.* cum aliis
per Adden. ad Gregor. decis. 266. num. 16. Ità
13 quòd onus probandi contrarium transferatur
in alienantem, vel illius hæredem, *Rot. coràm
Martino Andr. dec. 80. num. 4. & in recent. dec.*

432.

432. *num.* 5. *cum duob. ſeqq. par.* 4. *dec.* 541. *n.* 18. *par.* 5. *recent.* & plures cumulant *Adden. ad Greg. deciſ.* 185. *num.* 5. & firmatur *in Bononien. Fideicommiſſi* 16. *Iunij* 1651. *§. concurrunt etiã coràm R. P. D. Celſo*, & maturè diſcuſſo articulo *in Peruſina Bonorum* 30. *Maij* 1650. *§. legitimam verò coràm Reueren. Cerro, & in Romana Fideicommiſſi* 24. *Martii* 1653. *§. hinc altera coràm R. P. D. Veroſpio.*

14 Retentionem verò reſpectù Trebellianicæ
non competere dixerunt DD. quia hæc detrahi non poteſt de fideicommiſſo particulari, ſed tantùm de vniuerſali eſt deducenda; *ad tex. in l. mulier §. fin. l. id tamen, ff. ad Sen. Conſ. Treb. l. cogi §. ſed, & ſi miles cod. tit. Peregr. de fideicõm. art.* 3. *num.* 11. *&* 13. *verſ. Trebellianica, Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen.* aliàs *Duran. dec.* 39. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 182. *num.* 2. *par.* 2. *et deciſ.* 171. *num.* 10. *&* 11. *part.* 6. & pluribus alijs adductis fundatur *in d. Rauennaten. Bonorũ* 1. *Februarij* 1647. *§. Trebellianica verò coràm*
15 *Eminentiſs. Card. Corrado*; ſtante præſertim
prohibitione, de qua in teſtamento, in quo Teſtator mandat, quòd bona prædicta integralitèr, & abſquè alia diminutione de eis facienda perueniant ab ſubſtitutos, per quæ verba vtiq. Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita, *Peregrin. de fideicom. art.* 7. *n.* 88. *&* 89. *Rot. apud Greg. dec.* 421. *num.* 13. *& deciſ.* 259. *num.* 5. *par.* 2. *& deciſ.* 184. *num.* 9. *par.* 5. & fuit dictum *in Reatina Succeſſionis* 21. *Martij* 1642. *§. Quia animaduertebant coràm bon. mem. Peutingero, & deciſ.* 162. *num.* 26. *in impreſſ. poſt Merlin. de legitim. in nou.* & fuit paritèr firmatum *in Romana Fideicommiſſi de Romaulis* 28. *Iunij* 1638. *§. quid quoad Trebellianicam coràm Reuerendiſs. Dunozetto*, quæ eſt *deciſio* 74. *num.* 1. *&* 3. *par.* 8. *recent. & in Terracinen. Fideicommiſſi* 17. *Februarij* 1645. *§. Trebellianica verò coram Eminentiſs. Otthobono*, quæ eſt *deciſio penès ipſum* 28. *num.* 36. *cum ſeqq. & in Anconitana Bonorum* 13. *Ianuarij* 1645. quæ eſt *deciſio* 320. *num.* 8. *cum ſeqq. par.* 8. *tom.* 2. *recent. §. inanis eo etiam coràm Reueren. Melcio*, & hu-
16 iuſmodi prohibitio afficit etiàm filios primi
gradus, *Rot. apud Coccin. deciſ.* 353. *num.* 5. *et* 6. & fuit dictum laтè *in Romana, ſeu Neapolitana Hæreditatis de Troyda* 19. *Ianuarij* 1633. *coram eodem Coccino.*

17 Quod verò Trebellianica filijs primi gradus
prohiberi poſſit, non eſſe hæſitandum Iudicauimus, quia licèt priſcis quidèm temporibus fuerit multùm anceps viſa hæc quæſtio; Hodiè tamen affirmatiuam ſententiam ſempèr tenuit *Rot.* & latiſſimè ad partes diſputans *Molin. de Hiſpan. primogenit. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 12. multis hinc indè congeſtis *à Caſtill. lib.* 5. *controuerſ. cap.* 86. *num.* 48. *& à Facchin. lib.* 12. *cõtrouerſ. cap.* 11. *Merend. cõtrouerſ. lib.* 4. *cap.* 15. *Mareſcott. lib.* 1. *variar. cap.* 100. *n.* 10. latiſſimè doctiſſimus *Andreol. controuerſ.* 1. *per tot. Rot. apud Seraphin. deciſ.* 553. *num.* 8. *& deciſ.* 570. *num.* 1. *& apud Greg. deciſ.* 421. *num.* 9. *et ſeq.* vbi *Adden.* alias multas deciſiones cumulant *num.* 16. *& deciſ.* 399. *nu.* 10. *par.* 5. *recent. & coràm Mantic. deciſ.* 348. *n.* 1. *Caualer. deciſ.* 441. *num.* 2. & plenè *in Romana Fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1648. *§. minùs cõpetere coram bon. me. Arguelles, & in Caſenaten. Bonorum* 27. *Martij* 1648. *coràm bo. me. Peutingero, & in Fanen. Bonorum* 19 *Iunij* 1648. *coram bon. me. Arguelles, & in Bituntina Fideicommiſſi* 23. *Iunij* 1651. *coràm R. P. D. Albergato, & in Bononien. Fideicommiſſi* 28. *Iunij* 1651. *§. Immiſſio verò coràm R. P. D. Celſo, & in eadem* 17. *Iunij* 1652. *§. reſpectu verò coram*
18 *eodem*; Ideoq. ab hac opinione non eſſe recedendum propter Rotæ maximam authoritatem, vt ait *Marzar. de fideicommiſſ. quæſt.* 49.

19 Eiſdem etiàm rationibus ſubmouetur detractio, ſeù retentio prò dote materna debita D. Eliſabethę, & de qua dote Sp. Octauius Teſtator mentionem fecit in ſuo teſtamento; Quià cùm D. Eliſabetha fuiſſet hæres vniuerſalis à Patre inſtituta, illiuſq. hæreditatem agnouerit, nullo confecto Inuentario, omne eius creditum confuſum, imò ſublatum, atquè extinctum remanſit, ad tradita *per DD. in l. Stichum §. aditio, ff. de ſolut. l. ſi debitori creditor, & l. Vranius, ff. de fideiuſſorib. l. ſi debitori Cod. de pact. Peregrin. deciſ. Patauina* 124. *num.* 2. *Sim. de Prat. conſ.* 137. *num.* 34. *lib.* 2. *Rot. dec.* 114. *num.* 22. *par.* 7. *recen.* & fuit dictum *in Ciuitatis Plebis Bonorum* 28. *Iunij* 1653. *§. Et licèt ex titulo coràm R. P. D. Veroſpio*, & in terminis crediti dotalis tradit *Lancellott. Gall. conſil.* 4. *num.* 9. *& ſeqq.* D. meus Præſes *Andreol. con-*
20 *trouerſ.* 22. *n.* 32. Vel proptèr dictam omiſſio-
nem Inuentarij reſultat cõtrà eam præſumptio, quòd ex alijs bonis hæreditarijs ſatisfecerit ſibi de ſuo credito, ùt fuit conſideratum *in Bononien. Fideicommiſſi de Clauarinis* 23. *Iunij* 1636. *coràm R. P. D. Ghislerio in recent. deciſ.* 164. *n.* 6. *verſic. Adeò vt legata, & debita par.* 7. *recent.* & firmatur *in d. Rauennaten. Bonorum §. Creditis demùm coràm Eminentiſs. Corrado*, quæ eſt *poſt Cenſal. ad Peregrin. de fideic. dec.* 29. *nu.* 20.
21 Vel demùm licita eſſet detractio, ſi res aga-
tur contrà fideicommiſſarium vniuerſalem; At ſecùs eſt contrà fideicommiſſarium particularem, contrà quem hæres non confecto Inuentario ſuum creditum non detrahit, *iuxtà doctrinam Caſtren. in l. ab omnibus §. fin. ff. de legat.*

leg. it. 1. Hodiern. ad Surd. decis. 170. num. 10. Fusar. de substitut. qu. 665. nu. 2. cum sequentib. Gratian. discept. forens. cap. 214. num. 12. Rot. decis. 399. num. 39. & 43. par. 5. recen. Et in terminis fideicommissi particularis fuit dictũ *in Rauennaten. fideicommissi 1. Februarij 1647. coràm Eminentiss. Card. Corrado*, quæ est *decis. 29. post Censal. ad Peregr. de fideicom. & in Casenaten. Bonorum 3. Iunij 1647. coràm bon. mem. Peutingero, & in Bononien. Bonorum 18. Martij 1652. §. nèc releuat coràm Reuerendiss. Dunozetto*, & fuit latissimè dictum, & firmatum *in Bononien. Fideicommissi, seù Domus 30. Aprilis 1646. coràm nunquam satis laudato bon. mem. Bichio in §. hoc proposito*, quæ est *decis. 399. num. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27. in impress. in par. 9. tom. 2. recent.*

Et ità fuit decisum vtraq. parte acerrimè, & pluriès Informante.

ARGVMENTVM.

Fiscus àn, & quandò occupare possit omnia bona etiàm cum auocatione à Tertijs. Et prò expensis quoque constructionis processus graduatorij an præferatur Creditoribus hypothecarijs, licèt anterioribus, & vti valeat priuilegio *leg. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumptib. funer.* & àn, & quandò possit sibi attribuere bona fideicommissaria ob crimen etsi Læsæ Maiestatis Humanæ, siuè Diuinæ, licèt fideicommissum sit perpetuum cum prohibitione detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ. Peculia Castrensia, vel quasi qualia sint, & an, & quandò cõfiscari valeant etiam in vsufructù ob delictum Læsæ Maiestatis, non obstante superuiuentia Patris. Peculiũ Profectitium an in totum spectet ad Patrem, vel aliqua pars debeatur filio ratione industriæ præstitæ in negotiatione. Filius an possit exhæredari, quandò condemnatur in ære, & in persona, ac priuari legitima, & alimentis ob crimen Læsæ Maiestatis. Legitima, seù Trebellianica, an confiscari possit existente expressa prohibitione Testatoris, & hodiè àn prohiberi valeat filijs primi gradus, & quævis alia quota; & quid quandò agitur de fideicommisso particulari. Canonem àn, & quandò quis consequatur super bonis ab Emphyteuta perpetuo fideicommisso subiectis, licèt non hypothecatis, sed in cõtractù Emphyteutico adsit Clausula *Prò quibus omnibus &c.* & quanam actione ille petatur; Clausulæ *Prò quibus omnibus &c.* & *Constituti* quid operentur appositæ in contractù censuali, seù emphyteutico. Hypotheca non expressa an intelligatur apposita prò canonum solutione; & tacita nùm retrotrahatur ad formam expressæ, purificata conditione potestatiua, vel mixta; & siuè expressa, siuè tacita an metiatur à die promissionis etiàm in contractù emphyteutico; & ad fauorẽ dotis quandonàm incipiat, & àn oriatur à die datæ, vel recognitionis respectù Creditorum Chirographariorum, vt excludantur Creditores Instrumentarij. Vxor Condemnati deducere potest suas dotes, & donata propter nuptias.

SVMMARIVM.

Fiscus potest occupare omnia bona. num. 1. & eas auocare à Tertijs. num. 2.

Creditor comparens antè sententiam graduationis, & docens per Instrumenta indubitata de Iure suo, admittitur, & Ius prælationis conseruat. num. 3.

Fiscus in omnibus causis, in quibus à Iure specialitèr priuilegiatus non reperitur, vtitur Iure priuati. num. 4. Ampliatur. num. 5.

Fiscus succedit solùm in eo, quod superest, deducto ære alieno. num. 6.

Fisci causa semper postponitur causæ Creditorum hypothecariorum. num. 7. Ampliatur. num. 8. & 9.

ob *Filij delictum Laſæ Maieſtatis, ſi adſint peculia caſtrenſia, vel quaſi, ſiuè aduentitia, aut quaſi, vel profectitia, aut quaſi, an ea per fiſcum publicari poſſint non obſtante ſuperuiuentia patris, remiſſiuè. num.* 10.

Peculium aduentitium dicitur omne id, quod filius acquirit eius induſtria, opere, & labore. num. 11.

Peculij aduentitij proprietas publicatur propter delictum filij in Crimine Laſæ Maieſtatis, ſaluo vſufructu patri. num. 12.

Peculium Profectitium quale dicatur. num. 13.

Peculium Profectitium an in totum ſpectet ad patrem, vel aliqua pars debeatur filio ratione induſtriæ adhibitæ in negotiatione. num. 14. 17. 18. *&* 19.

Lucri medietas in negotiationibus ſolet tribui pecuniæ, alia verò medietas operibus. numer. 15. *&* 16.

Fiſcus an prò expenſis ob publicum intereſſe factis aduerſus Reum delinquentem dato, quòd bona ipſius non ſufficiant ad ſatisfactionem omnium, præferatur Creditoribus Anterioribus, ac vti poſſit l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer. *num.* 20. 21. 22. *&* 23. *vbi allatis varijs opinionibus, amplectitur verior.*

Bona fideicommiſſo ſubiecta an, & quandò valeant confiſcari ob Crimen etiam Laſæ Maieſtatis Humanæ, ſiuè Diuinæ, licèt fideicommiſſum ſit perpetuum ordinatum cum prohibitione detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ. num. 24. *&* 25.

Filius vltrà 14. *cauſas enunciatas* in §. cauſas auth. ùt cùm de appellat. cognoſc. *poteſt exhæredari, quandò in are, & in perſona condemnatur. num.* 26. *&* 27. *Contrarijs reſpondetur remiſſiuè. num.* 28.

Filius ob Crimen Laſæ Maieſtatis Legitima, & alimentis priuari poteſt, ex quo conqueri nequit, nec fiſcus. num. 29. *&* 30.

Legitima, ſeù Trebellianica confiſcari vnquam poteſt, exiſtente Teſtatoris expreſſa prohibitione de detractione earundem. num. 31. *Ampliatur. num.* 32.

Trebellianica detractio hodiè prohiberi valet filijs primi gradus, reiectis priſcis temporibus. num. 33. *&* 34.

Trebellianica omnino prohiberi poteſt, quandò agitur de fideicommiſſo particulari. num. 35.

Filijs etiàm primi gradùs permiſſum eſt prohiberi Trebellianicam, & quamuis aliam quotam. num. 36.

Fiſcus non dicitur in fraudem poſitus per diſpoſitiones ordinatas à patre, ſeù patruo ſub præcepto, quòd vocati à Criminibus ſe abſtineant, aliàs priuentur, maximè ſi ſint facta fauore agnationis. num. 37.

Canonum Creditor poteſt ſibi ſatisfieri ſuper bonis, perpetuo fideicommiſſo ſubiectis ab Emphyteuta poſt obligationem eorundem prò dd. canonibus. num. 38.

Canon conſequi poteſt ſuper bonis perpetuo fideicommiſſo ſubiectis, ſuppoſito, quòd alia non extent, & hypotheca expreſsè non fuerit appoſita prò canonis ſolutione in contractu emphyteutico, dummodò adſit in fine eiuſdem Clauſula, Pro quibus omnibus &c. *num.* 39. *&* 44.

Hypotheca eſt ſtricti Iuris, & ſtrictiſſimè interpretanda, nec extenditur de caſu ad caſum. n. 40.

Hypotheca nunquam intelligitur appoſita, niſi expreſsè ex partium conuentione inducta fuerit immediatè ad promiſſionem ſolutionis canonis. num. 41. *&* 43.

Actio perſonalis, & non hypothecaria competit prò canonum ſolutione. num. 42.

Clauſula, Pro quibus omnibus *quid importet. num.* 44. *&* 45.

Canon peti poteſt actione hypothecaria in bonis liuellariorum tàm de Iure Communi, *quàm* de Iure Municipali Lucæ. *num.* 46. *&* 47.

Statutum vbi adeſt, inanis eſt allegatio DD. *& obſeruandum eſſet, etiamſi foret contrà Ius. num.* 48. *&* 49.

Fiſcus detrahit antè omnia expenſas proceſſus graduatorij adinſtar hæredis beneficiati. num. 50. *Deducitur ratio. num.* 51.

Vxor condemnati licèt in Crimine Laſæ Maieſtatis deducere poteſt ſuas dotes, & donata propter nuptias aduerſus fiſcum. num. 52. *Ampliatur. num.* 53.

Hypotheca tacita retrotrahitur ad formam expreſſæ, purificata conditione poteſtatiua, vel mixta. num. 54.

Hypotheca ſiuè expreſſa, ſiuè tacita metitur à die promiſſionis. num. 55. *&* 56.

Hypotheca incipit à die contracti matrimonij, imò fauore dotis oritur à die capitulorum. num. 57. *&* 58.

Fiſcus capit bona cum omnibus honoribus, & oneribus, & ſic tenetur ad dotandas filias, cùm hoc dicatur onus paternum. num. 59. *&* 60.

Confeſſio de recepto partis dotis inducit verè deberi reſiduum ipſius dotis. num. 61.

Inſtrumentum facit probationem probatam, & habet executionem paratam. num. 62.

Clauſula, Conſtituti *præbet facultatem capiendi propria authoritate fructus rei cenſuatæ, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus, & dat aſſociationem contrà Tertium Poſſeſſorem fundi cenſuati. num.* 63. *&* 64.

Creditores contrahentes cum debitore poſt cenſus impoſitionem non præferuntur annuis præſtationibus eiuſdem cenſus, quæ vnitæ continentur in obligatione primordiali. num. 65.

Fides Mediatoris conuincit conſignationem rei. num. 66.

66. *vbi explanatur* l. scripturas 8. Cod. qui po-
tior. in pignor. habeant.

*Hypotheca nascitur à die data, & non à die recogni-
tionis. num. 67.*

*Hypotheca respectu Creditorum Chirographariorum
da, & quandò metiatur à die datæ, vel à die re-
cognitionis, ut excludantur Creditores Instrumen-
tarij. num. 68. super quo declaratur doctrina*
Cost. tract. de retrotract. cap. 8. cas. 6. num. 2.
num. 69.

Non entis nullæ sunt partes, aut qualitates. n. 70.

*Anterioritas hypothecæ metitur à die factæ promis-
sionis in Instrumento emphyteutico, non verò à
die defectus in solutione canonis. num. 71.*

Decisio XLIII.

1 PER mortem q. Bernardini Piccini, ac
Iosephi N. damnatæ memoriæ, cunctis
occupatis pro Fisci Iuribus eorundem
bonis iuxtà stylum in talibus casibus semper
2 practicatum, etiàm cum facultate à Tertijs
auocandi, ad doctrinam *Bart. in l. facultas
col. 2. Cod. de Iur. Fisc.* cum alijs *per Peregrin.
de Iur. Fisci lib. 7. num. 52. & 53. tit. 1.* Causa
mihi ex Excellentiss. Senatus speciali rescri-
pto delegata pro prædictorum damnatorum
hæreditatum graduatione; Cumquè serua-
3 tis omnibus de Iure seruandis, ac intra de-
bita tempora, solitis proclamatibus emana-
tis, in quibus Creditores deduxisse, & iustifi-
casse eorum credita debuissent, *iux. dispositionem
text. in l. si quis postbac Cod. de bon. proscriptor.
Bart. in l. res ff. de Iur. Fisc. Castrens. in l. si marito
ff. solut. matrim. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1.
num. 54. vers. Creditores autem, D. Franc. Sal-
gad. tract. labyrinth. Credit. par. 1. cap. 8. num. 4.
cum seqq.* De pluribus pro d. graduatione per-
ficienda dubitari contigit.
4 Primò namq; resolutiuè præmittendum
putaui, Fiscum in omnibus causis, ac casibus,
in quibus à Iure specialitèr priuilegiatus, ac
exemptus non reperitur, Iure priuati fungi,
ac vti, *l. quod placuit ff. de Iur. Fisc. Glos. in l. bæc
veniunt §. in priuatorum ff. de petit. hæredit. l. in
fraudem §. fin. ff. de testamen. militar. l. eam qui-
dam 17. §. Fiscus ff. de vsur. l. iubemus Cod. de Iur.
Fisc. lib. 10. Io. de Plate. in l. Fiscum Cod. de vsur.
fiscalib. lib. 10. Padill. in l. si manifestè Cod. de ser-
uitut. & aqu. Crauett. consil. 168. num. 18. Rolan.
gos. cons. 73. Surd. cons. 519. num. 20. Tiraq. de
retract. lignager. §. 1. Glos. 14. num. 180. Peregr.
de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 1. num. 13. Thesaur. lib. 3.
quæst. forens. quæst. 93. num. 4. Nouar. quæst. fo-
rens. lib. 1. qu. 14. num. 10. Surd. decis. 18. nu. 1.
5 & 2.* & ideò cum Ipso seruatur regula qui
prior &c. *ad tex. in l. idemq. 7. in princ. ff. qui po-
tior. in pign. habean. l. vlt. §. vlt.* Vbi etiàm
*Bart. eod. tit. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 6.
num. 16. Menoch. lib. 2. de præsumpt. præsumpt.
72. num. 12. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. nu.
29. & tit. 25. num. 3. & 4. Pacific. de Saluian. in-
spect. 3. cap. 2. num. 472. Capyc. decis. 129. num.
13.* cum alijs *per Franc. Merlin. tract. de pigno-
rib. & hypothec. lib. 3. tit. 3. quæst. 87. num. 1. &
2. & quæst. 88. num. 5. & 6.* Vbi quòd Fiscus
6 non succedit nisi in eo, quod superest, ære alie-
no deducto *per tex. in l. non possunt 11. ff. de Iur.
7 Fisc.* Imò quòd Fisci causa semper postpona-
tur causæ Creditorum hypothecariorum, *Pe-
regr. de Iur. Fisc. d. lib. 6. tit. 6. num. 32. Mantic.
de tacit. lib. 11. tit. 18. à num. 31. Gayt. de cre-
8 dit. cap. 4. num. 1860.* Et hoc siuè causa Fisci
sit anterior, siuè posterior, *idem Merlin. citat.
9 quæst. 88. num. 12.* Et hoc dato, quòd Fiscus
Reo condemnato in certa pecuniarum summa
succederet; Nàm si bona condemnati non
suppetant pro satisfactione Creditorum, po-
terit à Creditoribus anterioribus conueniri in
subsidium pro quanto in eum peruenit, ut post
*Soccin. Iun. cons. 74. vol. 3. Baiard. ad Clar. quæst.
78. num. 164. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 5. num. 59.
Sebastian. Guazz. de confiscat. bonor. conclus. 23.
num. 26. Io. Mar. Vermigliol. cons. crimin. 139.
num. 5.*
10 Secundò quæstionē illam attingere, simulq.
percurrere existimaui; Nempè an propter de-
lictum filij læsæ Maiestatis commissum, si filius
habeat peculia castrensia, seu quasi, siuè ad-
uentitia, aut profectitia, ipsa per Fiscum pu-
blicentur, non obstante superuiuentia patris;
In qua sanè quæstione opporteret discutere de
omnibus præfatis peculiorum speciebus, sin-
gula singulis regulas, ampliationes, & limita-
tiones referendo, ad effectum dignoscendi,
quænam propriè ex delicto, præsertim in d.
crimine Læsæ Maiestatis publicentur; Ve-
rùm tamèn cùm tempora non largiantur, pro
nunc tantùm contentus indicare loca, vbi sa-
tis veritas quæstionis percipi valet, videndi
sunt, antiquioribus omissis, *Farinac. in suo tract.
de delict. & pæn. quæst. 24. per tot. Blas. Micha-
lor. de fratrib. cap. 1. 2. 3. & 4. Guazzin. de con-
fiscat. bon. conclus. 13. limitat. 27. 28. & 29. Pe-
regr. de Iur. Fisc. lib. 9. tit. 1. per tot.* præsertim
*à num. 50. Philipp. Paschal. de virib. patr. potest.
par. 1. cap. 3.* qui verè totam materiam con-
cinnè enervat, ac penitùs elidit, & nè mei mu-
neris munus excederem calamum rettaxi, &
ad duas tantùm me restrinxi peculiorum spe-
cies, aduentitij scilicèt, seu profectitij; Qua-
11 propter se offert Axioma illud, quòd quicquid
acquirit filius ex eius industria, opere, & la-

bore dicitur peculium aduentitium, *Becc. conf. 113. num. 20. Crass. de successionib. in §. legitima quæst. 31. num. 2. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 20. num. 6. Peregrin. conf. 97. num. 53. lib. 4. Mi-*
12 *chalor. de fratrib. cap. 6. num. 3.* Et ideò proptèr delictum filij in Crimine Læsæ Maiestatis cōmissum publicatur proprietas peculij aduentitij secundùm magis veram opinionem, saluo tamèn vsufructù patri, ùt per *Osasc. decis. 94. Farinacc. tit. de delict. & pæn. quæst. 24. num. 9. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 128. vers. dubitabilis tamèn, Guazzin. de confiscat. bon. conclus. 13. limit. 18. num. 13. Baiard. ad Clar. quæst. 78. num. 51. Facchin. controu. Iur. lib. 9. cap. 48. Michalor. citat. tract. de fratrib. cap. 3. num. 16.*
13 *in fin.* Quod idem dicitur de peculio profectitio, quod dicitur, quandò filius negotiatur cum pecunia patris, & lucrum ex eo perficitur, *Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 126. idem Michalor. d. tract. cap. 4. num. 2. & 6. in fin.*
14 Vndè prouenit dubium, an hoc lucrum, quod dicitur peculium profectitium, spectet in totum ad patrem, ex cuius pecunia filius negationem assumpsit, vel aliqua pars debeatur filio ratione industriæ, quam adhibuit in tali negotiatione; & omissis hinc indè DD. altercationibus relatis per *Philip. Paschal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 3. à num. 10. vsque ad 22.* Tandèm ipse concludit id totum in tali opinionum conflictù Iudicis arbitrio remittendum, scilicèt quandò filius negotiatur vnà cum patre, & cum pecunia patris, cuinam magis tribuendum veniat industriæ, scilicèt filij, vel pecuniæ patris, ad effectum diuidendi tale lucrum, *idem Paschal. sub num. 21. vbi sup. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 126. num. 5. Becc. conf. 113. num. 20. cum alijs, quos refert Aldouin. inter conf. Peregrin. conf. 97. n. 61.*
15 *& seqq. lib. 4.* Et verè in negotiationibus ordinariè medietas lucri solet tribui pecuniæ, alia verò medietas operibus, *Michalor. de fratrib. cap. 2. num. 48. in fin.* & magis in terminis *cap. 4. num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 6. tit. 14. num. 25. cum omnib. seqq.* vbi latè ad materiam, *Io. Bapt. Cost. de ra-*
16 *tion. rat. qu. 184.* Vbi latè tractat materiam, & dicit, quòd diuisio est facienda prò medietate, scilicèt vna pars assignatur pecuniæ, & altera operæ, cum aliis notabilibus, ac etiam videndus ad materiam latè omnia disputans *Mans. de conf. & executio. amplia. 20. per tot. & præsertim à num. 81. & 88. & num. 93. vsq. ad fin.* Licèt sit benè verum, quòd non
17 desunt DD. sustinentes totum lucrum filij industriæ tribuendum, ùt plenissimè testatur *Marc. Ant. Eugen. conf. 78. num. 19. & per tot. Gutierez in pract. de tutel. 3. par. cap. 31. num. 4.*
vers. sed vbi non est hæc consuetudo, idem *Paschal. de virib. patr. potest. d. par. 1. cap. 3. num. 23. & 24. ac 25.* vbi latè *Io. Mar. de Vermigliol.*
18 *conf. 489.* Vbi fundamentis *Paschal. de patr. potest.* reportatis materiam cōcinnè enucleat, & disputato articulo videndus *D. Francisc. Salgad. tract. Labyrinth. Credit. p. 2. cap. 20. à num. 32. vsque ad fin.* Qui *num. 389.* sic distinguit,
19 quòd aùt filius ex pecunia patris negotiatur, & sub nomine patris tantùm hoc idem exprimendo in contractibus à se gestis, & totum lucrum erit patris, & diuisio non admittitur; Aùt è contrà suo tantùm nomine, & periculo filius negotiatur, cùm periculum ad eum pertineat, ità paritèr lucrum ad eum pertinere debet; & istam distinctionem post per multos, quos allegat, dicit verissimam *secundùm opinion. Rot. Roman.* cuius decisionem *ibidem* extendit, & mirificè loquitur.
20 Tertiò multùm ad materiam conuenit alia quæstio, scilicèt an Fiscus prò expensis factis aduersùs Reum delinquentē, supposito, quòd bona delinquentis non satis sint ad omnium satisfactionem, præferatur Creditoribus Anterioribus; Ità vt expensæ factæ in prosequendo aduersùs Reum prò publico interesse, specialem mereantur fauorem ad instar expensarum funeris, *vulgat. l. si quis sepulchrum ff. de Religios. & sumpt. funer.*
21 In qua quæstione licèt *Matth. Afflict. in cap. 1. §. & bona Committentium num. 119. tit. quæ sint regal.* teneat, quòd Fiscus sit omnibus alijs Creditoribus anterior, Ideoq. omnibus paritèr præferendus; & ipsum sequitur *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 193. & seqq.* & ad rationes prò contraria parte adductas respondet *Mastrill. de Magistratib. lib. 1. cap. 21. n. 105.*
22 Tamèn contrariam sententiam, quòd Fiscus circà dd. expensas nō sit priuilegiatus, & quòd alij Creditores sint ei præferendi, veriorem existimarunt *Gigas in tract. de Crimin. Læs. Maiest. in vltim. par. tit. de plurib. & var. quæst. qu. 22.* Qui relata præfata opinione *Afflict. & Sequac.* amplectitur *decis. Auenionen. 121. n. 1. & seqq.* & sequitur *Baiard. ad Clar. quæst. 78. n. 169. & seqq.* & melioribus, & crebrioribus rationibus veriorem hanc opinionem agnoscit *Petr. Caball. quæst. Crimin. cent. 3. cas. 201. num. 26. vsq. ad finem, Guazzin. ad defens. defen. 6. cap. 6. num. 3. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 8. Clar. quæst. 78. num. 13. Becc. conf. 57. num. 7. Caualcan. de Brach. Reg. par. 4. num. 421. vers. & dùm præsid. Ferdinand. à Castropal. oper. moral. de virt. temperant. tract. 4. disputat. 5.*
23 *punct. 25. num. 55.* Qui dicit fundamenta *Peregrin. & Afflict.* aliorumq. contrarium sententium esse infirma, & contradictionem implican-

implicantia, *Fulu. Constant. ad 10. lib. Cod. tit.*
de pœn. Fiscalib. credit. præferend. num. 109. cum
seqq.
24 Quartò in medium, ùt mei muneris munus
explerem tantùm ad materiæ dilucidationem,
ac casus contingentiam, aliam quæstionem
percurrere censui; Nempè an bona fideicom-
missio subiecta valeant confiscari etiàm in Cri-
mine Læsę Maiestatis Humanæ, siuè Diuinæ,
in qua quidèm quæstione, licèt grauissimorū
fuerit *DD.* sententia posse confiscari; Tamèn
omnium nouissimè, omissis antiquioribus, vi-
dendus *Franc. Censal. meus germanus in obser-*
uat. ad Peregr. de fideicommiss. art. 30. à fol. 201.
col. 2. vers. tertia conclusio impress. Venet. vsque
ad fol. 204. et. seqq. Qui de more non solùm
per leges, sed etiàm *DD.* & plurimorum Sena-
tuum placita fundat, bona fideicommisso su-
biecta indistinctè, etiàm in Crimine Læsæ Ma-
iestatis confiscari non posse; Maximè quandò
à Trāsuersali ipsum fuisset constitutum, & latè
hanc conclusionem exornaui in *meo tract. ad*
tex. in l. vnica Cod. si quis Imperatori maledixerit
§. 2. num. 71. & seqq. & nè ibi dicta transcribe-
re videar prò nunc tantùm libeat subnectere,
& applicare memoratę quæstionis substantiā,
seù intelligentiam præcisè ad casum, cuius oc-
casione prouinciam hanc assumpsi ex munere
25 mihi super imposito; An per Testatorem per-
petuo ordinato fideicommisso cum expressa
prohibitione alienationis, & detractionis Le-
gitimæ, & Trebellianicæ, ac etiàm exhæreda-
tionis vocatorum ad fideicommissum in casu,
quo illi delictum committerent, & bona con-
fiscanda venirent; Maximè accedente decla-
ratione Testatoris, prædicta habere locum
præambula hora ante commissum delictum,
& non in fraudem Fisci, sed ad effectum ùt bo-
na omnia conseruentur in agnatione, saltim
Fisco aliquid Iuris remaneat super dicto fidei-
commisso talitèr ordinato respectù Legitimæ,
seù Trebellianicæ; Et quòd non competat vl-
lum Ius, in puncto firmant *Ruin. cons. 129. n.*
6. & 7. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 131. num. 41. 51.
& 63. & cons. 193. num. 12. & 16. Peregrin.
de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 104. vers. sed verum,
Berrett. cons. 133. num. 5. & seqq. Panzirol. cons.
181. num. 3. & per tot. Surd. cons. 970. per tot.
Farinacc. quæst. 25. num. 45. vers. limita 5. Mer-
lin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 32. num. 3. &
26 *quæst. 38. num. 13.* Et ratio est euidens, ex quo
filius non solùm potest exhæredari ob illas
quatuordecim causas enunciatas *in §. causas*
27 *auth. ùt cum de appellat. cognoscit.* Sed etiàm
quandò filius in ære, & in persona condemna-
retur, ùt plenè fundat *idem Merlin. de legitim.*
lib. 4. tit. 3. quæst. 4. per tot. plenissimè *Chartar.*
eod. tract. de legitim. art. 2. num. 80. & seqq. no-
uissimè *Io. Mar. Vermigliol. cons. Crimin. 86.*
à num. 3. & 4. qui loquitur in puncto legitimę,
ùt valeat onus in casù prædicto apponi, *Ma-*
strill. decis. 181. per tot. Farinacc. cons. 173. Vbi
28 omnibus contrarijs respondet, *Gratian. discept.*
forens. cap. 983. num. 25. ad fin. idem Vermigl.
cons. 41. per tot. & à num. 2.
29 Et multò magis quandò agitur de Crimine
Lesæ Maiestatis, quià tunc nō solùm legitima,
sed etiàm alimentis priuari potest, *Surd. de ali-*
men. tit. 7. qu. 3. per tot. Merlin. d. lib. 4. tit. 1.
30 *quæst. 4. numer. 10.* Et quemadmodùm filius
in talibus casibus non potest conqueri, ità &
Fiscus, prout in puncto pluribus allegatis fun-
dat *Chartar. de legitim. d. art. 2. num. 81. cum*
31 *plurib. seqq.* Ità vt existente prohibitione ex-
pressa Testatoris de detractione Legitimæ, seù
Trebellianicæ, ipsæ vnquàm cōfiscari valeant,
Farinac. de delict. & pœn. quæst. 25. n. 45. vers.
Limita secundo, qui firmat nullam apud *DD.*
inuenisse difficultatem; *Merlin. de legitim. d. lib.*
3. tit. 1. qu. 32. n. 3. Ioseph Ludouic. dec. Lucen.
28. per tot. præcipuè *à numer. 42. vsque ad 76.*
in indiuiduo *Merlin. de legit. d. lib. 3. q. 32. n. 3.*
32 *vers. Declaratur secundò*; Quapropter maximè
prædicta habent locum data acceptatione, &
nūquàm reclamatione Successorum, quià tunc
etiàm quoad Fisci præiudicium influit, *idem*
Ioseph Ludouic. vbi sup. num. 49.
33 Quò verò ad Trebellianicā non est dubium;
Nàm licèt priscis tēporibus fuerit dubitatum,
an filijs primi gradus illa prohiberi posset ex-
pressè in terminis *tex. in l. iubemus Cod. ad Se-*
nat. Consul. Trebell. & negatiuam sectati fuere
Sebast. Medic. decis. March. 61. Grimell. dec. 107.
Mors. tit. 113. Thesaur. lib. 1. quæst. forens. q. 30.
cum alijs passim &c.
34 Attamen hodiè indubitata est opinio, etiàm
filijs primi gradus Trebellianicam posse prohi-
beri. *Præses de Franch. decis. 11. & 612. Franc.*
Censal. in obseruat. ad Peregrin. fol. 224. col. 2.
impress. Venet. vers. Secundò obseruo cum vers. seq.
latissimè *Farinacc. d. quæst. 25. num. 44. versic.*
Quid tamen hodie, latè *Seraphin. Massinus de*
Confiscatione bonorum quæst. 30. à num. 4. & ista
est opinio, quam hodiè sequitur *Rot. Roman.*
vt comprobat *Merlin. decis. 39. num. 1. & dec.*
383. num. 14. tom. 1. vbi de receptiori, & ve-
35 riori latè testatur; Maximè quandò sumus in
fideicommisso particulari, quià tunc apud
omnes est in confesso, ipsam prohiberi omni-
nò posse, vt latè fuit dictum *in Rauennaten. Bo-*
norum 1. Februarij 1647. coràm Eminen. Corrado
impress. post Censal. ad Peregr. dec. 29. num. 19.
vbi infinitæ cumulantur *Rot. Roman. aliorumq.*
36 *Tribunalium decisiones*, ac *DD.* placita; Et quòd
Tre-

Trebellianica, & quænis alia quota valeat prò-
hiberi etiàm filijs primi gradus *iux. opinion. à
Rot. recept.* videndus *Seraph. decіſ.* 570. *num.* 1.
& apud Gregor. XV. dec. 421. *num.* 10. Ibiquè
Adden. num. 16. *apud Caualer. decіſ.* 441. *nu.* 2.
& ſeqq. Duran. decіſ. 354. *num.* 2. & fuit firma-
tum *in Bituntina Fideicommiſſi* 23. *Iunij* 1651.
coràm R. P. D. Albergato, & fuit firmatum *in
Mediolanen. Bonorum* 21. *Iunij* 1652. *coràm*
37 *eodem Albergato* §. *fin.* Et quòd diſpoſitiò-
nes ordinatæ à patre, ſeù à patruo, qui nec de-
liquerunt, nec delinquere cogitarunt cum
præcepto, quòd vocati à Criminibus abſtinere
deberent ſub pęna priuationis, vt benè ſuſti-
neantur, maximè quandò ſunt factæ fauore
agnationis, ità vt nec dicantur factæ in frau-
dem Fiſci, *Boſſ. de publicat. bonor. nu.* 30. *&* 32.
verſic. Sed ſibi. Rolan. conſ. 56. *num.* 11. *& ſeqq.
lib.* 1. *Gabr. conſ.* 123. *num.* 12. *lib.* 2. *Odd. conſ.*
53. *num.* 9. *&* 10. *& ſeqq. Vermigliol. conſ.* 86.
num. 3.

38 Quintò tandèm incidimus in aliam quęſtio-
nem, an emphyteuta primus acquirens, qui ſe
obligauit ad canonis ſolutionem cum obliga-
tione bonorum, deindè omnia bona ſua per-
petuo fideicommiſſo, omnibus, prò agnatio-
nis cõſeruatione, cautelis roborato, ſuppoſuit,
Creditor dd. canonum poſſit ſatisfieri ſupèr
bonis d. fideicommiſſo ſubiectis; In qua quæ-
ſtione affirmatiuam tuendo videndus *Caſtrenſ.
conſ.* 333. *lib.* 1. *Fulgin. de Contractib. emphyteut.
qu.* 31. *verſ. Paulus autem num.* 5. qui de morè
39 plures allegat. Dubium autèm ſuboritur, an
ſi hypotheca expreſsè pro canonis ſolutione
non ſit in contractu emphyteutico appoſita,
prò pręfato canone poſſit experiri ſupèr bonis
perpetuo fideicommiſſo ſubiectis, ſuppoſito,
quòd alia non extent, ſtante quòd in fine con-
tractus emphyteutici adſit clauſula; *Pro quibus*
40 *omnibus &c.* In quo ſanè dubio licèt prima
facie poſſit dici, quòd hypotheca ſit ſtricti Iu-
ris, & ſtrictiſſimè interpretanda, nec extenda-
tur de caſu ad caſum, *ad tradit. per Merlin. de*
41 *pignorib. lib.* 4. *tit.* 5. *q.* 147. Et ſic niſi expreſsè
ex partium conuentione talis hypotheca fue-
rit inducta immediatè ad promiſſionem ſolu-
42 tionis canonis; Maximè quià ſecundum ali-
quos prò canonis ſolutione tantùm actio per-
ſonalis, non autèm hypothecaria competit;
Fulgin. de contract. emphyteut. d. q. 31. *n.* 4. *&* 5.
43 & nunquã appoſita intelligitur, *Merlin. de pi-
gnorib. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 23. *per tot.* latè *Merlin.
Pignatellus Controuerſ. forenſ. tom.* 1. *contron.* 36.
ex num. 1. *cum ſeqq.* & fuit dictum *in decіſ.* 16.
hic impreſſa à num. 24.
44 Verùm cõtrarium de Iure in ea facti ſpecie,
de qua agitur, exiſtimo, ſtante clauſula illa:
Pro quibus omnibus, & ſingulis &c. vt ipſa non
modò referatur ad diſpoſitiones in Inſtrumen-
to principalitèr contentas, ſed etiàm ad ſim-
plicitèr enunciatas ad effectum, vt hypotheca
etiàm prò canonis ſolutione inducta dicatur,
etiamſi incidentèr, & enunciatiuè ſolùm in
Inſtrumento facta foret mentio, *Alex. conſ.* 17.
num. 2. *lib.* 3. *Ruin. conſ.* 137. *lib.* 1. *num.* 6. *Pa-
riſ. conſ.* 97. *n.* 21. *lib.* 1. in terminis *Rot. Roman.*
45 *decіſ.* 741. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* Vbi promiſſe-
rat maritus inueſtimentum pecuniæ dotalis
tempore receptionis prò cautela in euentum
reſtitutionis eiuſdem dotis, prò qua non emi-
ſerat vir principalem promiſſionem, fuit dubi-
tatum, an vigore ſubſequutæ clauſulæ: *Prò
quibus omnibus*, agi poſſet contrà eum, & fuit
firmatum, quòd ſic; Ex quo in Inſtrumento
fuit enunciata reſtitutio dotis, & ſic meritò ad
id etiam refertur d. clauſula: *Prò quibus omni-
bus &c.* & ſequitur *ead. Rot. poſt Zacch. de obli-
gat. Cameral. dec.* 5. *nu.* 7. 8. 9. *&* 10. & latiùs
fuit dictum *in Romana Saluiani* 21. *Iunij* 1641.
*coràm R. P. D. Cerro impreſſ. poſt Merlin. de Pi-
gnorib. decіſ.* 50. *num.* 16. 17. *&* 18. *& in par.* 9.
tom. 1. *recent. decіſ.* 40. *numer.* 13. *cum duobus
ſequentibus.*

46 Vltrà quàm quòd actio hypothecaria prò
canonum ſolutione in bonis liuellariorum ſe-
cundùm magis veram opinionem non ſolùm
de Iure Communi competit, vt Ego latè funda-
ui *contrà Surd. in nota ad eund. addit. dec.* 23. *per*
47 *tot.* & ibidem *Hodiern. n.* 4. *&* 12. Sed etiàm
de Iure Municipali huius inclytæ Reip. vt cauetur
cap. 125. *lib.* 2. *Stat. Vniuerſ.* Vbi poſtquàm
diſpoſuit, quòd vbicunquè conſtiterit per con-
feſſionem emphyteutæ ab aliquo bona in em-
phyteuſim conducere, ex tali confeſſione pro-
betur emphyteuſis, vel locatio, addit infra-
ſcripta verba: *Et in omnibus prædictis caſibus
bona Redditoris intelligantur eſſe, & fuiſſe obliga-
ta Locatori prò reddita, ac ſi legitimè de obliga-
tione conſtaret*, & magis clarè ſancitur *in cap.*
121. *eiuſd. lib.* Ibi. *Poſſit authoritate Iudicis,
etiamſi nulla reddita retenta in præteritum debea-
tur, apprahendere de bonis debitoris, & contrà
bonorum poſſeſſores, vel emptores dd. bonorum
debitoris, vel quocunq. titulo acquiſitores, qui poſt
obligationem dd. bona acquiſiuiſſent, agere, &
tanta de bonis debitoris conſequi; & habere, ex*
48 *quibus veriſimilitèr poſſit conſequi etc.* Quapro-
ptèr cùm legem ſtatutariam habeamus, inanis
eſt allegatio *DD.* vt inquit *Ambroſin. decіſ. Pe-*
49 *ruſin.* 3. *num.* 20. Et obſeruanda eſſet, etiam ſi
foret contrà Ius, vt latè fuit dictum *in Spoletana
Succeſſionis* 19. *Iunij* 1651. *coràm R. P. D. Celſo*,
§. *Iuſtitia paritèr*, & Nos alibi ſæpè.

Quibus ſanè deguſtatis, facili methodo ad
parti-

particularem Creditorum hereditatis d.q.Ber-
nardini Piccini deuenitur, vnicuiq. locum,
prout de Iure competit, assignando.
50 Primus etenim locus assignatus fuit Fisco
prò expensis tantùm præsentis processus gra-
duatorij, ex quo ipsæ præseferunt prælationē
adinstàr heredis beneficiati, qui ante omnia
erogatas expensas prò Inuentario perficien-
do, ùt Creditorum Iura non deludantur, de-
trahit, ùt optimè fundat Phanuc.de Inuent.par.
5. à num.35. 36. & 37. qui multas rationes ad
51 propositum nostrum cumulat: Cùm Fiscus
dicatur expendere necessariò ad effectum re-
cuperandi, & inueniendi bona, ùt omnibus
Creditoribus ad concursum venientibus prò
eorum respectiuè creditis sit consultum, ùt
non obscurè colligitur ex Salgad. tract. laby-
rinth. Credit. par. 1. cap. 11. num. 64. & num.
80. 81. ac 82.

Secundus locus fuit assignatus D.Franciscæ
Viduę relictæ d. q. Bernardini Piccini prò suis
dotibus consequendis in summa scutorū 500.
52 Ex quo vxor condemnati etiàm in Crimine
Læsæ Maiestatis potest deducere suas dotes,
& donata propter nuptias aduersùs Fiscum,
ad tex. in l. si marito in princip. ff. solut. matrim.
Soccin. Iun. cons. 55. Peregrin.de Iur.Fisc. lib.5.
tit.1. num. 82. vers. amplia etiàm, Boss. de bon.
publicat. num. 651. Clar. quæst. 78. vers. & hoc
etiàm, Farinacc.de delict. & pæn. quæst.25.num.
111. vers. etiàm quod, cum alijs per Guazz. in
tract. de confiscat. bonor. 13. conclus.limitat. 35.
53 num. 2. & 3. qui etiàm ampliat in dote con-
fessata, ùt latè ibid.

Tertius locus assignatus fuit Monasterio, &
prò eo RR. PP. S. Hieronymi de Luca pro sū-
ma scutorum 7. prò canonibus decursis, & nō
solutis de anno 1655. vigore Instrumenti.
54 Quartus locus fuit assignatus S. Bellisario
Morganti prò summa scutorum 775. prò resi-
duo dotium D. Margaritæ eius vxoris, & filiæ
d. q. Bernardini vigore chirographi celebrati
sub die 28. Septembris 1652. & solutionis ga-
bellæ eodem tempore factæ, ex quo orta fuit
hypotheca ad ipsius fauorem; vel saltim à die
recognitionis, quæ retrotrahitur ad diem con-
stitutionis dotis, ac solutionis gabellæ. Salgad.
labyrinth. Credit. par.2.cap.21. num.18. & 19.
Anton.de Amat.var. resol. cap.5. ex num.1.cum
55 plurib. seqq. Cùm in Iure absolutum sit, origi-
nem suam hypothecam expresè metiri à die
promissionis, ùt latissimè comprobauit Præs.
de Franch. decis. 677. Lelin. Altograd. cons. 33.
56 lib.1. per tot. qui dicit sub num. 14. conclusio-
nem procedere, siuè hypotheca sit expressa,
siuè tacita, Rouit. cons. 57. ex num. 6. lib. 2. &
firmat etiàm Gayt. de credit. cap. 4. quæst.11.n.
1594. Salgad. tract. labyrinth. creditor. par. 2.
57 c.21. à n.5. per tot. Et quòd hypotheca incipiat
à die contracti matrimonij, strenuissimè de-
fendit Auendan. de mer. lib.2. cap. 13. ex n. 82.
& decisum dicit in Sac. Cons. Neapol. Regens
Franc. S. Felic. decis.129. per tot. tom. 1. Regens
58 Capyc. Latr. tom. 1. consult. 29. Qui decisum
refert, hypothecam fauore dotis nasci à die ca-
pitulorum matrimonialium; ideò Iure meritò
59 dictum locum assignauimus: Cùm Fiscus sem-
pèr dicatur capere bona cum omnibus One-
ribus, & conditionibus, Guazzin. de confiscat.
bonor. 13. conclus. ampliat. 6. num. 40. & con-
clus. 20. in eod. tract. de confiscat. bon. num. 14.
60 Et si aliter diceretur, teneretur ad dotandum
filias Confiscati, cùm id dicatur onus pater-
num, Bald. in l. fin. Cod. de dot. promiss. Alex. ad
Bart. in l. quæsitum §. 1. ff. de priuileg. Credit. Ca-
poll. cons. 160. num. 11. & 191. num. 3. Peregr.
61 de Iur. Fisc. lib. 5. num. 76. Accedente præser-
tim confessione d. S. Bellisarij de altera dotis
parte esse satisfactum, ex qua arguitur verè
aliud residuum ipsius dotis ei deberi, ùt in ter-
minis fuit dictum in Romana Dotis 31. Ianuarij
1652. coràm R. P. D. meo Bichio impress. post Sal-
gad. decis. 3. num. 6. & 7.

Quinti loci assignatio fuit in Sp. Hyppolitū
de Nobilibus, & V. D. Annam Bonuisiam eius
vxorem prò summa scutorum 60. prò censibus
decursis vsq. ad diem 27. Septembris præsentis
anni vigore publici Instrumenti rogati per Ser
Paulinum Casoli sub die 27. Septembris 1655.
ac etiàm prò decurrendis, ac prò capitali su-
62 pèr re censuata iuxtà formam d. Instrumenti,
quod facit probationem probatam secundùm
vulgata, ac executionem paratam habet ex
tradit. per Cenc. de censib. quæst. 95. & fuit dictū
in Bituntina Census 5. Iulij 1649. coràm bo. mem.
Arguelles impress. post Salgad. tract. labyrinth.
63 credit. decis. 73. num. 13. ac etiam stante clau-
sula, Constituti in d. Instrumento inserta, quæ
non solùm prębebat facultatem capiendi pro-
pria authoritate fructus rei censuatæ, ad effe-
ctum sibi satisfaciendi de fructibus, ad tradit.
per Cenc. de censib. quæst. 94. num. 13. Sed etiàm
64 ipsius vigore competebat associatio contrà
Tertium possessorem fundi censuati, ùt latè
fuit firmatum in Romana Census 26. Iunij 1647.
coràm bo. me. Bichio impress. post Salgad. dec. 16.
65 num. 3. & 4. Et hoc ideò Creditores contra-
hentes cum debitore post census impositio-
nem, & obligationem non præferuntur, dum
debet attendi vnitas obligationis primordia-
lis, in qua annuæ præstationes continentur,
iux. tex. in l. Lucius ff. qui potior. in pign. habean.
Negusant. de pignorib. 5. par. memb. 1. num. 10. &
14. Barz. decis. 108. Mastrill. decis. 119. ex n. 11.
cum

cum seqq. Merlin. Pignatell. controuers. 43. num. 7. lib. 1. Donatus Antonius de Marin. quotid. resolut. lib. 1. resol. 76. n. 5. vsq. ad 9. Paschalis de viribus patriæ potest. 2. p. cap. 2. n. 40. cum seqq. Noguerol. allegat. 17. *num.* 15. *&* 20. cum innumeris alijs cumulatis *per Salgad. tract. labyrin. credit. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 70.

Sextus locus assignatus fuit Sp. Vincentio Franciotto prò scutis 89. & 12. vigore scripti celebrati die 1. Decembris 1650. ac recogniti in Curia Mercatorum die 2. Maij 1656.

Paritérq. septimus locus assignatus fuit D. Antonio Vezzano prò scutis 214. saluo Iure melioris calculi prò residuo maioris sūmæ vigore scripti celebrati sub die 13. Nouembris 1654. ac recogniti de anno 1656. & adminiculati ex fide Marchij de omnibus contentis in
66 dicto scripto, ac etiàm ex depositione D. Leonardi Martinelli Mediatoris, qui vltrà recognitionem manus, subscriptionis tempore d. chirographi præsens fuit, cuius sola fides conuincit consignationem rei, ùt fuit dictum *in Ciuitatis Castelli Census* 10. *Decembris* 1649. *coràm R. P. D. Verospio impress. post Salgad. labyrin. Credit. decis.* 74. *num.* 7. Etsi Sp. Vincentius de Martinis testis inductus idem deposuisset, cùm tātùm ipsum recognouerit, certum erat, quòd d. Antonio Vezzano comperebat prælatio ad formam *l. scripturas Cod. qui potior. in pignor. habean.* à die confecti scripti, scilicèt à die datæ; Cùm forma *d. l. scripturas* valeat adimpleri etiā per aliud genus legitimæ probationis, puta, per duos testes probantes contractum scripturæ priuatæ verè, & realitèr, ac in eorum præ-
67 sentia præcessisse, & tunc à die datæ, non autèm à die recognitionis hypotheca dicitur nata, ùt in terminis strenuè fundauit *D. Ioseph Vela dissertat. Iur. dissert.* 21. *ex num.* 34. *cum seqq.* & notabilitèr, plenèq. *Salgad. tract. labyrinth. Credit. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 29. *&* 30. *in fin.* Ideò præfatus locus septimus meritò ipsi assignatus fuit ex rationibus, quæ in fine prò Creditorum chirographariorum graduatione adnectentur.

Octauus demū locus fuit assignatus Philippo Morali, & Andreæ Berti de Luca prò scutis 100. vigore scripti celebrati sub die 6. Nouēbris 1655. & recogniti sub die 5. Maij 1656.

Simili modo nonus locus assignatus fuit Sp. Nicolao de Nobilibus, & Sp. Io. Baptistæ Andreozzi prò scutis 69. vigore scripti priuati celebrati sub die 15. Februarij 1656. ac
68 recogniti de eodem anno; Ex quo licèt in Iure aliàs difficultatum fuerit, àn respectù Creditorum chirographariorum hypotheca metiatur à die datæ, vel à die recognitionis, ad effectum excludendi Creditores Instrumentarios, qui medio tempore contraxerunt, ùt videre est *meam additionem ad Surd. dec.* 72. *inx. termin. d. l. scripturas Cod. qui potior. in pignor. habean.* Tamèn absoluta est opinio, quòd non concurrentibus requisitis *d. l. scripturas* enunciatis *per Salgad. tract. labyrinth. Credit. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 29. *& per me etiàm in d. addit. ad Surd. decis.* 72. hypotheca sumat suum robur à die recognitionis, non autèm à die datæ, *Couarr. lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 4. *vers. illud adijciendum, & practic. quæst. qu.* 22. *num.* 5. *Parlador. rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* 1. *par.* §. 5. *num. fin. in fin. Vincent. de Franch. decis.* 95. *n. fin. in fin. Ioseph Vela dissert. Iur. cap.* 21. *num.* 21. 22. *&* 23. *Salgad. labyrinth. Credit. p.* 2. *cap.* 20.
69 *nu.* 27. quicquid dicat *Costa tract. de retrotract. cap.* 8. *cas.* 6. *num.* 2. qui præsupponit fieri retrotractionē, facta recognitione, ad diem datæ, quod Nos admittimus tantùm in casibus priuilegiatis, puta, dotis &c. ùt ipsemet fatetùr vbi suprà; Quapropter meritò omnibus præcitatis creditoribus chirographarijs, dimetiendo recognitionis tempora, vnicuiq. prò prius locus, ùt suprà assignatus fuit.

Decimus locus fuit assignatus Fisco, & prò eo M. Lucensi Communi prò summa scutorū 500. de quibus in relatione DD. Iudicum Delegatorum, & decreto Excellentissimi Senatus sub die 13. mensis Iulij 1656. insolidum exigendorum tàm ab hæreditate d. q. Bernardini, quàm Iosephi N. vnica solutione; Ex quo ùt suprà fuit visum, & plenè probatum, Fiscum vti Iure priuati, & cum eo practicari regulam, qui prior &c. & sic meritò, prout Ius expostulabat, dictus locus assignatus fuit.

Alijs verò Creditoribus, qui in præsenti Iudicio comparuerunt, singula singulis referendo, aliquibus reseruauimus Iura de, & supèr effectibus hæreditatis d. q. Bernardini, si & quatenùs competant &c. Alijs verò nullus locus assignatus fuit, ex quo eorum credita non iustificarunt, & consequentèr de ijs nulla ratio
70 habita fuit; Ex quo non entis nullæ sunt partes, aùt qualitates, *l. eius qui in Prouinciam ff. si cert. petat. Buratt. decis.* 293. *num.* 1. & fuit dictum *in Auenionen. Hæreditatis* 10. *Iunij* 1648. *coràm Reuerendiss. Roias* §. *creditu verò*.

Quò verò ad graduationem Creditorum hæreditatis q. Iosephi de N. diximus, primum locum esse assignandum Cameræ prò expensis præsentis processus graduationis, prout suprà. Secundū locum assignauimus D. Io. Christophoro S. D. Donnini prò starijs 81. frumenti, & salmis quinque vini, seù eorū valoris, vigore Instrumenti liuelli celebrati de anno 1621.

Eundemquè locum, & prò eadem causa admodùm Ren. D. Francisco alteri filio Sp. Claudij S. Donnini prò summa stariorum

163.

162. frumenti, seù eius valoris, & prout latiùs in sententia prò canonibùs decursis, & non solutis; Ex quo licèt per DD. Informantes prò hæredibus d. Iosephi N. fuerit tentum, d. hypothecam prò præfatis canonibus non debere meriti à die impositi liuelli, cùm ipsa non legatur expressa in contractù in casù non solutionis dd. canonum, & consequentèr non poterat afficere fideicommissarios ex propria persona ad fideicommissum vocatos; Tamen quià in Instrumento liuelli aderat clausula, *Prò quibus omnibus, & singulis &c.* quæ refertur, & extendit hypothecam etiàm ad suprà ennunciata capitula, si, & quatenùs non esset apposita ad latè suprà fundata; Ex quo cùm emphyteuta prò solutione canonis hypothecauerit omnia sua bona, licèt per multum temporis spatium canonem soluerit, & interim cum alio creditore contraxerit, eiquè sua bona hypothecauerit, postquam defecerit in solutione canonis, ùt nihilominùs D. directus erit anterior creditore, qui post emphyteuticam concessionem cum Liuellario contraxit;
71 Quià non à die defectus in solutione canonis, sed à die factæ promissionis in Instrumento emphyteutico suam meritur hypothecæ anterioritatem, ex pluribus in proposito cumulatis *per Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæst. 22. per tot.* Tertium locum assignauimus Monasterio Puellarum Pietatis prò retentis in summa librarum 200. vigore Instrumenti celebrati de anno 1563. Quartum locum fore assignandum diximus filijs d. Iosophi, scilicèt Benedicto, alijsq. fratribus, & successiuè fore, & esse relaxanda bona fideicommisso subiecta, vigore fideicommissi ordinati per olim Michaelem q. Nicolai de N. ùt ex testamento rogato de anno 1590. manù Egreg. S. Iosephi q. Simeonis de Marzulis Notarij Pisani; ex quo suprà firmauimus, quòd non solùm bona fideicommisso subiecta, sed neq. etiàm Legitima, & Trebellianica expressè in d. testamento prohibita, etiàm ex delicto Læsæ Maiestatis confiscari poterant, ideò &c. facta separatione priùs, ùt in sententia, cui &c. Quintum locum assignauimus V.D. Elisabethę prò eius credito dotali iuxta rationes dictas prò vxore Piccini, nè pallinodiam recantemus, ibi me, teq. remitto. Sextum locum assignauimus Fisco ex causa, de qua *in §. decimus locus fuit assignatus Fisco* superiùs posito graduationis hæreditatis Piccini.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Sententia àn, & quandò dicatur nulla ex defectù citationis ad dicendum contrà Iura, & termini ad opponendum. *Cap. 47. Rot. Luc.* quomodò fieri mandet productionem Iurium per Fiscum. Filius quandonam reputetur paterfamilias, & sui Iuris; & cum patre habitans àn, & quandò præsumatur acquirere ex bonis, & pecunia paterna, etsi sit negotiator existens in quasi possessione sui Iuris ob plures actus à se gestos àn, & quandò obligetur ex causa onerosa etiàm in contractù peculij aduentitij, licèt per statutum requiratur patris consensus, & an idem procedat fauore Fisci prò expensis factis occasione maleficij per filium patrati, super quo declaratur *cap. 67. lib. 2. Stat. Vniu. Luc.* Peculium àn, & quandò cesseatur esse aduentitium, siuè profectitium, & àn, & quandò per filium benè obligetur etiàm in vsufructù, alienationis vocabulo latissimè sumpto, in præiudicium patris. Statuta etsi clara recipiunt interpretationem Iuris, & quomodò, & de alijs ad materiam quandò filius negotiatur patre vidente, & non contradicente, & àn propstereà ipse pater obligetur Creditoribus contrahentibus cum ipso.

S V M M A R I V M.

Sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, executioni demandari debet ex Stat. Luc. & ex Iur. Commun. *num. 1.*

Terminus congruus necessariò dari debet ad opponendum, & dicendum contra Iura producta. num. 2.

Citatio generalis sufficit ad tollendam nullitatem ex defectù citationis ad dicendum contra, & nemine comparente ad vlteriora procedi potest absq. alia

 alia

citatione . num. 3. & 4.

Citatus niſi poſſit impedire, vel mutare ſententiam, non attenditur nullitas ex defectû citationis . n. 5.

Productio Iurium facta parte non citata, & in termino dato à lege, vel à Statuto, aut à Iudice, illum habente à Principe, valet abſquè citatione . num. 6.

Productio Iurium quomodò fieri poteſt per Fiſcum ex cap. 47. Rot. Luc. num. 7.

Filius ſub patria poteſtate exiſtens nil proprij habet, & quicquid penès patrem, & filium reperitur inſimul habitantes, omne ad patrem ſpectat, etiamſi à filio acquiſitum dici poſſet, cùm acquiſitiones præſumantur factæ ex bonis, & pecunia paterna . num. 8. 9. & 10.

Filius ſi proprio nomine negotietur, & propria opera, ac induſtria acquirat, ità acquiſita dicuntur peculium aduentitium . num. 11.

Filius nominatim ſibi ſtipulans acquirit ſibi, cùm cenſeatur contractus aduentitius, niſi expreſsè ſtipuletur prò patre, cui nil profectitium ſtipulari videtur . num. 12. & 13.

Peculij aduentitij vſusfructus ſpectat ad patrem eius vita durante . num. 14.

Filius induſtrioſus, & negotiator præſumere facit pecunias eſſe aduentitias, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi . num. 15.

Acquiſitio in induſtrioſo præſumitur potiùs facta ex proprijs pecunijs, quàm ex alienis . num. 16.

Filius plures acquiſitiones faciens ſi dixerit in aliquibus earum feciſſe nomine patris præſumuntur profectitia illas declaratione carentes, præſumitur, quòd fecerit verò ſuo nomine proprio, & cenſentur aduentitiæ, quorum tantùm vſusfructus patri acquiritur . num. 17. & 18.

Filius familias in bonis aduentitijs dicitur habere hæredem . num. 19.

Filius ob vſumfructum patris non poteſt bona aduentitia alienare, hypothecare, nec aliter obligare, & ſecuta alienatio eſt nulla tàm reſpectû fructuum, quàm ſortis . num. 20. & 21.

Lex ſcripta vbi habetur, inanum eſt allegare leges, doctrinas, & Doctores, num. 22.

Statuta ſemper recipiunt interpretationem à Iure Communi . num. 23.

Statutum venit appellatione Iuris Communis . n. 24.

Statuta licèt clara recipiunt interpretationem Iuris, quæ interpretatio quomodò eſſe debeat . num. 25. 26. 27. & 28.

Pater non contradicens filio contrahenti, & negotiatori obligatur peculio tenùs . num. 29.

Pater conueniri poteſt ſi permittat filio induſtrioſo, & idoneo negotiationibus vti pecunia in eis . n. 30.

Pater vt amittat vſumfructum peculij aduentitii filij negotiatoris, requiritur expreſſa renuntiatio . n. 31.

Pater ſi permittat filium familias publicè negotiari, obligatio eſt valida, & executio fieri poteſt viuente patre, non habita ratione vſusfructus aduentitiorum . num. 32.

Pater tacitè remittere valet vſumfructum filio . num. 33.

Filius familias exiſtimatur ſui Iuris ob multos actus tanquàm à patre familias geſtos . num. 34.

Pater familias ille præſumitur, qui communi opinione ità habitus eſt . num. 35.

Filius familias negotiator exiſtens in quaſi poſſeſſione ſui Iuris ob plures actus à ſe geſtos diu, & quandò etiàm in vſufructu aduentitiorū obligetur ex cauſa oneroſa Creditori, licèt per Statutum requiratur patris conſenſus, & an idem procedat fauore Fiſci prò expenſis factis occaſione maleficij per filium patrati . num. 36. 37. 38. 39. & 40.

Pater nunquam præſumitur conſenſiſſe delicto per filium commiſſo . num. 41.

Filius ex Stat. Luc. cap. 67. lib. 2. Stat. Vniu. ſiuè in contractû, ſiuè quaſi, aut in delicto, aut quaſi pati poteſt executionem ſuper bonis aduentitiis, reſeruato vſufructû patri eius vita durante . n. 42.

Vſusfructus bonorum aduentitiorum per patris mortem finitur, & cum proprietate conſolidatur . num. 43.

Deciſio XLIV.

1 SEntentia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, executioni demandari debet, ùt diſponitur per Statut. cap. 109. & 110. lib. 1. Stat. Vniuerſ. & eſt trititiſſima concluſio Iuris Communis, cap. cum aliquibus extr. de ſentent. & re iudic. Manſon. de cauſ. execut. lib. 1. ampliat. 35. num. 5. & ſeqq. Gaill. practic. obſeruat. lib. 1. obſeru. 113. Coler. de proceſſ. exequ. par. 1. cap. 2. num. 1. & ſeqq.

2 Nec obſtare mihi viſum fuit, quòd productio Iurium fuerit facta à D. Procuratore Fiſcali, & notificata ſub die 30. præſentis menſis, & ſic vnica die ante ſententiam, & ità non poſſet attendi, dùm erat neceſſaria aſſignatio congrui termini ad opponendum, & dicendum contrà Iura producta, ad tradita per Rot. poſt Poſth. de manutenend. deciſ. 238. num. 8. & 9. cum ſeqq. & apud Burats. deciſ. 134. nu. 8. 9. & 10. cum ſeqq. vbi allegantur concordantes.

Fuit enim reſponſum, obiectum corruere partim ex facto, & partim in Iure; In facto ſiquidèm ſub die 17. menſis Decembris fuit petita executio in partibus ſibi fauorabilibus per Fiſcum cum monitione, & citatione generali omnibus intereſſe habentibus ad dicendum quarè præfata ſententia debitæ executioni demandari non deberet; Cumquè nemo comparuiſſet infrà terminum trium dierum ad opponendum, & allegandum &c. ſub die

21. eiusdem mensis Procurator Fiscalis, accu-
sata omnium Interessatorum contumacia,
institit prò debita ipsius sententiæ executio-
ne cum productione suorum Iurium non so-
lùm verbali, sed etiàm effectiua tenoris &c. Ex
3 quo sequitur, quòd citatio generalis sufficit
ad tollendam nullitatem ex defectû citationis
ad dicendum contra, *ad tex. in l. si Prætor ff. de
iudic. l. consentaneum Cod. quomodò, & quandò
Iudex, Castrens. in l. ad peremptoriam num. 6. ff.
de Iudic. Rot. apud Seraphin. decis. 459. num. 8.
vers. secunda nullitas, Minsinger. obseruat. n. 1.
4 cent. 3.* Ità quòd dùm nemo comparuit, potuit
ad vlteriora procedi, etiàm absq; alia vocatio-
ne, seù citatione, *cap. consuluit de offic. delegat.*
5 Imò ad maiorem cautelam in actû ipso pro-
ductionis Instrumentorum intentionem Fisci
comprobantium fuerunt admissa per Iudicem
cum clausula *Si, & in quantum*, & parti notifi-
cari mandatum, prout re vera sub die 29. eius-
dem mensis, & sic per duos dies antè senten-
tiam fuit facta notificatio ipsius Interpellan-
tis, & prò tunc ad audiendam sententiam,
quæ cecidit sub die 31. eiusdem, vndè cùm ni-
hil pars opposuerit, imò neque aliquid rele-
uans deducere valuerit aduersùs præfatam
productionem Instrumētorum; ità quòd pos-
set retrahere animum Iudicis ad suam senten-
tiam non exequendam, ideò ipsam nullitatem
minimè attendendam fore sub prætextu, quòd
non esset assignatus congruus terminus ad op-
ponendum, existimaui, *Alex. in l. non solùm §.
morte num. 47. ff. de nou. oper. nunciat. Crauett.
cons. 179. num. 6. vers. prò hoc adduco, Surd. cons.
181. num. 27. cum seqq. & cons. 327. num. 17.*
cum alijs ferè in terminis *per Rot. post Salgad.
6 decis. 95. num. 2. 3. 4. & 5.* Vltra quam quòd de
Iure productio Iurium facta etiàm parte non
citata, quandò est facta in termino dato à le-
ge, vel à Statuto, vel à Iudice, maximè quan-
dò agitur in exequendo, prout mihi docent
dies à die petitæ executionis à Principe prò
ipsius terminatione fuerunt dati, sufficit, *Ma-
rant. in sua prax. par. 6. act. 8. vers. & producun-
tur scriptura, Instrumenta &c. num. 45. & 46.
Gabr. de citat. conclus. 1. num. 380. vsq. ad 390.
7 limitat. 39.* Quod totum fuit visum esse extrà
aleam controuersiæ, attenta sanctione cap.
Rot. 47. §. & prædicta, vbi habetur Fiscum
posse producere omnia eius Iura in quacunq;
parte Iudicij vsquè ad sententiam quomodo-
cunquè, qualitercunquè, & sufficiat eas osten-
dere DD. Iudicibus antè sententiam.
8 Nec paritèr existimaui, quòd dicebatur,
Bernardinum condemnatum, esse filium fami-
lias, & sicutì existentem in patria potestate,
nil proprij habere, & quicquid reperiri penès
patrem, & filium insimul habitantes, id totum
spectare ad patrem, *Bald. in l. 2. Cod. de patr. po-
test. Marzar. de fideicommiss. 3. par. quæst. 58.*
9 Etiamsi dici posset acquisitum à filio, *§. qui igi-
tur Instit. de patr. potest.* Ex quo acquisitiones
10 præsumuntur factæ ex bonis, & pecunia pa-
terna, *Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 6. sub n.
20. Gratian. discept. forens. cap. 401. sub num. 16.
17. 18. cum seqq.*

Responsio siquidèm deducitur ex supradi-
ctis in præcedenti decisione, & modo replica-
tione subiungitur, quòd conclusio in obiecto
11 posita limitatur, quandò filius proprio nomi-
ne negotiatur, & propria opera, & industria
acquirit, quo casù talitèr acquisita dicuntur
peculium aduentitium, vt *per Michalor. d. tract.
de frat. par. 1. cap. 6. num. 3. Surd. de alimen. tit.
9. quæst. 20. num. 6. Peregr. cons. 97. num. 53. lib.
4. Io. Bapt. Cost.* latè ad materiam *quæst. 184.
per tot.* & ideò ipsi quoad proprietatem spe-
ctat; Ex quo indubitata, & roborata est opi-
12 nio, quòd quandò filius nominatim sibi stipu-
latur, patri non acquiritur, nisi expressè sit di-
ctum, patris contemplatione filium talem
contractum facere, quia tunc, vti profectitiū
patri stipulari videtur *ex Crauett. cons. 834. n. 5.*
latè *Salgad. labyrinth. Credit. par. 2. cap. 20. à
13 num. 32. cum seqq.* Qui fundat secùs esse in pri-
mo casù, quandò filius sibi proprio nomine
stipulatur, quia tunc vti aduentitium peculiū
14 est considerandum, licèt benè verum quoad
vsumfructum, vita tamèn patris durante, ipsi
patri acquiratur, vt latè etiàm comprobat
*Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 20.
num. 8.* latè etiàm *Michalor. d. tract. de fratrib.
15 par. 1. cap. 6. num. 13.* Vndè licèt proponatur,
d. Bernardinum fuisse in patria potestate, ta-
mèn, cùm negari non possit, ipsum fuisse indu-
striosum, & negotiatorem, quod ex publicis
Instrumentis, & negotiationibus constare vi-
sum fuit; Asserenti, quòd bona, & pecuniæ dd.
negotiationum essent paternæ, vel ex bonis
paternis prouenientes, ità quòd non sibi, sed
patri acquirerentur, incumbit onus proban-
di; Ex quo ipsæ præsumuntur aduentitiæ, & à
filio acquisitæ, in puncto *Rolan. cons. 9. per tot.
lib. 2. Vasquez controuers. Illustr. cap. 105. n. 8.*
& sic in terminis decidit *Rot. nostra apud Lepid.
decis. 13. §. respondetur enim versùs fin.* Vltrà
16 quod de Iure quoquè acquisiuisse præsumitur
potiùs ex proprijs, quàm ex alienis, *l. si defun-
ctus 10. Cod. arbitr. tutel. Bart. in l. cùm oportet
num. 51. vers. quandoquè si præsumeremus &c.
Cod. de bonis quæ liberis, Menoch. cons. 12. num.
20. vers. non obstat 3. Mantic. de tacit. lib. 6. tit.
18. num. 24. vers. sed si frater eius nomine pro-
prio*, cum alijs *per Rot. in Anconitana Officiorum,*

seù nullitatis concordia 4. *Decembris* 1647. *coràm bon. mem. Arguelles* §. *non obstat primò*.

17 Quapropter cùm plures acquisitiones ad
summam notabilem ascendentes fuerint per
d. Bernardinum factę vltrà illas, quæ communi
nomine cum patre cantant, non poterat
dubitari de dictis acquisitionibus proprio nomine,
labore, & industria factis, quin aduentitiæ
existimarentur; Ex quo vbi voluit, dixit
bona esse profectitia, & ideò sibi præiudicauit
respectù patris; vbi autem noluit, proprio nomine
contraxit, ad tradita in istis terminis *per*
Mãtic. de tacit. & ambig. cõuention. lib. 14. *tit.* 20.
18 *num.* 6. Et ideò tantùm quoad vsumfructum
patri acquisiuisse videtur *l. cum oportet Cod. de*
bon. quæ liber. Paris. cons. 129. *num.* 4. *par.* 1.
Corn. cons. 07. *num.* 9. *Viuiu. lib.* 1. *commun. opi-*
19 *nion. opin.* 138. ac ideò filius familias in bonis
aduentitijs dicitur habere hæredem, §. 1. *auth.*
de hæredib. ab intest. venientib. Guidopap. quæst.
145. *num.* 2. & 146. *Michalor. de fratrib. par.* 1.
20 *cap.* 3. *num.* 3. Ità vt filius ob vsumfructum patris
non possit bona aduentitia nèc alienare,
nèc hypothecare, nèc alitèr obligare, *l.* 5. vbi
Glos. Cod. de patr. potestat. Afflict. decis. 241. *n.*
30. & probat *tex. in l. fin.* §. *ipsum autem, vers.*
21 *filys Cod. de bon. quæ liber.* & si alienentur, nulla
esset alienatio tàm respectù fructuum, quàm
proprietatis, *Gratian. discept. forens. cap.* 781.
num. 1. & 2. *Rot. decis.* 596. *par.* 2. *select. per*
Farinac. idem Michalor. d. par. 1. *cap.* 3. *num.* 17.

Et hinc ortum fuit maximum dubium, an
in omnibus contractibus, in quibus d. Bernardinus
vti publicus negotiator, & si in patria
potestate, diuersis Creditoribus fidem suam
obstrinxit, executio in dd. bonis aduentitijs,
vita patris naturali durante, fieri posset respectù
omnium Creditorum concurrentium, ipsius
morte expectata.

Et quidèm si Statuti Vniuersalis verba *lib.*
2. *cap.* 67. attendantur, certum est, quòd executio
perfici potest ad Instantiam Creditorũ,
qui cum filio contraxerunt in ipsius bonis, saluo
tamèn vsufructù patri eius vita naturali du-
22 rante, & cùm legem scriptam habeamus, inanum
est allegare leges, doctrinas, & DD. *Alex.*
Ambrosia. decis. Perusina 3. *num.* 30. & latè fuit
dictum *in Spoletana Successionis* 19. *Iunij* 1651
coràm R. P. D. Celso §. *Iustitia pariter*, & Nos
23 alibi sæpè; Verùm quia cùm Statuta sempèr
recipiant interpretationem à Iure Communi,
ex theorica Bart. & Alex. in l. 1. §. *lex falcidia*
24 *ff. ad l. falcid.* ac etiàm appellatione Iuris Cõmunis
propriè veniat Statutum, *ad doctrinam*
Bald. in l. vnica num. 12. *ad fin. vers. quinimò dico*
Cod. de confess. Ias. in l. omnes populi num. 5. *ff. de*
Iust. & Iur. Soccin. sen. cons. 81. *sub num.* 3. *ad*
fin. vers. ad prædicta facit, Surd. cons. 343. *num.*
7. *Rot. Roman. apud Merlin. decis.* 608. *num.* 21.
25 *tom.* 2. & semper Statuta, etsi clara, recipiunt
interpretationem Iuris, *ex eod. Bald. in l. omnes*
populi num. 35. *ff. de Iust. & Iur. Menoch. de*
adipiscen. possess. remed. 4. *num.* 285. & *de præ-*
26 *sumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 3. *num.* 48. Ità vt tantùm
friuolas interpretationes hominis, non
autèm rationabiles, & necessarias excludant,
27 *Bartol. in l. omnes populi num.* 65. Nèc etiàm
passiuas intrinsecas, & legitimas. *Cephal. cons.*
533. *num.* 33. Sed solùm cauillosas interpre-
28 tationes reiectas esse intelligatur, *Rimin. iun.*
cons. 340. *n.* 107. Ideò cùm in casù, de quo age-
29 batur, d. Bernardinus plura debita cõtraxerit,
vti negotiator, patre viuente, vidente, & non
contradicente, conueniens mihi videbatur dd.
Creditoribus simplicitèr absquè vlla reseruatione
vsusfructus executionem concedere, ac
ipsam non denegare; Ex quo etiàm contrà
patrem poterat dici esse ortam obligationem,
non quidèm insolidùm secundùm magis verã
opinionem, sed peculio tenùs, latè *Oynotm.*
lib. 4. *de actionib.* §. *actiones tit. de pecul. action.*
30 *à num.* 4. & 8. vbi inquit, quòd filius, qui est
industriosus, & ad negotiationes idoneus, &
ei pater permittat habere aliquam pecuniarum
substantiam, cum qua negotietur, quià
eius occasione sæpè multùm æris alieni filius
conflat, nè contrahentes cum filio familias decipiantur,
vt pater ex contractù filij etiàm teneatur,
& conueniri possit ex præsumpta voluntate
propter permissionem præfati peculij,
latè *Scannarol. de visitat. carcerat. cap.* 2. *à n.* 26.
31 *vsquè ad* 31. §. 7. *lib.* 3. & in terminis peculij
aduentitij, licèt aliquandò fuerit difficultatũ
an ex tacito consensù patris in filio negotiatore
censeatur inducta renunciatio vsusfructus,
vel expressa requiratur, & quòd requiratur
expressa, latè *Michalor. de fratrib. par.* 1. *cap.*
10. *num.* 4. *Gratian. discept. forens. lib.* 4. *cap.* 781.
num. 15. latè *Philipp. Paschal. de virib. patr. potest.
par.* 2. *cap.* 6. *à num.* 30. qui *ex Canalcan.* &
alijs fundat, consensum expressum requiri ad
hoc, vt pater præiudicium in vsufructù sibi inducat,
aliàs sempèr ei incumbere potest; Ta-
32 mèn quòd filij familias obligatio si pater permittebat
publicè negotiari, vt omninò teneat,
& exequi possit viuente pãtre, nulla vsusfructus
habita ratione, *Iacob. Cancer. lib.* 2. *variar. resolut.
cap.* 1. *de minorib.* 25. *ann. num.* 164. *Cra-*
33 *uett. cons.* 39. *num.* 2. Ex quo pater tacitè remittere
etiàm potest filio vsumfructum, *Crauett. d. cons.* 39.
per tex. in l. cùm oportet §. 1. *Cod.*
de bon. quæ liber. & videtur inclinare etiàm
Michalor. vbi suprà loco proximè citat. num. 23.
34 Vltrà quàm quòd consideratum fuit dictum
Bernar-

Bernardinum debuisse ab omnibus sui Iuris
existimari ob multos actus à se tanquàm à pa-
tre familias gestos, & sic à patria potestate li-
beratum, *ad tradita per Dec. in l. emancipatos*
num. 4. vers. & in quasi possessione Cod. de collat.
quem secuti sunt *Cagnol. & Rimin. iun. nu. 112.*
Cephal. cons. 687. num. 12. lib. 5. per tex. in l. 3. ff.
35 *ad Senat. Consul. Macedon.* vbi pater familias
ille præsumitur, qui communi opinione ità
habitus est, *ex quo tex. ductus Alciat. in tract.*
de præsumpt. reg. 2. præsump. 1. num. 5. probat,
36 filium familias existentem in quasi possessio-
ne sui Iuris ob actus plures à se gestos obliga-
ri ergà Creditorem, cui ex causa onerosa se
debitorem constituit, etsi per Statutum cau-
tum esset, filium familias non posse se obliga-
re absq. patris consensù; Ex quo d. quasi pos-
sessio Creditorem iustè excusat, nè perscrute-
tur illius filij conditio, *l. qui cum alio ff. de reg.*
Iur. in puncto *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præ-*
sumpt. 55. num. 28. 29. & 30. Crauett. cons. 6. n.
78. Seraphin. tract. de priuileg. Iuramen. priuileg.
83. num. 54. Hieron. Grat. cons. 96. num. 17. cum
seqq. lib. 1. Anton. Gomes. lib. 2. variar. resolut.
cap. 6. de contract. mutui sub num. 2. vers. 3. li-
mita, Mascard. de probat. concl. 609. num. 27.
latè in proprijs nostris terminis *Philipp. Pa-*
schal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. n. 231.
37 Licèt ibidem plures contrariam opinionem
sectantes adducat; Tamèn concludit, quòad
vires peculij tantùm, benè patrem conueniri
posse ex contractibus per filium familias ge-
stis, ipso tamen filio vita functo.
38 Verùm difficultas insurrexit circà creditum
Fisci, ex quo prætendebat Excellentiss. D. Ad-
uocatus Fiscalis, eandem regulam suprà fir-
matam cum ipso paritèr procedere, ex eo
quià non per viam confiscationis Fiscus ipsum
creditum consequi intendebat, sed per viam
puri, & veri crediti expensarum ex causa ma-
leficij per d. Bernardinum patrati; & ideò Fi-
scum agere de damno vitando, non autem de
lucro captando, & sic non solùm cessare regu-
lam in dubio contrà Fiscum, ex latè *traditis per*
Fontanell. decis. Chatalon. 254. num. 16. & 17.
39 Sed etiàm non esse Fiscum, seù cùm Fisco ali-
tèr agendum, & procedendum, quàm quòd
proceditur cum alijs Creditoribus paritèr ex
causa onerosa venientibus, quibus nulla reser-
uatio patri circà bonorum d. Bernardini vsum-
fructum fuit concessa, sed directè contra ea
executio præstita, nulla interposita mora,
prout latissimè comprobat *Caball. resolut. Cri-*
minal. centur. 3. cas. 201. per tot. & præcipuè à
num. 46.
40 Fuit enim replicatum ex suprà fundatis cla-
rè patere responsionem, ex quo differentia est
euidens respectù Creditorum, quibus ex con-
tractù d. Bernardinus se obligauit patre viuen-
te, vidente, & non contradicente; Nàm in
ipsis consideratur, consensum quoquè patris
fuisse accommodatum, & nè Creditores sub
fide patris decepti esse viderentur; At verò in
casù delicti, quandò d. Bernardinus quasi cō-
traxit cum Fisco ex causa maleficij per ipsum
41 patrati, cessat ratio d. Patris consensus, qui
nunquàm præsumitur, talem consensum ipsi
filio ad patriam tradendam accommodasse,
ex doctrina Innocen. in cap. cùm ad sedem de re-
stit. spoliat. Bald. in l. ad inuidiam Cod. de his quæ
vi met. caus. Curt. sen. cons. 41. super processù col.
1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 27. n. 7.
latè ad materiam *Ruin. cons. 6. per tot. vol. 5.*
cum alijs *per Paschal. de virib. patr. potestat. par.*
1. cap. 8. à num. 36. & per consequens præiu-
dicium quoad vsumfructum eius vita durante
sibi non induxisse.

Ideòq. meritò fuit contradistinctum credi-
tum Fisci ab ijs aliorum creditorum; Quapro-
42 ptèr concessa retentionem Fisco tot bonorum
de ijs in Inuentario descriptorum, & per eun-
dem possessorum, quæ ascenderent ad summā
scutorum 500. saluo tamèn vsufructù Georgio
patri d. Bernardini *sua tantùm vita naturali du-*
rante, & non aliàs, aliter, nèc alio modo, &
hoc seruata formali dispositione *Stat. in d. cap.*
67. lib. 2. Stat. Venuef. in fin. Quod procedit
indistinctè siuè in contractù, siuè in quasi, siuè
in delicto, siuè in quasi delicto, ùt si bona sint
aduentitia, prò debitis filij familias fiat in ijs
executio, reseruato tantùm patri eorum vsu-
43 fructu eius vita naturali durante; Nàm per
ipsius mortem vsusfructus finitur, & cum pro-
prietate consolidabitur, *§. finitur Instit. de vsu-*
fruct. Franc. Marc. decis. 827. num. 4. in 3. par.
Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 73. in fin.
& sic Fiscus integram suam satisfactionem, &
indemnitatem consequetur.

Ab alijs hinc indè petitis partes absolui &c.
Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Clausula, *& prò hæredibus*, àn, &
quandò in stipulationibus fauorabili-
bus subintelligatur, & àn, & quandò
actiones tàm actiuæ, quàm passiuæ,
quæ erant penès defunctum transfe-
rantur in eius hæredes. Terminum su-
scipiens, se verum debitorem fatetur,
ità

ità vt vllam exceptionem ampliùs opponere possit, & àn, & quandò Instantia cœpta cum defuncto continuetur in hæredes siuè sit actiua, siuè passiua. Declarantur *Stat. Luc. cap. fin. lib.* I. *&* *cap.* 5. *lib.* 5. in quibus casibus procedat eorum dispositio, cum intelligentia etiam *cap. Rot.* 31. *vers. si verò peteretur*. Instantia àn, & quandò in causis executiuis, & ordinarijs valeat per Iudicem, vel per partes prorogari, & quænam differentia constituatur inter vnam, & aliam, & declaratur *cap. Rot.* 51. *&* 53.

SVMMARIVM.

Instrumentum publicum facit probationem probatam, ac rem manifestam. num. 1.

Hæredes in stipulationibus fauorabilibus semper censentur habere ad eorum fauorem Clausulam, & prò hæredibus. *num.* 2.

Actiones omnes tàm actiuæ, quàm passiuæ, quæ penès defunctum reperiebantur tempore mortis, trãsferuntur in eius hæredes. num. 3.

Hæres repræsentat personam defuncti tàm actiuè, quàm passiuè. num. 4.

Obligationis conditio non mutatur ex persona hæredum, etiamsi agatur via executiua prò satisfactione obligationis. num. 5. *&* 6.

Hæres potest carcerari prò debito defuncti, sicuti poterat carcerari defunctus, & etiàm agere. n. 7.

Instantia cœpta cum defuncto continuatur in hæredes siuè sit actiua, siuè passiua. num. 8.

Litis contestatio inducit quasi contractũ inter Actorem, & Reum. & tàm actiuè, quàm passiuè transit ad vniuersales eorum Successores. n. 9. *&* 10.

Instantia cœpta cum defuncto transit in Successores propter expensas, fructus, & accessiones. n. 11.

Terminum suscipiens fatetur se verum debitorem, debitum agnoscit, ac renunciat cuilibet exceptioni etiàm compensationis competenti anteà ipsi debitori, & fideiussori. num. 12. 13. *&* 14.

Stat. Vniu. Luc. cap. fin. lib. 1. & cap. 5. lib. 5. *declarantur. num.* 15.

Rot. Luc. cap. 31. vers. si verè peteretur. *declaratur. num.* 16.

Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda. num. 17.

Causæ executiuæ sunt magis priuilegiatæ, quàm ordinariæ, ex cap. 51. & 53. Rot. Luc. *num.* 18.

Decisio XLV.

TErminum decem dierum vtilium ad solnendum prò libris 78. susceptum à Sp. Thoma Bernardi ad fauorem D. Iunctini de Iunctinis diximus fore, & esse exequendum ad fauorem DD. Nicolini, Felicis, & aliorum filiorum, & hæredum cum beneficio legis, & Inuentarij D. Iunctini eorum patris; Ideòq. sententiam D. Iudicis primarum Instantiarum fore, & esse reuocandam, & successiuè concedendam executionem contrà d. Sp. Thomam principalitèr, & insolidum obligatum cum Marco Alexandri Federici.

1 De obligatione enim Sp. Thomæ constat
ex publico documento rogato per Egr. Gregorium Sardinum Notarium publicum Lucen.
Actuarium in Curia ordinaria præsentis anni
sub die 19. mensis Octobris 1656. quod facit
probationem probatam, & rem manifestam
reddit, *Bald. in l. interest* 21. *n.* 2. *Cod. de solution. Ludouis. decis.* 195. *num.* 1. *& decis.* 459. *n.*
3. cum alijs *in Romana Pecuniaria Veneris* 27.
Iunij 1653. *coràm Reuerendiss. Meltio* §. *ratio
resolutionis*, & alibi passim, & cùm in præfato
termino decem dierum propriæ obligationi
non satisfecerit, executionem euitare non
potuit, nèc debuit iurib. vulgat.

2 Nihil restagante, quòd obligatio Sp. Thomæ fuerit concepta, & formata ad fauorem
dumtaxat D. Iunctini, non autèm eius hæredum; Quià prætèrquamquod clausula, *Et prò
hæredibus* in stipulationibus fauorabilibus sæpè subintelligitur, ùt fuit dictum *per Rot. in
Bononien. Accollationis Debitorum* 19. *Ianuarij*
1652. *coràm bo. mem. Bichio* §. *in genere vers. &
in stipulationibus*; Adhùc licèt ad fauorem D.
3 Iunctini fuisset solummodò stipulata, vulgatissima est in Iure regula, quòd omnes actiones tàm actiuæ, quàm passiuæ, quæ penès defunctum reperiebantur tempore eius mortis,
transferuntur in eius hæredes, *l. cùm hæredes*
23. *ff. de acquiren. possess. l.* 1. *ff. de bon. possess.
l. hæres la* 2. *ff. de acquiren. hæredit. Ioseph de
Sesse decis. Aragon.* 88. *num.* 34. *&* 35. *Rot. decis.* 590. *num.* 30. *par.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 19. *num.*
9. *par.* 6. *recent.* & fuit firmatum *in Beneuentana
Census* 5. *Iulij* 1649. §. *non obstat coràm bo. me.
Arguelles* in impress. & cumulat. *per Me post
Salgad. tract. labyrinth. Credit. decis.* 73. *num.* 15.
& in Romana Pecuniaria 27. *Iunii* 1653. §. *ratio resolutionis coràm R. P. D. Celso, & in Bononien. de Rubeis impress. post Censal. ad Peregrin.*
4 *decis.* 50. *num.* 2. *&* 3. Ità vt hæres personam
defuncti repræsentet tàm actiuè, quàm passi-

uè;

uè. *l. 1. & tot.tit. Cod. vt act. ab hæred. & con-
trà hæred. Rot. decis. 176. num. 1. par. 6. recen.*
& firmatur *in d. Bononien. Accollationis Debi-
torum coràm bon. mem. Biebio §. in genere verò;*
Quapropterè sicuti Sp. Thomas obligationi suę
satisfacere debuisset ergà D. Iunctinum, si ad-
hùc viueret, pariformitèr obligatus existit ad
eam adimplendam fauore ipsius hæredum.
5 Nequè enim obligationis conditio mutatur
ex persona hæredum, ùt ait *Paul. in l. 2. §. ex
his ff. de verb. obligat. Carleual de Iudic. lib. 1.
tit. 1. disputat. 2. qu. 5. num. 288. Rot. decis. 28.
num. 4. par. 5. & decis. 39. num. 1. & 8. par. 6.*
6 *recen.* Etiàm quod agatur via executiua prò
satisfactione obligationis, ùt fuit firmatum
*per Rot. in Romana Cambiorum 4. Decembris
1592. coràm bo. mem. Millino impress. post Mar-
chesan. de commiss. par. 2. fol. 151. num. 6. & apud
ipsum Millin. decis. 25. num. 4.* quam refert, &
sequitur *Rot. in d. Bituntina Census in d. §. non
obstat il quinto coràm Arguelles*, & docet *Carle-*
7 *ual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 9. num. 2.* vbi quòd
sicuti defunctus poterat carcerari pro debito;
Ità paritèr poterit carcerari hæres, & loquitur
tàm actiuè, quàm passiuè, *Mauson. de caus. exe-
cutiu. lib. 1. ampliat. 14. num. 20.* & fuit dictum
*per Rot. post Merlin. de pignorib. decis. 127. num.
18. & per istam Rot. apud Lepid. decis. 122.*
8 Et hinc est, quòd instantia cępta cum de-
functo continuatur in hæredes, siuè illa sit acti-
ua, siuè passiua, *l. si petitur 31. ff. de Iudic. Bart.*
qui dicit hoc procedere sine difficultate *in l. si
eum hominem num. 2. vers. sed instantia causa Ci-
uilis ff. de fideiussorib. & mandat.* & post alios di-
xit *Rot. in Interamnen. prædii de Thomasinis 31.
Ianuarii 1642. §. nec dictum fuit coràm Reueren-
diss. Rotas,* quæ est *decis. 65. nu. 17. par. 9. tom. 1.*
9 *recent.* Cùm per litis contestationem insurgat
quasi contractus inter Actorem, & Reum,
l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. l. omnem ff. de Iudic.
10 Qui propterea tàm actiuè, quàm passiuè ad
vniuersales iurium Successores transit, ùt præ-
tèr suprà citatos docet *Peregrin. de fideicomm.*
11 *art. 53. num. 17. & 18.* vbi valdè vtile existi-
mat, quòd Instantia cępta cum defuncto, tran-
seat in successores proptèr expensas, fructus,
& accessiones, ùt pluribus authoritatibus ad-
ductis comprobat *Franc. Censal. in obseruat. ad
eund. Peregrin. citat. art. 53. fol. 360. vers. secun-
dò obseruo, & vers. hac conclusio col. 1. impress.
Venet.* & in fortioribus terminis innumeros
congerit *D. Ferdinand. Arias de Mesa var. lib.
2. cap. 38. à num. 6. & 7.* Maximè attenta di-
spositione Statutaria *cap. 12. lib. 2.* de qua Nos
alibi latè.
12 Quæ omnia tantò magis procedere existi-
maumus, attenta susceptione termini ad sol-
uendum tàm per Principalem, quàm per d.
Sp. Bernardum; Cùm in Iure certum sit,
quòd illum suscipiens fatetur se verum debi-
torem, *Buratt. decis. 887. num. 6. Ridolphin. in
sua prax. Iudiciar. par. 1. cap. 14. num. 112. cum*
13 *plurib. seqq.* ac debitum agnoscit, *iux. tex. in
l. ad solutionem*, vbi *Glos. in verb. acquieuerit
Cod. de re iudic. Rot. decis. 773. num. 5. par. 2.
& decis. 173. num. 6. par. 3. & decis. 133. num.
4. par. 5. recent.* Imò non solùm confessio-
14 nem debiti operatur, sed etiàm renuntiatio-
nem cuilibet exceptioni etiàm compensatio-
nis anteà ipsi debitori, & fideiussori com-
petenti, *l. sed & si quis §. fin. ff. si quis caut. l.
ad solutionem*, vbi *Bald. in princip. & Salycet.
num. 1. Cod. de re Iudic. Rot. decis. 773. num. 5.
par. 2. recent. Buratt. decis. 144. num. 6.* ac etiàm
approbationem debiti, omniumq. anteà ge-
storum, *Rot. post Zacch. de Societ. Offic. decis. 50.
num. 1. Caualer. decis. 139. num. 1. Duran. decis.
373. num. 16.*
15 Nequè Sp. Thomæ suffragari censuimus di-
spositionem *cap. fin. lib. 1. & cap. 5. lib. 5. Statut.
Vniuers.* in quibus habetur, quòd appellati ne-
queat, nequè supplicari, nèc de nullitate dici,
vel recursus haberi à sententijs, quæ non exce-
derent summam, seù æstimationem floreno-
rum 25. Quapropterè cùm ipse à D. Iudice pri-
marum Instantiarũ reportauerit sententiã ab-
solutionis ab obseruatione Iudicij contrà præ-
dictos hæredes D. Iunctini, non videbatur esse
locum recursui prò eorum parte coràm No-
bis interposito.
16 Siquidèm dispositio *prædictorum Statutorum*
locum sibi vendicat, quotiescumquè procedi-
tur ordinariè prò consecutione alicuius sum-
mæ, non verò quandò executiuè agitur, & in-
tentando remedia *cap. 111. lib. 1. & cap. 2. lib.
6. Statut. General.* prout fuit actum in præsen-
ti causa; Hoc namquè casù si executio dene-
getur tàm à D. Iudice primarum Instantiarũ,
quàm à quocunq. alio Iudice, expressè caue-
tur in Constitutione huius *Rot. cap. 31. vers. si
verò peteretur, quod detur recursus ad DD. Iudi-
ces Rotæ;* Quamobrem cùm D. Iudex prima-
rum Instantiarum ipsam denegauerit execu-
tionem prædictis hæredibus de Iunctinis intẽ-
tantibus supradicta remedia, debuit omninò
per Nos admitti recursus, quamvis summa
petita non excederet æstimationem floreno-
17 rum 25. Lex enim, quæ generalitèr loquitur,
generalitèr est intelligenda, *l. 1. §. generalitèr
ff. de legat. præstan. Ias. in l. non dubium num. 78.
Cod. de legib.*
18 Eaq. libentiùs amplexi fuimus, quia *ex cap.
51. & 53. Constit. huius Rot.* apparet magis pri-
uilegiatas existere causas executiuas, quàm
ordi-

ordinarias, & minores; Illarum enim Instantia est 20. dierum vtilium, ùt *in d. cap.* 53. quæ nullatenùs nèc per partes, nèc per Iudicem prorogari potest; Harum verò est 30. dierum pariter vtilium, quæ per Iudicem prorogari potest per dies quinque, & per alios dies quinque per partes.

Et ità fuit decisum vtraquè parte Informante &c.

ARGVMENTVM.

Possessio àn, & quandò probetur contrà Tertium per Catastrum, seù librum Æstimi, maximè alio existente in possessione, & ex quibusnam alijs actibus illa probetur. Turbatiua àn, & quandò inducatur, & àn à pœna turbationis quis absolui possit, simulq. condemnari ad desistendum. Reijcitur *Zuccar. decis. Lucen.* 9. Pœna in Statutis, seù Constitutionibus apposita, ùt euitetur, àn sufficiat quælibet probabilitas. Testis deponens per verbum, *Credo*, etiamsi sit vnicus, àn, & quandò probet contrà producentem.

SVMMARIVM.

Testes plenè probant contrà inducentem, etiamsi essent singulares. num. 1.

Testis si deponat per verbum Credo, *& sit vnicus, probat contrà producentem. num.* 2.

Possessio probatur per vsum rei, & accessum ad illam. num. 3. *& eò magis per testes deponentes de actibus positiuis. num.* 4.

Possessio contrà Tertium non probatur per Catastrũ, seù librũ Aestimi, maximè quandò possidet alius, num. 5. *&* 6.

Testi deponenti de credulitata, & nullam causam scientiæ adducenti non creditur ad probandam identitatem. num. 7.

*Turbare dicitur, qui prætendit sibi deberi seruitutem. num.*8.

*Turbatio fit per quamcunq. molestiam, vel impedimentum, & quemcunq. actum, qui non sinit liberè, & quietè aliquem possidere. num.*9.

Actus aperiendi ianuam in muro prò aditũ ad bona, vel domum vicini, est illicitus, & à Iure prohibitus. num. 10.

a Pœna turbationis quis absolui potest, & condemnari ad desistendum. num. 11. *super quo reijcitur* Zuccar. decis. 9. *num.* 12.

Pœna effugitur per quamlibet causam, etiàm temerariam, & bestialem. num. 13. *& in turbatiua vltrà culpam requiritur dolus. num.* 14.

Pœna ùt euitetur in Statutis, seù Constitutionibus, legitima causa est qualibet probabilitas. num. 15.

Qualitas informat, & qualificat subiectum. n. 16.

Bona, & mala fides constituunt medium inter se. num. 17.

a Pœna excusatur non habens bonam fidem, dummodò mala fides non adsit. num. 18.

Liber Aestimi præbet saltèm possessionis præsumptionem. num. 19.

Decisio XLVI.

CAporalis Franciscus Lazzari de Greppo Longo fuit querelatus à Io. & Bartholomæo q. Philippi Palmerini de eodem loco ex causa, quòd per spatium 40. annorum dicti querelantes fuissent in pacifica possessione paruæ Curiæ existentis antè eorum domũ positam in d. Communi, & ipse ausus fuerit de anno 1655. aperire ianuam in eius muro, & per illam habere exitum ad d. Curiam, & sic dicebant, turbasse ipsorum possessionem; Vndè coràm Perillustri D.Commissario Camaioris petierunt condemnari d. Inquisitum in pœnam d. turbatæ possessionis, & ad claudendam d. iannam, & ad reducendum in pristinum statum murum prædictum, prouè in processù fol. 1. & seqq. & ex querela, & inquisitione formata contrà d. Caporalem Franciscum eodem processù fol. 14. & 15. Itaq. cùm prædicto D. Commissario placuerit absoluere d. Inquisitum à Criminalirate, reseruatis Iuribus dd. querelantibus in Iudicio Ciuili experiendis; & deuoluta causa ad Rotam per viam appellationis interpositæ per dictos querelantes; Hodiè proposui DD.meis dubium, àn prædicta sententia D. Commissarij esset infirmanda, vel confirmanda, & DD. vnanimitèr reformandam esse dixerunt, scilicèt teneri d. Caporalem Franciscum Lazzari ad claudendum d. ianuam, ex qua habetur aditus ad d. Curiam, & in pristinum omnia reducendum, & desistendum in futurum, prouè latiùs in d. sententia, cui &c. absoluto tamèn prædicto à Criminalitate.

Moti potissimùm ex eo, quià de possessione dd. fratruum de Palmerinis fuit visum consta-
1 re ex depositionibus testium examinatorum prò parte ipsorummet querelantium, & eiusdem Caporalis Francisci prætensi Inquisiti, qui plenè contrà inducentes probant, etiamsi essent

sent singulares *iux. vulgat. Roman. cons.* 104.
2 Ità quòd etiamsi testis deponeret per verbū
Credo, & sit vnicus, probat tamèn contrà pro-
ducentem *Mascard. de probat. conclus.* 1363. *n.*
18. *lib.* 3. *Bursatt. cons.* 340. *num.* 13. *lib.* 3. *Gabr.*
tit. de testib. concl. 1. *num.* 15. *Ioseph Ludouic.*
conclus. 70. *vers. licèt deponat*, *Thob. Non. cons.*
99. *num.* 10. & 18. *Farinacc. de opposit. contrà*
dict. test. quæst. 62. *num.* 226. & 227. *Cornazzan.*
decis. 27. *num.* 10. Cumq. in præsenti non so-
lùm ex testibus Actorum fuit possessio proba-
ta, nimirùm ex Primo fol. 4. à terg. ex Secun-
do fol. 8. à terg. ex Tertio fol. 9. ex Quarto fol.
12. ex Quinto fol. 16. & ex Sexto fol. 20. Sed
etiam ex testibus examinatis in processù de-
fensiuo ex parte Inquisiti, & præcipuè ex 1.
fol. 13. & 14. & ex 2. fol. 24. à terg. Qui om-
nes probant, d. Io. & Bartholomæum Palme-
rinos possedisse sempèr d. Curiam, & reposuis-
se ibidem ligna, & alios vsus habuisse, nèc vllo
vnquàm tempore ipsam possedisse d. Capora-
3 lem; Quapropter possessio probatur per vsum
rei, & accessum ad illam, in puncto *Mascard.*
de probat. conclus. 1188. *num.* 1. & 2. & multò
4 magis per appositionem, & retentionem li-
gnorum per dd. testes iustificatam, *Post. de*
manutenen. obseruat. 19. *num.* 4. *Rot. post eundem*
decis. 206. *num.* 2. & *decis.* 214. *num.* 2.
Quibus non obstat vnicum motiuum, scili-
cèt quòd in Catastro, seù libro Æstimi d. Cō-
munitatis Camaioris reperiatur descripta ad
fauorē dicti Caporalis Francisci vna domus, &
terra posita in d. Cōmuni *Luogo detto in Grep-*
po Lungo, prò qua collectas se soluisse apparet.
5 Quià fuit responsum, quòd Catastrum, seù
liber Aestimi non probat possessionem con-
trà Tertium, *Rot. decis.* 61. *num.* 6. *post Postb. de*
6 *manutenen.* Maximè quandò alius possidet,
Menoch. de retinen. possess. remed. 3. *num.* 570.
Festasius in tract. de collect. & æstim. cap. 1. *num.*
139. *cum seqq. Caualcan. in repert. suar. decis. in*
verb. Aestimum, probat *Postb. de manutenen.*
obseru. 27. *num.* 3.
Secundò fuit responsum, quià non constat,
quòd domus, de qua in d. Catastro sit eadem
cum illa, de qua nunc controuertitur, & suc-
cessiuè cùm de identitate non constet, de
quanam domo loquatur Catastrum; Sed tan-
tùm dicatur, domum positam in Communi
detto Greppo Lungo, cùm agatur ad instar Sal-
uiani, sequitur, quòd data possibilitate in cō-
trarium, quòd possint adesse aliæ domus eius-
dem Caporalis in eodem loco, prout d. Fran-
ciscus possidebat prò communi, & indiuiso
vnà cum eius fratre aliam domum, ùt legitur
in processù fol. 23. ex depositione secundi te-
stis prò parte inducti, ibi. *Che detto Francesco*
hà pagato le collette alla Città non solo della Ca-
sa; che hà à Greppo Lungo, habitata presentemen-
te da lui, ma di quella ancora, che habitaua auan-
ti si partisse da suo fratello, che è vicino à quella,
che di presente habita il detto Caporale Francesco,
& sic non constat, de qua domo loquatur di-
ctum Catastrum, & consequentèr illius pro-
batio non concludit.
7 Proùt nequè duo ex alijs testibus inductis
supèr dicta identitate fol. 16. aliquid releuans
deponunt; Nàm vnus deponit de sua creduli-
tate, & nullam causam scientiæ adducit *Glos.*
ordinar. in l. testium de testib. cap. quotiès eod. tit.
& de communi opinione *Abb. in eod. cap. quo-*
tiès, Magon. decis. Lucen. 74. *num.* 10.
Secundus paritèr testis fol. 27. dicit, *Che*
non lo può dire, se sia la medesima &c.
Vndè data d. possessione per dd. Actores,
actus turbatiui non poterant controuerti, ex
eo quod omnes testes deponunt, d. Capora-
lem Frācìscum per mensem circitèr antè que-
relam contrà ipsum porrectam, aperuisse mu-
rum eius domus à latere d. Curiæ, & in eo lo-
co, vbi aderat fenestra distans à solo d. Curiæ
per sex, vel septem bracchia, aperuisse dictam
ianuam, per quam patet aditus ad d. Curiam,
probant testes in processù offensiuo. Primus
fol. 5. à terg. Secundus fol. 7. Tertius fol. 10.
Quartus fol. 12. & 13. & sic de turbatiua vi-
8 debatur non posse dubitari, ex eo quod qui
prætendit, seruitutem sibi deberi, dicitur tur-
bare, *Mascard. de probat. conclus.* 1390. *num.*
9 60. 84. & 85. vbi quòd turbatio fieri dicitur
per quamcunq. molestiam, vel impedimen-
tum, & quemcunq. actum, qui non sinit libe-
rè, & quietè aliquam personam possidere;
10 Præsertim quià actus aperiendi ianuam in
muro, ex quo patet aditus ad bona, vel do-
mum Vicini, est actus illicitus, & à Iure non
permissus, in puncto *Capoll. de seruitut. Vrba-*
nor. prædior. cap. 40. *num.* 6. *vers. aùt Vicinus*,
& *cap.* 42. *num.* 2. *in fin.*
Attamèn quicquid posset dici de pœna d.
turbatiuæ, quam *Rota* ex subsequentibus ra-
tionibus omninò excludendam existimauit
ad formam sententiæ D. Commissarij Cama-
ioris, cuius tamèn partes erant absoluere præ-
dictum Franciscum à pœna Criminali incur-
sa, & ipsum condemnare ad desistendum à
turbatione, & reponendum in pristinum sta-
tum dictum eius murum, proùt *Rota* nunc de-
11 creuit; Cùm stent benè simul, proùt Nos or-
dinauimus, posse quem absolui à pœna turba-
tionis, & nihilominus condemnari ad desisten-
dum, quemadmodùm in puncto firmauit *Rot.*
ista penès Lepid. decis. 34. *per tot.* & *decis.* 62.
vers. difficultas solùm &c. & *decis.* 84. *versic.*

vndè quamuis, *Cornaz. decis.* 14. *num.* 11. *Mo-*
12 *nac. dec. Luc.* 36. *per tot.* & ibi etiàm teſtatur
de notorio ſtylo, & conſuetudine ità iudican-
di, latiſſimè reiecta opinione *Zuccar. decis.* 9.
Rot. Lucenſ. cum alijs decisionibus manuſcript.
per quas iſta opinio fuit canonizata, ex eo
13 quòd vt pœna effugiatur, ſufficit quelibet cau-
ſa etiàm temeraria, & beſtialis, *Abb. conſ.* 97.
ex num. 35. *Cephal. conſ.* 24. *ex num.* 14. vbi di-
14 cit, quòd in turbatiua non ſufficit culpa, niſi
adſit dolus, latiſſimè *Honded. conſ.* 68. *ex num.*
20. & 21. *lib.* 2. *Barz. decis.* 156. *num.* 25. 26.
15 & 27. & maximè in Statutis, & Conſtitutio-
nibus, in quibus, ùt pœna euitetur, legitima
cauſa eſt quælibet probabilitas, *Caſtrenſ. conſ.*
286. *ex num.* 3. *lib.* 3. *Tort. ad Stat. Papia cap.*
147. *ex num.* 32. *Corn. conſ.* 29. *ex num.* 9. *lib.* 3.
& ad dolum incurrendum requiritur mala fi-
des poſitiua, qualis non dicitur, quandò quis
dubitat de Iure ſuo, & Nemo eſt condemnan-
dus ex præſumptionibus, maximè cùm verſe-
mur cum perſona ignara, quæ veriſimilitèr
alienam Curiam non occupaſſet, niſi ſuam
credidiſſet; Cùm Iuris ignari magis iuſtitiam
16 timeant, & qualitas informet, & qualificet
ſubiectum *iuxtà tex. in cap. ſtatutum*, vbi *Gloſ.*
verb. Collegiatas de elect. in 6. *Valenzuel. conſ.* 53.
17 *num.* 13. *lib.* 1. & inter bonam, & malam fi-
dem datur medium, ideſt non mala fides; Cùm
maxima conſtituatur differentia inter errorē
Iuris non aſſiſtentis, & errorem Iuris reſiſten-
tis, *iuxtà tradita per Surd. conſ.* 115. *ex num.* 5.
6. & 7. *Becc. conſ.* 95. *ex num.* 15. vbi dicit,
18 quem excuſari à pœna, quamvis non habeat
bonam fidem, dùmodò mala fides non adſit;
ſicuti hic adfuiſſe minimè fuit viſum; cùm d.
Caporalis potuerit credere, quòd dùm in Ca-
taſtro, ſeù libro Aeſtimi dictæ Communitatis
Camaioris reperiebatur deſcripta in caput d.
Caporalis Franciſci vna domus, & terra poſi-
ta in dicto Communi *Luogo detto il Greppo*
Lungo, prò qua Collectas aſſerit idem Franci-
ſcus ſoluiſſe; Hoc ſolùm potuit eſſe ſufficiens
ad credulitatem inducendam, per quam ex
deductis excluditur dolus, & pœna; Cùm
19 Liber Aeſtimi ſaltèm præſumptionem poſ-
ſeſſionis præbeat, *Cephal. conſ.* 246. *num.* 7. *lib.*
1. *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 17. *num.*
3. *Maſcard. de probat. concluſ.* 664. *num.* 2. &
ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 559. *num.* 28.
Parìſ conſ. 55. *lib.* 1. *Rot. in Foroliuien. fideicom-*
miſſ. 11. *Februarij* 1613. *coràm Pamphilio*, quæ
eſt *decis.* 459. *num.* 5. & 6. *par.* 1. *recent.* & *in*
Ciuitatis Caſtell. Bonorū 24. *Ianuarij* 1612. *corā*
Manzanedo, cum alijs allegatis *per Vrſell. con-*
cluſ. 71. *num.* 3. *verſ. item*; Cùm etiàm ædifi-
cans in ſolo alieno de Iure pœnam non incur-
rat, niſi quòd ædificium cedat ſolo, licèt in
vim *Statuti* pœna poſſit alterari, ſempèr eſt
facienda interpretatio excluſiua delicti, ità
vt dolus non valeat deduci ex coniecturis iux-
tà vulgata; Ideòq. benè D. Commiſſarius Ca-
maioris decreuit, abſoluendo prædictum Ca-
poralem à pœna prætenſæ turbatæ poſſeſſio-
nis, & multò meliùs feciſſet, ſi dictum con-
demnaſſet ad deſiſtendum in futurum, & in
priſtinum omnia reducendum, prout in iſta
parte DD. de Rota vna mecum fecerunt.

Et ità fuit deciſum vtraquè parte infor-
mante &c.

ARGVMENTVM.

Pater àn, & quandò obligetur ob tacitum conſenſum orientem ex ſcientia negotiationis filij, & àn, & quandò Pater cenſeatur præponere filium alicui negotio, ità quòd teneatur ad omnia per eum geſta, etiàm ad illud, quod defecerit, reddita ratione officij Capſerij alijs Conſocijs. Inſtitor præpoſitus alicui negotiationi àn, & quandò obliget præponentem. Conſanguineus quandonam dicatur teſtis idoneus.

SVMMARIVM.

Bona patris ſufficientèr remanent obligata ſtante tacito conſensù reſultante ex ſcientia negotiationis filij. num. 1. *Aſſignatur ratio.* num. 2. *contrarium habetur.* num. 5. & 6.

Pater dicitur legalis fideiuſſor filij in contractibus à filio initis, data ipſius ſcientia, & non contradictione. num. 3.

Creditores, qui magis fidem patris, quàm filij negotia gerentis, ſecuti fuere, fraudari non debent. num. 4.

Filius ex actibus probatur, quòd, vti Inſtitor, fuerit à patre alicui negotiationi præpoſitus. num. 7.

Inſtitor quis dicatur. num. 8.

Negotiationi alicui præponens quemquam, tenetur ex illius facto, & obligatur. num. 9.

Inſtitor cenſetur contraxiſſe nomine præponentis, quem efficacitèr obligat, etiàm ignorantem, & perindè eſt, ac ſi contraheretur cum ipſo præponente. num. 10. 11. & 12.

Contrahentes negotiando cum Inſtitore, cenſentur velle habere obligatum Dominum. num. 13.

Inſtitor ſi mutuò recipiat pecunias prò negotij indigentijs,

gentijs, Dominus obligatus remanet. num. 14.
Ampliatur. num. 15.
Pater tenetur de gestis per filium, & ad debita per eum contracta, si filius publicè, & palàm expendat nomen patris, num. 16.
Filius quicquid agit, præsumitur agere in vim præcedentis mandati, & in dubio contraxisse ex causa negotiationis. num. 17.
Administratio per se ipsum fieri dicitur, qui per aliū administrat. num. 18.
Consocius ille non dicitur, qui tantùm participat de lucro, & non subiacet periculo amissionis, & damni. num. 19.
Consanguineus prò Consanguinea contrà Tertium non est idoneus testis, sed benè contrà æquè Consanguineum. num. 20.
Institor, societate finita, & negotiatione, non potest ampliùs conueniri, & ad solutionem cogi, sed Dominus, & Præponens. num. 21.
Pater præponens est conueniendus, & non filius familias, finita societate, & administratione negotij. num. 22.
Filius, præpositus negotiationi à patre, si gesserit vices Capserij, debet priùs discuti, & rationem reddere alijs Socijs, & prò reliquatù pater tenetur. num. 23. & 24.

Decisio XLVII.

Confirmandam dubio procul existimauimus sententiam D. Auditoris Excellentissimi D. Principis Massæ, qua declarauit, Signiferum Laurentium Finellium remansisse obligatum prò omni, & quocunq. facto Bernardini eius filij vtì à d. Laurentio eius patre præpositi administrationi Societatis, seù negotij olei, de quo in processù transmisso; Eam enim plurimùm æquitati, & Iurisperitorum responsis consonam censuimus.
1 Prætermissa enim prò nunc quæstione, ân,
scilicèt ad effectum, quòd bona patris remaneant obligata prò contractibus filij, sufficiat
tacitus consensus ipsius patris, ex eo elicitus,
quòd sciat filium negotiari, neque contradicat, prout talem tacitum consensum satis esse, ad effectum, de quo suprà, voluerunt *Afflict. decis. 308. per tot. Gasp. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 4. quæst. 79. Ioseph Ludouic. dec. Lucen. 55. per tot. Borgnin. decis. 31. n. 16. par. 1. Tappia in rubr. ad Sen. Cons. Maced. in 4. par. Iur. Regn. num. 6. Rot. Ianuen. decis. 14. num. 78. cum seqq. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 1.*
2 *num. 82. & seqq.* Ea ratione, quià potiùs culpæ adscribendum est, dùm sciens, filium negotiari, tacuit, & non prohibuit, *l. ucm si filius familias §. quamquàm ff. ad Senat. Consul. Macedon.* prò qua opinione facit *tex. in l. 1. Cod. de Decurionib. lib. 10.* quem ad hunc effectum expendit *Sanfelic. dec. 161. num. 1. & seqq. tom. 2.*
3 Vel quià in contractibus à filio initis patre,
sciente, neque contradicente, pater dicitur
legalis fideiussor filij, *l. si filius familias ff. de tutel. l. spurij §. pater, l. honores §. fin. ff. de Decurion. l. 2. ff. ad municipal. Crinell. decis. Dolan. 67.*
4 *num. 4.* Et cùm maximè æquum videatur, quòd
Creditores, qui magis fidem patris, quàm filij
negotia gerentis secuti fuerunt, non fraudentur, iuxtà id, quod de Seruo dicitur *in §. igitur*
5 *Instit. tit. quod cum eo* (à quibus tamèn dissen-
tiunt *Paris. cons. 93. per tot. lib. 1.* eoquè relato, *Paschal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 131. vers. qua ratione,* vbi voluere, non sufficere consensum tacitum patris ad effectum, quòd ipse obligetur ex contractibus filij, sed expressum requiri, ibiquè satisfacit pluribus argumentis, & legibus, quæ in contrarium possent adduci.)
6 Siquidèm quicquid sit de supradicta quæ-
stione extrà omnem dubitationis aleam Nos esse in præsenti causa existimauerunt DD. Cùm nè dùm de tacito, sed de explicito, & expresso consensù patris plenè constet ex testibus in processù examinatis; Ità quòd fatuum videatur de illo dubitare, in quibus terminis nullus DD., quos hactenùs viderimus, vsus fuit in dubium reuocare, quin ex contractibus per filium initis, patris bona efficacitèr obligentur; cùm de hoc solùm dubitauerint in casù taciti consensus, ùt videre est *ex Paris. & Paschal. loc. sup. cit.*
7 Quòd autem de expresso consensù Signiferi
Laurentij patris plenè doctum fuerit, satis liquere visum fuit DD. ex testibus examinatis, ex quorum dictis nè dùm talis expressus consensus probatur, sed imò præpositio Bernardini filij à patre facta administrationi negotiationis oleariæ; Cùm enim Laurentius pater passus fuerit, ùt filius eiusdem olei custodiam haberet, illud venderet, pretium reciperet, & omnia alia faceret, quæ plenam negotij administrationem concernerent, patiendo, imò iubendo omnibus, ùt cum d. eius filio negotia, societatis oleariæ concernentia tractarent, affirmando, se ratum habiturum, quicquid ab illo factum fuisset; Vtiquè ex his actibus ambigi nequit, quin Bernardinus vtì Institor fuerit à patre huic negotiationi præpositus, ad *tex. in l. Institor, & l. in eum in princ. ff. de instit. act. Azo. in summ. Cod. de exercit. Mynsing. in §. si igitur num. 16. Instit. tit. quod cum eo, qui in aliena &c. Surd. cons. 326. num. 3. Mandell. cons.*
8 *104. num. 5. & 6.* Institor enim sinè merito
appellatur, qui administrationi alicuius quæ-

stuariæ negotiationis præficitur sibi. *Cuicunque igitur negotio præpositus sit, Institor rectè appellatur, ff. de Instit. act. Rot. Ianuen. decis. 14. num. 3. vers. verùm Saulus*; Quo igitur pacto Signifer Laurentius bonorum suorum obliga-
9 tionem euadere poterit; Cùm omnia Iura, & *DD.* vbiquè clament, Præponentem aliquem alicui negotio, ex illius facto teneri, & obligatum esse, ùt rotundis verbis inquit *Vlp. in d. l. 5. ff. de Instit.* & signantèr *in §. si ei*; Vbi in specie sermo est de Institore præposito emendo, vendendoùè oleo, *l. 1. ff. eod. §. Institoria Instit. tit. quod cum eo, qui in alien. &c. Castr. cons. 20. vol. 2. Rimin. iun. cons. 52. nu. 124. Capyc. dec. 180. num. 3. Afflict. decis. 64. nu. 3. Decian. cons. 29. num. 11. lib. 1. Abb. cons. 104. num. 5. & 6. Surd. cons. 316. num. 14. Bim. cons. 10. num. 21. Stracc. de mercat. tit. quomodò in caus. merced. proceden. fit num. 21. Cost. de ration. rat. inspect. 43. num. 1. Rot. decis. 85. num. 2. & ibi Adden. num. 13. & decis. 239. num. 4. coràm Buratt.* & alij innumeri, qui ad hoc adduci possent; In-
10 stitor enim nomine Præponentis contraxisse censetur, eumquè efficaciùs obligat, *l. tutores. qui post §. aduersùs ff. de administrat. tut. l. eum. qui ff. quod cum eo &c. l. si institorem ff. si cert.*
11 *pet. Carroc. decis. 77. num. 4.* licèt ignorantem, *l. cuicunquè §. fin. ff. de instit. act. Thesaur. lib. 1.*
12 *qu. forens. qu. 37. num. 6.* & perindè est, ac si quis cum ipsomet Præponente contraxisset, *l. Prætor §. sed si seruus ff. de eden. Rot. Ianuen. d. decis. 14. num. 7. Surd. d. cons. 326. num. 1. Gen. de scrips. priuat. tit. de liberation. Institor. n. 16.*
13 Aliàs enim sub bona fide deciperentur contrahentes cum Institore, qui cum eo negotiando censentur velle habere obligatum Dominum, *Magon. decis. Luc. 2. num. 13. vers. quò ad secundum*, & ibi *Adden. verb. obligatum, Rot. decis. 641. num. 3. par. 1. recent.*
14 Et ità efficacitèr obligatur D. ex facto Institoris, ùt si hic pecunias mutuò ab aliquo accipiat prò negotijs, cui præpositus est, indigentijs, obligatus remaneat Dominus, *l. in eum qui §. taberna*, & ibi *Glos. verb. petitur ff. de in-*
15 *stit. act.* etiàm quòd pecuniam per Institorem mutuò acceptam non conuertatur in causam, in quam fuit accepta, quià ùt inquit *I. C. in d. l. 1. §. cuius autèm, & §. non autèm ff. de exercit. act. & in l. fin. §. interdùm, vers. nàm tunc quoq. Creditorem ff. eod.* Mutuans, vel Venditor hoc vnum scire debet, an ille, cui mutuauit, sit præpositus negotiationi, in cuius causam pecunias accepit, non etiàm illud exigere, ùt in eá pecunias impendat, *Surd. decis. 156. in princip. Gratba decis. 88. num. 11. Rota Ianuen. d. decis. 14. Addent. ad Buratt. decis. 85. num. 13. & 14.* qui plures allegat.

Iure itaq. meritò Iudex à quo declarauit, Laurentium Finellium teneri, & obligatum esse ex contractibus per filium initis; Cùm id publicè, & palàm sciente, & patiente, imò iubente patre negotium Societatis oleariæ tractaret, & nomen patris in ea expenderet; ex quibus actibus omnes cum filio contrahentes eandem obligationem acquisiuerunt, quam acquisiuissent, si cum eodemmet patre con-
16 traxissent, ùt in præcisis terminis, quòd si filius expendat nomen patris palàm, & publicè, pater teneatur de gestis per filium, & ad debita per eum contracta, firmat *Rot. Ianuen. decis. 77. num. 14.* Ea ratione, quià quicquid agit
17 filius, præsumitur agere in vim præcedentis mandati, & in dubio contraxisse ex causa negotiationis, *Bald. in l. vlt. num. 6.* & ibi *Bart.*
18 *num. 2. ad Macedonian.* & Pater administrando mediante persona filij negotium Societatis, perindè est, ac si per se ipsum administrare dicatur, qui per alium administrat, *l. tres Tutores §. non solùm, l. ità autèm §. gessisse ff. de administr. & peri. Tut. l. vero procuratori ff. de solut. Glos. in l. cuicunquè §. non tamèn verb. dumtaxat ff. de Institor. Gratian. discept. 677. num. 23.* & fuit dictum *in Bonon. Pecuniaria 19. Ianuarij 1646. §. cùm præterea coràm bon. mem. Bichio*, quæ est *decis. 381. num. 19. par. 9. tom. 2. recent.*

Nèc obstare censuerunt DD. testes in processu examinatos, & deponentes de expresso consensu Laurentij patris, imò de præpositione ab eo facta de persona Bernardini filij administrationi Societatis, esse consocios in eodem negotio, & proindè in eo, quod deposuerunt, interesse habere, ideòq. non esse attendendos *vulgat. iur.*
19 Siquidèm fuit responsum, Capitaneum Iacobum Ciccoperiũ Signiferum Io. Allegretti, ac Siluestrum Puccium non esse consocios in negotio olei, cùm tantummodò participare deberent de lucro, quod fortasse adesse potuisset, non autèm subiacerent periculo amissionis, & damni, *l. si non fuerint §. Aristo, l. si vnus ex socijs ff. prò Soc. Merlin. Pignatell. contr. foren. cent. 2. cap. 51. num. 7.* Proindeq. cùm nihil eis intersit, quòd census magis ad debitum Finelli, quàm Belatti cedant, ùt ad sensum patet, Iure deposuerunt in hac causa, in qua nullum habent interesse; Prætèr quàm quòd dici posset, regulam, quòd Socius prò Socio non sit idoneus testis, intelligendam esse, quandò causa agitur inter Socium, & Tertium, non autèm quandò prò Socio circà ali-
20 quem æqualitèr Socium, exemplo consanguinei, qui prò consanguineo contrà Tertium non est idoneus testis, licèt secùs sit circà æquè

con-

consanguineum, *Farinacc. quæst. 54. num. 45. & seqq.*

Cùm itaquè rationibus redditis Bernardinus filius ipsius fuerit debitor Societatis de summa, de qua in processù, & calculo, eiusdē summæ solutionem effugere nequit Lauren-
21 tius pater; Cùm finita Societate, & administratione non ampliùs Institor conueniendus sit, & ad solutionem cogendus, sed Dominus, & Præponens, ut expressè *post Bart.* sentit *Merlin. Pignatell. d. cap. 51. num. 13. tom. 2.* Vbi quamplurimos ità tenentes adducit, inter quos *Ronchegall.* qui testatur de veriori *in leg. eandem num. 175. & seqq. ff. de duobus Reis, Natt. cons. 641. in princ. Genua de script. priuat. tit. de liberation. Institor. num. 71. Peregrin. decis. 27. num. 7. & seqq. & decis. 40. num. 9. & seqq.* latè *Syluan. cons. 8. per tot.* & in præci-
22 sis terminis filijfamilias præpositi negotiationi scripsit *Cabedo decis. Lusitan. tom. 2. decis. qu. 63.* quem refert, & sequitur *Merlin. d. cap. 51. num. 13. tom. 2.*

23 Et cùm liqueat ex processù, Bernardinum vices Capsetij in Societate gessisse, pecunias ex olei venditione recipiendo, & in necessarios vsus Societatis erogando, ipse priùs debuit exCuti, & rationem reddere alijs Socijs, qui fidem illius secuti fuere, *ad tex. in l. quædam in princ. ff. de eden. leg. 2. ff. de negotijs gestis, l. 1. §. officio ff. de tutel. & rat. distrahen. Socin. cons. 24. num. 37. vers. quod quilibet lib. 1. Rot. Ianuen. decis. 77. num. 2. vers. & cum d. Iulianus, & decis. 116. per tot. & decis. 173. sub num. 16. vers. tenetur enim Socius, Rot. decis. 256. num. 13. par. 6. recent.* & fuit dictum *in Anconitana Mannæ 21. Iunij 1649. §. quia nec illius, vers. cùm huiusmodi onus coràm Eminentiss. Card. Corrado,* cum alijs adductis *in decis. 436. n. 4. cum seqq.*
24 *par. 9. tom. 2. recent.* & prò reliquatù efficaciter remanebit obligatus Laurentius eius pater, qui eum administrationi præposuit ex iuribus, & rationibus suprà deductis.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Instrumentum meret executionem contrà debitorem, eorumq. hæredes, & successores. Liber Æstimi an, & quandò probet, & quid probet. Sententia censetur approbata ab illis, qui in ea vti hæredes declarati, non appellarunt. Confessio partis facta in Iudicio nocet Confitenti, & habentibus causam ab ipso.

SVMMARIVM.

Instrumentum publicum omni solemnitate vallatum facit rem notoriam, & manifestam, num. 1. & dicitur probatio probata. num. 2.

Instrumentum non solùm probat contrà hæredem, sed etiàm contrà alios ab eo causam habentes. num. 3.

Instrumenti ratione potest procedi executiuè contrà debitores, & eorum hæredes, & successores. num. 4.

Sequestrum vigore Instrumenti petitum, non potest denegari tàm contrà debitores, quàm contrà eorum hæredes, & successores, etiàm singulares habentes causam ab eis super fructibus, ex bonis hypothecatis descendentibus. num. 5.

Libro Aestimi præstatur maxima fides, si sit confectus authoritate publica, & non solùm probat qualitatem hæreditariam, sed etiam possessionem illius, ad cuius fauorem sunt descripta bona. n. 6. ampliatur. num. 7.

Hæres tunc se talem debet probare, quandò à parte opponitur. num. 8. ampliatur. num. 9.

Sententia censetur approbata; omninòq. afficit illos, qui vti hæredes in ea declarati non appellarunt. num. 10.

Confessio partis facta in Iudicio nocet, & præiudicat non dum Confitenti, sed etiàm omnibus, qui ab eo causam habuerunt. num. 11. ampliatur. n. 12.

Confessio Iudicialis est tantæ efficaciæ, & potentiæ, vt vim sententiæ, & rei Iudicatæ habeat. num. 13. ampliatur. num. 14.

Index potest absoluere ambas partes ab expensis. num. 15.

Decisio XLVIII.

IN causa appellationis interpositæ per V. Cōgregationem Conuertitarum de Luca contrà Petrum, & Io. de Cianellis de Menabio à quadam absolutoria facta ab obseruatione Iudicij ad fauorem dd. Petri, & Io. à Perillustri D. Iudice à quo, causa, & occasione, de qua in processù: Hodiè dubitaui coràm DD. meis, an esset benè appellatum, vel malè iudicatum, & DD. vna mecum dixerunt fuisse benè appellatum, & malè iudicatum, & successiuè fructus sequestratos esse adiudicandos d. appellanti, scilicèt d. V. Congregationi prò
1 concurrenti quantitate eius crediti; Et ratio decisionis fuit, quia constabat de credito censuum decursorum, & de obligatione q. Francisci

cisci

ciſci Cianelli Aui dd. Reorum conuentorum
ex publico Inſtrumento omni ſolemnitate
vallato, quod facit rem claram; & manife-
ſtam. Rot.deciſ. 59.num.3. & deciſ.135.num.1.
2 par. 6. recent. & dicitur probatio probata, l.
ad probationem Cod.de probat. l. pecunia Cod. de
ſolution. Rot. apud Mantic. deciſ. 26. num. 1. &
deciſ. 166. num. 12. & apud Gregor. deciſ. 157.
3 num. 13. cum alijs paſſim; Quod Inſtrumen-
tum non ſolùm probat contrà hæredes, ſed
etiàm contrà alios ab eis cauſam habentes,
ad doctrin. Bald. conſ. 364. ſub num. 2. verſ. 3.
quid lib. 2. Grat. conſ. 42. num. 12. & ſeqq. verſ.
4. reſpondeo lib. 2. Crauett. conſ. 29. ſub num. 1.
& fuit latiſſimè firmatum in Bituntina Cenſus
27. Nouembris 1645. coràm Eminentiſſ. Corrado
§. 1. cum ſeq. quæ eſt deciſ. 373. num. 1. par. 9.
4 tom. 2. recent. ac ratione ipſius poteſt procedi
executiuè non ſolùm contrà Debitores, ſed
etiàm contrà eorum hæredes, & ſucceſſores,
iuxt. diſpoſit. Stat. cap. 111. & cap. 113. lib. 1.
5 Stat. Vnin. & ſic Sequeſtrum petitum non po-
terat denegari tàm contrà Debitores, quàm
contrà eorum hæredes, & ſucceſſores etiàm
ſingulares habentes cauſam ab eis ſupèr fru-
ctibus ex bonis ipſis hypothecatis deſcenden-
tibus, ſiuè &c., ùt poſt antiquiores conſulue-
runt Nenizan. conſ. 82. num. 15. verſ. ſed reſpon-
detur, Menoch. de adipiſcen. remed. 5. ſub num.
140. verſ. quintus, & vltimus eſt caſus, Rot. apud
Buratt. deciſ. 887. num. 5. verſ. iuſtitia autèm, &
deciſ. 338. num. 1. par. 1. recen. & poſt Cenc. de
cenſib. deciſ. 150. ſub num. 1. & ſeqq. & quem-
admodùm poſſet competere d. V. Congrega-
tioni Conuertitarum aſſociatio ſupèr eiſdem
bonis poſſeſſis ab iſtis Reis conuentis, & hy-
pothecatis prò d. annuo censù ex doctrinis
ſuperiùs adductis; Ità, & multò magis poſſunt
ſequeſtrare fructus prò concurrenti quantita-
te canonum decurſorum, & non ſolutorum,
& ſequeſtrum, ùt ſuprà, adiudicari debere.

Quòd Laurentius Cianellus fuerit hæres
Franciſci ſui patris primi impoſitoris cenſus,
ac aui Reorum conuentorum conſtitit per
duos teſtes in ſecunda Inſtantia examinatos
prò præfata V. Congregatione Conuertita-
rum, ac etiàm ex libro Æſtimi Communita-
tis Menabij, vbi apparent deſcripta bona in
caput Laurentij Cianelli, vtì hæredis Franciſci
6 Cianelli eius patris; Cui Æſtimi libro præſta-
tur maxima fides, cùm ſit confectus authori-
tate publica, & non ſolùm probat d. qualita-
tem hæreditariam, ſed etiàm poſſeſſionem il-
lius, ad cuius fauorem ſunt deſcripta, Berou.
conſ. 77. num. 13. & 14. & conſ. 79. num. 13. &
15. lib. 3. Ruin. conſ. 40. num. 7. lib. 4. Soccin. ſen.
conſ. 205. per tot. lib. 2. Peregrin. de fideicomm.
art. 44. num. 7. Franc. Cenſal. meus Germanus in
obſeruat. ad eund. art. 44. fol. 301. impreſſ. Ve-
7 net. verſ. ſed tùm, qui plures allegat. Præſer-
tim cùm non appareat, quòd de eo tempore
forent deſcripta ad Æſtimum alterius, Ca-
ſtrenſ. in l. ſi pater ſub num. 2. Cod. de actionib.
empt. Rolan. à Vall. conſ. 4. num. 17. lib. 2. Ber-
tazzol. conſ. Ciuil. 52. num. 37. lib. 1. cum alijs
per Rot. in Ariminen. Fideicommiſſi 14. Martij
1640. coràm R. P. D. Cerro §. ſecundo, quæ eſt
deciſ. 205. part. 8. recent. num. 6. & 7.
8 Qualitas hæreditaria reſpectù d. V. Congre-
gationis non ſolùm non fuit à parte impugna-
ta, ſed etiàm apparuit iuſtificata ex teſtamen-
to Sp. Nicolai Emptoris cenſus, de cuius fru-
ctibus decurſis d. V. Congregatio nunc agit;
Quapropter non requiritur legitimatio talis
tituli hæreditarij, ùt in praxi ſic teſtatur Ri-
dolphin. in ſua prax. Iudiciar. par. 1. cap. 5. n. 25.
9 Maximè quandò ſumus in cauſis ſummarijs,
ſeù executiuis, quià tunc non eſt neceſſe legi-
timatio perſonarum, ad tradit. per DD. in l. 2.
Cod. de edict. Diu. Hadr. tollen. vbi Iaſ. ſub num.
4. & 7. in fin. Boer. deciſ. 171. num. 19. cum alijs
relatis per eund. Ridolphin. vbi ſup. num. 33.

Quemadmodùm etiàm fuit viſum ſufficien-
tèr probati, Reos conuentos fuiſſe hæredes
Laurentij eorum patris, quià non ſolùm non
negarunt, ſe non eſſe ipſius hæredes, ſed quià
negare non poterant, ſtante reproductione
cuiuſdam proceſſus agitati in Curia Perillu-
ſtris D. Commiſſarij Balnei de anno 1651. &
10 ſententia deſupèr lata in contradictorio Iu-
dicio, & in iudicatum tranſacta contrà prædi-
ctos Reos conuentos vtì hæredes d.q. Lauren-
tij eorum patris ad inſtantiam Thomæ de
Balneo prò cauſa, de qua in eo; Cumq. prædi-
cti hæredes ab ipſa non appellauerint, cenſe-
tur approbaſſe ipſam ſententiam, quæ omni-
nò ipſos afficit, iux. tradit. per Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 151. num. 1. & ſeqq. Quapropter
11 concluſio eſt clara, confeſſionem partis fa-
ctam in Iudicio nocere, & præiudicare nè dù
confitenti, ſed etiàm omnibus, qui ab eo cau-
ſam habuerunt, l. ſi ſuperatus ff. de pignorib. vbi
Bart. Bald. conſ. 364. num. 2. lib. 2. Peregrin. de
fideicomm. art. 53. num. 36. Rot. apud Seraphin.
deciſ. 828. num. 5. ead. Rot. deciſ. 776. num. 1. par.
1. diuerſ. & dec. 119. num. 1. in fin. par. 2. recen.
12 & per Buratt. deciſ. 733. num. 5. Quod proce-
dit tàm in vniuerſalibus ſucceſſoribus, quàm
in ſingularibus, Ruin. conſ. 32. nu. 6. lib. 1. Surd.
conſ. 60. num. 1. in fin. Gratian. diſcept. forenſ.
13 cap. 665. num. 16. & confeſſio Iudicialis eſt
tantæ efficaciæ, & potentiæ, ùt vim ſententiæ, &
rei iudicatæ habeat, ad notat. per DD. in l. vni-
ca Cod. de confeſſis, Corn. conſ. 44. col. 1. vol. 4.

Ma-

Mascard. de probat. conclus. 344. Gratian. decis. March. 90. num. 13. & discept. forens. cap. 151.
14 *num. 13.* & omnem aliam superat probationem, *ad tradit. per Rot. apud Buratt. decis. 200. num. 1. & decis. 803. num. 1.*

15 Absoluimus ambas partes ab expensis, *iux. tradit. per DD. in l. properandum §. sin autèm alterutra Cod. de iudic.*

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Instantijs causarum tàm ordinariarum, quàm executiuarum, & summariarum quodnam tempus præfigatur *de Iur. Commun. & ex Iur. Municip. Lucen.* Rubrica generalis àn, & quandò restringatur à Nigro speciali, & quid si illa habeat orationem perfectã, & simus in fauorabilibus. Examinatur *cap. 51. Rot. Lucen.* quod repetitur per *cap. 53. eiusd. Rot.* & declaratur *cap. 11. lib. 1. Stat. Vniu. Luc.* Clausulæ, *De facto*, seù *Manù Regia*, aut *Summariè, & sine figura Iudicij*, cuiusnam sint virtutis. Causa executiua àn dicatur summaria, & quid è contrà. Præcepta expedita cũ clausula iustificatiuã adhùc remanent executiua, reiecta opinione *Angel. in §. curare num. 10. Instit. de actionib.* Stylus quomodò probetur *de Iur. Commun.* & quomodò *de Iur. Lucen. ex cap. Rot. 40.*

SVMMARIVM.

Instantia de Iure Communi est præfixa omnibus causis tàm ordinarijs, quàm executiuis, & summarijs. num. 1.

Instantia triennij assignatur omnibus causis, etiàm summarijs, & executiuis ex tex. in l. properandum Cod. de Iudic. num. 2. *& reijcitur* Bart. in l. litibus Cod. de agric. & censit. lib. 11. *num. 3.*

Instantia in omnibus causis cuiusvis summæ quantumnam duret ex cap. 13. lib. 1. Stat. Vniu. & ex cap. 51. Rot. Lucen. in Rubr. de termin. Instant. caus. ordin, & cap. 53. sub Rubr. de Instant. executiu. *num. 4. & 5.*

Statutum præualet Iuri Communi, & est potentior in loco, vbi viget. num. 6.

Nigrum regulatur, & declaratur à Rubrica. n. 7.

Statuentium mens, & voluntas quænam fuerit, dignoscitur à Rubrica. num. 8.

Præfatio dispositionis potissimùm est attendenda, cùm præstet euidentem intellectum dispositioni, cui præmittitur, & denotare soleat causam finalem. num. 9. 10. & 11.

Ratio cùm sit expressa in dispositione, non dicitur fieri extensio de casu ad casum, sed ille casus vigore rationis dicitur in dispositione comprahensus. num. 12.

Dispositio qualibet regulatur à sui ratione, & declaratur, sicutì ratiomet ipsa exposcit, num. 13.

Dispositio fauorabilis latissimè est interpretanda, etiàm cum extensione de vno ad alium casum, in quo eadem, & maior ratio vigeret. num. 14.

Rubrica generalis habens orationem perfectam, non restringitur à nigro speciali. num. 15.

Dispositio extenditur, & ampliatur ex ipsius causa finali, quæ continetur in præfatione, & eius verba indefinita, & generalia declarantur ex ratione in proœmio adducta. num. 16.

Decisiones sunt intelligendæ secundùm authoritates, quas allegant, & quatenùs sint rationabiles. & solùm attenduntur in eo, quod principaliter firmant, non quod perfunctoriè, & materia non examinata. num. 17. & 18.

Instantia aliquarum causarum cõtentarum sub cap. 51. Rot. Luc. *hodiè continetur* sub cap. 53. eiusdem Rot. *& hoc ex decreto Excellentiss. Senat. emanat. sub die 19. Nouembris 1625. num. 19.*

Terminus, in quo fieri debet prima comparitio, in executiuis, habetur prò litis contestatione. n. 20.

Clausula iustificatiua in præcepto apposita efficit, vt ipsius instantia expediri debeat nõ secundùm causas executiuas, sed ordinarias, iuxtà Angel. in §. curare num. 10. Instit. de actionib. *sed praxis contrarium inoleuit. num. 21. & 22.*

Præcepta expedita cum clausula iustificatiua adhùc remanent executiua, ipsa non obstante. num. 23. & 24.

Præceptum, seù monitorium per comparitionem partis resoluitur in simplicem citationem. num. 25.

Executiua causa, etiàm summaria dicitur. num. 26.

Summaria causa dicitur executiua. num. 27.

Verba, De facto, *operantur, vt Iudex procedere valeat Manù Regia. num. 28.*

Clausula, Manù Regia, *est eiusdem virtutis, cuius est clausula* Summariè, & sinè figura Iudicij. *num. 29. & efficit, vt executiuè procedi possit. n. 30.*

Præcepta constituunt causas executiuas, & fuerunt adinuenta gratia facilioris expeditionis. n. 31.

Contrarius secum ipso audiri non debet. num. 32.

Declarantur cap. Rot. 53. & cap. *ad excutandam iuxtà dispositionem* cap. 11. lib. 1. Stat. Vniu.

repe-

repetiti in cap.43. Rot. Luc. *num.* 33. *&* 34.
Stylus, & consuetudo quomodò probari debeat ex cap. Rot. Luc. 40. *num.* 35. *& quomodò* de Iur. Commun. *num.* 36.

Decisio XLIX.

DIximus in causa verrente inter SSpp. de Forteguerris, & MM. de Lunardis de, & supèr clausura, & graticulatione fenestrarum *iuxtà dispositionem Statuti in cap.* 129. *lib.* 2. ipsius Instantiam esse regulandam *secun-*
1 *dùm dispositionem cap.* 53. *Rotæ*; Ex quo licèt de
Iure Communi sit omnibus causis tàm ordinarijs, quàm executiuis, ac summarijs præfixa Instantia *iuxtà vulgatum tex. in l. properan-*
2 *dum Cod. de Iudic.* Vbi Instantia triennij om-
nibus causis assignatur; ac ipsius dispositionẽ habere locum etiàm in causis summarijs, & executiuis firmant *Vestr. in prax. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 10. *Marchesan. de Commiss. nullit. sanat. par.* 3. §. 4. *num.* 79. *fol.* 148. *Scacc. de appellat. qu.* 15. *num.* 26. & in puncto firmant *Castrens. cons.* 169. *viso puncto in fin. lib.* 2. *Marant. de ordin. Iudic. par.* 5. *principal. num.* 5. *&* 7. *Afin. in sua prax. cap.* 3. *num.* 35. *& seqq. & num.* 42. *idem Scacc. vbi sup. d. quæst.* 15. *art.* 11. *num.* 244. *&* 248. & fuit doctrina *Bart. in extrauagant. ad reprimend. in verb. figura &c.* Quic-
3 quid dixerit *idem Bart. in l. litibus Cod. de agri-*
col. & censit. lib. 11. Nàm in contrarium est veritas, tenent *Bald. in l. si causam Cod. de execut. rei Iudic. & in l.* 1. *Cod. de Iuramen. Calumn. Angel. in l. si seruum ff. de ijs qui notan. infam. Natt. cons.* 32. *num.* 14. *Roman. cons.* 174. *num.* 1. *Rolan. cons.* 71. *num.* 36. *lib.* 1. quos citat, & sequitur *Barz. decis.* 30. *num.* 3. Vbi quòd ista sit communis opinio, quam sequitur *Cost. de remed. subsidiar. remed.* 94. *in fin. num.* 15. latè *Soccin. sen. cons.* 95. *vol.* 1. *vers. capiendò primùm, Alex. cons.* 50. *num.* 9. *vers. prætereà, Alb. cons.* 96. *num.* 7. *Crauett. cons.* 270. *num.* 1. *Afflict. decis.* 346. *sub num.* 6. *vers. sed contrarium, & num.* 7. vbi *Adden. Borgnin. decis.* 17. *num.* 17. *par.* 1.
4 Tamen de Iure Municipali huius Inclytæ
Reipublicæ compertum paritèr reperitur quibuslibet casibus, cuiusvis naturæ sint, suum Instantiæ terminum constitutum fuisse, prout videre est *in cap.* 13. *lib.* 1. *Statut.* vbi quòd Instantiam cuiuslibet principalis causæ, & litis, cuius quantitas florenorum 25. æstimationẽ excedat, terminare debeat Iudex infrà 60. dies vtiles inchoandos à die prima, qua debuissent partes in iudicio comparere.
5 In causis verò breuioribus, & minoribus
Instantia est 30. dierum vtilium, qui termini fuerunt posteà diminuti *per cap. nostræ Rotæ*, ùt videre est *cap.* 51. *in rubr. de termin. Instanc. caus. ordinar.* quibus omnibus suus instantiæ terminus præfigitur, ac *cap.* 53. *sub rubr. de Instant. executiuar.* indefinitè causis omnibus executiuis suus quoquè instantiæ terminus præfigitur.
6 Quaproptèr inspecta præfata sanctione
Statutorum, seù Capitulorum Rotæ fateri oportet, Statuentes voluisse recedere à dispositione Iuris Communis, ùt supra enunciata, ex quo Iuri Communi præualet, & potentior est in loco, vbi viget *Aymon. cons.* 137. *sub nu.* 6. *Soccin. iun. cons.* 67. *num.* 64. *lib.* 2. *Grat. cons.* 54. *num.* 49. *lib.* 1. *Ioseph Ludouic. decis. Perusin.* 9. *num.* 30. & fuit in terminis firmatum *in Spoletana Successionis* 19. *Iunij* 1651. *coràm R. P. D. Celso §. Institia paritèr*, Ac ideò omnes causas, & lites tàm ordinarias, quàm executiuas secundùm præfatas sanctiones esse terminandas.

Iure meritò ergò diximus, dictam causam regulandam esse iuxtà dispositionem *præfati cap.* 53. *Rotæ*; Supposito, quòd d. causa sit executiua, ùt inferiùs demonstrabitur; Nàm
7 cum ipsius *Rubrica* habeat orationem perfe-
ctam, scilicèt *de instantia executiuarum*, ipsa debet attendi, cùm ex ipsa reguletur, & declaretur totum Nigrum, *Honded. cons.* 105. *num.* 89. *& cons.* 109, *num.* 35. *tom.* 1. *Christoph. Torniol. cons.* 47. *num.* 39. *Ludouic. Sacca cons.* 5. *nu.* 55. plenè *Surd. cons.* 163. Et ex Rubrica digno-
8 scitur quænam fuerit mens, & voluntas Sta-
tuentium, ùt latè ostendit *Mascard. de general. Statutor. interpretat. conclus.* 2. *num.* 192. &
9 præfatio dispositionis potissimùm est atten-
denda *ad tradita per Roman. cons.* 328. *num.* 3. *Mascard. vbi sup. conclus.* 4. *sub num.* 140. Ex
10 quo ipsa præfatio præstat euidentem intelle-
ctum dispositioni, cui præmittitur *ad tex. in l.* 1. *ff. de origin. Iur. & in l. fin. ff. de hæred. Insti-*
11 *tuen.* & causam finalem denotare solet, ùt plu-
ribus ostendit *Castill. controuers. Iur. par.* 4. *cap.* 47. *per tot. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 2. Maximè perpensa mente, ac voluntate Statuentium, quam ad aliud non tendere inspicitur, nisi ad tollendas longitudines litium, & nè causæ executiuæ in longum protelentur, ùt primordialibus vtar verbis *d. cap.* quod etiã vltrà Rubricam, orationem perfectam continet circà assignationem instantiæ omnibus
12 causis executiuis, quæ ratio cùm sit expressa
in dispositione, non dicitur fieri extensio de casû ad casum, sed ille casus vigore rationis dicitur in dispositione comprænensus *ad tradita per Fusar. in tract. de substitut. quæst.* 678.

præ-

præcipuè *sub num. 6. & 7. Francisc. Redenasc.*
13 *cons. 36. lib. 1. num. 55. 56. & 57.* Maximè
quià quælibet dispositio à sui ratione regula-
tur, & declaratur, sicut ratiomet ipsa expo-
scit, *l. cùm pater §. dulcissimis ff. de legat. 2. Soc-*
cin. sen. in l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig.
& cons. 108. col. 3. vers. septima ratio expressa
vol. 3. Dec. cons. 227. col. 3. vers. & dixit Bald.
14 Vndè cùm præfata dispositio *d. cap. 53.* per
quam præfigitur instantia terminationi cau-
sarum, ùt indicant verba *Rubricæ*, & ipsius
primordialia verba, non possit negari, quin sit
inducta ad fauorem publicum; Ideò tanquàm
fauorabilis latissimam recipit interpretatio-
nem, etiamsi oporteret fieri extensionem de
vno ad alium casum, in quo eadem, & maior
ratio vigeret, ità *Roman. d. cons. 174. in princ.*
Alex. cons. 50. sub num. 8. & 9. lib. 2. Soccin.
sen. cons. 95. sub num. 2. vers. confirmatur, Alb.
cons. 96. num. 3. cum seqq.
Neque obstare existimauimus obiectum
per DD. Informantes prò SSpp. de Forteguer-
ris excitatum; Nempè *d. cap. 53.* non esse in-
definitè intelligendum de omnibus causis exe-
cutiuis, sed dumtaxat ad causas inferiùs in
Nigro expressas, nempè ad causas inceptas à
citatione ad dicendum quarè, vel ab execu-
tione personali, mediante captura, & præda,
proùt asserebatur, ità *d. cap. 53.* fuisse aliàs in-
terpretatum in hac Rota.
15 Fuit enim responsum primò, quòd Rubrica
generalis habens orationem perfectam non
restringatur à Nigro speciali, ità *Paul. de Castr.*
cons. 83. num. 3. lib. 2. Alex. cons. 1. num. 9. cum
seqq. lib. 4. Corn. cons. 67. num. 4. in fin. & 5. &
cons. 78. num. 11. in fin. & num. 12. lib. 1. Dec.
cons. 527. num. 11. infinitos cumulat *Aymon.*
Crauett. cons. 61. à num. 1. Mantic. de tacit. &
ambig. conuentionib. lib. 23. tit. 34. num. 29. Ia-
son. etiàm *cons. 198. col. fin. lib. 2. Curt. sen. cons.*
81. col. pen. circà med. & fuit punctualitèr di-
ctum *per Rot. in vna Pisauren. Pecuniaria Vene-*
ris 14. Iunij 1652. coràm R. P. D. Celso §. non ob-
stat, quòd licet rubrica; Vltrà quod etiã procc-
mium est generale, & sic cùm præfatio legis sit
generalis, lex ipsa genericè est intelligenda,
quamvis in sequentibus specificè disponat;
16 Cùm verba indefinita, & generalia dispositio-
nis declarentur ex ratione adducta in proce-
mio, ac etiàm quià præfatio causam finalem
dispositionis ostendit, ex qua dispositio ipsa
extenditur, & ampliatur, *Molin. de primogen.*
Hispan. lib. 1. cap. 5. num. 3. 4. 5. & 6. Mart.
par. 3. num. 13. Franc. Leo in Iur. respons. im-
press. post decis. Valent. 63. nu. 58. & 59. tom. 2.
qui elegantissimè ad propositum nostrum lo-
quitur, & fundat, licèt in alijs terminis *Franc.*
Redenasc. cons. 36. lib. 1. num. 42. 43. 44. 45. &
46. & in terminis latè *Zuccar. decis. Criminal.*
Lucen. 13. à num. 10. cum seqq.
Proùt minimè obstat *decis. huius Rot.* allata
per DD. Informantes ad interpretationem
17 *d. cap. 53.* Primò, quià Decisiones sunt intel-
ligendæ secundùm authoritates, quas allegant,
& quatenùs sint rationabiles *Merlin. Pigna-*
tell. controuers. forens. cap. 69. Carleual de Iudic.
disput. 2. quæst. 7. sect. 3. num. 967. tom. 1. Capyc.
18 *Latr. decis. 91. num. 13. & 14.* & solùm atten-
duntur in eo, quod principalitèr firmant, non
quod perfunctoriè, & materia non examina-
ta enunciant, *Rot. apud Seraphin. decis. 299.*
num. 13. & decis. 17. num. 9. par. 7. recent. &
fuit dictum *in Bononien. Fideicommiss. de Bar-*
gellinis 24. Nouembris 1651. coràm bo. mem. Bi-
19 *chio §. non obstat il 2.* & sic cùm interpretatio
præfata remaneat destituta rationibus suprà
perpensis, & ponderatis, fuit dictum parui esse
pendendam; Tantò magis quià suppositum
in d. decis. corruit ex decreto Excellentiss. Se-
natus emanato sub die 19. Nouembris 1625.
ùt videre est, qui videns maxima absurda, &
procrastinationes causarum, caducitatum, se-
questrorum, & similium, quæ terminandæ ve-
niebant secundùm instantiam ordinariarum,
ùt *in cap. 51.* mandauit ipsas terminandas esse
iuxtà instantiam præscriptam *in cap. 53.* ac
ideò dignoscitur perspicua voluntas d. Excel-
lentiss. Senatus, tantùm fuisse abbreuiandi li-
tes, ùt ex suprà fundatis claré deducitur; Et
propterea exempla *in eod. cap. 53.* allata, sunt
ad dubitationem casuum dubiorum circà In-
20 stantiæ principium; Et ideò in executiuis ter-
minis, in quo debet fieri prima comparitio,
habetur prò litis contestatione, ùt *ex doctrin.*
Bald. latè tradit *Afflict. decis. 346. num. 8. 9. 10.*
11. & 12. & ibi *Vrsill. num. 3. Asin. in sua prax.*
cap. 3. num. 43. 44. 45. & 46. cum seqq. latè
Borgnin. par. 1. decis. 17. num. 17. & seqq.
Neq. paritèr obstare fuit dictum, quod di-
cebatur per vnum ex DD. scilicèt d. causam
esse inceptam per viam præcepti vigore *cap.*
129. lib. 2. Stat. Vniu. cum clausula iustificati-
21 ua, quæ operatur effectum, ùt ipsius Instantia
non secundùm causas executiuas, sed ordina-
rias expediri debeat, *ad tradit. per Angel. in §.*
curare num. 10. Instit. de actionib. cum alijs per
Colcr. de process. execut. par. 1. cap. 2. n. 231.
22 Attamèn fuit responsum, quòd contrà exa-
rata *per Angel.* inoleuit praxis in contrariũ;
23 Nàm dato, quòd Iudex expediat præcepta
cum clausula iustificatiua, non per hoc sequi-
tur, quin efficiantur executiua, ùt non obscu-
rè fundat idem *Coler. vbi sup. num. 234. Gayll.*
practicar. obseruat. lib. 1. obseru. 19. num. 5. Mar-

rant. de ordin. Iudic. par 6. tit. de sentent. n.27.
24 Nàm quamvis in casù nostro præceptum con-
tineat clausulam iustificatiuam; Ipsa tamèn
non obstante, causa remanet executiua *ad in
puncto tradit. per Rot. apud Greg. XV. decis. 307.
num. 18. Ferentill. ad Buratt. decis. 208. num. 11.*
25 Dato possit dici, quòd præfatum præceptū,
seù monitorium per comparitionem partis
dicatur resolutum in vim simplicis citationis,
vel in simplicem citationem, ùt in terminis
fundat *Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 2.*
26 *cap. 4. num.* 175. ex quo causa semper rema-
net in suo robore executiuo, seù summario,
quod idem est, cùm causa executiua etiàm
summaria dicatur, *Marant. in suo specul. par. 4.
distinct. 8. num. 41. & distinct. 9. num. 10. Abb. in
cap. 1. num. 18. de libellor. edit. Castrens. cons. 48.
num. 2. vol. 2.* cum alijs allegatis *per Mauson. de
caus. executiu. prælud. 1. num. 43.* & sic è con-
27 trà etiàm summaria dicitur executiua, idem
*Marant. de ordin. Iudic. par. 4. distinct. 9. num. 4.
Mauson. vbi sup. lib. 1. ampliat. 34. num. 9. in
fin.* Maximè attentis verbis *d. cap.* 129. vt Iu-
dex compellat de facto partes ad murandum,
28 seù graticulandum fenestras, quæ verba *de
facto*, certum est, quòd importent, ùt Iudex
procedere valeat manù regia *ad doctrin. Bart.
in extrauagant. ad reprimend. in verb. videbitur
num. 12. Aretin. in §. bonæ fidei Instit. de actio-
nib.* vbi *Iason. num. 46. Menoch. de arbitr. quæst.
7. num. 69. lib. 1. Carpan. ad Statut. Mediolan.
cap. 48. verb. & de facto num. 6. & seqq.* quæ
29 clausula habet eandem virtutem, quam ha-
bet clausula *Summariè &c. & sine figura Iudi-
cij*, firmant *Mart. de clausul. par. 1. claus. 180.
num. 6. Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 2.
cap. 1. num. 48. & 49. Rot. decis. 446. num. 1.*
30 *par. 2. recent.* & operatur, ùt executiuè pro-
cedi possit, in puncto *ead. Rot. d. decis. 446. nu.
1. par. 2. recent.* & conferunt tradita *per Ma-*
31 *gon. decis. Lucen. 15. num. 30.* vbi quòd via pro-
cedendi per præcepta, sempèr dicitur execu-
tiua, & fuit adinuenta gratia facilioris expe-
ditionis.

Vltrà quàm quòd pluriès in actis præcipuè
processù fol. 8. Sp. Eleazarius protestatus, &
confessus fuit in præsenti causa fuisse actum
summariè, & *executiuè*, ac propterea instetit
ferias non obstare, prout prò tali habita D.
32 Iudex à quo pronunciauit; Quapropter nulla
datur maior probatio iuxtà *vulgata*, & licitū
non est parti vagari per contraria, & non me-
retur audiri, qui secum ipso dissidet, *Amat.
decis. Maceraten. 1. num. 50. & decis. 50. num. 10.
Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 61. num. 11.* & pro-
bat mihi *tex. in l. generalitèr Cod. de non numerat.
pecun.* ibi. *Nimis enim indignum esse iudicaui-
mus, quòd sua quisque voce dilucidè protestatus
est, id in eundem casum infirmare.*

33 Neq. obstat allegata dispositio *cap. ad exci-
tandam* iuxtà dispositionem *cap. 11. lib. 1. Stat.*
repetiti *in cap. 43. Rot.* ex quo deducebant In-
formantes dari aliquas causas sinè instantia,
quæ expediendæ veniebant iuxtà tenorem
d. cap.

34 Siquidèm fuit responsum, & ponderatum,
statutum ibi non loqui de causis, sed de casi-
bus, de quibus Iudex non arctatur præcisè ad
pronunciandum antè sententiam in eadem
causa proferendam; Ideòq. studiosè Statuen-
tes fuerunt vsi verbo, *casibus*, & non *causis*, de-
notare volentes dari casus, & emergentia, in
quibus Iudex teneatur, & arctetur ad iudican-
dum infrà tres dies vtiles iuxtà tenorem *d. cap.*
Sed non ex hoc sequitur, quòd causa incepta
vigore *cap. 129.* quam diximus habere instan-
tiam executiuatum *cap. 53. Rot.* expedienda
veniret vigore *præfati cap. ad excitandam*, quod
locum habere fuit dictum etiàm intrà instan-
tiæ terminum *præfati cap. 53.* Nàm *cap. præ-
dictum ad excitandam* fuit adinuentum ad ab-
breuiandum, quantò magis fieri posset, lites;
Non autèm ad effectum illas prorogandi, ùt
contingeret in casù præsenti, si dixissemus in
casù isto posse intentari tale remedium post
lapsum Instantiæ executiuæ *d. cap. 53. Rot.* ùt
patet ad sensum, ideò &c.

Neq. obstare censuimus assertam fidem
factam à pluribus DD. Curialibus in processù
registratam fol. 35. à terg.

35 Quià vulgatum est *cap. Rot.* 40. prohibens
nullam adhiberi fidem huiusmodi probatio-
nibus styli, & consuetudinis, nisi per testes le-
gitimè iuratos, & examinatos probentur, ùt
latiùs ibidem, cum pœnarum comminatione
36 contrà facientes; Et est etiàm de Iure Com-
muni, ùt qui se fundat in solito, seù stylo, ipse
veniat formitèr probandus, *ad Glos. in l. 1. ver-
bo probatis Cod. quæ sit longa consuetudo, Rimin.
sen. cons. 307. num. 16. Paris. cons. 25. num. 18.*
& fuit dictum *in Romana Fideicomm. de Victo-
riis 19. Ianuarij 1652. coràm Eminentiss. Otthobono
§. allegatus autèm stylus*, quæ est in eius
impressis *decis. 271. num. 23.*

Et ità fuit decisum vtraquè parte infor-
mante &c.

ARGVMENTVM.

Confessio viri de dote recepta, aliàs
non iustificata, non probat dotis nu-
merationem, ac proindè denegatur
yxori

vxori immissio contrà Tertios possessores, & in parte iustificata àn, & quandò quoad reliquam in totum vera præsumatur. Dotis simulatæ plures coniecturæ enunciantur, & quandonàm dicatur congrua, & vt tollat donationis, & fraudis suspicionem, quomodò constare debeat. Apocha subscripta à Marito, & dotis Promissore àn, & quandò dicatur sufficiens ad excludendos Creditores. Agens in Saluiano habere debet creditum liquidum, quod àn, & quandò censeatur probatum ex notula fructuum perceptorum. Creditor habita immissione super vno fundo, àn, & quandò immitti valeat super alijs bonis sibi hypothecatis.

SVMMARIVM.

Confessio simplex emissa à viro constante matrimonio si aliundè non iustificetur, præsumitur facta in fraudem prohibitæ donationis, nec probat confessatæ dotis numerationem. num. 1.

Maritus, & Creditores illius Tertii possessores possunt se tueri exceptione confessatæ dotis non numeratæ. num. 2.

Dotis repetitio non conceditur, cuius solutio non probatur. num. 3.

Vxori denegatur immissio contrà Tertios possessores ex sola dotis confessione. num. 4.

Confessio dotis receptæ, à Marito constante matrimonio facta, veram dotis numerationem probat, concurrentibus alijs coniecturis. num. 5. Ampliatur. num. 6.

Dotis non traditæ oritur verisimilis præsumptio simulationis, & donationis ex paupertate. num. 7.

Paupertas patens de tempore dotationis, & Iuris Communis præsumptioni conueniens, ac verisimilis existens ad persuadendum animum Iudicis, non tollitur contrarijs assertionibus genericis, & haud rationabilibus, præcipuè neq. indicatis bonis, ex quibus reliqua summa dotis constari potuerat. num. 8.

Paupertatis iustificatio ad demonstrandam dotis non numerationem, à communiter, & regulariter contingentibus deducta, non eliditur ex his, quæ rarò, & in specialibus quibusdam casibus, & non promiscuè accidunt: num. 9.

Dotis inuerisimilitudo vt arguatur, considerantur vires patrimonij, dotem promittentis. num. 10.

Dos simulata, & inuerisimilitèr soluta desumitur ex inobseruantia pactorum, & inuerisimilitudine facti. num. 11.

Vxor absq. expressa hypotheca redditur cauta super bonis viri ex tacita hypotheca legali. num. 12.

Hypotheca legalis tacita fruitur ijsdem priuilegijs, quibus expressa, ex qua in contractibus adhibita resultat vehemens simulationis suspicio. num. 13. & 14.

Confessio dotis facta à viro ad fauorem Vxoris redditur valdè inuerisimilis, nulla exhibita quietatione, seu liberatione summarum, quæ prætenduntur solutæ. num. 15.

Dotis simulatæ coniectura resultat ex Instrumento confessionis non exhibito, nec inuento. num. 16.

Apochæ matrimoniales inter se differentes in summis soluendis in contanti videntur non approbatæ à partibus. num. 17.

Dotis solutæ coniectura desumpta ex præstatione alimentorum, & cohabitatione non releuat, & nisi sit munita alijs rationibus spernitur à Rot. Rom. *num. 18. & 19.*

Coniectura deducta ex præstatione alimentorum, & cohabitatione refertur ad maritalem affectionem, vel ad quantitatem dotis verè solutam. num. 20.

Dos vt dicatur congrua inspici debet quantitas patrimonij. num. 21.

Dotem sibi congruentem secundum consuetum Nobilis consequi nequit ex exiguo patrimonio Mulieris. num. 22.

Dos præcedentèr confessata in Chirographo matrimoniali inter partes inito fruitur priuilegiis veræ dotis numeratæ. num. 23.

Testes examinati, & iurati extrà terminum probatorium nihil probant. num. 24.

Testis iuratus, & examinatus post lapsum termini probatorii non est attendendus, quinimò nec per Notarium causæ recipi valet ex cap. 47. Rot. Lucen. *num. 25.*

Dotis promissio vt tollat donationis, & fraudis Creditorum suspicionem, debet constare per publicum Instrumentum, vel per apocham trino teste munitam. num. 26.

Scriptura priuata trino teste firmata æquiparatur publico Instrumento. num. 27.

Apocha subscripta à Marito, & dotis promissore si sufficiens esset, redderetur facilis fraudatio Creditorum cum antidata, cùm tàm facile sit conficere promissionem præcedentem, quàm fraudare velle. num. 28.

Dotis promissio, præcedens solutionem, quomodò sit probanda, & per quæ. num. 29. & 30.

Dotis antecedens promissio, confessione subsecuta de dote recepta, gaudet priuilegiis veræ dotis, nisi alijs contrariis coniecturis præsumptio deducta ex promissione eludetur. num. 31. & 32.

Præsumptio semper cedit probationi. num. 32.

Dotis confessio in parte iustificata non est præsumenda vera in omnibus, licet confessio in vna parte vera in totum præsumatur vera. num. 34.

Dotis confessio in parte iustificata quoad reliquam summam non præsumitur vera, si omninò redderetur inuerisimilis ex contrarijs præsumptionibus. num. 35.

Dotis solutio arguitur per solutionem gabellæ, quandò agitur contrà hæredes viri, non verò quandò contrà Tertios Possessores. num. 36.

In Saluiano agens debet certam summam deducere, vt conuentus volens immissionem euitare, possit eam soluendo se liberare. num. 37.

In Saluiano quis deducere non potest certam summam ob possessionem bonorum Iure dominij, & perceptionem fructuum non liquidatorum. num. 38.

Immissio vigore Saluiani concedi non debet, si remaneat creditum illiquidum per non liquidationem valoris bonorum, & fructuum perceptorum ex ipsis. num. 39.

Liquiditas crediti non oritur ex exhibitione notulæ fructuum perceptorum, nisi liquidato valore eorundem. num. 40.

Sententia non executa, & quæ non habuit effectum, idem est, ac si lata non fuisset. num. 41.

Sententia sola sine executione non priuat possessorem. num. 42.

Creditor habita immissione super vno fundo, ex quo percepit fructus, non potest immitti super alijs bonis sibi hypothecatis, fructuum perceptorum valore non liquidato, num. 43.

Simulationes, quæ committi solent in dotis traditione, vel receptione, & quomodò in hac materia ex coniecturis possint includi, vel excludi, remissiuè recensentur. num. 44.

Decisio L.

EX duplici fundamento dixerunt DD. non esse concedendam petitam immissionem V.D. Prudentiæ vxoris q. Sp. Octauij Bondacchi ex remedio Vtilis Saluiani per eam intentato contrà Antonium Regium tertium possessorem titulo emptionis domus controuersæ; Et primò quidem quià non docuit de suo credito, cuius vigore immissionem postu-
1 labat; Illud enim deducit ex simplici confessione emissa à d. q. Sp. Octauio Bondacca eius viro constante matrimonio, quæ cùm aliundè non iustificetur, præsumitur facta in fraudem prohibitæ donationis, nèc probat confessatæ dotis numerationem, *ad tex. in l. 1. vbi Glos. in verb. Instrumenti Cod. de dot. caut. non numerat. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 1. Rot. coràm Reuerendiss. Vrgellen.* aliàs *Durano decis. 387. num. 4.* cum alijs plena manù congestis *in Romana Dotis 21. Februarij, & 26. Nouembris 1650. coràm Eminentiss. Cardin. Corrado §. quoniam* ambæ impressæ post *Salgadum in tract. labyrinth. Creditor. decis. 22, & 23. & in Perusina Saluiani 12. Iunij 1651. §. & tollitur difficultas coràm R. P. D. Albergato*; Qua
2 exceptione se tueri possunt non modò maritus; Sed etiàm creditores illius, & Tertij possessores, *Bald. in l. si vxor §. si quis vxorem ff. ad leg. Iul. de adulterijs, l. vlt. Cod. ad Senatusconsul. Macedonian. Alex. cons. 142. num. 6. & 7. lib. 1. Gozad. cons. 28. sub num. 25. Ruin. cons. 137. num. 4. lib. 4. Vtuin. decis. 148. num. 1. Rot. decis. 683. num. 3. par. 2. recent. & in Romana Saluiani 17. Februarij 1647. & 15. Iunij 1648. coràm R. P. D. Roias, & in Romana Domorum de Regardis 15. Ianuarij 1649. §. prætèr quàm quòd coràm*
3 *Reuerendiss. Dunozetto*; Nequè enim est concedenda dotis repetitio, cuius solutio nó probatur *l. 1. in fin.* Ibi. *Et quod in dotem datum non est repeti non potest, Cod. de donationib. ante nuptias, & in l. 1.* Ibi. *Ita demùm te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem à te reipsa datam probatura es, Cod. de dot. caut. non numerat.*
4 Et deneganda est immissio cótrà Tertios possessores, vt in his terminis eam denegauit *Rot. in Perusina Saluiani 12. Iunij 1651. in princ. coràm R. P. D. Albergato.*
5 Et quamuis à suprà firmata regula recedi soleat, vbicunquè in contrarium adsunt coniecturæ, quibus concurrentibus confessio dotis receptæ, à marito constante matrimonio facta, veram dotis numerationem, probat *Noguerol. allegat. 32. num. 23. Franc. de Ponte cons. 64. num. 46. & 47. lib. 2.* & in terminis fundauit *Rot. in Anconitana Dotis 17. Iunij 1647. §. quam opinionem coràm bon. mem. Arguelles,* quæ fuit confirmata *31. Ianuarij 1648. coràm eodem,* & signantèr *in §. non enim visa, & etiàm 1. Martij 1649. §. attamèn DD. coràm Eminent. Card. Otthobono,* quæ est in eius impressis *decis.*
6 *167. num. 8. cum seqq.* Quod adeò verum existimauit, *Rot. in d. Anconitana Dotis 17. Iunij 1647. §. nec refragatur coràm R. P. D. Arguelles,* vt procedere dixit etiamsi de antecedenti dotis promissione non appareret.

Vrgentiores tamèn, & magis releuantes existimarunt DD. coniecturas, quæ prò præsumenda simulatione, & donatione, quàm eas, quæ prò conuincenda vera dotis numeratione per Informantes adductas.
7 Prima autèm donationis præsumendæ coniectura desumpta fuit ex paupertate V. D. Prudentiæ, proptèr quam inuerisimilis redditur solutio dotis confessatæ; Cùm etenim V. D. Prudentia post mortem Laurentij Ca-

stelli eius genitoris, illius hæreditatem, vti
damnosam, & nimio ære alieno grauatam,
mediantibus suis Tutoribus repudiasset, vt ex
Instrumento rogato per D. Fabricium Cal-
ceum de anno 1616.; Nèc propterea haberet
vndè dotari posset ex bonis paternis D. Mar-
garita illius mater, ad quam hoc munus spe-
ctabat ex suis pecunijs dotalibus, & in totum
constituentibus summam scutorum 500. re-
cepit scuta 300., quorum 100. implicauit in
emptionem corredorum, & alia 200., quæ
erant in depositum penès Monastrellum, assi-
gnauit Sp. D. Octauio Bondaccæ eius gene-
ro, vt legitur in Instrumento dotali; Quapro-
ptèr si V. D. Prudentia ex hæreditate paterna
nihil habuit, nèc consequi potuit, & ex doti-
bus maternis, quæ non excedebant scuta 500.
recepit scuta 300. prò constituenda sua dote;
Vndè nam conflare valuit alia scuta 100. prò
complemento corredorum, scuta 300., quæ
asseruntur soluta in contanti, & mobilia va-
loris aliorum scutorum 200.; Sanè hæc om-
ninò inuerisimilia redduntur, atquè ex hac in-
uerisimilitudine oritur præsumptio simulatio-
nis, & donationis, vt benè aduertit *Rot. decis.
23. num. 15. & 16. post Merlin. de pignorib. &
hypot. & coràm Buratto decis. 108. num. 7. vers.
secundò considerabatur* cum pluribus alijs cu-
mulatis in *d. Romana Dotis 21. Februarii 1650.
§. primò scilicèt vers. ideòq. coràm Eminentiss.
Card. Corrado.*
8 Nequè hæc inuerisimilitudo ex paupertate
V. D. Prudentiæ resultans elisa remanet, ex
eo, quòd Informantes prò illa dicebant, po-
tuisse videlicèt V. D. Prudentiam habere pre-
tèr dotem sibi à matre assignatam alia bona
paraphernalia, & extrà dotalia, ex quibus po-
tuerat conflare summam dotis confessatæ;
Siquidèm cùm illius paupertas ex suprà dedu-
ctis secundùm dotationis tempus satis pateat,
& Iuris Communis præsumptioni conueniat,
& verisimilis admodùm sit ad persuadendum
animum Iudicis, non tollitur contrarijs asser-
tionibus genericis, nullaquè concludenti ra-
tione fulcitis; præcipuè neq. indicatis bonis,
ex quibus aliqua summa conflari potuerit, vt
optimè ad propositum considerat *Rot. in dd.
decisionib. Romana Dotis 21. Februarii §. primò
scilicèt, & 26. Nouembris §. nequè obstat 1650.*
9 *coràm Eminentiss. Corrado*; Vbi quòd pauper-
tatis iustificatio ad hunc effectum à commu-
nitèr, & regularitèr contingentibus deducta,
non eliditur ex his, quæ rarò, ac in specialibus
quibusdam casibus, & non promiscuè acci-
dunt, *Rot. decis. 484. num. 11. & decis. 485.*
10 *num. 7. par. 3. lib. 3. diuers.* ad effectum enim
arguendæ inuerisimilitudinis dotis, conside-
rantur vires patrimonij dotem promittentis,
*Merlin. de pignorib. & hypothec. lib. 3. tit. 2. qu.
58. num. 42.* Quæ cùm in præsenti casù satis
tenues visæ fuerint, ansam præbuere simula-
tionis præsumendæ.
11 Prò secunda coniectura considerabant DD.
inobseruantiam pactorum, & inuerisimilitu-
dinem facti; Cùm etenim D. Octauius futurus
sponsus in asserto scripto matrimoniali se ob-
ligasset inuestire, & assecurare ad contenta-
mentum D. Margaritæ socrus scuta 750., illi
statim secuto matrimonio, vt asseritur soluen-
da prò dote D. Prudentiæ; Nullum tamèn
exhibetur post assertam solutionem factum
Inuestimentum, sed solummodò lapso quin-
quennio, & quòd malè olet, quindecim die-
bus post factam venditionem domus contro-
uersæ Antonio Regio Reo conuento, D. Octa-
uius fassus fuit, se recepisse dotes, & summas
enunciatas, & promissas, proquè earum resti-
tutione obligauit generalitèr, & specialitèr
omnia sua bona, ex qua facti specie vrgens re-
sultat coniectura simulationis, & inuerisimili-
tudo solutionis, *ad tradita per Rot. decis. 55. n.
22. par. 6. & decis. 239. num. 14. par. 4. tom. 2.
& decis. 61. sub num. 9. & decis. 283. num. 8. par.
5. recent. & decis. 23. num. 9. post Merlin. de pi-
gnorib. & hypothec.* & firmatur plenè *in d. Ro-
mana Dotis 21. Februarii 1650. §. secundò ex
qualitate coràm Eminentiss. Corrado*, & in pun-
cto tradit *Merlin. d. quæst. 58. num. 49.* Ad quid
enim tàm enixè, & præcisè fuit petita, & pro-
missa assecuratio, & Inuestimentum à D. Mar-
garita, & D. Octauio, vt cauta redderetur D.
Prudentia prò summa pecuniarum soluenda,
si tanto tempore differri debebat implemen-
tum promissorum, nèc alio modo impleri,
quàm cum obligatione, & hypotheca bono-
rum D. Octauij; Certè si de hoc Inuestimento
cogitabant Contrahentes, superflua reddeba-
12 tur promissio supradicta; Cùm etiàm sinè ex-
pressa hac hypotheca à D. Octauio facta, cau-
ta esset D. Prudẽtia supèr illius bonis ex tacita
hypotheca legali, de qua est *tex. in l. vnica §. 1.
incipien. Et vt plenius Cod. de rei vxor. act.* Quæ
13 ijsdem fruitur priuilegijs, quibus expressa,
iux. tex. in l. assiduis Cod. qui potior. in pign. ha-
14 *beau.* Vndè vehemens resultat simulationis
suspicio *ad tradita per Rot. d. decis. 23. num. 9.
post Merlin. de pignorib.*
15 Quibus accedit, & hæc prò tertia coniectu-
ra inseruit, quòd nulla exhibeatur quietatio,
seù liberatio summarum solutarum, reporta-
ta à D. Margarita dotis debitrice, sed solùm
Instrumentum dotis confessatæ exhibetur,
celebratum post quinque annos, quibus ma-
trimonium contractum, & asserta dos soluta
fuit,

fuit, ex quo pariter valdè inuerisimilis reddi-
tur confessio facta à viro ad fauorem vxoris,
Bald. in l. si quis in hoc num. 3. Cod. de Episcop. & Cleric. cum alijs *per Merlin. d. quæst. 58. num. 51. & 52. lib. 3. tit. 2.*

16 Quartò ponderabatur, quòd in apocha solutionis gabellæ facta prò asserta dote soluta, de qua in fine Instrumenti confessionis asseritur, de dote fuisse confectum, & rogatum Instrumentum à D. Christophoro Geminiano, quod tamèn nèc exhibetur, nèc reperitur; Vndè alia resultat simulationis coniectura, *Bald. in l. 2. num. 4. vers. vlterius nota Cod. de error. Aduocat. Roman. cons. 294.* cum alijs *per Merlin. d. lib. 3. tit. 2. quæst. 58. num. 50. Rot. decis. 239. num. 10. par. 4. tom. 2. recent.* & ad hoc egregiè conferunt tradita à *Mascard. de probat. conclus. 924. num. 1. & per tot.*

17 Neq. omni suspicione caret, quòd in processu coràm Nobis exhibito, duo reperiuntur scripta matrimonialia prò parte D. Prudentiæ adducta, quæ licèt quò ad quantitatem dotis, & corredorum sint vniformia in summa scutorum 1300.; Valdè tamèn differunt in summis, quæ solui promittuntur in contanti; Cùm in vno dicatur, quantitatem in contanti soluendam fore scutorum 750.; In altero verò scutorum 300., ex quo videtur colligi, quòd partes verè id agere noluerint, quod in illis apochis, seù scriptis matrimonialibus exprimebant, vt in similibus terminis fuit *per Rot.* consideratum in sæpè citata *Romana Dotis 21. Februarij 1650. §. quartò ex posteà coràm Eminentiss. Corrado.*

Quibus non resistunt coniecturæ per DD. Informantes prò D. Prudentia ponderatæ; Has enim nimis generales, nèc releuantes ad effectum, de quo agitur, existimarunt DD.

18 Prima enim desumpta ex præstatione alimentorum, & cohabitatione non probatur, & probata non releuaret, *Soccin. in l. 1. num. 94. ff. solut. matrim. Bald. Nouell. de dot. par. 10. num. 19. vers. quæ tamèn coniectura, Aymon. cons. 40. num. 4. in fin. Gozadin. cons. 28. num. 23. & 32. Bellon. sen. cons. 48. num. 2. Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 66. num. 35. Gallia ad consuetud. Alex. 98. verb. viginti num. 63. Rota decis. 23. in fin. intèr impress. post Merlin. de pignorib. & hypoth.* & firmatur *in Perusina Saluiani 12. Iunij 1651. §. nèc vrgent coràm R. P. D.*
19 *Albergato*, & hanc coniecturam, vtì nimis
leuem, nisi alijs fulcita sit rationibus nõ innat,
Ioseph Ludouicus decis. Perusina 66. d. num. 35.
par. 2. & fuit dictum *per Rotam decis. 426. n. 8.*
20 *par. 9. tom. 2. recent.* & eam vel ad maritalem
affectionem, vel ad quantitatem dotis verè
solutam referendam esse, tradit *Rot. coràm*
Buratto decis. 108. in fin. Soccin. in l. 1. num. 94. vers. 7. limita ff. solut. matrim. Couaru. resol. 7. sub num. 6. §. & sic ex confessione dotis receptæ vers. addit tamèn Bald. lib. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 12. sub num. 23. & sub num. 73. vers. extenditur 2. lib. 3. & ità vtriquè obiecto respondet *Rot. d. decis. 683. num. 6. vers. ex quibus, & num. 13. par. 2. recen. & in d. Romana Dotis 26. Nouembris 1650. §. hinc q. apparet coràm Eminentiss. Corrado.*

Secunda elicita ex congruitate dotis; nè dùm fuit apta quicquam animum DD. meorum mouere, ad effectum veritatis solutionis præsumendæ; Quinimò potiùs visa fuit retorqueri; Cùm ex his, quæ dicta fuerunt suprà *in §. prima autèm num. 7.* incongrua omninò dici possit dos scutorum 1300. habito respectû ad mulierem, quæ nihil in bonis paternis habebat, nèc in maternis vltrà scuta 300. Ad
21 hunc enim effectum non qualitas personæ,
sed quantitas patrimonij inspicienda est, *l. cum
post §. 1. ff. de Iur. dot. l. si filiæ pater ff. de legat.
3. Rot. decis. 88. num. 1. & decis. 272. num. 1.
par. 5. recent.* & fuit dictum *in Bononien. Fidei-
comm. de Maluetijs 11. Martij 1643. §. 1. coràm*
22 *bo. mem. Pentingero*; Ideòq. licèt Sp. Octa-
nius nè dùm dote scutorum 1300., sed etiam
maiori dignus esset proptèr eius Nobilitatem,
quà in hac Excellentissima Rep. fruebatur, eã
tamèn consequi non poterat ex tàm exiguo
patrimonio ipsius D. Prudentiæ, vt respondet
I. C. in l. quæro ff. de iur. dot. & optimè firmat
*Rot. coràm bo. mem. Comitolo decis. 45. num. 22.
& coràm Cardin. Mantic. decis. 329. sub num. 5.*
latèq. fuit dictum *in Romana Rescissionis Tran-
sactionis 29. Maij 1648. §. quo verò ad aliam, &
§. seq. coràm Eminentiss. Corrado.*

23 Ad tèrtiam verò, & supèr qua DD. Informantes prò D. Prudentia magnam faciebant vim, deductam ex antecedenti promissione dotis, de qua constare dicebant ex chirographo matrimoniali intèr partes celebrato sub die 7. Octobris 1617., & qua concurrente, dotem confessatam priuilegijs veræ dotis numeratæ frui, dixerunt *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 12. & 40.* latè *Barbos. par. 6. leg. 1. num. 51. & 52. ff. solut. matrim. Valasc. decis. Lusitan. 4. num. 9. Rot. coràm Vrgellen. alias Durano decis. 387. num. 6. & coràm Greg. XV. dec. 62. num. 6. & decis. 491. num. 7. & ibi Adden. & in Romana Domorum de Regardis 28. Ianuarij 1650. §. non obstat coràm Reuerendiss. Dunozetta, D. Altograd. cons. 33. num. 6. lib. 1.* Vbi ex hoc respondet dispositioni *Statut. huius Excellentissimæ Reip. lib. 2. cap. 24.*

Fuit per DD. responsum, d. chirographum nihil probare, vt potè quòd non fuerit saltim

legi-

24 legitimè recognitum; Testes enim super illius recognitione adhibiti, nè dùm fuerūt examinati, sed etiàm iurati extrà terminum probatorium, & consequenter nihil probant *Magon. decis. Lucen. 45. num. 8. Rot. post 2. vol. cons. Farinac. decis. 138. Rota apud Duran. dec. 329. & 338. vtrobiq. num. 1. & coràm sanct. mem. Gregor. decis. 429. num. 5. & 453. num. 2. & in Anconitana Dotis 21. Iunij 1640. in fin. coràm Reuerendiss. Terraconen. & decis. 277. num. 2. part. 6. recent.* & supponitur *in Stat. Vniuersal. lib. 1. cap. 76. & in cap. 38. Rota Lucen.*

Quod verò dd. Testes iurauerint, & examinati fuerint extrà terminum, colligitur ex reuolutione processus; Cùm enim assignatio termini probatorij fuisset facta sub die 27. Martij 1656. per octo dies vtiles; die 17. Maij, & sic lapsis iàm quatuor diebus d. termini, instante ipsa D. Prudentia, terminus probatorius fuit redactus ad quatuor dies vtiles; Quarè cùm D. Iulianus Torcigliannus alter ex testibus examinatis iurauerit die 19. Maij, vtiq. patet, eum extrà terminum probatorium iu-

25 rasse; D. verò Bernardinus de Barberijs alter testis, nè dùm extrà terminum probatorium, sed die 10. Nouembris, & sic lapsis sex diebus post publicationem processus, & post lapsum termini probatorij iurauit, & examinatus fuit, quo casu eius depositio in nihilo potest attendi; Imò nèc per Notarium causæ recipi valet, sic iubente *cap. 47. Rotæ Lucen.*

Secundò fuit responsum, quòd quamvis d. apocha, seù chirographum matrimoniale fuisset recognitum, adhuc tamèn non suffragaretur ad effectum, de quo agitur; Quià vt an-

26 tecedens dotis promissio tollat suspicionem donationis, & fraudis Creditorum, oportet, quòd de illa constet non per apocham priuatam subscriptam à futuro marito, & dotis promissore, sed per publicum Instrumentum, vel per apocham trino teste munitam, vt est *text. ad hoc singularis, & notabilis in l. in contractibus §. sed quoniam Cod. de non numerat. pecun.* Ibi. *Illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium Instrumentorum de solutæ dote ex parte, vel insolidum exponuntur; Borsatt. cons. 32. num. 5. Mart. Medic. examin. 51. num. 92. Vrsill. ad Afflict. decis. 402. num. 6. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. tom. 1. Glos. 26. num. 32.* Et cum hoc supposito omnes DD. quotquot vidèrimus, loquuntur, dùm mouentur *ex d. text. in l. in contractibus*; Quipropterea secundùm terminos illius debent, & sunt intelligendi secundùm doctrinam *Bart. ind. non solùm §. liberationis ff. de liber. leg. Rot. decis. 474. num. 9. par. 4. recen. & coràm bo. mem. Coccino dec. 67.*

27 *num. 8.* Vel quandò etiàm de antecedenti dotis promissione constat per scripturam priuatam, sed trino teste firmatam, quæ publico Instrumento æquiparatur, *ad vulgat. tex. in l. scripturas Cod. qui potior. in pign. habean.* & in hoc casù loquitur *Rot. decis. 24. num. 6. par. 7. recen.* quæ hoc supponit prò indubitato obiecto, cui tamèn satisfacit ex alijs præsumptio-

28 nibus *in dd. decisionib.* ponderatis; Aliàs enim si sufficeret apocha subscripta à marito, & à dotis promissore, facilè esset fraudare Creditores conficiendo apocham in eorum præiudicium cum antidata; Cùm tàm facilè sit confiere promissionem præcedentem, quàm fraudare velle, *argum. l. 5. §. si pupillus ff. de reb. cor. qui sub tutel. l. scire §. 1. ff. de legit. tutor. l. cum quis decedens §. penult. ff. de legat. 3. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. Glos. vnica par. 1. n. 37.*

29 & in puncto, quòd promissio dotis, quæ dicitur præcessisse solutionem, probanda sit aliter, quàm per partium confessionem, tradit *Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 10. diffinit. 9.* Vbi quòd

30 promissio illa per testes, & quidem omni exceptione maiores, probanda est, nè alioquin in tanta, quanta nunc est, & temporum licentia, & hominum, facilè sit legitimi creditoris Ius interuertere, & quòd non sufficiat probatio per apocham priuatam, firmat *Martius Medic. examin. 51. sub num. 92.*

31 Præter quàm quòd non indistinctè est accipienda conclusio, quòd antecedens dotis promissio faciat, quòd confessio subsecuta de dote recepta, habeat priuilegia veræ dotis, sed cum limitatione, quæ casui nostro optimè cōuenit, nisi scilicet alijs contrarijs coniecturis illa Iuris præsumptio, quæ elicitur ex promis-

32 sione dotis præcedente elidetur; Tunc enim cùm semper præsumptio cedat probationi, *l. si chirographum cum l. seq. & l. Imperatores in*

33 *fin. ff. de probat.* non statetur huiusmodi confessioni, quantùmvis præcederet promissio dotis, *Merlin. de pignor. & hypoth. d. quæst. 58. num. 90. lib. 3. tit. 2. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 5. diffinit. 3. tit. de dot. caut. non numer. Fontanell. d. claus. 4. num. 39. Rot. decis. 55. num. 20. par. 6. recent.* Quapropter cùm suprà enumeratis coniecturis simulationis, remaneat elisa hæc præcedens dotis promissio, parum attendi meruit.

34 Et quamuis confessio per Sp. Octauium emissa, appareat iustificata in parte dotis; Non tamèn debet præsumi vera in omnibus, dicèt enim confessio in vna parte vera in totū præsumatur vera, vt in his terminis firmant *Surd. cons. 397. num. 5. Prases Andreol. controuers. 186. num. 7. Altograd. cons. 18. num. 35. & 36. lib. 1. Rot. decis. 160. num. 2. par. 7. recen.* & fuit dictum *in Ciuitatis Vetulæ Dotis 17. Februarij*

bruarij 1647. coràm R. P. D. Argaelles §. secunda coniectura confirmata 1. Martij 1649. §. intèr cæteras coràm Eminentiss. Card. Otthoboao, vbi Rot. hanc coniecturam fortissimam vocat;
35 Hoc tamèn locum sibi non vendicat, quandò
confessio quòad reliquam summam ex contrarijs præsumptionibus inuerisimilis omninò redderetur ad tradita per Dec. cons. 421. nu. 14. Vrsill. ad Afflict. decis. 402. num. 5. Merlin. d. qu. 58. num. 131. & fuit dictum in Romana Ceasus de Matis 1. Iulij 1620. coràm bo. mem. Coccino, & in d. Romana Dotis coràm Merlino impress. post tract. Merlin. de pignorib. decis. 23. n. 16. Quarè dùm in præsenti causa nè dùm inuerisimilis, sed ferè impossibilis visa fuerit solutio residui dotis in summa confessata, dixerunt DD., nō esse applicabilem coniecturam supradictam.

Vltimam deniquè coniecturam ex solutione gabellæ prò integra summa scutorū 1100. deductam, parui faciendam iudicarunt DD.; Siquidèm quicquid dici posset, si Statutum mandaret solui gabellam de dote soluta, non
36 etiàm de dote promissa; Fuit dictum, solu-
tionem gabellæ arguere solutionem dotis, quandò agitur contrà hæredes viri, secùs verò quandò contrà Tertium possessorem, Alex. cons. 68. num. 3. lib. 3. Card. Tusc. lit. G. conclus. 13. num. 11. & 12.

Alterum denegandæ immissionis fundamētum visum fuit DD. resultare ex illiquiditate
37 crediti D. Prudentiæ; Cùm enim agens in
Saluiano debeat certam summam deducere ad hoc, vt conuentus volens immissionē euitare, possit eam soluendo se liberare, ad tradita per Rot. coràm Reuerendiss. Vrgellen. Durano
38 decis. 268. num. 17. Sed hoc præstare non po-
test D. Prudentia, quià cùm ipsa vltrà scuta 470. exacta ab hæreditate mariti, & quæ se recepisse fatetur in libello, de anno 1652. declarauit, se possidere quædam bona stabilia in loco detto à Bondacca Iure dominij, vel possessionis prò suis dotibus, vt constat ex confessione eiusdem D. Prudentiæ ad positiones, & ex illis fructus perceperit, Rot. coràm Reuerendiss. Vrgellen. aliàs Durano decis. 356. num. 3.
39 cum seqq. & decis. 384. num. 1. Vtiq. non liqui-
dato valore tùm dd. bonorum, tùm etiàm fructuum ex illis perceptorum, qui de anno 1652. fuerùnt staria 18. grani, & salmæ quatuor vini, vt constat ex actis sequestri ad illius instantiam facti, creditum illius vtiq. illiquidum remanet, neque illius vigore immissio concedi debuit, ad text. in l. 3. Cod. de sent. quæ siat cert. quantit. Bart. in l. proindè 25. §. notandum ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 2. num. 6. Cod. de execut. rei iudic. Rot. apud Seraphin. decis. 1168. num. 5. & decis. 689. num. 3. par. 1. recent. & fuit dictum in Romana Subhastationis 10. Iunij 1650. coràm R. P. D. Verospio §. alterum, & in Perusina Saluiani 12. Iunij 1651. §. quo verò ad aliud coràm R. P. D. Albergato.
40 Quinimò in fortioribus terminis credito-
ris, qui notulam fructuum perceptorum exhibuerat, quod nihilominùs illiquiditas illius crediti non excluderetur, donec valor dd. fructuum non fuisset liquidatus, dixit in puncto Rot. decis. 433. num. 4. & 5. par. 2. recent. & in Senogallien. Saluiani 7. Febraarij 1653. §. tùm quià ob fructus coràm bo. mem. Bichio; Quantò igitur magis denegari debuit immissio d. D. Prudentiæ, cuius crediti illiquiditas resultat nè dùm ex valore fructuum de anno 1652. & seqq. perceptorum, sed etiàm ex ipsorum stabilium valore non liquidato.

Nequè obstat, quòd dicebatur, præfata bona, ex quibus percipiebantur dicta 18. staria grani, & salmæ quatuor vini quolibet anno, tàm fuisse euicta, vt apparere dicebant Informantes ex processù, & sententia secuta in Curia Episcopali, cui &c.

Quià fuit per DD. animaduersum, præfatam sententiam non fuisse executioni demandatam, proùt ex reuolutione cartarum satis
41 conuinci visum fuit; Ex quo sententia non
executa, & quæ non habuit effectum, perindè est, ac si lata non fuisset, Crauett. cons. 10. num. 6. Cephal. cons. 96. num. 18. Rot. decis. 172. num. 5. & decis. 312. num. 13. par. 5. recen. Cùm sola
42 sententia sinè executione possessorem non
priuet, Rot. decis. 225. num. 2. par. 1. recent. & fuit latè dictum in Romana Successionis de Amet. tis 16. Nouembris 1646. coràm bo. mem. Bichio §. illius enim, quæ est decis. 424. num. 2. par. 9. tom. 2. recent. atq. fuit firmatum in Pisauren. Manutentionis 1. Februarij 1647. coràm Arguelles §. vltrà quod il 2. cum §. seq.
43 Nèc quicquam vrgent ea, quæ pro parte
eiusdem D. Prudentiæ replicabantur, quòd scilicèt liceat creditori vsquè ad eius satisfactionem, possessionem bonorum sibi hypothecatorum auocare, quamuis multi sint valoris, eamq. retinere vsq. ad eius crediti satisfactionem; Siquidèm & hoc Nos concedimus, si hoc à principio præstet Creditor; Negamus verò ei hoc licere, postquàm semel electo vno corpore, & supèr eo immissione obtenta aliquos ex illo fructus percepit, donèc facta liquidatione valoris fructuum perceptorum constiterit, de qua summa prò residuo creditor remaneat; Hoc namquè casù non potest immissionem supèr alio corpore obtinere, vt suprà fuit dictum, & passim Rot. firmauit, & faciunt dicta per Capyc. dec. 46. per tot. vbi latè.
44 De simulationibus, quæ committi solent

in

in dotis traditione, vel receptione, & quomodò simulatio in hac materia possit ex coniecturis excludi, vel etiam includi, vide quæ lato calamo congessi *in meo tract. ad l. vnic. Cod. si quis Imper. maledixer. §. 20. à nu. 1. cum seqq.* vbi etiam videbis impressas *duas decisiones Rot. Roman.* vnam scilicèt *in Romana Dotis Lunæ 11. Februarij 1656. coràm R.P.D. Benilaqua*, & aliam *in ead. Roman. Dotis Lunæ* 10. *Decembris 1657. coràm Reuerendiss. Meltio*, quas vti singulares ad materiam supradictam indicare non incongruum existimaui.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Incendium àn, & quandò dicatur probatum data causa, & àn, & quandò censeatur fortuitum. Fama àn, & quandò sit obstatiua, & quandò adminiculatiua ad hoc, vt faciat indiciũ. Inimicitia àn, & quandò suboriatur ex litibus, & durare præsumatur, & quãdò ex ea testis repellatur. Querela post longum tempus porrecta àn præbeat suspicionem calumniæ. Innocentia Rei ex quibus arguatur.

SVMMARIVM.

Corpus delicti est probandum iuxtà tradit. per DD. in l. 1. §. itèm illud ff. ad Sillanian. *num.* 1.

Incendium dicitur fortuitum, nisi probetur culpa certa, & determinata persona. num. 2.

Negatiua optimè probatur ex processù. num. 3.

Condemnatio ad fauorem partis, vel Fisci non fit, reatù non iustificato. num. 4.

Querela post longum tempus porrecta, præbet suspicionem calumniæ. num. 5.

Causa est Regina delicti, sinè qua imputatio de aliquo facta, tanquàm inuerisimilis, non est attendenda. num. 6.

Bona fama iuncta cum præcedenti amicitia excludit omnem sinistram opinionem. num. 7.

Fama vt officiat, quanam requisita habere debeat remissiuè. num. 8. *& à quibusnam personis originem trahere debeat. num.* 9.

Diffamatio subita dicitur inesse delicto. num. 10.

Fama vt constituat indicium contrà diffamatum, oportet, vt nihil habeat in contrarium. num. 11.

Inimicitia est earum virium, vt sola suspicio odij repellat testem. num. 12.

Inimicitia suboritur etiàm in litibus, & semel orta præsumitur durare. num. 13.

Testi habenti aliquod interesse non creditur. num. 14.

Fama probari debet per testes omni exceptione maiores. num. 15.

Qualitas inducens suspicionem delicti indiget concludenti probatione. num. 16.

Indicium delicti non sumitur ex actù licito, ac permisso, quiq. explicari potest sinè delicto. num. 17.

Testi Fisci contrà Fiscum est danda plena fides, maximè quandò discordant inter se testes, nec singularitas obstatiua toleratur. num. 18. 19. *&* 20.

Testis primo dicto standum est, maximè quandò secundum dictum fuit obtentum Carceris metù. num. 21.

Reus non dicitur, qui accusatus est, sed qui vel confessus, vel conuictus reperitur. num. 22.

Delicti fama non attenditur deficientibus legitimis indicijs, & concurrente bona conditione, & fama, nec solito in delinquendo. num. 23. *&* 24.

Innocentia indicatur ex bono animo resultante ex occursù rumori in quantum quis potuit. num. 25.

Reus absoluitur, & tortura non est danda, stantibus indicijs prò, & contrà. num. 26.

Incẽdium quomodò probetur, quomodò culpa, & non culpa considerari valeat remissiuè. num. 27.

Decisio LI.

AD querelam Petri Aloysij de Boueglio porrectam coràm D. Cõmissario Vallis Arianæ processatus, & condemnatus fuit Bartholomæus Simeonis de eodem loco, sumpta causa, quòd sub nocte 28. Nouembris 1655. incendio affecerit quandam domum præfati Petri; Hæc autèm causa coràm Nobis in gradù appellationis deuoluta, dubitaui coràm DD. meis, nùm benè, vel malè fuisset iudicatum, & respectiuè appellatum, & vnanimitèr in hanc adducti fuimus sententiam, malè fuisse iudicatum per D. Iudicem à quo, & benè per eundem Bartholomæum fuisse à sententia contrà eum lata appellatum: Moti potissimùm ex infrascriptis.

1 Primò, quià circumscripto etiàm defectù probationis corporis delicti eo canonico, quo vbiquè practicatur modo, & quo docent *DD. in l. 1. §. itèm illud ff. ad Senatusconsult. Sillanian.*

2 Certum est, quòd agens Criminalitèr ex incendio, nisi probet culpam certæ, & determinatæ personæ, succumbit, & casui fortuito adscribitur, *Mart. suo method. ff. nouiss. in verb. incendium cap. 4. lib. 2. Magon. decis. Floren. 111.*

3 *num. 41. & 42.* Ex reuolutione autèm totius processus offensiui in hac causa fabricati, qui

est optimus modus probandi negatiuam, *Herculan. de negatiu. num. 176. Dec. cons. 483. num.6. Addent. ad Ludouis. decis. 416. sub nu. 8.*
4 nulla legitur iustificatio reatus d. Bartholo-
mæi, ideò haud quaquàm Iure condemnari
parti, & Fisco valuit, *Thor. vot. decisiu. 3. num.*
28. & vot. 7. num. 20. ac vot. 32. num. 19. cen-
tur. 2. Afflict. decis. 28. & ibi Adden. num. 2.
5 Quod maximè dixerunt DD. procedere,
attentis tùm tarditate grandi ad querelam
porrigendam de hoc prætenso incendio: Ex
ea namquè suboritur suspicio calumniæ *Fari-*
6 *nac. cons. 24. num. 13. lib. 1.* Tùm ex defectù
causæ in ipsum Bartholomæum ad tale scelus
patrandum, quæ Regina delicti dicitur, & sinè
qua imputatio de aliquo facta, tanquàm in-
uerisimilis, flocci pendenda venit *Thor. vot.*
decisiu. 2. num. 22. cent. 2. & vot. 100. num. 18.
7 *cent. 1.* Tùm deniq. bona fama ipsius Bartho-
lomæi abundè probata, iuncta præcedẽti ami-
citia cum d. Petro, excludentibus omnem si-
nistram opinionem, *Ferrett. cons. 230. num. 18.*
lib. 2. Grammatic. decis. 60. nu. 12. Farinac. cons.
10. num. 37. & cons. 22. num. 32. lib. 1.

Neq. visum fuit DD. in aliquam considera-
tionem haberi debere fundamentum, quod
faciebant Scribentes contrà Bartholomæum
supèr asserta publica voce, & fama in loco de-
licti suborta contrà illum.
8 Nàm fuit responsum primò, hanc famam
non habere requisita, de quibus *per Thor. vot.*
21. num. 32. & 33. cum seqq. Cornazz. decis. Lu-
cen. 26. num. 3. 4. & 5. & decis. 82. num. 22.
vbi quòd sinè huiusmodi requisitis nihil offi-
9 cit. Secundò, quòd persona, à qua talis fama
originem habuit, non est talis, cui sit fides
præstanda, *Thor. eod. vot. 21. num. 41. Mantic.*
decis. 147. num. 3. & decis. 162. num. 7. & decis.
211. num. 7. & 8. & decis. 220. num. 3. & decis.
325. num. 4. Benuitend. decis. 62. num. 14. & 16.
Tertiò demùm quià ex processù tàm offensi-
uo, quàm defensiuo satis iustificatum legitur,
10 quòd diffamatio subita, quæ dicitur inesse de-
licto, *Thor. d. vot. 21. num. 47.* non alitèr affi-
cit personam d. Bartholomæi, sed personas Si-
meonis, & Ioannis de Balduccijs Patrui, &
Consobrini respectiuè Iacobi Balduccij: Vt
11 enim fama constituat indicium contrà diffa-
matum, oportet, quòd nihil habeat in con-
trarium *Ludouis. decis. 325. nu. 17. & decis. 498.*
num. 14. Mart. Medic. decis. 90. num. 10. & tan-
tò magis quià inter dictum Imputatum, & dd.
de Balduccijs aderat per prius aliqua differen-
tia propter quandam malam practicam &c.
12 Inimicitia enim est earum virium, vt sola su-
spicio odij repellat testem *Cost. de remed. sub-*
sidiar. remed. 78. num. 7. & in tract. aùt sciebat,
aùt ignorabat distinct. 18. num. 1. & seqq. & in
tract. de Iudic. ad cap. 1. num. 35. & 36. vbi
13 quòd etiàm ex litibus suboritur inimicitia,
& quòd inimicitia semel orta præsumitur du-
rare.

Quòd similitèr sit suspectus, & interessatus
elicitur ex probata consanguinitate ipsius cũ
Simeone, & Ioanne de Balduccijs, quorum
diffamationẽ subitam curauit dictus Iacobus
14 eneruare: Testi autèm habenti aliquod inte-
resse, nõ creditur, *Thor. vot. decisiu. 35. n. 17. cen-*
15 *tur. 1.* Præsertim in materia famæ, in qua te-
stes omni exceptione maiores ad eam pro-
bandam requiruntur, *Cornazz. decis. Lucen. 26.*
num. 5. & decis. 82. num. 22.

Accedit quoq. ad tollendam omnem fidem
d. testi, quòd est singularis, nèc deponit super
16 ipso maleficio, sed supèr qualitate suspicio-
nem inducente, quæ indiget concludenti pro-
batione, *Farinac. cons. 52. num. 1. cons. 54. num.*
1. & 4. cons. 70. num. 1. cons. 81. num. 1. cons.
150. num. 15. & 22. cons. 155. num. 6. & cons.
175. num. 12. lib. 1. Thor. vot. decisiu. 21. num. 1.
& vot. 25. num. 3. centur. 2. Vltrà quàm quòd
credulitas eiusdem, vt ait, fundata ex transitù
Bartholomæi cum face accensa antè domum
d. Petri paulò antè ceptum incendium, non
17 solùm fatua dici debet; Cùm ex actù licito,
atq. permisso, & qui explicari potest sinè deli-
cto, indicium delicti non sit curandum, seù su-
mendum, *Farinac. cons. 37. num. 20. lib. 1. &*
cons. 139. num. 194. Ambrosin. decis. Perusin. 17.
num. 3. Magon. decis. Lucen. 43. num. 28. Sed
18 dolosa, & interessata, maximè quandò reltis
est Fisci; Nàm contrà Fiscum plena est danda
fides, *Roman. cons. 104. num. 7. Fariuac. quæst.*
62. num. 229. Magon. decis. Lucen. 56. num. 9. Ce-
phal. cons. 82. num. 47. & cons. 141. num. 16.
19 Quod magis vendicat sibi locum, quandò te-
stes, proùt hìc, discordant inter se, ideòq. di-
scordantia non potest velari, *Rimiuald. iun. cons.*
59. num. 32. Crauett. cons. 151. num. 14. Nèc
20 obstatiua singularitas toleratur, *Crauett. cons.*
267. num. 3. Thob. Non. cons. 86. num. 11.

Dicere autèm, quòd testimonium Iacobi
prædicti comprobatum efficiatur à depositio-
ne Ioannis Blasij, vanissimum putauimus as-
sumptũ; Siquidèm Ioannes in suo primo exa-
mine testatus fuit, tantùm abesse, quòd fuerit
ea nocte incendij associatus dictum Bartholo-
mæum domum suam cum Lucia eius vxore
reuertentem, vt potiùs neq. esse domi, quan-
dò Bartholomæus ex domo Blasij patris ipsius
testis iter accepit ad propriam domum ver-
sùs, haudq. scire non posse, sin cùm, vel sinè fa-
ce itineraret; Et licèt non valuerit D. Iudex
à quo primo loco extorquere à d. Ioanne,
etiam

etiàm adhibitis suggestiuis interrogatorijs, id consecutus fuerit in secundo examine eius-

21 dem; Tamèn cùm hęc secunda depositio metu carceris fuerit obtenta, in qua nulla accedente rationabili causa per plures dies puerulum illum macerari non iure fecerit, nullius momenti reputanda est, sed primo dicto est standum, *Thor. vot. decisiu.* 17. *num.* 61. *& vot.* 88. *num.* 9. *centur.* 1. *Faber in Cod. lib.* 4. *diffinit.* 34. *num.* 11. *& diffinit.* 30. *num.* 7. *in allegat.*

22 Stante hoc ideò, quòd is Reus non dicitur, qui accusatus est, sed is solummodò, qui vel confessus, vel conuictus reperitur, *Thor. vot.*

23 *decisiu.* 100. *num.* 65. *cent.* 1. Quodq. Bartholomæus prædictus nullis sit legitimis grauatus indicijs, sed constet quippè, bonæ conditionis, & famæ esse, nèc solitum quicquam, quod sapiat delictum, patrare, *Farinac. cons.* 10. *nu.* 37. *& cons.* 22. *num.* 32. *lib.* 1. Propterea flocci

24 pendendum putauimus indicium illud famæ, in qua Fiscus figebat pedes; *Thor. vot. deci-*

25 *siu.* 21. *num.* 31. Præsertim nulla concurrente causa delinquendi, sed potiùs obuiandi, prout curauit cum alijs ad excitatum occurrens tumorem obuiare in quantum potuit, ex quo actu inducitur illius animus bonus, qui innocentiam indicat, *Viuian. decis.* 75. *per tot. Mart. suo method. ff. in verb. delictum cap.* 9. *tom.* 2. &

26 sic sententiauimus malè iudicatum, in fortioribus terminis ità decisū reliquit *Boer. dec.* 165.

27 *num.* 10. & si scire cupis quomodò probetur incendium, & quomodò culpa, & non culpa considerari valeat, videndus latissimè *Fulgin. de iur. emphyteutic. tit. de var. caduc. quæst.* 3. *num.* 10.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Statutum vbi clarè resistit appellationi admittendæ, non admittit interpretationes extrinsecas Aduocatorum, sed omninò seruandum, etiamsi latum arbitrium à Principe Iudici in procedendo fuisset concessum. Princeps delegans specialitèr causas àn, & quandò censeatur priuare omnes alios Iudices, vt in ea se ingerere non valeant. Declaratur *Lucense Stat. Fundac. super rubr. Che li Treccoli, e gl' Hosti cap.* 26. *lib.* 1. quomodò procedat.

SVMMARIVM.

Appellationi interposita deferendum non est, quandò resistit dispositio statutaria. num. 1.

Statuti clara dispositio prohibitiua appellationum vbi est, reijcienda sunt extranea Aduocatorum interpretationes. num. 2.

Statuentes intellexerunt comprahendi, & pariformiter determinatos velle casus omnes, qui sub lege ab eis facta continentur. num. 3.

Iudicis latum arbitrium à Principe concessum, non potest extendi ad appellationem vllam admittendam per legem prohibitam. num. 4.

Princeps delegans specialiter causam censetur priuare Iurisdictione omnes alios in eadem, ac illam ad se auocare. num. 5. *& sic dicitur tributa Iurisdictio priuatiuè quoad alios. num.* 11.

Iurisdictio omnis fluit, & refluit à Principe tanquàm à fonte. num. 6.

Iurisdictio, si à Principe alicui data non constet, exerceri nequit. num. 7.

Iudex vt iurisdictionalia exercere valeat, necesse habet certitudinis sua Iurisdictionis. num. 8.

Lex indigens interpretatione propter turbiditatem, vel generalitatem, est facienda ab ipso Principe. num. 9. *&* 10.

Iurisdictio quandò censeatur à Principe tributa priuatiuè quoad alios. num. 11.

Decisio LII.

1 DIximus appellationi interpositæ prò parte Hospitis Pontis maioris minimè deferendum esse; Quandoquidèm illius delationi resistebat *Statutum Fundaci sub rubr. Che li Treccoli, e gli Hosti &c. cap.* 26. *lib.* 1. *Farinac. quæst.* 101. *num.* 95. *Nig. de exe-*

2 *cut. rei iudic. cap.* 4. §. 14. *num.* 24. Vbi enim adest *Statuti* clara dispositio appellationum prohibitiua, non est vlteriùs quærendum, sed reijciendæ sunt extraneæ Aduocatorum interpretationes, *Petr. de Lun. cons.* 5. *num.* 1. *Martius Medic. decis.* 1. *num.* 30. *&* 31. *& decis.* 77. *n.* 20. *& exam.* 11. *nu.* 33. *Cost. in tract. reintegr. distinct.* 91. *num.* 7. *Gall. de except. tit.* 1. *except.* 1. *num.* 11. *Alex. Ambros. decis. Perus.* 23. Nec dubitari potest, quin hìc *Statutum* præcitatum claris verbis non loquatur, dùm legitur. *Et dalle dichiarationi, & condannationi da farsi per ciascuno delli detti Giudici respettiuamente, non si possi appellare, querelare, dire di nullità, & hauer alcun ricorso &c.*

Dicere autèm, quòd hæc dispositio se referat sòlùm ad superiora prohibitionum capita, nihil obstante, quod superiùs dictum fuit.

Et in tutti li sudetti, & infrascritti casi, & cia-
scheduno di essi siano Giudici competenti tanto il
Mag. Sig. Podestà, quanto l'Officiale del Fondaco
con li suoi Consiglieri; Ex quo, vt dicitur, subse-
quitur alius versiculus intermedius ad versicu-
lum, sub quo prohibetur appellatio cantans,
scilicèt, *Li quali Giudici nelle predette cose, &*
contro quelle, & nelle dependenti, emergenti, an-
nessi, e connessi da quelle possino procedere, & con-
dannare sommariamente senza processo, & scrit-
tura, & de fatto, come ad essi parerà. Quasi
quòd subsequentia verba *E dalle dichiarattio-*
ni, & condannationi &c. se tantùm referri de-
beant ad præcedentes casus, est mera subtili-
tas; Nàm prætèr quàm quòd sub eodem ver-
siculo legitur *Li quali habbiano ancora auttori-*
tà di prouedere alle fraudi, che circa le prefate
cose si potessero commettere, & dichiarare quelli,
i quali parerà alle conscienze loro hauer contraue-
nuto all' intentione, e mente della presente legge,
3 & sic liquidò percipitur, quòd casus omnes,
qui sub ea lege continentur, Statuentes intel-
lexerunt comprehendi, & parisormitèr deter-
minatos velle, *Marc. Med. decis. 1. nu. 58. decis.*
56. nu. 5. & dec. 77. num. 13. & exam. 92. num.
4 *18. & decis. 83. num. 34.* omnem tollit scrupu-
lum latum arbitrium d. Excellentiss. Prætori
à Principe per d. legem concessum, regulari-
tèr appellationem vllam admittentem, *Petr.*
de Lun. cons. 35. num. 2. 3. & 4. cum ibi latè per
eum citatis.
5 Porrò cùm negari non possit, quin cogni-
tio huiusmodi causarum, specialitèr delegata
sit dd. DD. Prætori, & Officiali Fundaci, vtiq.
ab eorum sententijs non potest ad Rotam ap-
pellari, *Thor. vot. decisiu. 85. num. 25. & 26.*
centur. 1. Rot. decis. 1. de supplen. negligen. Præ-
6 *lator. in antiqu.* quod etiàm in dubio foret di-
cendum, ex quo omnis Iurisdictio fluit, & re-
fluit à Principe, tanquàm à fonte, *Grammat.*
7 *decis. 46. num. 1.* nèc constat, ipsum Excellen-
tiss. Principem hanc Iurisdictionem Rotæ de-
disse, *Nig. de except. cap. 12. §. 3. num. 7. & seqq.*
8 Vt enim Iudex Iurisdictionalia exercere va-
leat, oportet, vt sit certus de sua Iurisdictio-
ne, *Thor. vot. decisiu. 16. num. 7. centur. 1.* in
9 tantùm vt si lex interpretatione indigeret pro-
pter turbiditatem, quæ hic non adest, ac pro-
pter generalitatē illius, *Petrus Lun. cons. 50. nu.*
48. Grammat. decis. 90. nu. 8. Put. decis. 75. nu. 1.
10 *lib. 2.* illa esset ab ipso Principe expectanda,
Cost. in verb. interpretatio, vbi allegat *Dec. &*
Bart. ità tenentes *in l. in ambiguis orationibus*
num. 1. ff. de reg. iur.
11 Sed quòd defectus nostræ Iurisdictionis
haud ambigi possit, conuincit *Decretū ema-*
natum ab Excellentiss. Consilio sub die 6. Iu-
nij 1608., quoniam ibi attentis precibus Cau-
ponorum recurrentium prò eneruatione su-
pradicti *Statuti*, sancitur, appellationem de-
uolendam esse ad Excellentissimos DD. An-
tianos prò tempore, & sic priuatiuè prorsùs
quoad Rotam, *Thor. d. vot. 85. num. 25. & 26.*
quod secùs diceretur de Iure Communi.

Et ità fuit decisum vtraquè parte infor-
mante &c.

ARGVMENTVM.

Retentio àn, & quandò competat prò melioramentis, & prò quānam summa. Melioramenta àn probentur ex relatione Peritorum à partibus electorum, & àn illa præferantur Creditoribus anterioribus, & àn executio prò ijs melioramentis retardari possit per concursum posteriorum Creditorum. Onus reale sempèr sequitur rē, & remanet super bonis quòcunq. transitum faciant. Principis rescripta quomodò veniant intelligenda, & àn, & quandò Princeps ad preces partis, & causa non cognita præsumatur velle præiudicare Iuri Tertio quæsito. Dispositio *Stat. For. Mercat. Luc. lib. 3. cap. 4.* declaratur quomodò procedat.

SVMMARIVM.

Retentio denegari non potest prò melioramentis vtilibus, & necessarijs. num. 1. & 2.

Testes de credulitate probant liquidatam quantitatem rei melioratæ. num. 3.

Meliorationes probantur ex peritis à partibus electis. num. 4.

Liquidum dicitur, quod facilè liquidari valet. n. 5.

Inhærendum potius est rei, quàm actioni. num. 6.

Hypothecaria actio haud operatur considerationem illius, quod minus est, sed illius quantum melioratum. num. 7.

Valor iustus præsumitur de tempore venditionis. num. 8.

Retentio datur prò summa æstimata occasione meliorамentorum, & excedente valorem prædij factum de tempore rei venditæ. num. 9.

Melioranti competit retentio super rebus omnibus

melio-

melioratis, & non tenetur ea relaxare, nisi fuerit satisfactus usque ad obolum. num. 10. ampliatur. num. 11.

Meliorationes praeferuntur iuribus anterioribus. num. 12.

Onus reale sequitur rem sicuti lepra leprosum quocunq. eat. num. 13.

Princeps, non est verisimile, quòd ad preces partis, & causa non cognita, velit praeiudicare Iuri quaesito alteri parti. num. 14.

Creditoribus ex causa census interdicta est repetitio sortis. num. 15.

Census onus remanet super bonis subhastatis, cuius executio retardari nequit per qualemcunq. concursum posteriorum Creditorum. num. 16.

Deponere non est soluere. num. 17.

Bona subhastata quandò habeantur prò deuincolatis ex Statuto Lucae. num. 18.

Lex recipiens plures interpretationes inseruire valet ad decisionem plurium causarum. num. 19.

Absurda non sunt concedenda. num. 20.

Conditio inqua infertur ob non permissionem amotionis pecuniae vsque ad certum tempus cum fideiussore indemnitatis. num. 21.

Principis rescribentis mens semper interpretari debet ad mentem iustitiae, & aequitatis. num. 22.

Principis rescripta ad casus suos sunt referenda, & ad iustitiam, & aequitatem. num. 23.

Lex in correctorijs quae non dicit, nec nos dicere debemus. num. 24.

Decisio LIII.

EMpto per D. Saluatorem Bongium quodam praedio cum priuilegio ex Principis gratioso rescripto licitato, de quo *in cap. 4. lib. 3. Stat. Fot. Mercator.* depositauit illius pretium, & cùm indè ad nonnullos menses Sp. D. Petrus Franciottus tanquam creditor plurium annuorum fructuum vnius sui census scutorum 400. In sorte, cuius praedium praedictum vinculatum reperiebatur, vtens clausula, *Constituti*, obtinuisset associari ad dd. bona, incitato tamēn d. D. Bongio: Ex parte propterea d. D. Bongij fuit institutum iudicium summarijssimi manutentionis Interdicti, praetendentis in vim d. gratiosi rescripti se tutum esse ab omni molestia Creditorum Sp. D. N. de Landis illorum venditoris, & ad summum ei competere beneficium retentionis prò expensis in pluribus meliorationibus supèr duabus domibus, & in plantationibus vineae, & arborum factis in re empta, & cùm D. Iudex à quo sententiam dixerit ad fauorem praefati Sp. D. Petri, fuissetq. ab ea ad Nos appellatum; Ideò hodiè causa proposita DD. vno ore dixerunt, sententiam praedictam esse reformandam, & d. D. Saluatori manutentionem prò impensis in dd. bonis ad ea meliorando factis competere, quousq. efficiatur ex fructibus illorum satisfactus, qua praeuia satisfactione indè relaxanda ea esse eidem Sp. D. Petro, vt similitèr ex fructibus valeat, se satisfieri de annuis redditibus sibi debitis, motiq. fuimus potissimùm ex infra dicendis, &

1 Primò, quià cùm de meliorationibus factis per d. D. Saluatorem, & quidèm vtilibus, & necessarijs, *Mart. suo method. ff. nouiss. in verb. meliorationes cap. 1. 4. 14. & 16. lib. 4.* ambigi

2 non possit, vtiq. prò eis retentio haud denegari Iure poterat, *Nig. de except. cap. 8. §. 31. num. 3. 13. & seqq. & §. 46. num. 1. & in tract. de subhast. tit. de iudicial. cap. 30. num. 111. Rot. post eund. tract. decis. 10. num. 5. & 6. & decis. 510. num. 9. par. 2. in recent. & in Anconitana Saluiani 19. Iunij 1651. coràm Card. Corrado §. quomodo illi, & in alia Ariminen. Manutentionis 10. Iunij 1652. coràm Albergato, Christ. Mart. Medic. decis. 19. num. 25.*

3 Nequè visum fuit obstare assertum defectū liquidatae quantitatis rei melioratae, quià praeter id, quod satis de ea deponunt testes, licèt vt plurimùm deponant de credulitate, *Nig. de subhast. cap. 15. §. 23. num. 3. & 8. §. 24. num. 12. & §. 25. num. 17. & 18.*

4 Respondetur, obiectum tolli ex eo, quod facili negotio verificari possunt meliorationes electione facienda Peritorum hinc indè eligēdorum, ad quorum electionem volente ipso Sp. D. Petro in executionem huius nostrae sententiae procedendum fore duximus *ad Pat. decis. 461. per tot. par. 2. Nig. de except. d. cap. 8.*

5 *§. 30. num. 9.* De liquido siquidèm ad facile liquidandum idem est iudicium, *Nig. d. cap. 8. §. 31. num. 25. 26. & 27. & §. 46. num. 5.* hocq.

6 intetim satis esse inhaerere rei, quàm actioni, *§. fin. instit. quib. mod. toll. obl. Capyc. dec. 17. per tot. Christ. Mart. Medic. decis. 91. num. 9. & seqq.*

7 Quod maximè procedit, cùm iudicium non competat rei vindicationis d. Sp. D. Petro, sed hypothecariae actionis, quo casu non est ratio habenda ad id, quod minus est, sed ad quantum melioratum, *Vinc. de Franch. decis. 456.* quam refert *Mart. suo method. ff. nouiss.*

8 *d. verb. meliorationes cap. 16. lib. 4.* & sic cùm valor bonorum de tempore venditionis sciatur, qui iustus praesumitur, *Nig. de subhast. cap. 5. num. 1. 2. 3. 4. 6. & 7. & ibid. sub §. 2. in princ.*

9 Vtiquè ex aestimatione nouitèr facienda illius praedij certus valor sine mora habebitur, & prò totidèm erit locus retentioni, *Christ. Mart. Medic. examin. 56. num. 13. 14. & 18. vers. & ina*

sum-

ſumma, Nig. de except. d. cap. 8. §. 19. num. 40. 41. & 42. & ſeqq.

Haudq. huic Iuris aſſumpto ſatisfactum diei
poteſt per D. Iudicem à quo ex decreta d. D.
Saluatori retentione alterius ex dd. duabus
domibus, & ſi, vt dicitur valoris æquantis, atq.
ſuperantis ſummam per illum in melioratio-
10 nibus impenſam; Nàm prætèr id, quod re-
tentio competit ſupèr rebus omnibus melio-
ratis, non autèm in vno tantùm ex membris,
in tantùm, vt antequam Meliorans vſque ad
obolum fuerit ſatisfactus, non teneatur bona
relaxare, *Nig. de except. cap. 8. §. 17 num. 44. & 45. Chriſt. Mart. Medic. examin. 56. num. 33.*

11 Reſpondetur D. Iudicis à quo potiùs, ſi quid
illi arbitratum foret, ſuæ partes fuiſſent illas
expendere in re infructuoſa, non autèm reten-
tionem denegare in fructiferis, maximè cùm
conſultum ſit d. Sp. D. Petro, per oblationem
liberam ſibi reddere poſſeſſionem bonorum,
vel quià eò citiùs ex fructibus percipiendis à
D. Saluatore erit aperta illius poſſeſſio, ità
Chriſt. Mart. Medic. d. exam. 56. num. 34. 35. & 40.

12 Non enim reſiſtit, quòd Sp. D. Petrus habeat
iura anteriora; Nàm prò meliorationibus D.
Saluator potiora omnium Iura meliora fouet,
vt latè *Nig. de except. d. cap. 8. §. 38. n. 1. 2. & 3.*

E contrà verò dixerunt DD. mei, non eſſe
d. Petro ex vi d. gratioſi reſcripti, aut ſtatura-
riæ ſanctionis præcluſam viam agendi contrà
bona cenſita, nèc contrà quemcunq. poſſeſ-
ſorem illorum habentem debiliora Iura, quàm
13 ipſe Sp. Petrus habeat; Nàm tutiſſimi Iuris
eſt, quòd onus reale ſequitur rem, ſicut lepra
leproſum, quòcunq. vadat, vt innumeros ci-
tans ait *Chriſt. Mart. Medic. exam. 18. num. 33.*
14 *& ſeqq.* cui Iuri quæſito per Sp. D. Petrum,
haud veriſimile eſt, quòd Princeps præiudica-
re voluerit reſcribēdo ad preces partis, haudq.
cauſa cognita, *Ridolphin. de abſolut. Princip. pot. lib. 1. cap. 3. num. 17. & cap. 6. num. 161. & lib. 2. quæſt. 29. num. 20. & 21. & ſeqq. Chriſt. Mart. Medic. exam. 17. num. 70. Nig. de except. cap. 12. §. 10. num. 20. Fab. ſuper Cod. lib. 1. tit. 11. difin. 1. num. 4. & lib. 6. tit. 5. difin. 2. num. 21. & lib. 9. tit. 29. difin. 15. num. 3. in alleg.*

Vltrà quàm quòd tàm ipſe Princeps ſic vt
ſuprà reſcribendo, quàm ſanctio Statutaria
exaduerſo adducta intelligenda, & interpræ-
tanda reſpectiuè ſunt, ſi, & quatenùs ex pretio
rerum licitatarum Creditores efficiantur ſa-
15 tisfacti, maximè cùm Creditoribus ex cauſa
cēſus interdicta ſit repetitio ſortis, *Vit. Sitom. inter conſ. Petr. de Luna conſ. 23. num. 9.* & ibid.
Ferdin. Bornion. conſ. 12. num. 10.

16 Vnde cùm d. D. Saluator haud quaquàm
intimauerit quidèm, nè dùm extinguere velle
proteſtauerit, & pecuniam obtulerit, vel ſol-
uerit d. Sp. D. Petrò, ſed quippè pretium in
licitatione oblatum vinculis compactum de-
poſuerit, conſequentèr onus illius cenſus re-
manſit ſupèr dd. bonis, adeò vt per qualem-
cunq. aliorum poſteriorum Creditorum con-
curſum, executio retardari minimè poſſit,
Monac. deciſ. 20. num. 3. Crau. conſ. 217. num. 5. & 6. & ibi *Strac. in addit.* & multò minùs per
17 deponent. ſic vt ſuprà; Cùm ei obſtet regula,
deponere non eſt ſoluere, *Ludouiſ. deciſ. 505. n. 9. & in annot. num. 11. & deciſ. 146. num. 1. & in annot. num. 20. Chriſt. Mart. Medic. exam. 5. num. 48.*

18 Accedit vlteriùs, quòd diſpoſitio *antedict. cap. 4. Stat. lib. 3. For. Mercat.* rotundis verbis
non alitèr abſolutè antè biennale curriculum
prò deuinculatis ſancit haberi bona quoad
emptorem; Nàm alitèr ſuadent dicta *Munici-
palis legis* verba, ibi, *Paſſati anni due dal dì del-
la vendita &c.* quamuis enim videatur ſupe-
19 riùs alitèr diſpoſitum; Attamèn negari non
poteſt, quin talis ſanctio plures valeat recipe-
re intellectus, quo fit, vt poſſit ad deciſiones
cauſarum huiuſmodi inſeruire, *Dec. in rubr. de offic. eius circà fin. Chriſt. Mart. Medic. deciſ. 10. num. 45.*

Præterea cùm ibi diſponatur, Syndicos te-
neri alienare bona decocti, & quamprimùm
Creditores prò rata ſatisfacere; Ità vt com-
pleto anno obnoxij ſint computa eorum ſoli-
dare, non videtur hoc ideò trahenda diſpoſi-
tio ad emptorem proteſtantem, vt hic, pre-
tium nemini antè biennium exburſari, quo-
niam Creditores, & quidèm priuilegio ſpecia-
li ſuffulti magis grauarentur in alienationibus
gratioſis, quàm in illis per legem generalem
ſtatutis, & ſic magis læderentur à copia, quàm
20 ab ipſo originali, quod tanquàm ſapiens de
abſurdo, haud eſt concedendum, *Bart. in l. omnes populi in 6. quæſt. princip. ff. de Iuſt. & Iur. Alciat. conſ. 4. num. 7. tit. 4. lib. 9. Oſaſc. deciſ. 59. num. 8.*

21 Idq. fortiùs procedere DD. dixerunt, quan-
tò d. D. Saluator non promiſit, dictam amo-
ueri pecuniam, oblata ſibi quantùmuis fide-
iuſſione indemnitatis pro d. biennio, quod
viſum eſt contrà Ius, atq. æquitatem non ad-
mittentes vt alteri per alterum ex cærebrina
voluntate iniqua conditio inferatur, *Fab. de error. pragm. decad. 26. error. 7. num. 26. Nig. de exec. rei Iudic. cap. 12. §. 2. num. 25. Chriſt. Mart.*
22 *Medic. exam. 28. num. 27.* Præſertim cùm hoc
eſſet diſcedere à verbis legis, & ab ipſa mente
Principis reſcribentis, quæ ſempèr interpræta-
ri oportet ad mentem Iuſtitiæ, & æquitatis,

Monac.

Monac. decis. Lucen. 62. num. 20. Christ. Mart. Medic. decis. 24 num. 44. & decis. 40. num. 18.
23 *& 19.* Rescripta namquè omnia his finibus coarctanda sunt, nèc nisi ad casus suos referenda, *Fab. de error. pragm. decad. 26. error. 5. num. 14. & in Cod. lib. 9. tit. 28. diffinit. 1. nu. 1.*
24 & quæ lex non dicit in correctoria, nèc Nos velle debemus, *Nig. de exec. rei iud. cap. 16. §. 1. num. 28. & 19. Rum. cons. 65. num. 15. 101. & seq. lib. 1. Rot. Bonon. diuers. decis. 99. num. 46.* Et ità fuit decisum vtraq. parte informante.

ARGVMENTVM.

Tertius Comparens ân, & quandò impedire possit expeditionem causæ inter alios litigantes vertentis. Fideicommissi anterioris exceptio non clara non retardat immissionem hæredi, & idem procedit non probata identitate bonorum fideicommisso subiectorum. Probatio ân, & quandò dicatur facta in continenti.

SVMMARIVM.

Iudex quandò reuocare possit suam interlocutoriam, num. 1.

Tertius Comparens impedire haud potest expeditionem causæ vertentis inter collitigantes, quandò causa Tertij est exclusiua amborum iuris, quorum prius est terminanda cum reseruatione Iurium ipsi, in alio Iudicio experiendorum contrà habiturum possessionem bonorum, num. 2. & 3.

Tertius Comparens ex æquitate retardare potest expeditionem causæ, docto de interesse statim, & in continenti, num. 4.

Probatio in continenti quandò dicatur facta, n. 5.

Tertius Comparens non dans fumum sufficientem sui Iuris non admittitur ad causam, num. 6.

Hæredi non retardatur immissio per exceptionem fideicommissi anterioris haud patentem, & claram, num. 7.

Fideicommissi exceptio non est apta impedire immissionem hæredi ante probatam identitatem bonorum fideicommisso suppositorum, num. 8.

Decisio LIV.

Experiebatur remedio Vtilis Saluiani Spect. D. Io. Baptista Marchiò Iura sua contrà bona Sp. Iosephi Bartholomæi, modo possessa à Catharina Puccinella, & alijs Reis conuentis; Cumq. instructo processu, cùm nihil aliud desideraretur, quàm sententia in termino huius proferendæ, comparuerunt ad Iudicium Tutores filiorum d. Sp. Iosephi, tanquã Tertij, & asserendo, bona q. Iosephi hypothecata extare supposita fideicommisso instituto à Sp. Venantio dd. suorum minorum Auo paterno, illudq. fuisse purificatũ, institerunt supersederi in expeditione causæ vertentis intèr d. Sp. Io. Baptistam Marchiò, & D. Catharinã, sibiq. ipsis assignari dilationem, & præfigi terminum ad probandum eorum incumbentias; quo termino per Nos assignato, iterùm institit Sp. Marchiò, hanc pronunciam assignarionis termini probatorij contrario imperio per Nos reuocari, pronunciando, fore, & esse procedendum ad expeditionem causæ vertentis intèr ipsum, & D. Catharinam, reseruatis dd. Tutoribus iuribus exercendis in alio iudicio contrà illum, qui in possessione bonorum cõtrouersorum permanebit; Vndè proposito hodiè dubio, an d. pronuncia esset reuocanda nèc nè, DD. reuocandam esse dixerunt, tùm propter dispositionem *cap. 5. lib. 5. Stat. Vniu. in vers. permittimus autem*, tùm ex Iure Communi, vt per *Natt. cons. 357. Magon. decis. Florentin. 131. num. 3.* Licitum enim est Iudici, 1 qui interlocutoriam protulit, eam contrario Imperio reuocare, dummodò de nullitate, vel iniustitia ipsius interlocutoriæ dictum fuerit intrà tres dies vtiles à lata interlocutoria, prout factum fuit in præsenti causa.

2 Quòd verò de Iure d. pronuncia assignationis termini probatorij esset reuocanda, optimè conuincitur, quid dd. Tutores ad iudicium comparuerunt antè sententiam, non quidèm vt iuribus alterius ex litigantibus assisterent, sed iure proprio, ad excludendum amborum iura, in quibus terminis Tertius comparens non potest impedire expeditionem causæ intèr Collitigantes vertentis; Cùm causa Tertij hoc casu sit distincta, & separata à causa liti- 3 gantium, ideoq. illa priùs est terminanda cum reseruatione iurium ipsis in alio iudicio experiendorum contrà eum, apud quem bonorum possessio remanebit, *l. is, à quo fundus cum l. seq. ff. de rei vindic. Couar. practic. quæst. cap. 14. num. 4. Ludouic. decis. Perusin. 26. num. 26. & seq. Vinc. de Franch. decis. 261. per tot.* & præsertim *num. 7. & seqq.* Vbi obiectis satisfacit *Rouit. decis. 1. per tot.* quæ est magistralis, & hanc materiam pertractat distinguendo plura tempora, & casus, & in hoc nostro concludit, non posse Tertium hoc modo comparentem retardare expeditionem causæ, *Rot. in Meleuitana Baiulatus 18. Maij 1618. coràm bo. mem. Dunozetto*; Vbi quòd hæc etiã est regula Iuris cla-

claɾiſſima, & à *Rota* pluties canonizata, *Rot.*
apud Greg. XV. deciſ. 396. *num.* 2. *apud Buratt.*
deciſ. 833. *num* 4. vbi alias cumulat *Ferentill.*
ſub num. 10. *& par.* 6. *recent. deciſ.* 357. *num.* 6.
& ſeqq. Petr. Ridolphin. latiſſimè *in ſua prax.*
par. 2. *cap.* 4. *num.* 124. *Mart. Medic. deciſ.* 13.
num. 25. vbi quod ità pluties teſtatur deciſum.

4 Quæ tantò magis Nos procedere exiſtimauimus, quantò quià dd. Tutores non docuerunt de intereſſe eorum Minorum non ſolùm ſtatim, & incontinenti, vt opus erat ad effectum, vt ſaltèm ex æquitate poſſent retardare expeditionem dictæ cauſæ, *Cancer. lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 24. *vſquè ad num.* 28. *Borguin. deciſ.* 5. *num.* 34. *Fab. de Ann. conſ.* 97. *num.* 10. vbi teprobat *Menoch. conſ.* 488. *Rot. apud Coccin. deciſ.* 237. *Rouit. d. deciſ.* 1. *num.* 12. *verſ. alij fuerunt*, *Ludouic. d. deciſ. Peruſin.* 26. *num.* 10.
5 vbi *ſub num.* 13. tradit exempla probationis incontinenti faciendæ vel per Inſtrumenta, vel per ſententias in iudicatum tranſactas; Ve-
6 rùm quià neq. dabant fumum ſufficientem ad effectum, vt deberent admitti ad cauſam, *Salyc. in l.* 2. *Cod. de edict. Diu. Hadr. ſollen. Iaſ. in rubr. Cod. qui admitti, Alex. conſ.* 59. *num.* 2. *lib.* 2. Simplex enim aſſertio, quòd Venantius dd. Minorum auus paternus ſuppoſuerit bona per Ioſephum hypothecata fideicommiſſo abſq. eo, quod alitèr doceretur de identitate bonorum, de alijs alienationibus factis à Ioſepho prò eius legitima, & de repudiatione hæreditatis paternæ, viſa fuit exceptio admodùm turbida, quæ æquipatatur exceptioni facti, & non eſt apta retardare expeditionem
7 cauſæ, vt in ſimili videmus, quod exceptio anteriotis fideicommiſſi, quæ non ſit patens, & clara non retardat immiſſionem hæredi, vt fuit dictum *in Bononien. Fideicommiſſi de Sanctis* 17. *Maij* 1647. *§. tandèm coràm bon. mem. Bichio, & in Bononien. Fideicommiſſi de Bargellinis* 24. *Nouembris* 1651. *§. non obſtat il* 2. *quod*
8 *Rota coràm eod.* & in puncto, quòd exceptio fideicommiſſi ante probatam identitatem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum dicatur turbida, & non apta impedire immiſſionem hæredi; dixit *Rot. in Reatina Succeſſionis* 15. *Aprilis* 1641. *§. nequè enim coràm R. P. D. Peutingero.*

Et ità fuit deciſum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Ius exigendi annuum redditum, ſeù penſiones àn, & quandò computetur inter immobilia, vel mobilia, & quid de cenſù fundato ſuper ſola perſona. Dictio, *Quorumcunque*, adiecta alicui verbo quid importet. Statutum loquens de poſſeſſore rerum corporaliũ àn, & quandò ſe extandat ad poſſeſſorem rerum incorporalium, & quid ſi prohibeat ſub aliqua pœna alienationem quorumcunq. immobilium ſitorum in aliquo loco, àn, & quandò cõpræhendat Iura, & actiones, quę loco non circumſcribuntur, & àn, & quandò in materia pœnali recipiat extenſionem etiàm ad caſus non expreſſos. Pœna àn, & quandò habeat locum. Poſſeſſorium ſummariſſimum quomodò ſit expediendum. Mandatum de manutenendo quandonàm concedi valeat etiàm abſq. citatione partis ob timorem rixarum, & an competat ſuper Iuribus incorporalibus. Declaratur *cap.* 59. *Rot. Luc.* Sententia prima quandò excuſet à condemnatione expenſarum *ex Stat. Luc.* & quandò *de Iure Communi*.

SVMMARIVM.

Declaratur cap. Rot. Luc. 59. ſub rubr. de poſſeſſor. ſummariſſ. *num.* 1.

Ius exigendi annuum redditum de ſui natura non dicitur res mobilis, nec immobilis, ſed potiùs conſtituit tertiam ſpeciem diſtinctam. num. 2.

Annuus redditus inhærens rei dicitur impropriè res immobilis, & modò venit appellatione immobilium, modò non, prout diuerſimodè ſuadet mens legis, aut Teſtatoris, ſiuè Contrahentium. num. 3.

Cenſus fundatus ſuper ſola perſona computatur potiùs inter bona mobilia. num. 4. *& conſideratur radicatum eius capitale in re mobili. num.* 5.

Cenſus quid ſit. num. 6.

Ius

Ius exigendi annuos redditus computatur inter immobilia. num. 7. Limitatur. num. 8. & eijcitur Duard. de censib. quæst. 10. conclus. 5. num. 48. vers. & deniquè quamuis. *num.* 10.

Pensiones prò rebus mobilibus habentur, quandò venit dies solutionis. num. 9.

Census non veniunt sub donatione bonorum existentium in certo loco, cùm donatio sit stricti Iuris, & census dicuntur esse in loco impropriè. num. 11.

Statutum est stricti Iuris, & solùm habet locum in illis casibus, qui oculis corporeis leguntur, & non in illis, qui possunt intelligi per verborum interpretationem, maximè impropriam. num. 12.

Statutum loquens de possessore rerum corporalium se extendit etiam ad possessorem rerum incorporalium, præsertim prò manutentione obtinenda non obstante, quòd verbum, Quasi, *importet quandam diminutionem. num. 13.*

Dictio, Quotumcunque, *est vniuersalis, & includit omnem significationem verbi, cui adijcitur, trahitq. dispositionem etiàm ad casus improprios, & facit, quòd omnia comprahendantur, etiàm quæ aliàs in simplici dispositione non venirent. num. 14. 15. & 16.*

Dictio, Quæcunque, *trahitur ad improprios casus. num. 17. & de ratione. num. 18.*

Incorporalia comprahendunt seruitutes, aquaductus, iura pascendi, transeundi, & similia. num. 19.

Dictio, Quocumcunque, *prout cætera vniuersales ratione subiectæ materiæ restringuntur secundùm naturam actus, cui attribuuntur, præcipuè quandò qualitates Statuti repugnarent., & militaret diuersa ratio. num. 20. 21. & 22.*

Statutum prohibens alienari quacunque bona immobilia sita in aliquo loco, non comprahendit iura, & actiones, quæ loco non circumscribuntur. n. 23.

Statutum pœnale prohibens alienationem rerum stabilium in forensem non comprahendit alienantem iura, & actiones. num. 24. Maximè si sequeretur absurdum, tunc magis esset toleranda superfluitas verborum. num. 25.

Pœna supponit delictum per necessarium antecedens. num. 26.

Delictum illud solùm punitur, quod lex tale esse statuit. num. 27.

Pœna habet tantùm locum in casù à Iure, vel à Statuto expresso. num. 28. & si aliter diceretur, quid sequeretur. num. 29.

Debitores ex annuis redditibus non comprahenduntur sub cap. 59. Rot. *num. 30. Ampliatur. n. 31.*

Statuta extenduntur ad casus similes in materia fauorabili. num. 32.

Manutentio respicit fauorem publicum ad effectum coercendi rixas, & scandala. num. 33.

Statutum extenditur etiam in pœnalibus ex identitate rationis, quandò ratio expressa conueniret casui non expresso. n. 34. Assignatur ratio. n. 35.

Statutum in eius extensione admittenda est valdè periculosum. num. 36.

Leges ad Nos non spectat condere, nequè extendere. num. 37.

Statutum non extenditur etiàm in pœnalibus, quandò casus esset potiùs dissimilis, & contrarius. n. 38. & vbi verba non conueniunt in totum, maximè si repugnaret proprietas verborum. num. 39. 40. & 41.

Possessorium summarijssimum dicitur fauorabile, & est expediendum sola facti veritate inspecta, celeriter, & velo leuato. num. 42.

Possessorium summarijssimum sortitum fuit diuersum nomen secundùm varia Nationum vocabula, & stylos. num. 43.

Possessorium summarijssimum connumeratur inter partes Iudicij, & Iudicis pronuncias, cum quibus ordinatur, vt quis conseruetur in sua possessione. num. 44.

Mandatum de manutenendo constituitur ex decreto Excellentiss. Reip. Lucen. num. 45.

Iurisdictionis exercitium suspenditur diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum. num. 46. & 55.

Iudices quando imminet proximum periculum scandali, solent ex decreto prouisionali sine præiudicio Iurium ambarum partium in quocunq. Iudicio etiàm summarijssimo possessorio inhibere, ne vtraq. ex partibus accedat ad locum differentiæ, etiàm parte non citata, & captis extraiudicialibus informationibus. num. 47.

Remedium cap. 49. Rot. Lucen. *tanquàm in multis magis priuilegiatum, & correctorium Iuris Communis eijcit omnem extensionem. num. 48.*

Statutum Iuris Communis correctorium interpretari debet, vt quominus fieri possit, illud corrigat, & intelligendum est, vt operetur vnum tantùm effectum contrà ipsum, etiamsi militaret eadem ratio. num. 49.

Statutum non admittit extensionem, cessante ratione in eo expressa. num. 50.

Timor scandali, & rixarum consistunt in illa prætensa insistentia in possessione immobilium, aut Iurium ad immobilia. num. 51.

Citatio ad videndum assumi informationes, & iurare testes super verisimili timore scandali, & armorum, tunc requiritur, cessante periculo moræ, & de metù rixæ, & armorum in actis constare debet. num. 52.

Mandatum de manutenendo concedi potest, constito de possessione etiàm sinè turbationibus, sinè timore scandali, nec non etiam contrà soluere negantem. num. 53. Fallit tamen vigore cap. Rot. 59. ibid.

Statutum non recipit extensionem, quandò alitèr redderetur irrationabile. num. 54. sinè aliqua alia ratio Statuentium in contrarium suaderet. nu. 56.

Statutum loquens restrictiuè in vno casù non extendi.

ditur. num. 57.

Statuti, vel diſpoſitionis qualitas eſt verificanda per fundantem ſe ſuper. num. 58.

Manutentio in quaſi poſſeſſione datur ſuper iuribus incorporalibus ſeruitutis, itineris, aquæductus, iuris paſcendi, & ſimilium, de quibus diſponit cap. Rot. Luc. 59. *num.* 59.

Mutandum non eſt quicquid ſemper fuit practicatum, & obſeruatum. num. 60.

Actione incompetenti intentata, fit abſolutio ab obſeruatione Iudicij, ſeruato iure Actori iterùm, & meliùs agendi. num. 61.

Sententia primæ excuſat à condemnatione expenſarum, non obſtante ſecunda contrari ajuxtà ſtylum Lucę. *num.* 62. *Fallit* de Iur. Commun. *quandò ex eiſdem actis revocatur, ſed non ex nouitèr deductis. num.* 63.

Deciſio LV.

1 IN præſenti ſatis viſum fuit Dominis firmare, Eminentiſſimæ Religioni Hieroſolymitanæ non competere remedium *cap. Rot.* 59. *ſub Rubr. de Poſſeſſorio ſummariſſimo* ad effectum obtinendi mandatum de manutenēdo in quaſi poſſeſſione, ſeù ſtatu exigendi annuam ſummam ſcutorum tercentum occaſione Cenſus Vitalitij, quam vſque de anno 1607. q. Sp. D. Ioannes Laurentius de Malpiglis promiſit ſoluere q. Perilluſtri D. Equiti Commendatori Fr. Hieronymo Boccellæ eius vita naturali durante, prò pretio, quod recepit, ſcutorum bis mille ducentum.

Tota enim longa, eruditaq. ſeries huius *cap.* loquitur de controuerſijs, quæ oriuntur occaſione quorumcunq. bonorum immobilium, vt potè in quibus præſertim oritur periculum ſcandali, dum vtraq. pars prætendat inſiſtere in ſua poſſeſſione; In quo caſu placuit ſtatuentibus præſcribere peculiarem formam, atquè breuem inſtantiam procedendi, neceſſitatemq. Iudicibus ſententiandi diebus currentibus etiàm feriatis in honorem Dei manutenendo in ſua poſſeſſione illum, qui per quadraginta dies anteà poſſederit, & præcipiendo moleſtanti, vt reſtituat omnes fructus perceptos, vel quos interim percipere potuiſſet ſub pœna ducatorum 50. auri applicanda prò dimidia parti, prò altera verò dimidia Cameræ Fiſcali; Etenim conſiderarunt huiuſmodi moleſtias, tanquam delicta, quibus cum pœna obuiandum eſſet, quod expreſsè ſcriptum legitur in *cap.* 170. *lib.* 4. *Statutorum verſ. cæterùm quoniam ex ingreſſu alienarum poſſeſſionum ſolent plurima, & maxima ſcandala, & contentiones oriri, his igitur obuiare volentes etc.*

Ad quæ verba ſe refert *d. cap. Rot.* 59. *verſ. vlteriùs diſponimus.*

Et propterea prohibuerunt facto præcepto aliquid innouari, vel attentari ſub pœna ſcutorum centum auri; & quatenùs ex dicta innouatione ſpolium ſequeretur, priuatur ſpoliator omnibus iuribus ſibi competentibus ſuper dictis bonis.

2 Ideò ſub hac ſtatutaria diſpoſitione non comprætenditur ius exigendi annuum redditum, quod de ſui natura non dicitur, nèc res mobilis, nèc immobilis, ſed potiùs conſtituit tertiam ſpeciem diſtinctam, *Panormitan. in cap. nulli num.* 9. *de rebus Eccleſ. alien. vel non, Bart. in l. mouentium ff. de verb. ſignific. Gutierrez practic. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 46. *num.* 3. *Duard. de Cenſibus quæſt. ad partes diſcuſſa in proœmio* 9. 10. *concluſ.* 1. & 2. & *Rot. poſt eundem deciſ.* 459. *num.* 13. & 14.

3 Quæ ſpecies quandò inhæret rei, prout eſt cenſus conſignatiuus, quia dicitur impropriè res immobilis, modò venit appellatione immobilium, modò non venit, prout diuerſimodè ſuadet mens Legis, Teſtatoris, aut Contrahentium, ex qua videatur neceſſariò actum, vel non actum eſſe de huiuſmodi redditibus, in hoc ſensù intelligendum eſſe *text. in Clement. n. exiui de Paradiſo §. cumque annui redditus de verb. ſignif.* refert *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 3. *antè num.* 10. *poſt Tiraquell. de retract. lib.* 1. *§.* 2. *Gloſ.* 6. *num.* 4. faciunt relata *per Cenc. de Cenſibus par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 27. 28. 29. & *ſeq.* & *per Duard. de Cenſibus in proœm. quæſt.* 10. *An cenſus inter immobilia bona, vel inter mobilia connumeretur concluſ.* 5. *num.* 50. & *ſeq.*

Hæc omnia dicta fuerunt ex abundanti,
4 quia cenſus, de quo agitur, tanquàm fundatus
ſupèr ſola perſona, potiùs inter bona mobilia
computatur poſt *Feder. Marti.* & *Gencium*,
quos allegat, & firmat in puncto *Duard. de Cenſibus d. quæſt.* 10. *concluſ.* 4. *num.* 18. quod ſæ-
5 piùs repetit *antè num.* 48. & alibi, vbi loquitur
de iure exigendi, & ſic de capitali, conſiderando illud, tanquàm in re mobili radicatum,
meliùs *Rot. poſt eund. deciſ.* 459. *num.* 21. cen-
6 ſus enim nihil aliud eſt, quàm hoc ius exigendi, ex vulgaris congeſt. *per eundem Duard. vbi ſup. qu.* 9. *à num.* 5. *vſquè ad* 10.

Imò quia in noſtris terminis capitale cenſus eſt extinctum per mortem D. Commendatoris; Ius, quod remanſit Eminentiſſimæ Religioni exigendi fructus decurſos, & non ſolutos indiſtinctè inter bona mobilia computatur; Etenim à fortiori Doctores omnes,
7 qui ponunt regulam, & dicunt, Ius exigendi
annuos redditus, inter immobilia computari
argu-

argumento *text. in l. iubemus nulli Cod. de Sa-*
crosf. Eccles. & in Clement. exiui §. cumquè annui
8 *redditus de verb. signif.* cum similibus, statim
ponunt limitationem, quòd hæc conclusio nō
procedat respectù fructuum, redditum, &
responsionum non exactarum, & dant hanc
9 rationem; Quando enim venit dies solutio-
nis, pensiones prò rebus mobilibus habentur,
Gratian. discept. forens. cap. 811. à num. 22. cum
seqq. tom. 5. Gayl. pract. obseru. 10. antè num. 4.
Cenc. de Censib. par. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 2. nu.
25. Rot. post eund. decis. 86. num. 5. cum plurib.
seqq. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 3. num. 11.
de magis communi firmat *Duard. de Censibus*
d. quæst. 10. conclus. 5. num. 42. & 43. Quicquid
10 dixerit contrà communem ibidem *Duard. nu.*
48. vers. & deniq. quamuis, cuius dictum mi-
nimè potest applicari ad terminos, quatenùs
ius ipsum census, idest capitale, respicit po-
tentiam exigendi fructus præteritos, aliàs es-
set destruere supradictam limitationem, quam
& ipse secutus fuit; Et multò minus adaptari
potest, quandò ipsius census capitale est ex-
tinctum, prout est casus noster.

His accedat à fortiori de censu consignati-
uo; quod licèt census dicatur cohærere rei
censui subiectæ, & ratione cohærentiæ dica-
tur esse de loco, vbi res ipsa sita est, cohæren-
tia tamèn huiusmodi est impropria; Cùm
11 census propriè sit ius quoddam abstractum,
& incorporeum; & propterea sub donatione
bonorum existentium in certo loco non ve-
niunt census, quià donatio est stricti Iuris, &
census dicuntur esse in loco impropriè, vt ha-
betur ex *Tiraquell. in l. si vnquàm in vers. bona*
num. 13. Cod. de reuoc. donat. vers. refero propria
Duard. d. qu. 10. conclus. 5. num. 52. Quæ benè
applicantur *ad cap. Rota 59.* quod loquitur oc-
casione possessionis quorumcunq. bonorum
immobilium existentium in Ciuitate, vel Ter-
12 ritorio Lucensi; Atq. ad materiam statuta-
riam, quæ tanquàm stricti Iuris habet locum
in illis tantùm casibus, qui oculis corporeis
leguntur, non autèm ad illos, qui per verbo-
rum interpretationem, maximè impropriam
possunt intelligi, *l. 1. ff. qui in testamen. delent.*
Bart. in l. qui liberis §. hac verba ff. de vulg. &
pupill. diffusè *Honded. cons. 1. num. 16. lib. 1. Rot.*
decis. 110. num. 14. & decis. 175. num. 25. & 26.
part. 7. recent. & ex alijs vulgatis.
13 Non obstat, quod Statutum loquens de
possessore rerum corporalium habeat locum
etiàm in possessore rerum incorporalium, ma-
ximè ad effectum obtinendi manutentionem
non obstante, quòd verbum, *Quasi*, importet
quandam diminutionem, *Contard. de moment.*
possess. in ampliat. num. 144. vsquè in fin. post
alios *Post. de manuten. obser. 10. num. 6.*
14 Et maximè in nostro *Statuto*, stante illa di-
ctione, *Quorumcunque*, quæ dicitur vniuersa-
lis, *l. qui autèm in fin. ff. de constit. pec. Honded.*
cons. 86. num. 15. lib. 2.
15 Et includit omnem significationem verbi,
cui adijcitur, trahitq. dispositionem etiàm ad
casus improprios, *cap. 2. §. 1.* & ibi *Domin. de*
Sanct. Gemin. de reb. Eccles. non alien. Honded. d.
16 *cons. 86. num. 16. lib. 2.* Et facit, quòd omnia
compræhendantur, etiàm quæ aliàs in simpli-
ci dispositione non venirent, *Glos. in Clemen. 1.*
in verb. quecunq. de decim. Honded. cons. 37. nu.
3. & cons. 86. num. 17. lib. 2. Ità vt si constitu-
tione prohibitum sit, quæcunq. bona siuè mo-
bilia, siuè immobilia in extraneos transferri;
17 de iuribus quoq. actum videatur; Quià illa di-
ctio, *Quæcunque*, propter generalitatem etiàm
ad hosce improprios casus trahitur, *Alciat. in*
l. mouentium 93. ff. de verb. signif. num. 4. Tira-
18 *quell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 7. num. 28.*
in fin. vbi redditur ratio, stante verisimili men-
te Statuentium, & subiecta materia, ob quā
sæpè recedimus à verborum proprietate.

Itenim his, & alijs per DD. Informantes
eruditissimè allatis, responsum fuit; Doctores
19 in obiecto loqui de possessore rerum incor-
poralium, vt puta sunt seruitutes, aquæductus,
iura pascendi, transeundi, & similia, quæ om-
nia inter incorporalia connumerantur, vt col-
ligitur ex *l. 1. §. quidam ff. de rerum diuis. & tot.*
tit. in instit. de reb. corpor. & incorpor. Duard. d.
quæst. 10. num. 2. in quibus terminis non versa-
tur casus, de quo agitur, neq. est præsentis in-
daginis firmare, an, & quandò dispositio *cap.*
59. comprehendat dd. iura incorporalia.
20 Dictio verò vniuersalis *Quorūcunque*, prout
cæteræ similes dictiones vniuersales, ratione
subiectæ materiæ restringuntur, *Barbos. de di-*
21 *ction. dict. 241. n. 20.* & secundū naturā actus,
cui attribuuntur regulātur, *Bald. cons. 67. quid*
ex facto col. 2. vers. nec obstat si dicatur lib. 3. Ti-
raquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 7. nu. 6. in fin.
22 & præcipuè quandò qualitates Statuti repu-
gnarent, & militaret diuersa ratio, *Alciat.* ex
aduerso allegatus *in d. l. mouentium 93. ff. de*
verb. signif. num. 4. vers. quod tamèn procedit,
Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 7. num. 26.
Honded. cons. 37. num. 29. lib. 2.
23 Vt puta, si Statutum prohibuerit alienari
quæcumquè bona immobilia sita in tali loco,
quià tunc non comprehenduntur iura, & actio-
nes, quæ loco non circumscribuntur; *Tira-*
24 *quell. d. §. 1. Glos. 7. num. 29.* maximè si adiun-
geret pœnam; Ponitur exemplum de Statuto
pœnali prohibente alienationem rerum stabi-
lium in forensem, quod non comprehendatur

alienans cēsum, firmat *Duard. d.qu.10. conclus.*
5. num. 50. & 51. multò magis si sequeretur
25 absurdum; tunc enim magis esset toleranda
superfluitas verborum, *Bertaz. cons. ciuil. 62.*
num.28. & 29. lib. 1.

In nostro autèm casù non solùm militat
diuersa ratio, sed non adaptatur tota succes-
26 siua dispositio *d. cap. 59.* quia debitor non
soluens non potest condemnari in pœnam vl-
trà debitum Fisco applicandam, quæ suppo-
nit delictum per suum necessarium antece-
dens, *Bart.* & alij *in l. vbi pactum Cod. de tran-*
sact. Farinac. quæst. 17. num. 1. & quæst. 18. num.
6. Etiamsi debita soluere dicatur illicitum,
27 Non enim omne illicitum punitur, sed illud
solùm, quod lex statuit esse delictum, *Farinac.*
vbi concordantes *d. quæst. 18. num. 6.* & pro-
28 pterea dicimus pœnam non habere locum
nisi in casù à iure, vel statuto expresso, *l. & si*
quis §. diuus ff. de relig. & sumpt. funer. Farinac.
vbi sup. num. 7.

29 Et si alitèr diceremus, debitores nimis gra-
narentur, & perderent, vltrà alia præiudicia-
lia, beneficium cessionis bonorum, tanquàm
debitores ratione pœnæ applicandæ parti, &
Fisco ex delicto, *Menoch. de arbitrar. cas. 447. in*
fin. firmat *Farinac. de delict. & pœn. q. 26. num. 7.*
vbi de communi.

30 Firmato igitur ex supradictis, quòd debito-
res ex annuis redditibus non comprehendan-
31 tur *sub d. cap. Rot. 59.* & maximè in casù, de
quo agitur.

32 Non obstat deindè, quòd saltèm in statutis
permittatur extensio ad casus similes in fauo-
rabili materia, *Buratt. decis. 22. num. 34.* in
33 qua nos sumus, cùm agatur de fauore publi-
co, vt quis manuteneatur in sua quasi posses-
sione, & in coercendis rixis, & scandalis, *Post.*
obser. 4. in fin.

34 Quod extenditur etiàm in pœnalibus ex
identitate rationis, quandò ratio expressa in
ipsa lege conueniret etiàm casui non expres-
so, *Ias. in l. 1. num. 13. ff. de vi Ius vocati, vt cant,*
aut satis, Merlin. decis. Lucen. 53. num. 4. ea ratio-
35 ne, quia dicitur potiùs casus comprehensus,
quam extensus, *Mascard. de statut. interpret. con-*
clus. 4. num. 56. & seq.

36 Respondetur in materia de admittenda
extensione in statutis esse valdè periculosum,
aliquid firmare *DD. in repetit. l. omnes populi*
ff. de Iust. & Iur. Bertazzol. cons. ciuil. 62. num.
41. latè *D. Præses Andreolus controuers. 193.*
per tot. tom. 2.

37 Quia sicut nostrum non est leges condere,
ità nec extendere *argum. tex. in l. si verò ff. solut.*
matrim. Mascard. de general. stat. interpret. con-
clus. 2. num. 237.

Et propterea regula ex aduersò firmata ha-
bet suas limitationes, quarum

38 Prima est, quandò casus potiùs esset dissi-
milis, & contrarius, prout est casus noster, ex
superiùs firmatis *l. commodissimè ff. de lib. & po-*
sthum. vbi *Bart. num. 3. Alciat. num. 29. Alex.*
cons. 1. num. 11. Purpurat. cons. 481. num. 3. Hon-
ded. cons. 1. num. 23. lib. 1.

39 Et vbi verba non conueniunt *l. 4. §. toties ff.*
de damn. infect. Bald. in l. illam num. 1. Cod. de
collat. Barz. decis. 97. num. 10. Carpan. ad statut.
40 *Mediol. in prælud. num. 127.* non conuenit di-
spositio, etiamsi in aliqua parte conuenirent
si tamèn non in totum, *Grat. cons. 122. nu. 6.*
41 *lib. 1. Honded. cons. 1. nu. 16. lib. 1.* multò magis
quandò repugnaret proprietas verborum, *Ber-*
tazz. cons. ciuil. 62. antè num. 41.

42 Secundò considerandum est, quòd quamuis
summarijssimum possessorium dicatur fauora-
bile, & veniat expediendum sola facti veritate
inspecta, celeritèr, & velo leuato *ad relata per*
43 *Post. de manuten. obser. 77. per tot.* & diuersum
nomen sortitum fuerit secundùm varia Na-
tionum vocabula, & stylos, *Post. de manuten.*
obseru. 3. per tot.

44 Tamèn connumeratur inter partes Iudicij,
& Iudicis pronuncias, cum quibus ordinatur,
vt quis in sua possessione conseruetur, *Post. de*
45 *manuten. obser. 2. num. 47.* atq. de decreto hu-
ius Excellentissimæ Reip. edito de anno 1564.
die 7. Iulij habemus apud *Ludouic. decis. Lucen.*
20. num. 1. & refert *Post. de manuten. d. obseru.*
2. num. 48. in fin. & propterea in practica sem-
per obseruatum viderunt Domini in multis
Tribunalibus in huiusmodi Iudicijs procedi
46 diebus vtilibus ad bancum Iuris, & nunquàm
diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum,
in quibus exercitium Iurisdictionis suspendi-
tur, *l. omnes, & l. fin. Cod. de ferijs, & cap. fin.*
eod. tit. Vant. in tit. de nullit. ex defectù Iurisdict.
ordin.

47 Et quandò pendente hoc Iudicio summa-
rijssimo, vel anteà, immineret proximum
periculum scandali inter partes, solent Iudices
cum Decreto prouisionali, sinè præiudicio iu-
rium ambarum partium in quocunq. iudicio,
etiàm in summarijssimo possessorio, præcipere
atquè inhibere, nè vtraq. partium accedat ad
locum differentiæ, & hoc etiàm parte non ci-
tata, & captis extraiudicialibus informationi-
bus *ad relata per Post. de manuten. obser. 75. per*
tot. & obseru. 79. num. 5.

48 Vndè remedium *d. cap. 59.* tanquàm in
multis magis priuilegiatum, & correctorium
iuris communis, reijcitur in eo omnis exten-
sio, *Mascard. de general. statut. interpr. concl. 4.*
num. 64. Purpurat. cons. 321. num. 23. & cons.

446.

446. num. 30. *Sola ad Constit. Saband. tit. de fals. notar. Glos. 3. num. 8.*

49 Etiam in materia fauorabili, quia esset multiplicare priuilegia, & inducere correctionem iuris in alijs casibus, quod non permittitur, etiamsi in casu omisso militaret eadem ratio, *Honded. d. cons. 1. num. 23. lib. 1. Rot. decis. 461. num. 4. par. 2. recent. Gregor. decis. 398. num. 4. Buratt. decis. 211. num. 18. & decis. 215. num. 8. & seq. Rot. decis. 25. num. 6. decis. 247. num. 21. decis. 388. num. 2. par. 5. & decis. 316. part. 6. recent.* & alibi passim.

50 Tertiò, quia cessat in casu, de quo agitur, ratio in statuto expressa, *Purpurat. cons. 407. num. 33. & cons. 428. num. 82.* concordantes apud *Mascard. d. conclus. 4. num. 199.* scilicèt

51 timor scandali, & rixarum, quæ præcipuè cōsistunt in illa prætensa insistentia in possessione immobilium, aut iurium ad immobilia, in quibus terminis iste timor scandali exemplificatur à Doctoribus, vt videre est apud illos, quos citat *Post. de manuten. obser. 75. per tot. &*

52 *obseru. 79. num. 5. 6. & 7.* vbi cessante periculo moræ, non solùm debet de metu rixæ, & armorum in actis constare, sed id etiàm parte citata ad videndum assumi informationes, & iurare testes supèr verisimili timore scandali, & armorum.

53 Neq. negatur in terminis iuris communis, quòd non possit concedi mandatum de manutenendo, constito de possessione etiàm sinè turbationibus, & sinè timore scandali, vt plurès fuit per *Rot.* dictum coràm *Seraphin. decis. 299. num. 12.* nec non etiàm contrà soluere negantem, *Post. obser. 14. num. 1.*

Sed benè dicitur nō competere contrà Negantem soluere d. remed. *cap. 59.* & pœnam in eodem appositam propter rationes hactenùs deductas, & absurda, quæ exindè orirentur.

54 Quartò, quando aliter statutum redderetur irrationabile, *Mascard. conclus. 4. num. 201.* Da-

55 ta enim extensione dicti statuti, sequeretur, quòd prò pensionibus, liuellis, affictibus, censibus, cæterisq. annuis præstationibus sempèr Creditores tentarent hoc remedium magis expeditum, quod esset videre Iudices, Curiales, & litigantes valdè implicatos diebus currentibus, etiàm festiuis in honorem Dei contrà expressam dispositionem Iuris Canonici, & Ciuilis *in cap. fin. de ferijs, & l. omnes, & l. fin. Cod. de ferijs,* nec. statuti vniuers. *lib. 1. cap. 12. sub rubrica de Ferijs.*

Nec non cætera statuta de supradictis annuis præstationibus loquentia amphùs vsui nō essent, tanquàm præscribentia longiorem instantiam ...

56 Quintò, quandò aliqua alia ratio statuentium in contrarium suaderet, tunc denegatur extensio; Vt putà in casu nostro respectu Datiæ in qua Excellentissima Respublica dānum haberet contrà suam expressam dispositionem *in Stat. vniu. lib. 1. cap. 23.* atq. in *Decreto* sub die 15. Iunij de anno 1621.

57 Sextò, quandò statutum loqueretur restrictiuè in vno casu, *Barr. in l. si constante num. 42. ff. solut. matrim. Giouagnon. respons. 1. n. 10.*

58 *lib. 1.* Vt putà in casu nostro, in quo ille solùm debet manuteneri, qui per 40. dies continuos possederit, quod patet ad sensum, non posse applicari contrà debitores annuos, vel semestruales, & alios similes; Ideò non potest ei esse locus in casu, in quo verificetur illa qualitas, *Dec. cons. 13. num. 5. vers. difficultas est, Brun. de statuto exclus. crim. art. 5. num. 100. & art. 6. quæst. 28. num. 321. Giurb. in Consuetud. Senat. Messanen. cap. 3. Glos. 1. par. 1. num. 14. Seraph. decis. 404. num. 4. & 6.*

59 Sufficiat vltimò dicere, quòd hoc remediū *cap. Rot. 59.* fuerit sempèr respectū bonorum immobilium, seù iurium incorporalium, vt puta seruitutis, itineris, aquæductus, iuris pascendi, & similium, quæ enarrantur per *Post. de manuten. obseru. 10. à num. 49. vsquè ad 58.*

60 Semper practicatū, & obseruatum, ideò non est immutandum, *argum. l. minimè ff. de legib. Bertazz. cons. ciuil. 62. num. 48. lib. 1.*

Ex quibus placuit Dominis prò Institia reuocare sententiam, in qua fuit concessum dictum mandatum de manutenendo, cum præcepto dictis SSpp. DD. de Malpiglijs de soluēdo fructus petitos, decursos, & non solutos sub pœna ducatorum quinquaginta auri, donèc fuerit cognitum, & decisum in iudicio or-

61 dinario possessorij, vel petitorij; Fuerunt deniq. dd. Rei cōuenti absoluti ab obseruatione iudicij, reseruato iure d. Eminentissimæ Religioni iterùm, & meliùs agendi; ità enim fieri debet, quandò actum est vria via, quæ non competit, *argum. l. Bæbius Marcellus ff. de pact. dot. Bald. in auth. sed & si quis Cod. de secund. nupt. Afflict. decis. 60. num. 3. Barz. decis. 42. n. 9. Monac. decis. Lucen. 54. nu. 6. Gratian. discept. forens. 348. num. 19.* latè *Ridolphinus in sua praxi Iudiciaria par. 3. cap. 2. num. 132. cum seqq.*

62 Quo verò ad expensas fuit ab eis victus absolutus, quia reportauerat primam sententiam prò se secundùm stylum huius Tribunalis, *Monac. decis. Lucen. 13. num. 56. & seq. Zuccar. decis. ciuil. 68. num. 19. Cornazz. decis. 118.*

63 *in fin.* quod tamèn de iure non procedit sinè difficultate, quandò primà sententia ex eisdem actis reuocatur, *Franc. in cap. 1. in fin. de appellat. in 6. Gratian. decis. Marchiæ 138. num. 4. Rot.*

4. *Rot. Bononien.* ad interpret. Statut. *dec.* 140. *num.* 57. *Caputaq. decis.* 142. *lib.* 3.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Dominium concludenter est probandum in Iudicio rei vindicationis contrà Tertios Possessores, & àn, & quandò probetur per traditionem Instrumentorum, ac an transferatur ab vno ad alium ob promissionem permutationis, probatumq. ex continuata possessione vltrà 40. annos quid importet, & releuans quod tempus percutere debeat. Possessio vltrà 40. annos quod dominium tribuat, & quid aliud inducat, & an probetur per sequestra procurata, & executa. Præscriptio an detrahat tempus diebus, quibus Curia nõ sedit, maximè si agatur de præscriptione decem, vel viginti annorum, & quid si de triginta, vel quadraginta annorum, super qua declaratur *Stat. Vniu. Luc. cap. 62. lib. 1. sub §. similiq. modo*, & qualis ex istis præscriptionibus tollat actionem dotis, condictionem ex lege, & obstare possit feudorum Dominis, siuè filijs eorum res vindicantibus. *Statutum* loquens per verba *nulla præscriptio*, an compræhendat tantùm præscriptionem 10. vel 20. annorum, vel etiam illam 30. vel 40. Pactum de retrouendendo etsi conceptum cum particula *quandocunquè*, seù *perpetuò* an tollatur cursù 30. annorum.

SVMMARIVM.

Dominium concludenter est probandum in Iudicio rei vindicationis ad obtinendam possessionem contrà Tertios Possessores. num. 1.

Dominium non probatur per traditionem Instrumentorum, nisi etiam concurrat effectiua traditio possessionis rei. num. 2. Ponitur ratio. num. 3.

Testibus duobus contestibus, & de veritate facti per sensum corporeum deponentibus, plena fides præbetur. num. 4.

Possideri vna, & eadem res à pluribus vno, eodemq; tempore insolidum, impossibile est. num. 5.

Nemo plus Iuris in alium transferre potest, quàm quod habet. num. 6.

Dominium non abdicatur ab vno, & in alium transfertur ob promissionem de permutando. num. 7.

Factum aliquid esse, vel nulliter esse factum, à pari procedunt. num. 8.

Quod à principio est nullum, tractù temporis conualescere nequit, minusq. retrotractioni est locus, maximè extremis redditis inhabilibus. num. 9.

Sequestra executa non probant dominium, imò neq. priuant Possessores eorum possessione. num. 10.

Dominij probatio releuans percutere debet tempus præsens, & non longè præteritum, cùm passim accidat, quòd dominium, quod aliquandò fuit meũ, postea esse desierit. num. 11.

Dominium probatum ex continuata possessione vltrà 40. annos facit emanare sententiam fauorabilem. num. 12.

Possessio vltrà 40. annos dat vtile dominium, & suffultos Possessores reddit ab omni molestia tutos. num. 13.

Præscriptio non admittit temporis detractionem diebus, quibus Curia non audit, quandò agitur de præscriptione 30. vel 40. annorum, secùs 10. vel 20. & ità procedit Stat. Vniu. Luc. cap. 62. lib. 1. sub §. similiq. modo. *num.* 14. *&* 16.

Statutum loquens per verbum vniuersale negatiuum, idest nulla præscriptio *procedit in præscriptione decennali, vel vicennali, & non 30. vel 40. annorum. num. 15.*

Præscriptio nulla opponi valet filijs quandocunquè rem suam vindicantibus, nisi 30. annorum. n. 17.

Præscriptio non obstat, quòd Domini feudorum non vindicarent sibi feuda alienata, nisi sit 30. annorum. num. 18.

Præscriptio 30. annorum tollit condictionem ex lege, quæ est perpetua institutio de perpetuis, & temporalibus actionibus. num. 19.

Dos vt recuperari possit, datur actio perpetua priuilegiata, nisi fuerit dempta cursu 30. annorũ. n. 20.

Pactum de retrouendendo licèt conceptum cum particula, quandocunquè, *seù* perpetuò *tollitur cursù 30. annorum. num. 21.*

Decisio LVI.

PRoposui hodiè dubium, an scilicèt sententia D. Iudicis à quo in hac causa lata, sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini absq. vllo scrupulo prorsùs infirmandam dixerunt,

1 xerunt, eo potissimùm moti, quià ex parte
D. Benedicti de Sanctinis Actoris haud qua-
quàm fuit doctum de dominio, quod in hoc,
de quo agitur rei vindicationis Iudicio, con-
cludentèr ad obtinendum contrà tertios pos-
sessores probandum erat, *Fab. in suo Cod. lib. 4.
tit. 14. diff. 3. num. 12. & tit. 15. diff. 2. num. 1.
in alleg. Afflict. decis.* 40. vbi etiàm *Vrsill. ad
eum num.* 2. cum alijs ad saturitatem adductis
per Informantes prò Dominico, & Paulino
minoribus de Columbis.

2 Cùm enim d. D. de Sanctinis ad suæ inten-
tionis iustificationem non dederit prætèr quã
quædam documenta intèr assertos eius au-
thores, & Antonium del Moro, & RR. respe-
ctiuè Rectores prò tempore S. Martini, ex
quibus præsertim non docto de traditione
illius, de qua agitur, petiæ terræ, realiquè, &
effectiua possessione eiusdem, vtiq. haud dici
potest probatum dominium, *l. 1. Cod. de acq.
poss. l. quod non ff. eod. tit. Fab. in suo Cod. lib. 3.
tit. 22. diff. 4. num. 7. & tit. 12. diff. 18. num. 3.
in alleg. & lib. 7. diff. 35. num. 4. Donadr. de re-
nunciat. cap. 46. num. 1. 2. 3. Gallerat eod. tract.
Lib. 1. cap. 53. num. 1. Nig. de subhast. tit. de Iudi-
cial. cap. 35. §. 7. num. 29. Merlin. controu. fo-
rens. 60. num. 4. cent. 1. Afflict. decis.* 40. *num.* 3.
& ibi *Adden. ad eum, & decis.* 299. *num.* 4. &
3 ratio ea affertur vt per *Afflict. d. decis.* 40. quià
etiàm per non Dominum explicari possunt
contractus venditionis.

Verùm esto, quòd exhibita Instrumenta
probarent ad satis emptionem per q. D. Vin-
centium de Tuccis factam ab olim Antonio
del Moro cum reali traditione bonorum in eo
contractù enunciatorum, adhùc non eo mi-
nùs D. de Sanctinis esset in eodem succumbẽ-
tiæ statu; Nàm alterũ de duobus fateri opor-
tuisset, vel scilicèt vt inter dicta bona, sic vt
suprà per d. D. de Tuccis empta à d. Antonio
del Moro non sit comprænhensa ista petia ter-
ræ; de qua vertitur quæstio, vel quòd Antonius
prædictus rem alienam vendiderit, & vitiosam
traditionem bonorum fecerit, & sic nequa-
quàm dominium, & possessionem in D. Em-
ptorem daturum, & daturam transtule-
4 rit; Siquidèm per tres testes contestes, & de
veritate facti per sensum corporeum depo-
nentes, quibus plena est danda fides, *l. vbi nu-
merus ff. de test. c. in omni negotio extr. eod.* abun-
dè probata extitit possessio terræ, de qua agitur
per 20. 30. 40. & 50. annos abiq. intermedia-
tione possessionis alterius fuisse penès D. Zac-
chariam de Benedictis, illiusq. filios, & indè
titulo emptionis peruenisse in istos reos con-
5 uentos de Columbis; Non enim est nouum,
quòd vna, & eadem res à pluribus vno, & eo-
dem tempore insolidum impossibile est possi-
deri, *Fab. in Cod. d. lib. 4. tit. 43. diff. 1. num. 9.
Mar. Mut. in Consuet. Panorm. cap. 47. num. 24.
Merlin. controu. forens. 56. num. 3. cent. 1. Ioan.
Bapt. de Thor. vot. decis. 33. num. 30. cent. 2.* Ac
siquidèm ex eisdem productis Instrumentis
per d. D. Sanctinum rotundis verbis conuinci-
tur, quòd Instrumentum emptionis factum à
q. D. Vincentio de Tuccis fuit stipulatum de
anno 1604. vbi permutationis contractus de
hac eadem petia terræ expositus inter dictum
q. D. Zachariam de Benedictis, & Lauren-
tium del Moro, non priùs fuit, quàm de anno
1605. & tempore, quo iam satis cesserat d.
Antonius del Moro; sicq. quòd impossibile
fuit d. Antonio dominium, & possessionem in
Dominos de Tuccis transferre de hac petia
terræ, dùm illud, & illa erat adhùc penès D.
6 Zachariã, ex regula nemo plus iuris in alium
transferre potest, quàm ipse habeat, *Thor. vot.
decis.* 23. *num.* 1. *cent.* 1. *cum vulg.*

Neq. visum fuit quicquàm releuare D. Be-
nedicto de Sanctinis, quòd in narratiua dictæ
permutationis Instrumenti inter Laurentium
del Moro, & d. q. D. Zacchariam initi dicatur
huius permutationis promissionem præces-
sisse inter d. Antonium del Moro, & Paulum q.
Zaccharia Bracciolini, cuius hęres extitit præ-
fatus q. D. Zacchatia de Benedictis.

7 Nàm fuit responsum, quòd ex promissione
de permutando non abdicatur ab vno, & do-
minium in alium transfertur, *Iate Christ. Marr.
Med. exam.* 5. *num.* 2. 3. 13. 31. 36. 39. & *decis.*
12. *num.* 4. 5. 9. 10. 11. 15. Præsertim vbi, vt hic,
ad validitatem alienationis necesse est, vt sit
8 soluta gabella; Nàm aliquid factum non esse,
vel nullitèr esse factum, à pari procedunt *Nig.
de exec. rei iud. cap.* 13. §. 4. *num.* 16. *Afflict. de-
cis.* 182. *num.* 4. & est *text. in l.* 4. §. *condemna-
9 tum ff. de re iud.* & quòd nullum est à principio,
tractù temporis conualescere haud possit, mi-
nusquè retrotractioni sit locus, maximè ex-
tremis inhabilibus redditis, *Nigr. vbi proximè
sup. cap.* 24. *num.* 24. & *seq. Cost. de Indic. cap.* 1.
num. 180. & *de retrotract. cap.* 7. *num.* 1. 2. 3.
10. & 12.

10 Minusquè refragatur D. de Sanctinis ex se-
questris per q. D. Iuliam Saminiatam procu-
ratis, & executis in personas Antonij iunioris
del Moro, & Annæ similitèr del Moro, quià
per ea, nequè dominium probatur, nequè
priuantur possessores eorum possessione, *Rot.
in vna Romana, seù Veliterna Afficius* 13. *Ia-
nuarij* 1653. *coràm bo. mem. Bichio sub §. sed re-
uocationi sequestrorum.*

11 Præterea animaduertendum esse Domini,
ex abundanti dixerunt, quòd probatio domi-
nij

nij ad hoc, vt releuet, debet percutere tem-
pus præſens, non autèm longè præteritum,
cùm paſſim contingat, vt dominium, quod ali-
quandò meum fuit, eſſe poſtea deſierit, Fab.
in Cod. lib. 4. tit. 14. diff. 47. num. 4. & 5. in al-
12 leg. Hincq; concluſerunt, non poſſe fauora-
bilem denegari ſententiam antedictis mino-
ribus de Columbis tanquàm eorum dominiũ
probantibus ex continuata poſſeſſione per
temporis curriculum, vt ſuprà vltrà annorum
40. Mar. Mut. d. cap. 44. num. 44. Quandoqui-
13 dèm talis longiſſima poſſeſſio non ſolùm dat
vtile dominium, ſed ſuffultos poſſeſſores red-
dit ab omni moleſtia tutos, Theſaur. deciſ. 134.
per tot. Scaib. iun. reſolut. forenſ. 5. num. 37. 38.
& reſolut. 40. num. 31. & ſeq. cent. 1. Nigr. de
except. 5. nu. 65. & ſeq. par. 1. vbi, quòd ſi ſecùs
diceremus, inanes redderentur, ll. de præſcrip.
Inquentes Sebaſt. Medic. deciſ. 18. Ambroſin. de-
ciſ. Peruſin. 20. vbi in calce eiuſdem regiſtrata
eſt deciſ. Rot. Romana coràm Merlin. per exten-
ſum, idem ſentientes Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 620. n. 8. & 9. & diſcept. 870. num. 27. 29.
Faber de error. Pragm. decad. 63. error. 4. propè
finem, & decad. ead. error. 6. col. 2. vbi quòd ta-
le dominium vtile, ſiuè bonitarium eſt adeò
efficax, vt in concurſu etiàm cum Quiritio
iſtud futile reddat.

Et ex his reſolutum fuit partem actorum
malum ius fouere.

14 CVius Deciſionis ſuprà firmatæ occaſione
ſumpta ſub iſto vltimo num. 13. non in-
congruum exiſtimaui, apponere dubium in
Rota noſtra tunc temporis indies difficultatũ,
an diſpoſitio ſtatutaria c. 62. lib. 1. Stat. Vniu.
ſub §. ſimiliq. modo. Ibi. Nulla præſcriptio, quæ
à Iure, vel à Statutis induceretur, decurrat tem-
pore, quo feriæ repentinæ indictæ forent; Ità quòd
ipſis ferijs durantibus præſcriptio non decurrat,
locum habere debeat in præſcriptione 30. vel
40. annorum, & per DD. de Rota fuit firma-
tum d. Statutum minimè locum habere poſſe
in præſcriptione 30. vel 40. annorum, tamèn
etſi in præſcriptione 10. vel 20. ex doctr. Bart.
in l. fin. ff. ex quib. cauſ. reſtitut. in integr. La-
derch. conſ. 75. num. 8. Roland. conſ. 21. num.
33. & 34. Hieronym. Palma in puncto præ-
fati Statuti conſ. 33. num. 109. & 110. Rot.
apud Franc. Merlin. paritèr in terminis præ-
fati Statuti deciſ. Lucen. 70. num. 42. quem
commendat Merlin. de legitim. lib. 5. quæſt. 10.
15 tit. 3. num. 31. Qui omnes fundant, quòd da-
to, d. Statutum loquatur per verbum vniuer-
ſale negatiuum, ideſt, Nulla præſcriptio, mini-
mè locum ſibi vindicet in præſcriptione 30.
vel 40. annorum, ſed tantùm in decennali,
ſeù vicennali, ex Gloſ. punctual. in cap. 1. §. præ-
tereà in verb. præſcriptione de capit. Conradi,
vbi verba illa. Nulla obſtante præſcriptione, in-
terpretationem recipit de decennali, ſeù vicen-
nali, non autèm de 30. vel 40. annorum præſcri-
ptione, aliàs ſequeretur, quòd tota materia præ-
ſcriptionis multis vigilijs excogitata ſubuertere-
tur, & radicitùs euelleretur, quam Gloſ. com-
munitèr eſſe approbatam, tradit Tiraquel. de
retract. conuentional. §. 1. Gloſ. 2. num. 12. & ità
in terminis fuit firmatum per Rot. Roman. Mer-
curij 17. Maij 1600. in nullius, ſeù Mediolanen.
Remedij reintegrandi coràm R. P. D. Seraphino,
quæ eſt apud ipſum deciſ. 1360. relata per Coſt.
in tract. aut ſciebat, aut ignorabat diſtinct. 60.
16 centur. 2. num. 42. Ità quòd verba præfati Sta-
tuti minimè comprehendere valeant præſcri-
ptionem longiſſimi temporis 30. vel 40. an-
norum, ex tex. in l. 1. Cod. de bon. matern. vbi
17 nullam poſſe opponi præſcriptionem filijs
quandocunquè vindicantibus rem ſuam, ſta-
tuitur, & tamèn ibi Gloſ. in verb. præſcriptio-
nem, exponit Niſi 30. annorum, quam Gloſ.
ſequuntur poſt alios, quos allegat Tiraq. de
retract. conuention. d. §. 1. Gloſ. 2. num. 9. Socin.
iun. conſ. 145. num. 47. lib. 1. Rolan. conſ. 21. nu.
44. lib. 2. Gloſ. in text. cap. 1. de capit. Conradi;
18 Vbi definitum eſt, Dominis feudorum lice-
re reuocare feuda alienata, nulla obſtante
præſcriptione, & tamèn ibidem ead. Gloſ. ex-
ponit, & excipit præſcriptionem 30. annorũ,
quam ſecuti ſunt DD. ibi, & Curt. ſen. conſ. pe-
nult. col. 2. Ruin. conſ. 61. num. 4. Socin. iun. conſ.
6. num. 15. lib. 3. Tiraquel. de retract. conuentio-
19 nal. §. 1. Gloſ. 10. num. 15. Quemadmodùm
etiàm à ſimili dicitur de conditione ex lege,
quæ dicitur perpetua inſtitutio de perpetuis,
& temporalibus actionibus, & ibi notant An-
gel. Aretin. & reliqui, & tamèn curſù 30. anno-
rum tollitur, l. ſicut, & l. cum notiſſimi Cod. de
præſcript. 30. vel 40. annor. Balb. de præſcript.
4. par. principal. quæſt. 1. Boer. qu. 182. num. 6.
20 Prout etiàm dicitur de cauſa dotis, nàm prò
ea recuperanda datur actio perpetua priuile-
giata, l. 1. ff. ſolut. matrimon. & nihilominùs
tollitur curſù 30. annorum, l. in rebus §. omnis
Cod. de iur. dot. quam ità ibi intelligunt DD.
præſertim Bald. conſ. 4. incipien. factum tale qui-
dam lib. 3. & conſ. 230. incipien. act. de dot. lib.
4. Corn. conſ. 56. num. 3. & conſ. 92. num. 7. lib.
4. Balb. de præſcript. in 4. par. principal. in princ.
quæſt. 1. & multùm quoquè inſeruit, quod di-
citur de pacto de retrouendendo, prout Ego
met fundaui in mea ad Surd. addit. deciſ. 2. nu. 1.
21 Nimirùm ipſum pactum de retrouendendo,
etiàm conceptum cum particula, Quando-
cunquè, ſeù Perpetuò, quòd tollatur curſù 30.
annorum, & fundat etiàm Menoch. conſ. 962.
num.

num. 39. lib. vbi. vbi 43. DD. hoc affirmantes adducit; & in terminis ità fuit fundatum in vna Mediolanen. Bonorū relata per Cost. in tract. aut sciebat, aut ignorabat. cap. 2. distinct. 60. §. aut, & 9. fol. mihi 507. vbi ex multis DD. primi ordinis authoritatibus prædicta fundantur; & faciunt hic tradita quasi in similibus terminis per Antonium de Escobar de ratiocin. cap. 41. à num. 15. vsque ad 25.

Et ita fuit decisum vtraque parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Successio àn, & quandò deferatur iure subingressionis abintestato, & quænam requisita concurrere debeant prò ea obtinenda. Identitas bonorum à Testatore possessorum quomodò probetur, & àn, & quandò confessiones iudiciales siue in eodem, siue in diuerso iudicio factæ, maximè à Testatore emissæ illam probent. Clausula, *Omni meliori modo*, in libello apposita quid operetur, prout etiā Clausulæ, *Super quibus &c. Agens &c. Deducens &c. Non tamen &c.* posita in fine libelli tàm *de Iure Communi*, quàm *ex Stat. Luc.* & an Clausula, *Peto iustitiam ministrari super præmissis, & quolibet præmissorum* habeat eandem vim, prout Clausula, *Agens &c. Deducens &c. Omni meliori modo &c.* Libello generalitèr concludente super actione inepta, an Iudex valeat pronunciare super actione competenti, licèt non deducta, maximè in causis summarijs. Declaratur *cons. Alex. 121. lib. 1. num. 10.* Explicatur *decis. Lepid. 130.* in quo casu procedat.

SVMMARIVM.

Successio àn, & quandò debeatur iure subingressionis abintestato, & quænam requisita concurrere debeant. num. 1. & àn, & quandò probetur identitas bonorum propter possessionem habitam, ità vt hæres valeat, vel non valeat controuertere factum sui authoris, in cuius iure successit. num. 2.

Confessio facta in iudicio, maximè in libello, seù positionibus, sibi nocet, & omnibus à se causam habentibus, licèt sint Successores vniuersales, vel singulares. num. 3. 4. & 5.

Confessio iudicialis habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, & superat omnem aliam meliorem probationem, num. 6. & 7.

Confessio propria emissa in vno iudicio præiudicat in alio, & nocet quòad alium effectum. num. 8. & 9. & de ratione remissiuè. num. 10.

Confessio facta à Testatore cum expressione nominis bonorum adminiculata cum alijs circumstantijs, benè probat identitatem bonorum. num. 11.

Confessio in alio iudicio habita quandò habet connexionem cum alia, in qua confitens deponit, omninò est attendenda, & de ratione. num. 12.

Confessio præsertim adminiculata emissa ad vnum effectum releuat quoad alium venientem in illius consequentiam. num. 13.

Confessio Testatoris àn, & quandò noceat habentibus causam ab eo. num. 14.

Eligens viam testamenti, redire nequit ad intestati causam, cùm non detur variatio de vna ad aliam viam. num. 15.

Clausula, Omni meliori modo, *non se extendit ad remedia contraria. num. 16.*

Libellus ad euitandas lites, & circuitus saluatur per conclusionem omissa narratione non conueniente actioni in iudicium deducta. num. 17.

Clausula Super quibus &c. Agens &c. Deducens &c. Non tamen &c. Sed & omni alio meliori modo &c. *in fine libelli apposita quid operentur tàm* de Iure Communi, *quàm* ex Statut. Lucen. *num. 18. & 19. & quid in causis summarijs. num. 20.*

Libellus vt saluetur, in causis summarijs, censentur intentata etiàm remedia contraria disiunctè, successiuè, conditionalitèr, alternatiuè, & essentialitèr. num. 21. super quo declaratur Alex. cons. 121. lib. 1. num. 10. *num. 22.*

Clausula Peto iustitiam ministrari super præmissis &c. & quolibet præmissorum &c. *non est tantæ efficaciæ, prout* Agens &c. Deducens &c. & omni alio meliori modo &c. *num. 23.*

Clausula Omni meliori modo &c. *quomodò intelligatur per* Merlin. Pignatell. cap. 12. *num. 24.*

Lepid. decis. 130. *datur intellectus. num. 25.*

Libellus generalitèr concludens sustinetur super actione inepta, & Iudex pronunciare potest super actione competenti, licèt expressè non deducta. n. 26.

Sententia etiàm in iudicatum transacta, fundata in libello contrario veritati, cessat. num. 27.

Res iudicata cessat, ipsiusq. effectus, cessante causa, ob quam fuit lata sententia. num. 28. & sic re-

superari potest, quicquid fuerit traditum. num. 29.

Titulus si reducatur ad non titulum, res restituitur vna cum fructibus. num. 30.

Proximior semper quis præsumitur, quotiescunque non comparet is, qui illum præcedere contendit. num. 31.

Expensarum absolutio fieri potest pluribus de causis. num. 32.

Simeon

Ioannes — Ioseph — Vincentius

Franciscus — Cæsar — Fabricius — Alexander — Stephanus

Tiberius — Pompeus

Decisio LVII.

SPect. Tiberius Fiani instituit mensibus elapsis iudicium contra Augustinum, & Franciscum Riccios de Lammari, prætendens ab eis vindicare quædam bona in eodem Cōmuni posita; Ex quo ipsamet bona ad ipsum spectarent vel vti vocatum ad fideicommissum ordinatum à q. Sp. Simeone Fiano prōauo paterno eiusdem Actoris, vel alio etiam titulo, prout latius in libello cum omnibus in fine clausulis salutaribus roborato, cui &c. ac instructo processu coram Iudice primarum Instantiarum, Ipse absolutoriam ambabus partibus ab obseruatione iudicij concessit cum solitis reseruationibus; A qua sententia, seu pronuncia interposita appellatione ad Rotā per præfatum Actorem, hodiè dubitaui coram DD. meis, an esset benè, vel malè iudicatum, & DD. præuia reformatione sententiæ respectiuè, benè, & malè iudicatum, & appellatum dixerunt.

1 Mori primò, quia negari non poterat circumscripto articulo, an d. Tiberius Iure fideicommissi succedere deberet in bonis Simeonis Fiani senioris, talem successionem ipsi deberi iure subingressionis, & sic abintestato mediante persona Cæsaris eius patris prò rata tamèn ad ipsum spectante.

Etenim in tali iudicio extrema visa fuerunt probata, nempè quòd bona, de quibus agitur, remanserint in hæreditate q. Simeonis, & eius filiorum, & nepotum, d. Tiberio vti filio Cæsaris debeantur eum declaratione, vt infrà patet ex actis Curiæ Mercatorum de anno 1639. in præsenti causa productis, vbi D. Stephanus Fianus pluriès medio iuramento in capitulis fassus fuit, bona, de quibus agitur, prouenisse à Simeone Auo in eius nepotes, & ipsos nepotes mortuos fuisse tantùm superstite Tiberio filio Cæsaris vnius ex dd. nepotibus vltimi morientis; Quæ bona nunc possidentur à dd. Reis conuentis, vti alienata in ijs per dictum Stephanum; Quæ confessio visa fuit non solùm probare possessionem Testatoris de tempore obitus, tàm habita ratione descendentium propter qualitatem hæreditariam, quam successiuè habuerunt, *argum. text. in §. sancimus auth. de triente, & semisse, præsertim in l. vlt. ff. de* 2 *hæredib. instituen.* Verùm etiam possessionem dd. de Riccis, qui eam hoc controuertant; Quia cùm illi emerint hæc bona à Sp. Stephano, nō possunt controuertere factum, & assertionem sui Authoris, in cuius iure successerunt, vt fuit dictum *in Bonon. Fideicommissi de Manzolis 20. Iunij 1603. coram Reuerendiss. Orano*, & fuit doctrina *Bart. in l. facta §. si hæres num. 5. ff. ad Sen. Cons. Trebell. & in l. si superatus num. 4. ff. de pignorib. Peregr. de fideicom. art. 45. num. 27.* & fuit dictum in præcisis terminis *in Bononien. Fideicommissi de Ramundinis 29. Nouemb. 1638. coram R. P. D. Verospio §. 3. visa fuit &c.* quæ *est decis. 89. num. 8. cum duob. seqq. par. 8. recen.*

Quapropter neque dubitari poterat, quin confessiones per d. Stephanum in d. processu plenè probent etiam contra Reos conuentos, qui à d. Stephano titulo emptionis causam ha-3 buerunt; Nam in iure certum est, confessionem partis factam in iudicio nè dùm nocere, & præiudicare confitenti, sed etiam omnibus, qui ab eo causam habuerunt, *d. l. si superatus ff. de pignorib.* vbi *Bart. Bald. cons. 364. num. 2. lib. 2.* latè *Peregrin. de fideicomm. art. 53. num. 36. Rot. Roman. apud Seraphin. decis. 828. num. 5. & decis. 119. num. 1. in fin. par. 2. recent. & apud* 4 *Buratt. decis. 733. num. 5.* Ità vt procedat non solùm in vniuersalibus successoribus, sed etiam in singularibus, *Ruin. cons. 32. num. 6. lib. 1. Surd. cons. 60. num. 1. in fin. Gratian. discept.* 5 *forens. cap. 665. num. 16.* Maximè tamen quandò confessio est facta in libello, seu positionibus, prout hic *Roman. cons. 91. in fin. Alexan. cons. 71. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 73. num. 8. lib. 5. Mascard. de probat. conclus. 347. num. 16. & concl. 348. num. 48. Menoch. de adipiscen. remed. 3. num. 73. & seqq. & remed. 5. num. 106. Gratian. decis. Rot. March. 19. num. 21.* & fuit firmatum *per Rot. apud Buratt. decis. 275. num. 9. & 10. & in Romana Legati 22. Iunij 1650. co-*

ram

ràm Eminentiss. Corrado §. nequè in alterius præ-
iudicium, vbi concordantes allegantur; ità
6 quòd confessio iudicialis tantæ sit efficaciæ, vt
vim sententiæ, & rei iudicatæ habeat, ad no-
tat. per DD. in l. vnica Cod. de confess. Corn. cons.
44. col. 1. vol. 4. Mascard. de probat. conclus. 344.
Gratian. decis. Rot. Marcb. 90. num. 13. & 14.
7 & discept. forens. cap. 151. num. 13. Et superat
omnem aliam meliorem probationem, Rot.
apud Buratt. decis. 200. num. 1. & decis. 803. nu.
1. & fuit dictum in Comen. Iurispatronatus 12.
Iunij 1651. coràm R.P.D. Albergato §. & hunc
intellectum.
Nequè paritèr obstare obiectum per D. In-
formantem excitatum, fuit visum, nempè d.
confessionem vtì emanatam in alio iudicio,
& ad diuersum finem, videlicèt ex titulo fidei-
commissi, non esse aptam nocere, & afficere
eius singulares successores in alio iudicio pul-
satos.
Fuit enim responsum primò, conclusionem
procedere in actis, & probationibus, quæ fiunt
per testes; vel per scripturas tàm publicas,
8 quàm priuatas; Secùs autèm in propria con-
fessione, quæ emissa in vno iudicio, præiudicat
etiàm & in alio, Scribent. omnes in l. 2. Cod. de
eden. Bald. præcipuè num. 25. Alex. num. 28.
Dec. num. 62. Caputaquen. decis. 190. par. 1. n. 1.
Cæsar de Graff. decis. 1. num. 17. de except. Vbi
9 quòd nocet etiàm quoad alium effectum, de-
cis. 8. num. 11. de testam. in antiq. & decis. 158.
num. 11. par. 1. recen. Hodiern. ad Surd. dec. 309.
10 num. 2. Et ratio præfatæ distinctionis in ter-
minis affertur per Abb. in cap. per inquisitio-
nem sub num. 12. vers. diuersitatis ratio de elect.
qui allegat text. in cap. per tuas 10. §. quid verò
de probat. & in l. generalitèr 13. Cod. de non nu-
merata pecun. vbi Angel. num. 2. & Bald. num.
3. & 4. Bart. in 1. lect. in vltim. notab. satis vti-
lia, & notabilia inferunt ad propositum; Ità
vt si tempora mihi largirentur, de facili in
medium protulissem; sed contentus tantùm
indicare pro nunc.
11 Quod adeò procedere fuit dictum, quantò
quià præfata confessio est adminiculata, nem-
pè expressione facta à Simeone Testatore de
bonis Lammari, vt in testamento, Ibi. Che
nelle terre di Lammari &c. stante depositione
Andreæ Ricci asserentis, dd. bona spectare ad
familiam de Fianis, ac etiàm stante sententia
in Curia Mercatorum lata ad fauorem d. Ste-
phani asserti, & vtì mediati successoris d. q. Si-
meonis, Surd. decis. 309. in fin. Rot. decis. 158.
num. 12. par. 1. & decis. 338. num. 7. par. 6. re-
cent. & apud Buratt. decis. 236. sub num. 9. Gra-
tian. discept. forens. cap. 287. num. 17. in fin. &
12 num. 18. vbi circà fin. tradit, confessionem li-
cèt factam in alio iudicio, quandò est supèr ca-
sù habente connexitatem cum illo, in quo cō-
fitens deposuit, omninò sit attendenda, cùm
confessio allegetur ad casum similem succes-
13 sionis, licèt titulus sit diuersus; Ex quo con-
fessio emissa ad vnum effectum releuat etiàm
quoad alium, qui venit in consequentiam il-
lius, præsertim quandò confessio est admini-
culata, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 6. num. 27.
Felin. in cap. per tuas de probat. num. 12. vers. &
licèt contrarium, & ità in terminis fuit firma-
tum in Romana Hæreditatis de Gratianis 7. Fe-
bruarij 1642. coràm Reuerendiss. Terraconen. §.
minus obstat il 1. quæ est decis. 68. num. 21. cum
14 seqq. par. 9. tom. 1. recent. Ità quòd non valeat
difficultati, quin eadem confessio non noceat
dd. Reis conuentis causam habentibus à d.
Stephano Fiano, ad doctr. Bald. in l. generalitèr
num. 30. Cod. de non numer. pecun. Surd. cons. 151.
num. 39. Barz. decis. Bonon. 5. num. 19. Rot. Rom.
decis. 575. num. 4. par. 2. & decis. 188. num. 1.
par. 6. recent. & penès Coccin. dec. 184. num. 1.
15 Nequè replicetur, d. Sp. Tiberium obtinere
in præsenti iudicio non posse, ex quo in pro-
cessù, & libello exhibitis constat, nullam aliā
actionem fuisse institutam, quàm vigore fidei-
commissi, nèc illa competat, vt fuit de con-
sensù concordatum; Ideòq. nunc non posse
obtinere ex causa successionis abintestato, per
capital. text. in l. fin. Cod. de Codicill. vbi quòd
quandò quis eligit viam testamenti, ad inte-
stati causam redire non potest, cùm de vna ad
aliam nō detur variatio, Roman. cons. 125. Rot.
Roman. apud Ludouis. decis. 270. num. 1. Merlin.
Pignatell. controuers. forens. cent. 1. cap. 12. num.
2. & 3. Camill. de Medic. cons. 40. per tot. præci-
16 puè num. 6. cum seqq. Nèc iuuari valeat ex
Clausula, Omni meliori modo ibidèm apposita,
ex quo ipsa non operatur suam extensionem
ad remedia contraria, idem Merlin. vbi suprà
num. 6. & centur. 2. controu. 80. per tot.
17 Fuit enim responsum duplicitèr, primò,
quòd in libellis attenditur conclusio potiùs,
quàm narratio; Adeò vt si quid in narratione
fuerit expressum, quod non conueniret actio-
ni, quæ prætenditur in iudicium deducta, con-
clusio saluet libellum ad euitandas lites, & cir-
cuitus inanes, ità Alex. cons. 121. num. 2. lib. 1.
idem Alex. cons. 18. num. 7. lib. 5. & cons. 44. n.
4. vol. 7. Bald. in l. 2. in fin. Cod. de petit. hæredi-
tat. Ias. in §. omnium num. 129. 130. & seqq.
Instit. tit. de actionib. Angel. cons. 36. num. 3. Dec.
cons. 57. num. 1. & 2. Natt. cons. 120. num. 3.
Gaill. practic. obseruat. obseru. 61. num. 15. lib. 1.
Rot. post Postb. de manutenen. decis. 418. num. 9.
Quapropter licèt in libello porrecto prò par-
te D. Tiberij Fiani plura fuerint narrata circà

fideicommissum ordinatum à q. Simeone Fiano seniore; Attamèn aduerterunt DD. in cõclusione ipsius libelli per d. Tiberium instari tantùm pronunciari, & declarari, Reos conuentos condemnandos fore, & esse ad eadem bona liberè relaxandum, & dimittendum vnà cum fructibus &c. nullis adiectis verbis restrictiuis ad titulum expressum in narratione, vt fieri solet per illa verba. *Vel spectantia, & pertinentia ad Actorem ex causa, & titulo præfati*
18 *fideicommissi*; Sed tantùm fuere in fine libelli appositæ clausulæ salutares, scilicèt, *Super quibus &c. agens &c. deducens &c. non tamèn &c. sed & omni meliori modo &c.* Quarum clausularum vis, & efficacia, maximè insimùl connexarum, ea est, vt super conclusione libelli, in qua instatur prò relaxatione bonorum, intentata dicatur omnis actio, & omne, & qualecunque remedium Actori magis proficuum, & melior via censeatur electa; Quod non solùm procedit de Iure Communi, *iux. tradit. per Barz. decis. 70. num. 42. Capyc. decis. 10. num. 22. 23. & 24. Magon. decis. Florentin. 111. num. 24. Rot. decis. 36. num. 2. par. 1. recent. & decis. 251. & 257. par. 1. diuers.* quas refert, & sequitur *decis. 135. num. 5. par. 6. & decis. 254. num. 10. ead par. 6. recen. Ludouis. decis. 270. num. 1. vsque*
19 *ad 7.* cum alijs passim; Sed etiàm de Iure Municipali huius Reip. vt *in cap. 14. & 15. lib. 1. Stat. Vniuers.* vbi sancitur in omnibus causis procedi summariè, & per Actorem intelligi intentatum quodlibet remedium probatum tamèn, licèt in petitione non deductum, & si-
20 bi magis proficuum; Ità vt accedẽtibus clausulis salutaribus suprà enunciatis, in causis sũmarijs non censeatur prohibita variatio, ità in puncto declarat *Ludouis. d. decis. 270. & Rot. decis. 251. 254. & 257. par. 1. diuers.* vbi in sũ-
21 marijs firmat, quòd remedia etiàm contraria disiunctè, successiuè, conditionalitèr, alternatiuè, & essentialitèr censentur intentata ad saluandum libellum, & ad hoc, vt Actor obtinere debeat in eo, quod probauit, vt latè nè palinodiam decantemus fuit etiàm firmatum *in decis. 15. hic impressa à num. 74. cum plurib.*
22 *seqq.* Ideòq. non obstat *Alex. cons. 121. lib. 1. à num. 10.* Nàm in casù ipsius non erant adiectæ clausulæ salutares adeò prægnantes, vt in
23 casù nostro, sed tantùm aderat clausula, *Peto Iustitiam ministrari super præmissis &c. & quolibet præmissorum &c.* Quæ non est tantæ efficaciæ, prout illa, *Agens &c. deducens &c. & omni alio meliori modo &c.* vt aduertit idem *Alex. sub num. 12. vers. præterea.* Ibi. *Nàm est magna virtus primæ clausulæ, omni meliori modo*; Vltrà quod regula contrariorum non proce-
24 dit in summarijs; Prout neque obstat *Merlin. Pignatell.* in obiecto citatus *controuers. forens. 12. centur. 1.* qui etsi dicat clausulam, *Omni meliori modo*, minimè operari extensionem ad remedia contraria; Tamen dixerunt DD. præfatam doctrinam non esse tutam, & non transire sine difficultate, *ex latè tradit. per eund. Merlin. centur. 1. cap. 34.* qui loquitur in terminis similium Statutorum huius inclytæ Reipub. *& centur. 2. controuers. 80. num. 8. cum seqq.* vbi infinitos ad propositum cumulat.

25 Et ex prædictis etiàm euitatur *decis. Lepid. 130.* quæ per DD. exaduersò Informantes adducebatur; Nàm in casù *d. decis.* Actor in cõclusione libelli dixerat contrarium eius, quod
26 ipse posteà probauerat, nec generalitèr, prout in casù prædicto Actor in libello concluserat, cuius generalis conclusionis vigore, libellus etiàm super actione inepta sustinetur, & Iudex super actione competenti, licèt non expressè deducta pronunciare potest, *ex doctr. Abb. in cap. cùm dilectus de ordinar. cognit. & in cap. fin. in fin. de iureiur. relat. per Merlin. Pignatell. controuers. 34. sub num. 12. centur. 1. Donat. Anton. de Marin. quotidian. resolut. cap. 316. per tot. lib. 1.*

Ex quibus omnibus patet, Sp. Tiberium de Fianis in sole non caligasse, sed mero Iure suffultum dixerunt DD.; Ex quo dicti de Riccis Rei conuenti aut prætendunt eorum authorẽ Iure egisse, & obtinuisse in vim enunciati fideicommissi, aut non; Si primum, non possunt euitare succumbentiam, ex quo remansit Tiberius, qui succedit, & cui perperàm fuit etiàm portio paterna occupata, & deuendita dd. Reis conuentis; Si secundum, remanet sinè scrupulo falsitas præsuppositi, cuius vigore Stephanus præfata bona obtinuit, & consequentèr locus est dimissioni eorum prò dimidia spectante d. Tiberio ex persona Cæsaris
27 eius patris; Cùm certum sit, nullum aliud Ius dd. de Riccis competere, nisi quòd ab ipso Sp. Stephano Fiano acquisiuerunt, qui nullo alio fundamento fuit consecutus à DD. Iudice, & Consulibus Curiæ Mercatorum præfatorum bonorum possessionem, seù relaxationẽ, nisi quia narrauit esse hæreditaria Simeonis Fiani senioris, & nullum alium extare de ipsius linea, & descendentia pratèr quam ipsum; Ideòq. data veritate in contrarium existentiæ Sp. Tiberij, cessat & effectus ipsius sententiæ, etiamsi in rem iudicatam esset transacta, *l. 3. Cod. ad exhiben. l. si mater §. eandem, l. is quibus tes in princ. ff. de except. rei iudic. Socin. cons. 80. col. vlt. lib. 1. Surd. cons. 268. à num. 16. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 8. Glos. 7. num. 4. Auendan.*
28 *de censib. cap. 41. num. 5.* Cùm cessante causa, ob quam fuit lata ipsa sententia, cessat & ipsa

res

res indicata, ac ipsius effectus, *Fontanell. dec. 26. num. 29. Intrigliol. decis. Sicil. 3. ex nu. 157. Gratian. discept. forens. cap. 445. num. 11. Salgad. tract. labyrinth. Credit. par. 1. cap. 25. ex*
29 *num. 34. 35. 36. 45. & 46.* & sic iure merito alienationes bonorum factæ in dd. Reos conuentos per d. Sp. Stephanum prò ea parte ad Tiberium tangente, possunt per eundem vti legitimum successorem recuperari, in terminis plures ad materiam allegans videndus *Salgad. labyrinth. Creditor. par. 2. cap. 9. num. 85. 86. 87. & 88. vers. & quod ad alienationes*, &
30 facit vulgata regula in istis terminis ponderata, quòd quandò titulus reducitur ad non titulum, res vnà cum fructibus restituitur, *Afflict. decis. 218. num. 4. & 5. Osasc. decis. 160. n. 12. Surd. cons. 372. num. 12. vol. 3. Mastrill. decis. 29. par. 1. Castill. decis. 14. num. 20.* Egomet *ad Surd. decis. 45. num. 5.* & latè fuit firmatum per *Rot. in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij 1650. coràm bo. mem. Arguellea* in cumulatis per me *post Salgad. decis. 53. num. 15. 16. 17. & 18.*

Nequè replicetur, dd. Iudices, & Consules mercaturæ in eorum sententia minimè habuisse respectum ad prædictam assertionem factam, nullum alium adesse de familia de Fianis, nisi ipsummet Stephanum, sed ex alijs &c.

31 Imò fuit responsum, istud præcipuum fuisse fundamentum, dùm certum est, quòd si Tiberius comparuisset, ipse Stephanus non obtinuisset, & sic meritò fuit consideratum per præfatos DD. Iudices, d. Sp. Stephanum fuisse proximiorem, dùm nemo comparuit, qui illum præcedere contendisset, *ad notat. per DD. in l. si potest*, ibi *Alex. Ias.* cæteriq. communitèr *ff. de acquir. hereditat. Surd. cons. 241. num. 26. & decis. 106. num. 8. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 60. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. Glos. 1. num. 6. cum seqq. Rot. decis. 693. num. 2. par. 2. recent.* & fuit firmatum *in Bononien. Legati 25. Maij 1648. coràm Reuerendiss. Roias aliàs Terraconen. §. nec ambigendum est circà med.* & magis in terminis *in Romana Fideicommissi de Carpianis 13. Ianuarij 1651. §. siquidèm circà fin. coràm R. P. D. Verospio.*

Reseruauimus tamèn d. Sp. Tiberio Actori iura talia, qualia in alio iudicio experienda, super alia portione stariorum octo in præsenti iudicio deductorum, si & quatenùs de iure cōpetat, & non aliàs, alitèr, & alio modo.

32 Absoluimus ambas partes ab expensis pluribus de causis, *ad tradit. per DD. in l. properandum §. sin autèm alterutra Cod. de iudic.*

Et ità fuit decisum vtraque parte acerrimè Informante &c.

ARGVMENTVM.

Filia vigore Statuti fauore certarum Personarum prohibita succedere in certis bonis àn, & quandò super illis possit petere legitimam, & quatenùs &c. àn illa computentur ad effectum deducendi eam, & àn legitima dicatur quota bonorum, & Ius petendi eam metiatur à Successione abintestato. Statutum exclusiuum fœminarum à certis bonis àn se extendat ad illa solùm, à quibus abintestato excluduntur, & quomodò tale Statutum dijudicetur validum fauore venientium abintestato.

SVMMARIVM.

Filia, ex Statuto prohibita succedere in certis bonis, non potest supèr illis petere legitimam, nec ipsa computantur ad effectum deducendi eam, vel dotem fauore eiusdem filiæ. num. 1. Declaratur. num. 2.

Statutum exclusiuum fœminarum à certis bonis, extendit suas vires ad illa tantùm, à quibus abintestato fœminæ excluduntur. num. 3.

Statutum recipit interpretationem à ratione, illaquè cessante, cessat eius dispositio. num. 4.

Fœminæ, inconueniens est, vt excludatur per extraneos à petitione legitimæ super bonis, à quibus vigore Statuti non potest excludi, nisi à venientibus abintestato. num. 5.

Legitimam benè prætenditur ab eo, qui est inhabilis ad succedendum abintestato data exclusione illius, qui non est scriptus in testamento. num. 6.

Legitima abintestato est quota bonorum, & Ius petendi eam semper metitur à successione abintestato. num. 7. Fallit. num. 8.

Statutum, an valeat fauore Succedentium abintestato excludens fœminas à certis bonis sitis extrà Territorium. num. 9.

Rot. Rom. *authoritas antecellit cæteris alijs. n. 10.*

Decisio LVIII.

1 OMissa facti serie in articulo, de quo agebatur fuit in nostra Rota firmatum, quòd licèt filia ex vi *Statuti* non possit succedere in certis bonis, quòd illa bona non

non computentur, ad effectum deducendi legitimam, vel dotem fauore eiusdem filiæ, nec possit super illis bonis peti legitima, ad firmata in puncto per *Socin. consl. 288. vers. confirmatur ratione clara lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 10.* vbi alios adducit.

2 Tamèn conclusionem præfatam intelligendã esse dixerunt Domini, scilicèt filiam tunc exclusam vigore *Statuti* à certis bonis, non posse super illis petere legitimam, quandò ex testamētó sunt vocati ad eadem bona illimet, quorum fauore fœmina ab intestato erat exclusa; Secùs tamèn si in testamento fuissent vocati in illis bonis extranei; Quia tunc, non obstante *dispositione statutaria*, fœmina super illis potest petere legitimam, ità in puncto dissetit *Caccheran. consl. 57. num. 2. Oldrad. consl. 113. versiù fin.* latissimè *Gabr. consl. 94. num. 10.*

3 *lib. 1.* & ratio est, quià Statutum exclusiuum fœminarum à certis bonis censetur conditum fauore illorum, qui abintestato fœminas excluderent; Vndè, illis ex testamento non vocatis, cessat ratio Statuti, sicuti deducitur per *Rot. decis. 43. num. 14. par. 7. recent.* Cùm Sta-

4 tutum recipiat interpretationem à ratione, & illa cessante, cessat eius dispositio, *Rot. decis.*

5 *363. num. 5. par. 6. recen.* Nèc est conueniens, vt fœmina remaneat exclusa fauore extraneorum à petitione legitimæ super illis bonis, à quibus vigore Statuti à Nemine alio poterat excludi, nisi à venientibus abinrestato; id quòd comprobat benè *Gabr. d. consl. 94. Caccheran.*

6 & alij suprà adducti; Cùm in Iure si quis non sit habilis ad succedendum ab intestato, sed tantùm excluditur in gratiam alterius, tunc si ille, cuius gratia excluditur, non est scriptus in testamento, potest ille, qui aliàs non esset successurus ab intestato prætendere suam legitimam facto testamento, vt in punctò *Socin. consl. 150. num. 9. lib. 1. Dec. consl. 295. num. 6. vers. & sic ex prædictis, Castrens. consl. 196. in princ. vers. & in puncto, & num. 3. vers. cùm igitur instituto extraneo lib. 1. & consl. 156. num. 28.* paritèr *lib. 1. Peregrin. de fideicomm. citat. art. 36. num. 10. in fin.* & in istis terminis fuit firmatum *in vna Romana Legitimæ Lunæ 16. Decembris 1616. coràm Card. Sacrato impress. post Merlin. de legitim. decis. 62. à num. 34. cum omnibus seqq.* vbi doctrina *Peregrin. vbi sup.* canonizatur, & respondetur ad illam satis vulgatam

7 conclusionem, quòd legitima sit quota bonorum, quam quis erat habiturus ab intestato, cùm ius petendi legitimam semper metiatur à successione ab intestato, *ex traditis per Rimin. iun. consl. 305. num. 17. & seqq. Peregr. consl. 80. num. 22. lib. 1.* cum alijs pleno calamo citatis *in Forosempronien. Bonorum 14. Martij 1650. coràm bo. mem. Bichio §. sicut filius decesserit abintestato in* cumulat. *à me post Salgad. tract. labyrinth. Credit. decis. 42. num. 14. & 15.*

8 Tamèn fuit responsum, præfatam regulam, seù conclusionem habere suas fallentias, & signantèr vt non procedat, quandò res non ità se habent ex testamento, prout se habitura erat abintestato, *ex doctr. Bald. in auth. nouissima num. 10. Cod. de inofficios. testam.* vbi paritèr *Ias. num. 49. vers. istud,* & in terminis sic respondent *Surd. consl. 404. num. 7. Gabr. cit. consl. 94. num. 2. lib. 1. idem Peregrin. cit. consl. 80. num. 49. vers. & ad illam rationem lib. 1. Thobias Non. consl. 20. num. 15. Bursatt. consl. 115. num. 4. Viuia. decis. 405. num. 19. & 23. par. 3.* & in terminis *Rot. cit. decis. 62. post Merlin. de legitim. num. 37. cum seqq.*

9 Vndè concluditur, etiàm quòd præfatum *Statutum* excludens fœminas à certis bonis sitis extrà territorium valeat omninò fauore succedentium abintestato, *ad tradita per Rot. decis. 177. ex num. 1. cum seqq. & ex num. 5. par. 5. recen.* Adeò vt ex his doctrina *Peregrin. loc. sup. adduct.* inconcussa remaneat, cùm sit fulcita non solùm rationibus, & doctrinis su-

10 prà adductis, sed etiàm roborata authoritate *Rot. Roman.* cuius authoritas cæteris antecellit, *ad tradit. per Barz. in suo consl. vnic. post decision. num. 174. Sperell. decis. For. Eccles. 121. num. 126. par. 2.* cum alijs passim.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Corpus delicti probandum est in quolibet genere delicti, etiamsi adsit quælibet constitutio, siuè dispositio, aut Statutum imponens pœnam. Identitas nunquàm præsumitur, quandò agitur de pœna irroganda. Pluralitas àn, & quandò præsumatur etiàm in asportatione grani. Testis de auditù, vel vnicus, animoseuè deponens nullam fidem facit, sed duo omni exceptione maiores requiruntur prò pœna ordinaria irroganda.

SVMMARIVM.

Negatiua optimè probatur ex reuolutione chartarum processus. num. 1.

Corpus delicti est probandum in quolibet delicti genere,

niri, etiam stante qualibet constitutione, aut dispositione, siue Statuto pœnam imponente, & de eo non constito committitur nullitas. num. 2. 3. & 4.

Identitas nunquam præsumitur, si agatur de pena irroganda. num. 5.

Pluralitas non præsumitur. num. 6. Fallit. num. 7.

Pluralitas, & non identitas, præsumitur in asportatione grani. num. 8.

Testis de auditu nullam facit fidem, nec præsumptionem; sed onus probandi contrarium spectat ad Aduersarium. num. 9. & 10.

Testis vnicus nullam fidem meretur, ac nullum probationis gradum constituit. num. 11.

Testes duo omni exceptione maiores requiruntur, vt aliquis conuincatur de maleficio, & pœna ordinaria imponi valeat. num. 12.

Testis animosè deponens non facit vllam fidem. num. 13.

Decisio LIX.

Diximus in causa coràm Nobis in gradu appellationis vertente intèr Vincentium Andreucci de Orbicciano appellantem ex vna, & Petrum Vincentij Iacobi officialem d. Communitatis, & Fiscum appellatos ex altera causa, & occasione cuiusdam sequestri, quod violatum prætendebatur à d. Vincentio Andreucci, benè, rectèq. fuisse appellatum, ac de nullitate dictum, maleq. per Perillustrem Commissarium Camaioris Iudicem à quo iudicatum, ex quo cùm ex reuolutione chartarum processus, qui dicitur optimus modus probandi negatiuam, *Hercalan. de negatiu. num. 176. Ludouis. decis. 416. num. 8.* compertum fuerit, non fuisse probatum corpus delicti, & tamèn in quolibet delicti genere satis in iure notum omnibus existit omninò illius probationem requiri, *ad text. in l. 1. §. item illud ff. ad Senatusconsul. Sillanian. Iul. Clar. q. 4. nu. 1. Barbat. cons. 166. num. 27. & cons. 201.*
3 *num. 3. vol. 2.* etiàm stante qualibet dispositione, Statuto, vel constitutione imponente pœnam, latè *Plos. cons. 30. num. 2. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 3. cap. 1, num. 2.* Adeò vt de
4 eo non constito, omne, quod superædificatur, manifesto nullitatis vitio laboret, *Rutn. cons. 80. num. 3. lib. 4. Honded. cons. 107. num. 8. vol. 1.* Cùm ergò in materia violati sequestri in res mobiles executi, corpus delicti in eo præcipuè consistat, quòd quis res easdem sequestratas prætèr Recommissarij & Domini consensum ad libitum asportauerit, & in proprios vsus conuerterit; quodq. in processu desiderari Lippis, & Tonsoribus patens est; Ideò d. sententiam, tanquàm pluribus nullitatis defectibus affectam infirmandam existimauimus.

In nihilo tamèn obstare diximus depositionem Francisci Ioannis in processu fol. 5. ibi. *Hò sentito dire da vn figliolo di d. Vincenzo, che li era stato sequestrato tutto il grano, che haueua seminato; Ben è vero, che Io poi sono stato chiamato da d. Vincenzo, che Io lo vadi ad aiutare, e battere quel poco di grano, che Io vi sono stato nel mese di Luglio, che si batte del grano &c.* Responsio enim est euidens, cùm ex d. depositione clarè concipiatur, d. testem nullam habuisse notitiam de sequestro executo contrà d. Vincentium, & sic cùm non conuincat frumentum, ad quod triturandum fuit vocatus à Vincentio, idem esse cum eo, quod Officiali recommissum fuit, stante quod datur possibile, quòd frumentum recollectum à d. Vincentio fuerit recollectum in alijs bonis, & hoc ideò non illud sequestro obnoxium; Se-
5 quitur euidentissimè illa sanè iuris conclusio, quòd quandò agitur de irroganda pœna, Identitas nunquàm præsumitur, *Vermigliol. cons. 244. num. 3. cons. 220. num. 6. cons. 272. num. 16. & cons. 74. num. 23. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 9. & præsumpt. 15. num. 2.*

6 Et licèt replicari possit, quòd pluralitas nō præsumatur, *ad notat. in l. qui iurasse §. si pater ff. de iureiuran. Bart. in l. si quis seruum §. si inter duos ff. de leget. 2. & in l. triticum ff. de verbor. obligat. Paul. de Castr. cons. 360. circa princ. num. 2. par. 2. Crauett. cons. 188. num. 18. Rot. Iannen. decis. 7. num. 8. & 15. & decis. 189. num. 5. Cephal. cons. 170. num. 45. tom. 3.* cum alijs per *Valenzuel. cons. 78. num. 14. vol. 1. Socin. cons. 28. num. 6. Paris. cons. 77. num. 13. lib. 4.* Atta-
7 men in casu, de quo agebatur, potiùs pluralitas præsumenda erat, *ad tradita per Mascard. de probat. conclus. 1197. num. 1. & seqq.* & in
8 terminis indiuidualibus grani, cuius prætendebatur asportatio, pluralitatem præsumi, non identitatem, firmauit *Rot. Rom. in posthum. per Farinac. decis. 7. par. 2. per tot.* quam decisionem sufficiat allegasse prò infirmatione dictæ sententiæ D. Iudicis A quo.

9 Paritèrq. d. depositionem Francisci in nihilo attendi debere diximus; Primò, quia fuit de auditu filij d. Vincentij querelati, cuius generis depositioni tanquàm de auditu, nullam præstari fidem ad saturitatem testantur *text. in l. testium Cod. de testib.* cum ibi notat. *cap. cum litteris extr. eod. Alex. cons. 134. num. 8.*
10 *lib. 2.* Adeò vt nullam inducat præsumptionem, sed onus contrarium probandi transferat in aduersarium, *Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 9. num. 11. & 19. Farinac. in sua prax. quæst.*

quaſt. 69. *num.* 35. *Dec.conſ.* 82. *num.* 1. *Menoch.*
conſ. 98. *num.* 55. *lib.* 1. & docuit *Abb. in cap.*
licèt ex quadam in 2. *notabil. extr. de teſt.* Secun-
11 dò, quia erat vnicus, & conſequentèr nullam
fidem mereri; ac nullum probationis gradum
conſtituere dixerunt *Gabr. tit. de teſtib. concluſ.*
1. *in princip. per text. in cap. admonere* 13. *quaſt.*
3. *Rimin. iun. conſ.* 30. *num.* 35. & quidem in
12 iure ad aliquem côuincendum de aliquo ma-
leficio, & ad imponendam pœnam ordina-
riam duos requiri teſtes conteſtes, & omni ex-
ceptione maiores, *Bald. Salyc.* & alij *in l. fin.*
Cod. de probat. Ludouic. deciſ. Lucen. 13. *num.* 60.
Farinac. in prax. Crimin. tit. de oppoſit. contrà teſt.
13 *quaſt.* 63. *num.* 233. Tertiò, quia fuit viſum,
d. teſtem ex lectura ipſius depoſitionis ani-
mosè deponere, & ſic nullam fidem facere,
iuxt. tradit. in l. qua omnia §. *penult. ff. de procu-*
rat. Crauett. conſ. 249. *num.* 4. *verſ. ſaltem negari*
poteſt, latè *Ciazz. ad Reor. defenſ. diſcept.* 70. *per*
tot. Decian. conſ. 92. *num.* 58. *vol.* 2. vndè ener-
uata illius depoſitione, ſententia lata per D.
Iudicem à quo non habebat, vbi figere pedes.

Reſeruauimus tamèn d. Querelanti iura talia, qualia experienda in Iudicio Ciuili contrà d. Querelantem prò omni ſuo iure, & intereſſe, vt vndequaq. ipſius indemnitati (ſemoto Iudicio Criminali) conſuloremus.

Et ità fuit deciſum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Rationibus alicuius adminiſtrationis, ſeù negotij ſemel diſpunctis, ac redditis àn, & quandò locus ſit iteratæ reuiſioni tàm contrà Adminiſtratorem, quàm eius hæredes, & quid dicendum concurrente tàm liberatione *hominis*, quàm *legis*; Quietatio continens receptionem certæ ſummæ *prò reſiduo* quomodò intelligenda veniat, prout pariter Calculum ſtipulatum cũ verbis *prò reſiduo*, ſeù *prò ſaldo*, an per talia verba dicatur ritè, & rectè factũ, & quandò ſecùs quænam probatio erroris requiratur. Præſcriptio ad fauorem Tutoris in reddendis rationibus quanta ſit tàm *de Iure Communi*, quàm *de Iure Municipali Lucen.* Tutor àn, & quandò teneatur de non exactis, & de alienatis mobilibus pupilli, & an habens quietantiam de omni, & toto eo, cuius occaſione Tutelę debitor remanſerit, an liberetur à debito nomine proprio contracto. Liber Tutelaris, àn, & quandò probet contrà Tertium. Euictione paſſa ſuper bonis diuiſis an, & quandò detur regreſſus ad alia bona diuiſa, & non euicta, & de alijs ad materiam.

SVMMARIVM.

Ratio ſemel reddita, iterùm reuideri non debet, neq. contrà hæredes. num. 1.

Rationes ſemel reddita habent præſumptionem prò ſe, quòd ritè, & rectè diſpunctæ fuerint, proptereà reuiſioni non eſt amplius locus. num. 2.

Rationes apparentes per Inſtrumentum publicum reddita, & calculata, præuia traditione librorũ, & ſcripturarum, non ſunt deinceps reddendæ, vt quidẽ aliquis moleſtari poteſt per hæredes. n. 3. 4.

Hæres habens quietantiam finalem prò ſe ad nouam redditionis rationem cogi nequit, num. 5.

Rationis valida præſumptio vbi reperitur, contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, maximè quandò apparet ratio reddita cum reliquatus reſtitutione. num. 6. & 7.

Ratio ſemel reddita vt retractari valeat, neceſſe conſtare debet de vero dolo, qui concludentèr probandus eſt; quandò agitur contrà hæredes. num. 8. & 9.

Iuramentum in litem ceſſat, ceſſante dolo. num. 10.

Ratio non eſt de nouo reddenda, ſi adſit quietatio de vlteriùs nihil ampliùs petendo. num. 11.

Quietatio vnà cum receptione certa ſummæ prò reſiduo *dat præſumptionem, omnes alias partitas debitas fuiſſe ſolutas, etiamſi probetur verbum* Reſiduum *fuiſſe dictam per errorem. num.* 12. & 13.

Verbum prò reſiduo *denotat reliquum fuiſſe ſolutum. num.* 14.

Non valet argumentum, tempore finitæ tutelæ debitum prò reliquatù eſt in ſumma ſcutorum, videlicèt 100. *ergò idem debitum oportet in eadem prope ſumma adeſſe tempore facta quietantia. num.* 15. & *de ratione. ibid.*

Error calculi, vt reuiſioni ſit locus, debet planè, & concludentèr probari, & non præſumptiuè, ſed per veras, & legitimas probationes. num. 16.

Error probari debet claris, & perſpicuis probationibus, nec eſt ſufficiens dicere fuiſſe erratum in redden-

reddendis rationibus. num. 17. & 18.

Error calculi in dubio non præsumitur. num. 19.

Erroris calculi exceptio statim, vel paulò post est probanda, & non post longum tempus, ac Testatoris mortem. num. 20. Assignatur ratio. n. 21.

Error est probandus taliter, vt aliter haberi non possit. num. 22.

Error calculi quomodò probandus sit. num. 23.

Erroris calculi probatia debet concludere per necesse, & non per possibile, quod excludit Actorem Agentem; nec sufficiunt legis præsumptiones. num. 24. 25. & 26.

Probatio præsumptiua non suffragatur, vbi certa, & plena requiritur. num. 27.

Calculo facto stipulato cum verbis prò residuo, seu prò saldo standum est, si deficiat concludens erroris probatio. num. 28. & 29.

Quietantiam habens prò se non tenetur exhibere quicquid relatum sit in ea, si in iure præsumatur, relatum existere penes Aduersarium. num. 30.

Confitens, se habuisse libros, & scripturas à Tutore liberato, & ad nouam redditionem pulsans, eas exhibere tenetur, & allegans deficientiam aliorum librorum, vel scripturarum, probare tenetur, etiamsi agatur de negatiua. num. 31.

Prò Actus validitate præsumitur, præcessisse ea omnia, quæ fieri, & præcedere debebant, & ista præsumptio præest omnibus alijs præsumptionibus. num. 32. & 33.

Rationis redditio requirit adhibitionem trium peritorum ex Stat. Luc. cap. 56. lib. 2. num. 34. Fallit. num. 35. 37. 38. & 39.

Solemnitas Statutaria præsumitur adhibita ex longi temporis cursù. num. 35.

Tempus longum dicitur ob decennij curriculum. num. 36.

Iudicia sunt inuenta ad dirimendas lites, quibus cessantibus, cessant & iudicia. num. 40.

Statuti forma per æquipollens adimpleri potest, ndum eius ea requiratur ad aliquem effectum, effectu quouis modo suum locum consecuto, forma non est necessaria. num. 41.

Præscriptionis exceptio de Iure Communi completur spatio 30. annorum. num. 42. & ex Stat. Luc. quinquennio in tutelis, quo elapso post expiratam tutelam Maiori denegatur audientia aduersùs eius Tutores, etiam à solutione. num. 43. & 44.

Præscriptio Statutaria censetur subrogata loco præscriptionis Iuris Communis, per quam plenariè liberatur Præscribens. num. 45. & 46.

Dictio apposita in statuto Non posse Tutores compelli ad aliquam rationem reddendam, vel ad reliqua consignandum est vniuersalis, & comprehendit omnem speciem. num. 47.

Rationem fuisse redditam, deducitur ex consignatione reliquatus. num. 48.

Reliquatus quid sit. num. 49.

Dictio Plenariè comprehendit omnes casus, nec alia adiectione indiget, nihilq. vlterius addi potest, neq. restringi. num. 50.

Ratio semel reddita cum solidatione computorum, & legis dispositio plenariam securitatem præbent. num. 51.

Declarantur cons. Socin. 92. lib. 4. & cons. Ancharan. 130. num. 52. & 53.

Ratio reddita si habeat duplicem liberationem, idest hominis, & legis non patitur aliam disputationem. num. 54.

Confessione propria nulla est maior probatio, superatq. omnes alias probationes. num. 55.

Confessio propria frustrà recipit impugnationem ab ipsam emittente, vel eius hærede. num. 56.

Confessio tunc solùm præiudicium non infert, si versetur circà ea, quæ sunt Iuris, & non pendent à potestate Confitentis. num. 57.

Statuti casus vbi habetur, inanum est leges Glos. & DD. allegare. num. 58.

Statutaria sanctio seruanda est, etiamsi esset contrà Ius, & Iuri Communi prævalet, & potentior est in loco, vbi viget. num. 59. & 60.

Tutor non tenetur de casibus fortuitis, vt si debitor pupilli decoxerit. num. 61. Fallit. num. 62.

Tutor vendens bona mobilia minoris absq. decreto Iudicis, & subhastatione reddit venditionem nullam, & ipse, eiusq. hæredes tenentur de proprio ad solutionem pretij. num. 63. & 64.

Quietatio generalis non comprehendit negotia diuersa, & separata. num. 65.

Quietatio limitata ad vnum effectum, ad illius fines, & non vltrà suas vires se extendit, & ad negotia diuersa circà personas porrigi nequit. num. 66.

Quietatio liberatoria est stricti Iuris, & strictissimè intelligenda, etiamsi contineret verba magis generalia, & ampla apta comprehendere aliquam prætensionem. nu. 67. & 68. Ampliatur. n. 69.

Quietatio restringi nequit ad ea, de quibus partes non egerunt, neq. senserunt. num. 70.

Tutor habens quietantiam de omni, & toto eo, cuius occasione tutelæ debitor remansisset, non liberatur à debito, nomine proprio contracto. num. 71. & 73.

Persona duplex repræsentata per vnum diuersa Iura habentem, secundùm personæ diuersitatem consideratur, ac si essent duæ personæ distinctæ, & separatæ. num. 72.

Liber tutelaris probat contrà Tertium, si agatur de modica summa, habito respectù ad personam minoris, eiusq. facultates, & sit solemniter confectus. num. 74.

Hæres sibi vindicat transitum omnis actionis, & passionis. num. 75. & si sit beneficiatus, id procederet in bonis hæreditarijs. num. 76.

Cohæres tenetur actione communi diuidundo de illo, quod ab hæreditate recepit. num. 77.

Frater agere potest de euictione contra alterum fratrem in diuisione bonorum ab ipsomet patre viuente facta. num. 78.

Euictio semper debetur in contractibus diuisionis, quotiescunq. aliundè proueniat, quàm ex natura rei. num. 79.

Euictionem patiens super rebus diuisis tenetur facere discussionem, antequam molestare valeat Condiuidentem. num. 80.

Immissio ad bona liuellaria datur heredibus vltimi Inuestiti non comprehensis in inuestitura, & sic multò magis continuatio. num. 81.

Contractus pars ex causa tolli potest, alia remanente. num. 82.

Decisio LX.

Spect. Alexander Antogniolus Senior de anno 1606. emancipauit SSpp. Io. Baptistã, & Eleazarum eius filios legitimos, & naturales, vt ex Instrumento rogato ab Egreg. Ser Horatio de Pagninis sub die 24. Nouembris eiusdem anni; Deindè anno 1618. die 10. Maij idem Sp. Alexander in vita sua assignauit vnicuiq. ex dd. filijs partem distinctã, & separatam suorum bonorum, cui assignationi, ratione suarum dotium consensum præstitit V. D. Orietta eorum mater, prout ex Instrumento diuisionis rogato ab eodẽ Ser Horatio de Pagninis die, mense, & anno prædictis.

Obijt postea Sp. Io. Baptista superstitibus adhùc D. Alexandro, & D. Orietta eius genitoribus, relictis post se D. Alexandro Iuniore, & V. D. Angela de Antogniolis filijs minoribus, quorum tutela delata fuit prædicto D. Alexandro eorum auo, & V. D. Oriettæ eorum auiæ, & mortuo præfato D. Alexandro Seniore, fuit in eius locum subrogatus in Tutorem D. Eleazarus filius, & prædictorum minorum patruus, qui D. Eleazarius vnà cum eius V. matre Orietta prædictam tutelam administrauerunt, vsquequò Alexander Iunior, completa ætate annorum 18. sui Iuris effectus fuit; & sic factus maior, cùm libros tutelares tentos, & confectos per dd. Tutores, aliasq. scripturas ad tutelæ administrationem pertinentes habuisset; ac diligentèr per spatium circitèr trium annorum inspexisset, seù inspici fecisset, quietantiam generalem confecit fatendo, sibi bonum computum redditum fuisse à d. D. Eleazario, alijsq. suprà mentionatis Tutoribus causa administrationis, ac tutelæ per eos gestæ, ac tantùm visis dictis computis, & libris tutelaribus, eundem D. Eleazarium remanere suum debitorem in scutis 440. quibus in pecunia numerata receptis, ipsum D. Eleazarum quietauit, & liberauit ab omni, & toto eo, quod occasione d. tutelæ administratæ ab ipso, seù ipsis prætendere potuisset, faciendo illi, seù illis generalem liberationem cum pacto perpetuo de aliquid non petendo, etiàm per *Aquilianam* stipulationem, ac cum renunciatione etiam erroris calculi; prout latiùs habetur ex Instrumento rogato ab Egr. Ser Antonio Garelio die 20. Aprilis 1649.

Postquam fuit facta d. quietatio per d. D. Alexandrum Iuniorem, qui post eam superuixit per annos nouem, de anno 1648. obijt relicta post se D. Angela sorore, ac hærede vniuersali, & prætendens se valdè grauatam in præfata computorum redditione facta per D. Alexandrum eius fratrem, ac quietantia subsecuta, supplicationem porrexit Excellentiss. Consilio, ad effectum obtinendi delegationẽ super nonnullis prætensionibus, quas habere dixit cum Sp. Hieronymo filio, & hærede d. Sp. Eleazarij, tam occasione d. Tutelæ, quàm etiam ex causa d. Alexandri Senioris, vt latiùs legitur in supplicatione; & cùm fuisset contrà supplicatum per d. Sp. Hieronymum, asserendo, se habere quietanciam finalem de administratis per eius patrem, ac alios suprà nominatos Tutores, vnà cum reliquatus restitutione facta scutorum 440. ac alias prætensiones non spernendas aduersùs d. V. D. Angelam, placuit Excellentiss. Senatui, prætensiones præfatas vtriusquè partis Rotæ committere, seù delegare, & factis hinc indè eorum incumbentijs, instructoq. processu: Hodiè dubitaui coràm DD. meis de pluribus, & præcipuè an constaret de legitima rationum redditione per d. D. Eleazarium, & sic an obstaret exceptio opposita per Sp. Hieronymum Antogniolum, scilicet de quietantia finali d. Sp. Alexandri Iunioris facta ad fauorem d. Spect. Eleazarij, & DD. vno ore degustato articulo dixerunt omninò obstare exceptionem dictæ quietantiæ, ac proptereà benè fuisse redditam rationem.

Moti potissimùm, quià clara est Iuris regula, quòd dùm Sp. Eleazarius semel reddiderit rationem, non sunt cogendi illius hæredes ad illam denuò reddendam, quià ratio semel reddita, iterùm reuideri non debet, vt in *text. in l. semel Cod. de apoc. public. lib. 10. Archidiacon. Io. Andr. & alij in cap. 1. de Cleric. ægrotant. in 6. Gutierrez de tutel. 3. par. cap. 1. num. 14. Decian. respons. 43. num. 15. vol. 4. Munnoz de ratiocin. in cap. 42. num. 1. Menoch.* post alios *de arbitrar. Iudic. cas. 209. num. 73. Rot. coràm Greg. decis. 536. num. 2. & in recent. decis. 184. num. 1. par. 2. & decis. 143. num. 1. tom. 2. par. 4.*

&

& decis. 256. num. 4. & decis. 257. num. 2. par.
2. in posthum. Farinac. Rot. nostra Lucen. decis.
2 61. num. 1. apud Mersin. Et ratio est, quià ratio-
nes semel redditæ, & calculatæ habent præ-
sumptinnem prò se, quòd ritè, & rectè dispun-
ctæ fuerint; Ideoq. ampliùs reuisioni non sit
locus, Paris. cons. 89. vol. 1. num. 1. Seraphin.
decis. 230. nu. 1. latissimè Rot. in Bononien. Red-
dit. Ration. 17. Februarij 1606. coràm Penia,
quæ est in eius impressis decis. 1202. nu. 6. tom.
2. inter Criminalia Farinac. decis. 224. num. 4.
& apud Merlin. decis. 586. num. 13. Rot. in Ro-
mana Computorum 23. Ianuarij 1640. quæ est
decis. 188. num. 6. par. 8. recent. coràm Reueren-
diss. Cerro. eod. Rot. in Romana Redditionis Ra-
tionis 10. Decembris 1646. coràm bo. mem. Peu-
tingero, §. Verùm quia, vers. imò adhuc, & fuit
dictum in istis terminis in Anconitana Reddi-
tionis Rationis 2. Decembris 1647. §. est enim
clara iuris regula, vers. & cum militet coràm Re-
uerendiss. Ghislerio.

3 Et hæc tantò magis procedunt, quàtò quià
d. Sp. Eleazarius Tutor fuit liberatus per In-
strumentum publicum, in quo D. Alexander
Iunior confessus fuit, calculatas, & redditas
fuisse rationes, & computa administrationis
tàm per d. D. Eleazarium, quàm per d. D. V.
Oriettam, præuia traditione, & consignatio-
ne librorum, & scripturarum tutelarium, vt in
præcisis terminis ratiocinatur, Ricc. in sua col-
lectan. 1915. par. 5. Rot. apud Farinac. decis. 321.
4 num. 1. in Crimin. & consequentèr non possunt
eius hæredes molestari ex præfata causa, vt in
puncto tradunt Cephal. cons. 192. num. 12. &
13. Dec. cons. 94. num. 4. Decian. respons. 43. num.
8. vers. tertiò facit lib. 4. Merlin. citat. decis. Lu-
cen. 61. n. 2. Rot. decis. 256. n. 4. par. 4. recent.
5 Vndè cùm d. Sp. Hieronymus hæres D. Eleaza-
rij habeat quietantiam finalem prò se, ad no-
uam redditionis rationem cogi non potest,
ad latè tradita per Gratian. decis. Marchię 180.
per tot. Bellon. latissimè in sua decis. Genuę 30.
6 per tot. & sic cùm militaret præsumptio prò
validitate d. rationis, DD. dixerunt, V. D. An-
gelæ de Antogniolis Actrici contrarium asse-
renti incumbere onus probandi, allegando, &
probando errorem, vel non validè redditam
fuisse rationem, Rot. decis. 71. num. 4. & decis.
143. num. 5. tom. 2. par. 4. recent. & hoc maxi-
7 mè quandò rationum redditio apparet facta
cum reliquatus restitutione, prout in præsenti
fuit; Dùm præfato D. Alexandro Iuniori prò
omni, & toto eo, quod prætendere posset d.
præfato D. Eleazario, fuerunt soluta scuta
440.; Ideoq. his concurrentibus debebat per
d. V. D. Angelam verè, & non præsumptiuè
doceri de errore, seù de non valido redditione
rationis, nè daretur processus in infinitum,
ad tradit. per Neuizzan. cons. 94. in fin. Menoch.
de arbitrar. cas. 209. in fin. Rot. decis. 71. num. 4.
8 par. 4. tom. 2. recent. & ratio est, quià ad hoc,
vt ratio semel reddita retractari valeat, opor-
tet, quòd liquidò appareat, fuisse primam cal-
culationem minùs probè factam ex dolo ta-
men alterius; ità vt necesse sit, constare de
vero dolo, Cost. in tract. re integr. quod liceat,
vel non distinct. 94. num. 11. Farinac. cons. Cri-
min. 7. num. 1. lib. 1. Dec. Escobar, & alij relati in
Romana Computorum 23. Ianuarij 1640. coràm
Reuerendiss. Cerro, quæ est decis. 188. nu. 4. cum
seqq. par. 8. recent. Rot. in Bononien. Reddit. Ra-
tion. 17. Februarij 1606. coràm Penia, quæ est
in eius impressis decis. 1202. num. 6. tom. 2. &
in Romana Redditionis Rationis 10. Decembris
1646. §. fin. coràm bo. mem. Peutingero; Maxi-
9 mè quandò agitur contrà hæredes, vt tunc
etiam dolus concludentèr veniat probandus,
iuxt. text. in l. alio iure Cod. de in litem iuran. Gal-
ganett. de tutor. lib. 2. tit. 2. num. 5. Cyriac. con-
trouers. 280. num. 24. Alex. Rhaud. decis. 215.
num. 89. Rot. in Anconitana Bonorum 22. Apri-
lis 1644. coràm bo. mem. Bichio, & latè fuit cō-
probatum in Romana Redditionis Rationis 16.
Iunij 1651. coràm R. P. D. Albergato §. iocalia
10 verè; ac proptereà dicebant DD. mei, etiam
cessare iuramentum in litem, vt comprobat
ead. Rot. coràm eod. Albergato citat. §. iocalia
in fin.

11 Quod fortiùs procedit, vbi, vt hìc, quieta-
tio cum pacto de vlteriùs nihil ampliùs peten-
do facta est, & sic non simplicitèr, quià ratio-
nes, & computa fuerunt reddita; Sed quià da-
ta fuit plenaria satisfactio, l. si quis ex Argen-
tarijs §. vltimo, & l. volunt § hac vox ff. de eden.
Farinac. d. cons. 7. num. 5. & 7. lib. 1. Cost. d. distin.
11. col. 1. Turrett. cons. 85. num. 6. vol. 1. Quæ
12 quietatio, seù liberatio stante receptione sū-
mæ scutorum 440. per d. D. Alexandrum Iu-
niorem, cùm videatur confecta cum illis ver-
bis, Pro residuo reliquatus prædictæ tutelæ, ex
hoc præsumitur, omnes alias partitas debitas
occasione d. tutelæ præcessisse, & sic fuisse so-
lutas, vt latè tradunt Octauian. Vipell. in tract.
de proposit. & aduerb. sub diction. residuum pag.
103. Farinac. decis. 48. num. 2. tom. 1. in nouiss.
& apud Seraphin. decis. 544. num. 2. & dec. 617.
num. 13. Barbos. de dictionib. dict. 348. num. 1. 2.
3. 4. & 5. Rot. Iannen. decis. 60. num. 6. Guidopap.
decis. 177. num. 2. Barz. decis. 76. num. 5. Ricc.
13 in addit. ad Fran. decis. 45. vbi conclusionem
extendit, etiamsi recipiens posset probare, se
illud verbum, Residuum, dixisse per errorem,
ex Cost. de fact. scient. & ignorant. centur. 1. di-
stinct. 20. num. 8. cum alijs pen eund. nouissimè

Egomet in addit. ad Surd. decis. 65. num. 1. & 2.
14 Quapropter cùm hoc totum constet ex con-
fessione d. Alexandri Iunioris, illud verbum,
prò residuo denotat, reliquum fuisse solutum;
l. si ex pluribus 89. & ibi Gloss. in verb. reliquum
ff. de solut. & liberat. Ias. in l. siquidem ex causa
24. num. 4. Cod. de transact. Bringius de fideius-
forib. cap. 10. §. 21. num. 33. Rot. decis. 76. num.
4. par. 5. recent. & fuit firmatum *in Romana Sal-*
uiani 30. Ianuarij 1645. §. tum tertiò cum alijs
ibi *coràm bo. mem. Bichio*, quæ est in impressis
in par. 9. tom. 2. recent. decis. 928. num. 31. & per
eand. Rot. fuit dictum *in Vercellen. Decimarum*
1. Februarij 1649. coràm Reuerendiss. Roias §. 1.
in fin. & in terminis terminantibus fuit dictum
in Romana Reintegrationis de S. Petro 14. Ia-
nuarij 1650. §. vlteriùs per tot. coràm Eminen.
Otthobono, quæ est in eius impressis *dec. 201.*
num. 21. ead. Rot. decis. 257. num. 2. par. 2. in
posthum. Farinac. & loquitur in terminis libe-
rationis factæ tutori, & receptionis certæ sū-
mæ *prò residuo*, & *in Romana Pecuniaria 7. Iu-*
nij 1647. coràm Eminentiss. Corrado §. quartò
quia circa med.

Quibus omnibus non obstat, quod diceba-
tur, d. quietationem, & liberationem sub præ-
textù erroris calculi, seù vt asseritur enormis-
simæ læsionis in eo fundatæ, nullam vim ha-
bere, cùm ex facie librorum tutelarium con-
stet, D. Eleazarium fuisse debitorem de sum-
ma scutorum 1192.8. & tamen prò residuo d.
D. Alexander Iunior nihil vltrà recepit, nisi
summam scutorum 440. & ideò ratio semel
reddita, iterùm reddi debet, quandò constat
de læsione enormissima, vel de errore cal-
culi.

Quoniam fuit responsum, quòd licèt ex li-
bris tutelaribus constet, D. Eleazarium post
finitam tutelam remansisse debitorem scuto-
rum 1192. & licèt constet solùm fuisse solutā
summam scutorum 440. Tamen ex hoc nulla
15 læsio, nullusq. error inferri potest, cùm non
valeat hoc argumentum; Tempore finitæ tu-
telæ debitum prò reliquatù erat in summa
scutorum 1192. & 8. Ergò idem debitum in
eadem propè summa aderat etiam tempore
factæ liberationis, seù quietantiæ; Quia cùm
præfata solutio scutorum 440. facta fuerit diù
post finitam tutelam, nempè post 34. menses,
& cùm fieri possit, d. tempore intermedio
plures solutiones factas fuisse per D. Eleaza-
rium ad computum d. scutorum 1192. prout
re vera factæ fuerunt; Adeò vt summa scuto-
rum 440. fuerit residuum totius reliquatus;
Cùm itentur ista simul, quòd de anno 1636. quā-
dò tutela expirauit, D. Eleazarius esset debi-
tor scutorum 1192. 8. & tamen tempore factæ
quietationis, nēpè de anno 1639. esset solùm
debitor scutorū 440. attentis, vt dixi, partitis
medio tempore solutis, prout Nobis consti-
tit, extractis ex libris publicis Perillustris Of-
ficij Abundantiæ, *Nig. de except. cap. 13. §. 12.*
num. 13. & seqq. Quæ partitæ, ideò non repe-
riuntur descriptæ in libro tutelari, ex quo tu-
tela non durabat, & libri tutelares ampliùs nō
reperiebantur penès D. Eleazarium; Quapro-
16 pter ex prædictis excluditur omnis læsio, &
prætensus error, qui debebat plenè, & con-
cludentèr probari à D. V. Angela, & quidem
non præsumptiuè, sed per veras, legitimas, &
concludentes probationes, *ad tradit. per DD.*
in l. 1. Cod. de error. calcul. Munnoz de ratiocin.
cap. 41. num. 28. Menoch. de arbitrar. cas. 209.
num. 40. Rot. decis. 101. per tot. & decis. 224. n.
5. post 2. vol. consil. Farinac. & decis. 482. num. 1.
& decis. 541. num. 2. par. 4. recent. & magis in
terminis *ead. Rot. decis. 143. num. 5. par. 4. tom.*
2. recent. & post Pic. ad Stat. Vrb. decis. 56. num.
7. Monac. decis. Lucen. 31. num. 59. Cancer. va-
riar. resol. par. 1. cap. 7. num. 153. Thomins. de tu-
tor. & curator. tract. 10. tit. 3. q. sub num. 185.
vers. 22. limita.
17 Ità quòd nòn sufficiat dicere, quòd in illis
reddendis fuerit erratum; vt in puncto firma-
runt *Neuiz. cons. 94. Roland. cons. 49. Mascard.*
de probat. conclus. 253. num. 24. & 25. Gutier-
rez de Iuram. confirmat. par. 1. cap. 40. num. 15.
18 Ideòq. semper præfatus error claris, & perspi-
cuis probationibus probari debet, *Dec. cons.*
46. num. 4. vers. non obstat, Aymon. cons. 198.
cum alijs *in Romana Redditionis Rationis 10.*
Decembris 1646. coràm bo. mem. Peutingero §.
fin. & in alijs passim.
19 Vltrà quod dicebatur, quòd assertus calcu-
li error in dubio non præsumitur, *ut tradit. per*
Dyn. in cap. quod semel col. 3. de reg. iur. in 6. Nig.
de except. cap. 12. §. 14. num. 14. ità vt d. erro-
20 ris exceptio erat statim, vel paulò post alle-
ganda, & probanda, non autem post tot an-
norum curriculum, & ipsius Tutoris mortem,
Cost. in tract. rei integr. quandò liceat vel non di-
stinct. 11. col. penult. idem Cost. in prax. conuen-
tional. par. 1. num. 377. Christoph. Marc. Medic.
examin. 53. num. 2. & decis. 66. num. 43. & de-
21 *cis. 80. num. 23.* & ratio est, quia oritur præ-
sumptio non boni Iuris, cùm videantur distu-
lisse, vt conuenirent hæredes non informatos,
Alex. cons. 184. nu. 27. lib. 1. Menoch. cons. 995.
num. 16. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. sub
num. 19. lib. 3. Munnoz de ratiocin. cap. 37. num.
6. Cyriac. controuers. forens. cap. 281. lib. 2. n. 9.
& fuit in proprijs terminis firmatum *in Augu-*
stana Redditionis Rationis 2. Decembris 1647.
coràm Reuerendiss. Ghislerio §. est enim clara iuris

regula in finalib. verb. vers. & hæc tanto fa-cilius.

22 Imò dicebatur, quòd taliter error conclu-denter probandus erat, vt aliter esse non pos-sit, *Petr. de Lun. cons. 8. num. 52. & 53.* Ideòq.
23 per dictos Iugales Actores debuisset probari, d. Sp. Alexandrum post finitam tutelam nil aliud recepisse, præter dicta scuta 440. vt indè constaret de errore; ità vt debitum scutorum 1192.8. per errorem extinctum fuerit cum summa scutorum 440. tantùm, *Rot. decis. 382. num. 10. par. 5. recent. Ferdinand. Bomion. inter cons. Petr. de Luna cons. 8. num. 52. & 53.* vbi
24 quòd probatio debet concludere parte cesse, & non per possibile, *Rot. decis. 38. num. 2. d.*
25 *par. 5. recent.* vbi quòd sufficit per possibile excludere Actorem agentem; ità vt non suffi-
26 ciant præsumptiones legis, *Rub. in Cod. lib. 3. tit. 31. diffinit. 13. num. 20. in alleg.* & fuit dictū *in Bononien. Decimiarum 19. Ianuarij 1646. coram clar. mem. Bichio §. quò verò ad errorem*, quæ est *decis. 381. num. 11. par. 9. tom. 2. recent.* vbi supradicta comprobantur.

Et licèt posset dici, quòd solutio non præ-sumatur, nisi probetur, cùm sit quid facti iux-
27 tà vulgata; Tamen, vt dictum est, de præsum-ptiua probatio non suffragatur, vbi certa, & plena requiritur, *Rot. decis. 9. num. 17. & decis. 202. num. 4. d. par. 5. recent.* & sic cùm d. erro-
28 ris probatio concludens deficiat, calculo iam facto standum est, *Fab. in Cod. lib. 9. tit. 31. diffinit. 8. num. 5. in allegat. Petr. de Lun. cons. 46. num. 69. & 83. Farinac. cons. 7. num. 2. lib. 1.*
29 Maximè attenta antedicta stipulatione, seu liberatione, pro residuo, seu pro saldo, *Cost. in d. tract. aut sciebat, aut ignorabat distinct. 20. num. 2. & 3. Gratian. discept. forens. cap. 486. num. 34. & cap. 716. num. 24. & 25. Barbos. de dictionib. dict. 209. per. tot. Petr. de Lun. cons. 40. num. 2. & cons. 46. num. 85. Rot. in recent. decis. 257. num. 6. par. 4.*

Neq. obstat, quod dicebatur, Sp. Alexan-drum in præfata quietantia se retulisse ad li-bros tutelares, & alias scripturas, & credidis-se, se remanere debitorē solùm in scutis 440. tunc receptis, iuxtà allegata per Informan-tes: Ideòq. cùm ex dd. libris appareant par-titæ apertæ ascendentes ad scuta 1192. non debet audiri d. Sp. Hieronymus in sua excep-tione, nisi per ipsum exhibeantur enunciatæ scripturæ, ad quas se refert d. quietantia.

30 Quia fuit responsum, quòd d. liberatio, seù quietantia non potest difficultari, quia se re-ferat ad libros tutelares, & ad alias recaputas, & scripturas, quas in iure præsumitur penès ipsum D. Alexandrum Iuniorem remansisse, & sic illius hæredes eas exhibere tenebantur, ad effectum realiter dignoscendi allegatum errorem, non autem Sp. Hieronymus, qui ha-bet quietantiam prò se, vt in terminis dixit *Rot. decis. 71. num. 2. 3. & 4. & decis. 143. num. 6.*
31 Vbi quòd Confitens se habuisse libros, & alias scripturas à Tutore, quandò illum liberauit, ad nouam redditionem faciendam pulsans, illas exhibere tenetur, & allegans non adesse alios libros, vel scripturas tenetur illud pro-bare, tanquam fundamentum suæ intentionis, etiam quòd consistat in negatiua, & num. 10. 11. & 12. & decis. 190. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.

Neq. obstat, quod dicebatur, non consta-re, dd. libros, seu scripturas fuisse traditas per D. Eleazarium d. D. Alexandro Iuniori statim finita tutela, ità vt potuerint reuideri per ip-sum Sp. Alexandrum, & potiùs præsumi consi-gnatas eodem tempore, quò fuit stipulata liberatio, seù quietatio.

Fuit enim responsum, contrarium præsumi ex lapsu temporis mensium 28. quod inter-cessit inter finem tutelæ, & celebrationem In-
32 strumenti quietantiæ; Cùm prò validitate a-ctus semper præsumantur præcessisse ea om-nia, quæ debebant fieri, & præcedere, *Barbos. axiom. 12. num. 17. 18. & 19.* vbi quòd hæc
33 præsumptio omnes alias præsumptiones vin-cit, *ex Gloss. in l. si post Cod. de iur. & fact. igno-rant. Menoch. cons. 110. num. 6. lib. 2. & de præ-sumptionib. lib. 2. præsumpt. 67. num. 1. cum seqq.* & fuit dictum in *Romana Pecuniaria 1. Iulij 1650. coram Reuerendiss. Melzio §. validitas in tellect. per mead. prof. Salgad. labyrint. Cre-dit. decis. 4. num. 1. & 2.*
34 Neq. obstat, quod strenuissimè dicebatur, in præfata redditione rationum non fuisse seruatam formam traditam *per cap. 96. lib. 2. Stat. Mineruen.* mandantem, esse adhibendos tres peritos ad reuidendam calculationem, seù rationes reddendas, quæ forma cùm non fuerit seruata per d. D. Eleazarium, meritò hæredes D. Alexandri Iunioris, stante præfata forma non seruata, instant prò noua redditio-ne rationum facienda per hæredes d. Spect. Eleazarij.
35 Quoniam fuit responsum, obiectum cor-ruere nō solùm ex cursu longi temporis, quod inducit præsumptionem huius adhibitæ solē-nitatis, *l. sicentis annis*, vbi *Ias. Cod. de pact. Honded. cons. 8. num. 38. & seqq. lib. 2. Mas-card. de probat. conclus. 1235. num. 13.* & lon-
36 gum tempus verificatur in decennio, *Lap. al-legat. 30. in fin. in nou. edition. Afflict. de Iur. prothomis. notab. 8. num. 29. Alex. cons. 17. in-cip. viso instrumento vol. 4. Bocr. decis. 254. num. 4. Salsed. in sua summ. lib. 7. cap. 26. num. 39.*

Sed

37 Sed etiam quia præfatum Statutum habet lo-
cum in pupillo, seù maiore in contentioso iu-
dicio pulsante contrà Tutorem, non autem
vbi vrbanè inuicem procedendo à semetipsis
examinantur, vel curant examinari facere, &
dispungi rationes, quod non interdicit Statu-
tum præfatum, nec confessiones liberatorias
irritat, factas à Maiore; Quò fit, vt valeat, &
noceat Confitenti, & hæredi, *Fab. in Cod. lib. 4.
tit. 14. diffinit. 17. num. 1. & 2.* & ibidem *tit.
36. diffinit. 18. num. 11. in allegat. Cephal. cons.
192. num. 8. 9. & 10. Surd. decis. 229. ad fin.* &
38 hoc dato, quòd confessio dependens à vo-
luntate confitentis esset falsa, adhuc noceret,
*Fab. in Cod. d. lib. 4. tit. 14. diffinit. 45. num. 4.
39 & 5. in alleg.* & propterea eius propria pro-
missio à se electa facit cessare prouisionem le-
gis, *l. vlt. Cod. de pact. conuent. Paris. cons. 19.
num. 10. lib. 2. Dilect. de art. testan. tit. 6. cautel.
41. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. num.
24. Hieron. Palm. cons. 75. num. 18.* & sic sine
dubio non opus erat vti medio inducto à præ-
fato Statuto; Nàm vbi partes extraiudicialit-
tèr inter se conueniunt, frustrà recurrendum
40 est ad legis dispositionem; Maximè quandò
quis extra iudicium paratus est, ea facere, ad
quæ de iure astringi posset; Iudicia enim sunt
introducta ad dirimendas lites, & controuer-
sias vigentes inter partes, quibus cessantibus,
omnia iudicia silent, *Salyc. in l. licet Prætor §.
idem scribit ff. de procul. Carleual de Iudic. lib. 1.
tit. 2. dispat. 2. num. 5.* Ex quo sequitur, quòd
cùm d. Sp. Alexander Antogniolus factus ma-
ior per spatium trium propè annorum libros
tutelares perspexerit tàm per seipsum, quàm
mediantibus alijs personis, & cognito, quòd
benè, & fidelitèr d. Sp. Eleazarius eius tutelam
administrauerit, eandem administrationem
approbauit, & in publico Instrumento hæc
omnia ad fauorem d. Sp. Eleazarij confessus
fuit, vtiq. DD. non habuerunt in considera-
41 tione præfatam formam; Vltrà quòd cùm
præfata forma, seù solemnitas inducta fuerit
ad fauorem illius, cui debet ratio reddi; po-
test huiusmodi forma per æquipollens adim-
pleri; Nàm quandò forma requiritur propter
aliquem effectum, sufficit quouismodo, quòd
effectum consequatur, licet forma non serue-
tur, *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit.
4. num. 45. & seqq. Caren. resolut. 70. num. 13.
Roman. cons. 433. num. 1. vers. 7. considero, Rot.
apud Ludouis. decis. 518.* & ibi *Beltramin. num.
11. ead. Rot. decis. 373. num. 1. in fin. par. 1. in
posthum. ead. Rot. decis. 149. num. 13. & 14. par.
6. recent. & in Romana Societatis Officij 5. Iulij
1617. coram Merlino*; quæ est in eius impressis
decis. 306. num. 6. tom. 2. Imò ad abundantiùs
d. Sp. Hieronymus Nobis extraiudicialitèr cō-
stare fecit per libros tentos per d. Sp. Eleaza-
rium, summam præfatā scutorum 1192. de
qua agebatur non in sollè, nec confusè, sed
sincerè fuisse solutam; Quapropter non erat
ampliùs remissioni locus prò d. rationum red-
ditione denuò facienda, ex suprà visis, &
fundatis.

Attento maximè quia per præfatum Statu-
tum inducitur præscriptio post quinquenniū;
42 Ità vt licet exceptio præscriptionis de Iure
Communi compleatur spatio 30. annorum,
l. calculi 8. vbi *Glos. ff. de administrat. rer. ad Ci-
uitat. pertinen. Thesaur. decis. 239. num. 12. Gra-
tian. discept. forens. cap. 823. num. 35.* De Iure
43 tamen huius Excellentissimæ Reip. comple-
tur ipsum spatio quinque annorum à die ter-
minatæ tutelæ proximè numerādorum; Adeò
vt Tutores elapso quinquennio censeantur ple-
nariè liberati, neq. ampliùs queant molestari
occasione tutelæ, & curæ per eos administra-
tæ, vt ad literam disponit præfatum Statutum
in d. cap. 56. lib. 2. & ità sæpius obseruatum, &
iudicatum fuit, & denegata fuit audientia
maioribus agentibus aduersùs eorum Tuto-
res finito quinquennio, quod in casù nostro
iam diù expirauerat, *Merlin. decis. Luc. 36. nu.
13. & decis. 61. nu. 6. §. quintò, Ferdinand. Arias
de Mes. var. resolut. lib. 2. cap. 14. num. 13.* vbi
44 quòd sicut solutione, ità & præscriptione se-
curus remanet Tutor, qui tempore liberatus
est, & facillimè fuit firmatum *per istam Rot. in
causa Hospitalis S. Lucæ de Misericordia cum D.
Elisabetha vxore M. D. Andreæ de Florentinis de
anno 1613. in §. accedit prædictis*, & d. Statuta-
45 ria præscriptio censetur subrogata loco præ-
scriptionis Iuris Communis, *Bart. in l. 4. §. si
viam sub num. 3. ff. de vsurpationib. & vsucapio-
nib. Paris. cons. 66. num. 91. lib. 3. Balb. de præ-
script. 4. par. principal. quæst. 28. num. 4. Hon-
ded. cons. 24. num. 15. lib. 1. Fenzon. ad Stat. Vrb.
46 cap. 197. num. 192. in fin.* & per consequens ex
isto capite DD. dixerunt, Sp. Hieronymum
Antogniolum esse tutum, ac plenariè libera-
tum, *ad tradit. per Rot. Lucen. apud Merlin. d.
decis. 36. num. 13. & decis. 61. num. 6.*

Neq. obstat, quòd dicebatur contrà vlti-
mum motiuum, scilicèt præfatum Statutum
tantùm comprehendere illos, qui nullam ra-
tionem reddiderunt; Nàm tunc elapso quin-
quennio vllo modo valeant molestari; secùs
verò si infrà quinquennium ratio sit reddita, &
non benè, quia tunc actio durat vsque ad 30
annos.

47 Quia fuit responsum, quòd vltrà clausulas
generales, & prægnantes, quibus vtitur præfa-
tum Statutum in casù, quo sit elapsum quin-
quen-

nium, non posse Tutores compelli ad aliquã
rationem reddendam, vel ad reliqua consi-
gnandum, loquitur etiam per dictionem illam
obliquam, quæ est vniuersalis, & compræhen-
dit omnem speciem, *Barbos. de dictionib. dict.*
22. num. 1. Grat. dict. 15. num. 1. & hoc magis,
quandò est posita in oratione negatiua, vt cõ-
prehendat vtrumq. casum, nempè casum non
redditæ rationis, & casum, quo fuerit reddita
ratio, & Tutor remanserit debitor reliquatus;
48 Ex quo consignatio reliquatus supponit, ra-
tionem fuisse redditam, vt tradunt *Ias. cons. 2.*
Menoch. de arbitr. cas. 209. num. 21. & 22. vbi
49 quòd reliquatus est residuum illius, quod post
redditas rationes apud ipsum Administrato-
rem superest, *Sola ad Constit. Sabaud. tit. decret.*
quaest. 2. par. Glos. 3. num. 40. fol. 101. & sic
dùm præfatum Statutum voluit elapso quin-
quennio nõ teneri amplius Tutores ad con-
signationem reliquatus, patet ad sensum, in-
cludi in d. præscriptione quinquennali etiam
casum, quandò præcessit redditio rationis, &
ex dicta ratione Tutor debitor remanserit, & sic Tu-
tor debet intelligi plenariè liberatus; Ità vt nõ
possit dici liberatus solùm in casù non reddi-
50 tæ rationis; Quia d. dictio, *Plenariè*, compre-
hendit omnes casus, neq. alia adiectione indi-
geat, nihilq. vlteriùs addi possit, neq. restrin-
gi, *Barbos. de dictionib. dict. 261. num. 4. & 7.*
Grat. dict. 172. num. 2. Aliàs si contrarium di-
ceretur, sequeretur absurdum, quòd melioris
conditionis esset ille, qui nullam penitùs ra-
tionem intrà quinquenniũ reddidisset, quàm
ille, qui illam reddidisset, sed minùs legitimè,
51 quod dici non debet; Cùm concurrant insi-
mul ratio semel reddita cum consolidatione
computorum, & legis dispositio plenariam
securitatem præbens, *ad tradit. per Ludovic.*
cons. 100. num. 5.
52 Ex quibus omnibus patet responsio ad *cons.*
Socin. 92. lib. 4. & ad cons. Ancharan. 130. Quià
in eorum facti specie concurrebat angustia
temporis paucorum dierum, postquam Adul-
tus excesserat minorem ætatem; prout etiam
concurrebat qualitas administrationis, quæ
versabatur non solùm circà ingentem hæredi-
tatem; sed etiam circà societatem, seù nego-
tiationem mercantilem, & propterea impos-
sibile erat, quòd Adultus infrà tàm breue spa-
tium ignarus mercaturæ, & negotiationis po-
tuisset intrà paucos dies dd. rationes omnes
dispungere, & ideò attenta huiusmodi inueri-
similitudine, seù impossibilitate firmatur ibi,
standum non esse assertioni etiam iuratæ d.
Adulti; Quæ omnia cessant in casù nostro, in
quo D. Alexander per spatium 34. mensium
retinuit apud se libros tutelares, ipsosq. vidit,
& perspexit, & commodè omnes partitas, &
computa dispungere potuit; Vndè est, quòd
eius assertioni contentæ in dicto instrumento
quietantiæ credendum sit, cùm ei non repu-
gnet impossibilitas, nec inuerisimilitudo, quæ
concurrebat in casù *Ancharan. & Socin. vbi*
suprà.
53 Vltrà quod *Socin. in d. cons. 92.* vllam respon-
sionem accommodat ad suprà citatam quin-
quennalem præscriptionem statutariam; Ità
vt de præscriptione Statuti nullum verbum
54 *in tot. d. cons.* & sic cùm in præsenti non solùm
habeamus liberationem, & confessionem Sp.
Alexandri, sed vlteriùs elapsi essent plusquàm
octo anni, quibus superuixit d. Sp. Alexander,
& semper tacuit, & sic duplex liberatio, scili-
cet & hominis, & legis concurrere videtur,
non poterat super ea ampliùs disputari, benè
55 *Ludovic. cons. 160. num. 5.* Hominis, scilicet
propria confessio d. D. Alexandri, quæ dicitur
maior probatio, & superat omnes alias pro-
bationes, *l. 1. Cod. de confess. l. cum te Cod. de*
transact. l. generaliter Cod. de non numerat. pe-
56 *cun.* & frustrà contrà propriam confessionem
emittens illam, ipse, seù hæres impugnare
contendit, *auth. qui contrà propriam Cod. de non*
numerat. pecun. Alex. cons. 127. num. 2. lib. 4.
Crauett. cons. 61. num. 3. Rot. decis. 758. num. 2.
par. 1. in posthum. & decis. 193. num. 12. ead.
57 *par. 1.* Quapropter cùm d. redditio rationis
consistat in facto, & pendeat à voluntate par-
tium, confessio redditæ rationis sine dubio
confitenti, & ipsius hæredibus præiudicat;
Cùm eo tantùm casù confessio præiudicium
non inferat, quandò versatur circà ea, quæ iu-
ris sunt, & non pendent à potestate confiten-
tis, *l. Confessionibus ff. de interrogat. actionib.*
Crauett. cons. 93. lib. 1. Ferall. decis. 185. num. 4.
par. 1. Rot. Roman. decis. 768. num. 7. par. 1. in
posthum. Legis scilicet præsumptione præfati
Statuti, quam non licet in controuersiam re-
58 uocare; Nam vbi casum Statuti habemus,
inanum est leges, *Glos. &* DD. allegare *Am-*
brosin. decis. Perusina 3. nu. 14. & decis. 23. n. 16.
59 Ità vt etiamsi præfata sanctio statutaria esset
contrà ius, seruanda veniret, *ad tradit. per Pa-*
ris. cons. 86. in fin. vers. si autem Statutum lib. 1.
60 *& cons. 20. num. 5. & seqq.* Imò Iuri Commu-
ni præualet, & potentior est in loco, vbi vi-
get, *Aymon. cons. 137. sub num. 7. Ioseph Ludo-*
uic. decis. Perusina 9. num. 30. & fuit dictum in
Spoletana. Successionis 19. Iunii 1651. coram
R. P. D. Celso §. instituta pariter.

Quibus sanè se ità habentibus, deuentum
fuit ad resolutionem aliarum prætensionum
hinc indè in actis deductarum, & in rescripto
delegatorio comprehensarum; quæ vel quid
sepa-

separatum à quietantia præfata, separata indigebant discussione; & quoad primam DD. dixerunt, d. Sp. Hieronymum Antogniolum condemnandum fore prò medietate scutorū 320., de quibus D. Alexander Senior Tutor constituit se proprio nomine debitorem D. Alexandri minoris prò quadam cedula recepta à Blasio Cardonio prò pretio mobilium venditorum Galantino de Galantinis; Moti
61 quià licèt Tutor non teneatur de casibus fortuitis, & in specie si debitor pupilli decoxerit, *vt per Borgnin. de Tutor. num.* 114. Attamen
62 cùm præfatus D. Alexander Senior promiserit, & se proprio nomine obligauerit releuare indemnem d. minorem in casu, quo dictum creditum à Blasio Cardonio exigi nequiuisset, non poterat difficultari, hæredes dicti D. Alexandri expromissoris teneri ad solutionē dd. scutorum 320. prò medietate tantùm, etsi d. promissio posset dici nudo pacto facta; Vndè cùm d. D. Alexander Senior se constituerit proprium debitorem, efficacitèr remāsit obligatus dato, quòd nulla interfuisset stipulatio, cùm intret actio de constituta pecunia, *§. de constituta, & ibi DD. instit. tit. de actionib. l. 2. Cod. de constit. pecun. l. cùm qui §. quod exigimus ff. eod. Oynotim. in §. in personam num.* 6. 7. 8. *& 9. Instit. de actionib. Pirr. Maur. de fideiussorib. in prælud. cap. 4. per tot.*
63 Vltrà quod fuit consideratum per vnum ex DD., quòd venditio præfatorum mobilium cùm fuerit facta absq. debitis solemnitatibus, scilicèt absq. decreto Iudicis, & absq. subhastatione, à principio d. venditio fuit nulla, & inualida, *ad text. in l. lex, quæ Tutores Cod. de administrat. Tutor.* latè *Borgnin. de tutor. num.* 125. *&* 129. nouissimè ad materiam videndus, quæ latè congerit *D. Gregorius de Ganauerro in suo consl. 6. art. 2. & 3. per tot. impresso post*
64 *suas decisiones R. C. S. Neap.* & consequentèr tàm d. D. Tutor, quàm ipsius hæredes de proprio ad solutionem præfati pretij tenentur, *Rolan. cons. 49. num. 38. lib. 1. Borgnin. d. tract. de tutor. num.* 124. Quapropter stante præfata nullitate non poterat Sp. Hieronymus, vti hæres, se eximere à præfata solutione.

Cui resolutioni non obstat, quod dicebatur, præfatum creditum paritèr fuisse extinctum per quietantiam subsecutam de tutela, aliisq. administratis per q. Alexandrum, & cōsequentèr vti habens dependentiam, & originem à negotio tutelari, diiudicandum esse, dictam prætensionem inclusam in præfata quietantia, siuè &c.
65 Fuit enim responsum, d. Instrumentum quietantiæ fuisse factum super ratione reddita à D. Eleazario, & D. Orietta de administratis ab eis, vti Tutoribus præfati Alexandri minoris, qui D. Alexander maior factus ipsum D. Eleazarium, & D. Oriettam quietauit, & liberauit ab omni, & toto eo, quod occasione d. tutelæ ab eis prætendere potuisset; Vndè cùm debitum dd. scutorum 320. esset proprium D. Alexandri Senioris, neq. ad illud D. Eleazarius, & D. Orietta erat aliquo modo obligata, sequitur, quòd liberatio, & quietantia facta d. D. Eleazario, & D. Oriettæ occasione eorum administrationis, non potest compræhendere liberationem D. Alexandri Senioris, vel eius hæredis à debitis ab eo proprio nomine contractis, *ut tradit. per Alex. consl. 170. num. 6. lib. 2. Ruin. consl. 25. num. 17. 18. & 19. lib. 1. Rimin. iun. consl. 491. num. 12. Rot. decis. 25. num. 4. in recentiss. par. 2.* & ratio
66 prædictorum est, quià quietatio limitata ad vnum effectum, ad illius fines, & non vltrà suas vires extendit; Adeò vt ad negotia prorsùs diuersa circà personas porrigi, & extendi minimè valeat, *l. si de certa rè Cod. de transact.*
67 Cùm liberatio sit stricti iuris, & strictissimè intelligenda, *Rot. d. decis. 25. num. 4. in recentiss. par. 2. Caputaquen. decis. 308. per tot. par. 2. Rot. in Romana Pecuniaria* 13. *Maii 1644. coràm bo. mem. Bichio impress. post Merlin. de pignor. decis.* 88. *num.* 10. vbi infinitos allegat, & hoc dato,
68 quòd essent clausulæ, & verba in d. quietatione magis generalia, & ampla, apta comprehendere d. prætensionem, *Gratian. discept. forens. cap. 737. num. 12. Surd. decis. 217. per tot. Hodiern. ad Surd. decis. 176. per tot. Rot. apud Durun. decis. 362. num. 8. & decis. 549. num. 3.*
69 *par. 1. recen.* Ità vt d. conclusio vendicet sibi locum, etiamsi Ego liberem vnum ex pluribus Reis debendi obligatis, vt ille solus intelligatur liberatus, & cæteri remaneant insolidum obligati, *l. ab omnibus*, vbi *Glos. & Bart. lib. 2. ff. de legat. 1. Rot. Romana decis. 112. num. 5. par. 1. diuers.*

Maximè quià, vt dictum est, D. Alexander constituit se debitorem præfatæ summæ proprio, non autem tutorio nomine, & consequentèr omninò contrà hæredes d. D. Alexandri non tanquàm Tutoris, sed vti obligati nominè proprio competere fuit dictum; Ideòq. non poterat præfatus Sp. Hieronymus se eximere à solutione medietatis præfatæ summæ sub prætextū d. liberationis, & quietantiæ fa-
70 ctæ D. Eleazario; Ità vt d. quietatio non possit extendi ad ea, de quibus partes non egerunt, neque senserunt, sed ad præmissa restringi debet, latè fuit dictum *in Romana Pecuniaria 14. Decembris 1646. coràm Eminentissimo Corrado §. quoniam*, quæ est *decis. 436. num. 12.*
71 *par. 9. tom. 2. recent.* Imò dato, quòd d. quietantia

tia

tia fuisset facta ipsimet D.Alexandro, & ipse
Liberatus fuisset ab omni, & toto eo, quod oc-
casione d. tutelæ per eum administratæ debi-
tor remansisset, adhùc non intelligeretur libe-
ratus ab eo, quod ipse, non vti Tutor, sed no-
mine proprio debuisset, in puncto *Alex. cons.*
170. num. 6. lib. 2. Ruin. cons. 25. num. 17. & 18.
72 *lib. 1.* & ratio est, quia quandò vnus repræsen-
tat duplicem personam, & diuersa iura habet,
secundùm personæ diuersitatem vnusquisq.
eorum consideratur, ac si essent duæ personæ
distinctæ, & separatæ, vt latè fundauit *D. Al-*
tograd. cons. 84. num. 165. lib. 1. Veruntamen
73 DD. dixerunt D. Sp. Hieronymum teneri si,
& quatenùs præfatum creditum nō fuerit exa-
ctum, aut exigi non valuerit per prædictum
D. Alexandrum Iuniorem, & fuit dictum in
Romana Pecuniaria 7. Iunii 1647. coràm Emi-
nentiss. Corrado §. penult. incipien. quià debitum.
Secundam paritèr prætensionem scutorum
24. debitorum ab Admod. R.D. Cæsare, DD.
74 dixerunt fuisse iustificatam, cùm de dicto de-
bito constaret ex libro tutelari signato lit. A.
fol. 59. qui liber etiam probat contrà Tertiū,
maximè quandò non agitur de graui summa,
sed de modica, habito respectù ad personam
d. minoris, eiusq. facultates, & d. liber est so-
lemnitèr confectus, *Ludouic. decis. Lucana 42.*
num. 39. & 40. Genua de script. priuat. lib. 4. tit.
de libr. tut. & curat. num. 42. Ideòq. cùm Sp.
75 D. Eleazarius pater Sp. Hieronymi Rei con-
uenti fuerit hæres vniuersalis d. Adm. R.D. Ce-
saris, vt fatetur ipse D.Hieronymus super 18.
& 19. ex capitulis datis per dd. Iugales de Ghi-
uizanis process. fol. 58. omnis actio, & passio
tàm actiuè, quàm passiuè in eum transiuit, *ad*
text. in l. si te bonis Cod. de iur. deliberan. l. fin. §.
sin autem vers. si quis autem temerario Cod. eod.
& fuit dictum *in Bituntina Census 5. Iulii 1649.*
coràm bo. mem. Arguelles §. non obstat in recol-
lect. per Me post Salgad. tract. labyrint. Credit.
decis. 73. à num. 15. cum seqq. Verùm contrà
76 bona hæreditaria, & iuxtà vires hæreditarias,
ex quo d. Sp.Hieronymus est hæres benefici-
tus, latissimè *Ridolphin. in sua prax. Iudiciar.*
par. 1. cap. 8. num. 252. Nig. de execut. rei Iudic.
cap. 14. §. 5. num. 27. & fuit dictum *in Romana*
Vinea 24. Martii 1651. coràm clar. mem. Peu-
tingero §. nec refert.
77 Tertiam similitèr prætensionem validam
DD. existimarunt, cùm ex processù producto
causæ possessorij summarijssimi constet, D.
Eleazariū ab anno 1641. siuè &c. vsq. ad præ-
sens exegisse à D. Iosepho Turco annuam red-
ditam stariorum 36. frumenti, quæ annua
reddita debebat esse communis inter D. Elea-
zarum, & D. Alexandrum Iuniorem, vti hæ-
reditaria q. Alexandri Senioris, vt ex d. pro-
cessù apparet, & præcipuè ex responsione D.
Hieronymi ad 6. capitulum, ibi productum
fol. 21. à terg. & consequentèr d. Sp. Hierony-
mum teneri actione communi diuidundo ad
restitutionē medietatis d. annuæ redditæ exa-
ctæ vt suprà ab anno 1641. vsq. ad præsens,
per tex. in l. 4. §. sicut, l. si quis § siuè autem, l. in
summa ff. commun. diuidund. l. ad officium §. cùm
autem Cod. eod. Oynoc. §. quidam actiones Instit.
tit. de actionib. commun. diuidun. num. 11. Habi-
to tamē respectù ad partitas exactas per DD.
Iugales de pertinentibus ad hæreditatem D.
Alexandri adhùc inter eos indiuisam, quate-
nùs tamen aliquid fuerit exactum iuxtà liqui-
dationem faciendam in executionem huius
nostræ.
Quartam paritèr prætensionem benè sub-
sistere dixerunt DD. aduersùs Sp. Hieronymū
Antogniolum prò releuatione indemnitatis
prò euictione passa à Monasterio RR. PP. Ser-
uitarum de Luca petiæ terræ obuentæ in por-
tionem Sp. q. Io.Baptistæ, prout in petitione,
cui &c. *ad text. in l. cùm pater §. euictis ff. de le-*
78 *gat. 2.* Vbi frater potest agere de euictione
contrà alterum fratrem in diuisione bonorū,
ab ipsomet Patre viuente facta, & tradunt in
puncto *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.*
118. num. 10. Blas. Michalor. de fratrib. par. 3.
cap. 39. num. 9. Maximè quià DD. visum fuit,
quòd stante expressa d. euictionis promissione
inuicem in d. diuisionis Instrumento à dd. fra-
79 tribus facta, res carebat difficultate, & in
contractibus diuisionis semper debetur eui-
ctio, quotiescunq. illa aliundè, quàm ex na-
tura rei proueniat, *Mangil. de euict. quæst. 111.*
80 *num. 81.* Verùm DD. addiderunt, tunc esse
locum præfatæ prætensioni si, & quatenus in
executionem huius nostræ sententiæ prò ple-
naria iustificatione earum intentionis docue-
rint, non valuisse releuari à Michaele Angelo
Georgij de Luca, & Bartholomæo eius filio,
siuè eorum respectiuè hæredibus authoribus
D. Alexandri Senioris, quæ excussio cùm
adhùc non appareat facta, æquum non erat
grauare d. Sp. Hieronymum vti Tertium, ac
non obligatum, antequàm fieret d. discussio,
ad text. in l. vel à debitoribus ff. de religios. &
sūptib. funer. Rot. in Imolen. Bonor. 4. Iulii 1639.
coràm bo. mem. Coccino, & fuit dictum in *Roma-*
na Lucri Dotis 1. Aprilis 1650. coràm R. P. D.
Albergato §. quod autem il 2.
Ad suprà tandem petitionem concernen-
tem solutionem factam per DD. Iugales de
Ghiuizanis in summa libr. 711. prò bonis li-
bellarijs Mensæ Episcopalis prò canonibus
decursis, & non solutis à morte indè Sp. Ale-

xandri Iunioris, dixerunt DD. non esse plenè iustificatam; Ità vt possent in præsenti iudicio obtinere; ideòq. iura talia, qualia reseruauerunt præfatis DD. Iugalibus, contrà quem, seù quos de iure in alio iudicio, ex quo bona, prò quibus egit Mensa Episcopalis peruenerunt in portionem patri d. Sp. Alexandri, & ad ipsum spectabat onus soluendi canonem, & eo mortuo, debebant hæredes, si volebant, se eximere à d. onere, præfata bona dimittere, & relaxare d. Mensæ Episcopali, aliàs ipsi censentur continuasse ad formam *cap. 12. lib. 2. Stat. Vniuers.* Ità vt nihil obstet, quòd præfata emphyteusis non esset transitoria ad hæredes fœminas, quià licitè potuit continuari in d. V.D. Angela, donec, & quousq. discuteretur, & cognosceretur de iure liuellario; Ex quo
81 non est nouum in iure, quòd hęredibus vltimi Inuestiti detur immissio ad bona liuellaria, dato, quòd non sint compræhensi in Inuestitura; Ergò & multò magis & continuatio, vt fuit firmatum *in Fanen. seù Senogallien. Bonoris 14. Martii 1646. coràm Reuerendiss. Meltio §. fin.* quam refert *ead. Rot. in Romana Domus 20. Maii 1647. coràm clar. mem. Peutingero §. fin.* Licèt Domini, vt vndequaq. indemnitati dd. DD. Iugalium de Ghiuizanis consuleretur, reseruauerint iura talia qualia, contrà quem, seù quos de iure &c.
82 Absoluimus ambas partes ab hinc indè alijs prætensionibus petitis, & in iudicio deductis, præter quam ab illa scutorum 45. obuentorum Sp. Alexandro Iuniori in diuisione mobilium vltrà eius partem q. D. Alexandri Senioris, prò qua ad formam scripti iura talia qualia d. Sp. Hieronymo in diuisione stabilium facienda reseruauimus, cùm totum fuerit per Sp. Alexandrum Iuniorem deductũ in pactum acceptatum à d. D. Eleazario, & sic intrat dispositio *text. in l. si conuenerit ff. de pact.*

Absoluimus paritèr ambas partes ab expensis præsentis iudicij, præter quam ab honorario nostro, prò quo ambas partes prò virili condemnauimus, & prò condemnatis habèri volumus, & mandauimus, & mandatum quodcunq. ad fauorem deponentis contrà nõ deponentem decreuimus, & relaxauimus.

Et ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Absolutoria ab obseruatione iudicij an, & quandò perficiatur. Statutum inducens nullitatem ipso iure, an requirat partis oppositionem. Legitimatio personarum an, & quandò sit facienda in causis summarijs, executiuis, & ordinarijs ad euitandam sententiæ nullitatem. Declaratur *cap. 23. lib. 1. Statut. Vniu. Luc.* circà tempus soluendi datiam, ac etiam *aliud Stat. cap. 89. eod. lib.* quid sit faciendum per Iudicem, decursa dilatione per eum data ad probandum.

SVMMARIVM.

Sententia lata super processũ inualido, fieri debet absolutio ab obseruatione iudicij cum reseruatione iurium iterùm agendi. num. 1.

Absolutoria præseruat iura Actori in alio Iudicio, & non perimit negotium principale. num. 2.

Stat. Vniu. Luc. cap. 16. lib. 1. *vsq. ad quam summam requirat citationem. num. 3.*

Forma Statuti non seruata, totus processus est ipso iure nullus, & omnia alia per Iudicem gesta. num. 4. & 5.

Stat. Vniu. Luc. cap. 23. lib. 1. *infrà quot tempus mandes solui datiam, & quamnam summam. num. 6.*

Statuti nullitas inducitur ex se, licèt à parte non opponatur. num. 7.

Statutum si præfigat tempus, est seruandum, & tempore non seruato, nullitas inducitur ipso iure. num. 8.

Stat. Vniu. Luc. cap. 89. lib. 1. *quidnam mandet fieri per Iudicem, decursa dilatione data ad probandum. num. 9.*

Sententia lata contrà Ius, & dispositionem statutariam est nulla. num. 10.

Legitimatio personarum an, & quandò sit facienda in causis summarijs, executiuis, & ordinarijs ad euitandam sententiæ nullitatem. num. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.

Expensæ semper reficiuntur ab Actore, quandò absolutoria prouenit ex defectũ solemnitatis substantialis, vel alio simili modo. num. 17.

Decisio LXI.

Dominos Vicarios Vicariæ Coreliæ anno 1651. condemnauit Matthæum Hieronymi Petri ad soluendum Ioanni Francisci Benedicti summam librarum 162. vigore cuiusdam chirographi contrà q. Hieronymũ Petri patrem d. Matthæi, prout in processũ, cui &c. à qua sententia statim atq. lata dict.

Mat-

1 Matthæus appellauit ad Rotam, & hodiè pro-
posita coràm DD. meis, fuerunt in voto con-
cedendam esse absolutoriam ab obseruatione
iudicij, ex eo quod dictus D. Commissarius tu-
lit sententiam super processu inualido ad fa-
uorem d. Ioannis, & consequentèr Rota exi-
stimauit d. Matthæum absoluere, saluo iure
iterùm agendi, *ad text. in cap. cùm dilecti*; vbi
*Glos. in verb. quæstione, & Abb. num. 4. de empt.
& vendit. Alex. cons. 79. num. 3. lib. 2.* quos re-
fert, & sequitur *Salust. Tiber. lib. 2. cap. 20. n.
6. post Marant. de ordin. iudic. par. 5. num. 51.*
2 *Rot. Ianuen. decis. 43. num. 3.* Cùm absolutoria
præfata Actori præseruet iura in alio iudicio,
& non perimat negotium principale; *l. & post
edictum §. circumducto ff. de iudic. cap. examina-
ta*, & ibi *Glos. verb. non tenere de iudic. Glos. in l.
properandum §. & si quidem verb. ab obseruatio-
ne Cod. de iudic. Bart. in l. Titia num. 4. & seq. ff.
de accusat. Abb. in cap. examinata num. 22. vers.
dic ergò de iudic. Bald. in l. properandum §. & si
quidem num. 19. Cod. de iudic. Marant. de ordin.
iudicior. par. 5. num. 52. vers. & vtilitas, & par.
3. 6. par. principal. 1. num. 33. Rot. Ianuen. de-
cis. 43. num. 4. Rot. Roman. post Pacific. de Sal-
uian. decis. 240. num. 3.*

3 Cumq. vt dixi, nullitas sententiæ, & proces-
sus clarè insurgat ex pluribus. Primò *ex dispo-
sitione Stat. in cap. 16. lib. 1. Stat. Vniu.* mandan-
tis, quòd in qualibet causa, & lite, cuius quan-
titas, vel æstimatio excederet florenos vigin-
tiquinque, quæ non constituit summam libra-
rum circitèr 90. persona, contra quam agi-
tur, citari debeat cùm assignatione termini
4 trium dierum vtilium; Vndè cùm summa pe-
tita per dictum Ioannem sit longè maior su-
pradicta quantitate librarum 90. citatio fuit
facta prò prima die iuris contra expressam
formam *præfati Statuti*, qua non seruata, pro-
cessus totus redditus fuit ipso iure nullus, vt in
proprijs terminis *præfati Statuti resoluit Rot.
nostra apud Cornazzan decis. 46. in fin. Lepid.
decis. 11. col. fin. Monac. decis. Lucen. 18. num. 6.*
5 quo fit, vt gesta omnia per d. D. Commissa-
rium sint ipso iure nulla, nulliusq. roboris, &
firmitatis *l. cùm hi §. si prætor, vbi Glos. in verb.
irritam ff. de transactionib.* idem *Monac. decis.
Luc. 24. num. 2. & 3. & decis. Bononien. 1. num.
1. 2. & 3.*

6 Secundò nullitas prouenit *ex disposit. Statut.
cap. 23. lib. 1. Stat. Vniuers.* mandantis, quòd
quælibet persona petens ab aliquo aliquam
pecuniæ quantitatem teneatur, ac debeat in-
frà tres dies à die primæ comparitionis per
Actorem factæ proximè, & immediatè seque-
tes soluere prò datia sex denarios prò quali-
bet libra, & casu, quo non solueretur *iuxtà
præfatam Statut. disposit.*, processus sit ipso iu-
re nullus; quod cùm Ioannes non seruauerit,
imò post sex dies post primam citationem
7 datiam soluerit, sequitur, quòd nullitas pro-
cessus est euidens *iuxtà claram disposit. Statut.*
quæ ex se procedit, licèt à parte non oppona-
tur *Rimin. sen. cons. 311. num. 25. Mogon. decis.*
8 *Lucen. 67. nu. 11.* & ratio est potens, quia quan-
dò tempus est appositum, & præfixum à Sta-
tuto, seruandum est tempus, & qui non seruat
tempus, non seruat Statuti formam, & pro-
pterea nullitas ipso iure inducitur, vt ex *Bald.
& Salycet. in authen. quæ supplicatio Cod. de
precib. Imperat. offeren. & in l. ordo Cod. de exe-
cut. rei iudic.* firmarunt *Curt. iun. cons. 166. num.
7. Socin. iun. cons. 37. num. 11. Ias. cons. 191. col.
2. vol. 2. Rolan. à Vall. cons. 72. num. 7. lib. 3.*
& est *tex. singular. in l. scire oportet §. consequens
il 2. ibi, non aliter audiri, si non fuerit seruatum
constitutum tempus ff. de excusat. tutor.* in pun-
cto *Salgad. tract. labyrint. Credit. par. 1. cap. fin.
num. 75.* & fuit firmatum in hic impressis *dec.
35. num. 54.*

9 Tertiò nullitas manifestè apparuit *ex disposi-
tione cap. 89. lib. 1. Stat. Vniu.* mandantis, quòd
decursa dilatione ad probandum data, Iudex
teneatur processum, & attestationes publica-
re, & quatenùs non adsint attestationes, seù
testes, nihilominùs teneatur publicare proces-
10 sum; Vndè cùm in casu, de quo agitur, ex
processu liqueat, quòd sub die 12. mensis Iu-
nij dictus D. Commissarius assignauerit qua-
tuor dies vtiles ad probandum, & sub die 28.
eiusdem mensis, nondùm elapso termino pro-
batorio, neq. vlla processus facta publicatio-
ne, sententiam tulit ad fauorem d. Ioannis cō-
trà d. Matthæum, quod cùm sit non solùm
contrà præfatam Statut. disposit., sed etiam cō-
trà ius, cùm fuerit lata nondum lapso termi-
no probatorio, nullitas est incontrouertibilis,
*ad tradit. per Carpan. ad Stat. Mediolanen. cap.
151. num. 251. Barz. decis. 71. num. 40. Lepid.
decis. Lucen. 31. per tot. Grat. cons. 77. num. 5.
vol. 2.* in istis terminis *Merlin. decis. Lucen. 68.
num. 11.*

11 Quartò nullitas, imò iniustitia detecta fuit
ex eo, quòd non fuit legitimata persona, tàm
ex parte Rei conuenti, quàm ipsiusmet Acto-
ris; Vndè nullo modo obtinere poterat, *l. si
quæramus ff. de testam. Rot. apud Gregor. decis.
223. num. 3.* vbi *Adden. litt. A.* Vndè ea non
12 facta, processus, & sententia ex isto etiam ca-
pite manifestæ nullitati paritèr subiacent, *Bu-
rate. decis. 424. num. 6. & decis. 785. num. 2.*
13 Non obstat, quòd præmissa non procedant,
quandò pars non opponit; quo casu valet pro-
cessus, & sententia, etiam legitimatione per-

sonarum non facta, *Glos. in l. 1. verb. filium Cod. quor. bonor.* & sic per eam dixit *Rot. apud Greg. decis. 88. num. 1. Adden. ad eund. decis. 264. n. 6.*

14 Nam fuit responsum, vt quicquid fit in summarijs, & in causis executiuis, in quibus terminis loquuntur doctrinæ suprà adductæ, & dixit etiam *Rot. apud Buratt. decis. 434. n. 6.*

15 Certum est, quòd in causa prælata, quæ tàm de sui natura, quàm *ex forma Statutorum* erat ordinaria, vt tradit in terminis *Ioseph Ludouic. decis. Lucen. 36. num. 1. & 2.* oppositio aliqua non erat necessaria; sed legitimatio erat facienda, etiam oppositione non facta, vt post *Cagnol. in l. hæredem num. 6. ff. de reg. iur. & Bald. cons. 374. num. 3. lib. 4.* distinguendo tradit *Salust. Tiber. in prax. iudic. lib. 1. cap. 44. num. 4.*

16 Quapropter cùm fuerit actum *iuxtà formam cap. 16. lib. 1. Stat. Vniuers.* quæ nequaquam etiam fuit seruata, vt suprà in prima nullitate firmaui, requirebantur solemnitates Iudicij Ordinarij, quas seruare tenebatur, ad latè de more *tradit. per Scacc. tract. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 9. num. 45. vers. ratio, & vers. confirmatur.*

17 Condemnauimus tamen Actorem, scilicèt d. Ioannem in expensis, ex eo quià ipsæ semper reficiuntur, quandò absolutoria prouenit ex defectû solemnitatis substantialis, vel alio simili modo, *Rot. Ianuen. decis. 43. num. 5. & seqq.* latissimè *Petr. Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 3. cap. 2. num. 132.* qui multos Doctores de more cumulat.

Et ita fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante &c.

ARGVMENTVM.

Hypotheca imposita in actû acquisitionis an, & quandò sit præferenda quibuscunq. alijs hypothecis Creditorum tempore anteriorum, & à quonam tempore sit dimetienda, maximè in Iudicio Graduationis. Soluens Creditori alicuius personæ an, & quandò succedat in eius anterioritatē absquè iurium cessione, & vti possit retentionis exceptione aduersus Creditores posteriores. Retentio super bonis viri an, & quandò mulieri competat. Creditor in diem, vel sub conditione an deducere valeat sua iura, & instituere actionem ad debitum consequēdum, adueniente tempore: & Contrahens cum Debitore post census impositionem, an præferatur annuis præstationibus. Datio insolutum speciei prò quantitate, an habeat vim emptionis, extinguatq. primam hypothecam, & in casum euictionis rei insolutum traditæ patienti euictionem competat actio ex empto; & an in datione insolutum facta ex causa dotis detur regressus ad primæua iura, si contingat, res insolutum datas euinci. Solemnitates interuentus Propinquorum, & decreti Iudicis, an præsumantur ex temporis cursu.

SVMMARIVM.

Filijs quandonam competat tertia pars dotis eorum matris, quæ transiuit ad secundas nuptias vigore cap. 20. vers. sed si mulier lib. 2. Stat. Vnin. Luc. num. 1.

Regula, quòd prior in tempore est potior in iure, quandò vendicet sibi locum. num. 2.

Res transire nequit in debitorem, nisi cum sua causa. num. 3.

Conditionis euentus retrotrahitur ad diem primi ortus obligationis. num. 4.

Hypotheca imposita in actû acquisitionis præferri debet quibuscunq. alijs hypothecis Creditorum tempore anteriorum. num. 5.

Debitor in actû, & initio acquisitionis potest consentire grauaminibus appositis in præiudicium Creditorum. num. 6.

Hypotheca conditionaliter stipulata comprehendit domum, quæ continetur sub obligatione omnium bonorum. num. 7.

Pacto facto de aliquo restituendo, quod idem disponat Statutum, vel lex, restitutio debetur vigore Statuti ex necessitate, & prouidentia legis, non autem ex pactione inita, quatenùs non adesset. num. 8.

Solutio ex proprijs pecunijs facta primo Creditori in extinctionem sui crediti dat subingressum soluenti in locum, & anterioritatem soluti. num. 9. Ampliatur. num. 10.

Mulier habet retentionem dotis super bonis sui viri, probata eorundem possessione cùm viuente viro, quàm ipsa defuncto. num. 11. Ampliatur. n. 12.

Soluens Creditori anteriori, non anterioritatem, sed reten-

retentionis exceptionem sibi acquirit adversus Creditores posteriores soluti. num. 13.

Creditor anterior quandonam ex pecunia alicuius dicatur dimissus, ad hoc vt succedatur in ius eiusdem. num. 14.

Mulieri absenti ex speciali dotis fauore quaeritur ius ex contractu cum alijs celebrato. num. 15.

Creditor in diem, vel sub conditione inter Creditores connumeratur, & licèt exigere nequeat, potest tamen sua iura deducere, & instituere actionem ad debitam, adueniente tempore consequendum. num. 16.

Datio insolutum speciei prò quantitate nu habeat vim emptionis, extinguatq. primam hypothecã, & in easum euictionis rei insolutam datæ, patienti euictionem competit actio ex empto de euictione, maximè si agatur ex causa dotis. num. 17. & 18.

Hypotheca metitur ratione anterioritatis temporis. num. 19.

Instrumentum habet executionem paratam. n. 20.

Creditores contrahentes cum debitore post ceasus impositionem non præferantur annuis præstationibus, quæ ex vnitate primordialis obligationis debentur. num. 21.

Hypotheca est dimetienda à tempore promissionis, ad quod retrotrahi debet conditionis euentus. num. 22.

Solutio tollit omnem obligationem, extinguitq. omnem hypothecam. num. 23.

Euictio quandò sequitur ex natura rei, qualiscunque ex tei illius promissio, nunquam debetur. n. 24.

Locatio, & ussfructus exuctio probant actus possessorios. num. 25.

Clausula Constituti operatur, vt Constituens possideat pro Domino, & penès eam remanet nisi nuda detentatio. num. 26.

Clausula Constituti transfert omnem possessionem tàm Ciuilem, quàm Naturalem in Constitutarium. num. 27.

Solemnitates interueniens Propinqui, & decreti Iudicis an, & quandò præsumantur ex cursù temporis. num. 28. & 29.

Decisio LXII.

Ex speciali Excellentissimi Senatus rescripto emanato sub die 3. Octobris 1656. causa graduationis creditorum hæreditatis q. Sp. Pompei de Lommoris Rotæ commissa, ac per ipsam benè gustatis vniuscuiusq. dictæ hæreditatis creditorum Iuribus, ac omnibus per plures sessiones inter Nos habitas sigillatim dispunctis, hodiè expediendam coràm DD. meis proposui, qui vna mecum dixerunt.

1 Primum locum fore, & esse assignandum M.D. Martino Manfredo vti cessionatio hæredum q. Alexandri Puccini vigore Instrumenti &c. ac V. D. Catharinæ viduæ relictæ d. q. Sp. Pompei, quorum actio, & hypotheca prouenit ex eodem fonte, ac vni, eidemq. Iuri innititur, nempè hypothecæ, in qua successerunt, aliàs competentis d. q. Alexandro Puccino vigore tertiæ partis dotis ad ipsum spectantis iuxtà formam cap. 26. vers. sed si mulier lib. 2. Statut. Vaniers, propter secundas nuptias, ad quas transiuit D. Maria Blanca eius mater, & secunda vxor dicti q. Sp. Pompei, cui fuit à d. q. Alexandro facta assignatio dotis cum reseruatione cuiusdam specialis hypothecæ super duabus stantijs, ac super cæteris ipsius q. Sp. Pompei bonis casù euenientis conditionis dotis restitutionis ad formam d. Statuti; Ex

2 quo regula illa desumpta ex cap. qui prior. de reg. iur. scilicèt qui prior est in tempore, potior est in iure, intelligenda semper venit in actione, & hypotheca competente creditori anteriori super bonis, quæ vel erant de tempore obligationis, vel futura erant sub dominio libero, nulliq. alteri oneri, siuè hypothecæ obnoxio debitoris, non autem super illis, quæ vel transiuerunt in debitorem cum onere alterius hypothecæ, siuè ea fuerit tacita, siuè expressa, siuè fuerit pura, siuè conditionalis conditione casuali, aut mixta, vel fuerint ab ipso debitore in actù acquisitionis, ipsoquè ortu dominij quomodocunq. obligata, & hypothecata in fauorem venditoris, vel assignatis, seù posterioris creditoris, vel cuiuscunquè

3 alterius etiam extranei; Nàm primo casù certum est in iure, rem non posse transire in debitorem, nisi cum sua causa, l. alienatio ff. de contrahen. empt. l. ad eum §. Lucius ff. de donationib. l. traditio §. quotiès ff. de nequiren. rer. dominio. cum alijs allegat. per Carleual de Iudic. lib.

4 1. tit. 2. disput. 1. num. 16. tom. 2. & euentum conditionis retrotrahi ad diem primi ortus obligationis, ad text. in l. 1. ff. qui potior. in pign. habean. Negusant. de pignorib. 5. par. principal. memb. 1. num. 11. & 14. cum seqq. Anton. de Amat. variar. resolut. resol. 5. à num. 3. vsq. ad fin. cum alijs per Cost. de retrotract. cas. 31. cap. 8. Salgad. tract. labyrinth. Credit. par. 2. cap. 21.

5 num. 3. & 4. cum seqq. In secundo verò casù pariter in iure certum est, quòd hypotheca imposita in actu acquisitionis, præferri debet quibuscunq. alijs hypothecis creditorum tempore anteriorum, ad text. in l. in traditionibus ff. de pact. l. legem Cod. eod. & in l. licèt Cod. qui potior. in pign. habean. Negusant. de pignorib. 4. par. princip. num. 33. & 34. Vinc. de Franch. decis. 97. num. 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11.

6 11. *tit.* 23. *num.* 30. *&* 31. Ea potissimùm ra-
tione, quià isti plus iuris in re acquisita præ-
tendere non possunt, quàm debitor ipse ha-
beat, qui in bonis acquirendis potest, in ipso
initio, & ortu dominij illis præiudicare, &
quodcunq. sibi magis libuerit super re onus
imponere; Nàm si fuerit in eius libera volun-
tate, & facultatè rem non emere, & in totum
non acquirere in præiudicium creditorum,
multò magis poterit grauatam aliquo pacto,
& onere acquirere, vt latissimè vltrà suprà ci-
tatos comprobat *Salgad. tract. labyrinth. Cre-
dit. par. 1. cap. 42. num. 24. 25. & 26.* & latiùs
par. 2. cap. 14. à num. 108. vsq. ad num. 117.

Vndè infertur, quòd cùm vtraq. hypotheca
de supradictis concurrat ad fauorem D. Man-
fredi, & V. D. Catharinæ ex persona d. q. Ale-
xandri Puccini eorum authoris; Vna scilicet,
7 quæ originem ducit vsq. de anno 1613. quan-
dò D. Puccinus pater d. q. Alexandri per pu-
blicum Instrumentum rogatum à Ser Basilio
Bonnaccha de anno 1643. promisit D. Mariæ
eius vxori, & matri d. q. Alexandri respectiuè,
ipsiusq. hæredibus, & successoribus restituere
dotem ab eo receptam in summa scutorum
1500. in omnem casum, & causam restitutio-
nis dotis iuxtà formam *Statutorum Lucen.* sub
obligatione omnium bonorum suorum, inter
quæ aderat domus, de qua agitur, quam do-
mum transijsse in D. Pompeum Lommori cū
onere huius hypotheceæ conditionalis stipula-
tæ de anno 1613. ad fauorem d. q. Alexandri
vti filij, & hæredis D. Mariæ, non est, qui dubi-
tet, *Donad. tract. de renuntiat. cap. 21. num. 38.*
qui plures allegat; ex quo *per disposit. cap. 29.
lib. 2.* dos debebat prò tertia parte restitui d.
q. Alexandro; Altera de anno 1643. vigore
Instrumenti celebrati, in quo extat promissio
supradictæ D. Mariæ, quàm etiam D. Pompei
eius viri vti illius fideiussoris prò restituenda,
in casù tamen restitutionis, tertia parte ei de-
bita prò legitima, seù quota statutaria post D.
Mariæ mortem cum generali obligatione om-
8 nium bonorum &c. Imò dato, quòd dictum
pactum non adesset, adhùc portio fuisset de-
bita d. q. Alexandro vigore *statuti* ex necessita-
te, & prouidentia legis, non autem ex pactio-
ne facta cum matre, ità in puncto *Donad. d.
tract. de renuntiat. cap. 13. num. 27.*

9 Nec mirum si eundem locum assignauimus
d. D. Catharinæ prò summa scutorum 200. ex
quo ex suis pecunijs dotalibus dicta scuta 200.
soluta fuere d. D. Alexandro Puccino creditori
anteriori &c. ex præfata causa redditionis ter-
tiæ partis dotis, seù legitimæ statutariæ ipsi
D. Alexandro debitæ, & sic cùm per dimissio-
nem dicti primi creditoris, & extinctionem
crediti illius ex proprijs pecunijs in locum, &
anterioritatem eiusdem subintrauerit, *ad text.
in l. 1. Cod. de his, qui in prior. credit. loc. succed.*
10 Etiam nulla interueniente iurium cessione, &
circumscripto pacto de subintrando in dicti
D. Alexandri creditoris iuribus, vt tenet *Glos.
Bart. Salycet.* & alij, firmatur *in l. cum prior ff. de
distract. pignor.* cum alijs latissimè superiùs cu-
mulatis *in decis. 2. per tot.* hìc impressa, vbi ad
11 satietatem; Attento maximè quòd V. D. Ca-
tharina probauit per tres testes, citatis cæteris
creditoribus, in præsenti iudicio examinatos;
ipsā possedisse, mortuò d. q. D. Pompeo eius
secundo viro, domum sitam Lucæ *Luogo detto
in Via Nuoua*, quam simul cum eo viuente in-
habitauerat, & retinuisse pro suis dotibus, ac
de præsenti retinere, & possidere iure proprio
primum illius solarium, diuersis Conductori-
bus locando, & pensiones exigendo iuxtà tra-
dita *per Merlin. de pignorib. lib. 3. quæst. 76. num.
1. cum seqq. Merlin. Pignatell. controuers. 89. n.
2. & seqq. lib. 1.* ac etiam in ipsius fauorem
12 specialem hypothecam dictæ domus per eam
retentæ in Instrumento adesse, *Magon. decis.
Lucen. 64. num. 6. Merlin. vbi sup. num. 27. in fin.*
13 & sic licèt concederetur, dictam D. Cathari-
nam non successisse in ius, & anterioritatem
d. D. Alexandri Puccini; Negari tamen haùd
potest, eam successisse quoad exceptionem re-
tentionis, ipsamq. tutam esse contrà alios cre-
ditores Puccino posteriores, vt latè fuit dictū
*in Romana Saluiam, seù Attentatorum 19. Iunij
1647. §. præsertim coràm bo. mem. Arguelles*, &
latissimè fuit comprobatum *in decis. 2. in ordine*
hic impressa.

14 Neq. obstare, quæ longa manù per DD. In-
formantes prò SSpp. de Macarinis adducebā-
tur, nempè non verificari, V. D. Catharinam
soluisse prædictam summam scutorum 200. d.
D. Alexandro, prout necesse erat, ad effectum,
vt in ipsius locum, & priuilegium subintraret,
sed tantùm d. V. D. Catharinam esse creditri-
cem D. Venātij de Michelettis in summa scu-
torum 500. & huiusmodi creditum fuisse per
ipsam assignatum D. Pompeo Lommori eius
viro prò dotibus ei promissis, cui cessioni fuit
præsens D. Micheletrus, & recognouit vnico
contextù in creditorem D. Pompeum, in cu-
ius computum recepit scuta 200. & reliqua
300. promisit soluere infrà certum tempus ei-
dem D. Pompeo, qui cùm esset debitor D. Ale-
xandri Puccini prò maiori summa ex causa
restitutionis dotis iuxtà statuti dispositionem
in cap. 20. *lib.* 2. delegauit solutionem dicto-
rum scutorum 200. consequendā à d. Venan-
tio: Vndè dignoscitur dictam V. D. Cathari-
nam non esse subingressam in locū d. D. Ale-

xandri;

.1 1

xandri, nec mediante cessione expressa, & cõuentionali, nec etiam legali, *ad tradita per Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. Glos. 8. par. 13. num. 8. & seqq.* & *ad* latè *tradita per Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disputat. 28. num. 25. 30. & 31. & disput. 35. num. 13.* & antè eum dixit *Franc. de Pont. cons. 87. num. 20.*

Fuit enim responsum, quòd in Instrumento anni 1648. sub die 23. Martij rogato à Ser Carello de Carellis *§. & successiuamente* extat, quòd Venantius Michelettus paciscitur cum D. Pompeo, vt reliqua scuta 200., quæ in eius manibus de dote d. D. Catharinæ remanebant, solui deberẽt Alexandro Puccino in extinctionem, & satisfactionem crediti, seù partis crediti scutorum 500. eidem Alexandro debitorum prò portione statutaria D. Mariæ eius matris, & ad effectum, vt d. V. D. Catharina succedere deberet in ius, & locum ipsius D. Alexandri, quod pactum fuit acceptatum, & stipulatum ad inuicem: Vndè sequitur, vt non possit difficultari, quin pactum illud opitule-
15 tur dictæ D. Catharinæ; Cùm in dote speciale sit, vt quæratur ius mulieri absenti ex contractù cum alijs celebrato, vt probat *text. in l. 1. §. accedit Cod. de rei vxor. action. & text. in l. vlt. Cod. de iur. dot. in princ.* & voluit *Bart. cons. 123. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 35. num. 1. & Alex. in l. admonendi num. 41. ff. de iureiur. & in cons. 4. n. 8. lib. 2.* & fuit in terminis firmatum *in Romana Saluiani 6. Iunii 1639. coràm R. P. D. Verospio §. 1. vers. & quamuis ea obligatio.*

Secundum locum fore, & esse assignandum diximus D. Nicolao Turri metiendo ipsius hypothecam ab anno 1608., quo fuit promissa d. M. Francisco eius patri, & ex quo duxit in vxorem V. D. Catharinam filiam q. Sp. Petri Andreæ, & sororem SSpp. Hieronymi, & Felini, ac M. D. Pompei de Lommoris, de cuius hæreditatis graduatione agitur cum promissione dotis scutorum 1800. in cuius computum, seù solutionem de anno 1617. ex partiũ mutua conuentione fuerunt assignata tot bona præsentia, & futura in casù cuiuscunq. euictionis illorum; & cùm de anno 1656. Spect. Pompeus de Minutolis intentauerit contrà dictum D. Nicolaum filium, & hæredem supradicti M. Francisci iudicium vendicationis cuiusdam petij terræ compræhensi in corpore bonorum, vt suprà assignatorum vti spectantium, & pertinentium iure directi dominij ad ipsum Sp. Pompeum hæredem mediante persona sui patris V. D. Camillæ Ser Antonij, vt ex testamento ipsius rogato manù Ser Iulij Colle 30. Decembris 1606., quę illud in emphyteusim concessit præfatis DD. de Lommoris, vt constat ex propria confessione dd. de Lommoris in vno Instrumento diuisionis inter ipsos celebrato de anno 1615. 12. Iannarij manù Ser Lælij Bendinelli, & vt latiùs constat ex præfato iudicio vindicationis intentato, ac pendente coràm D. Iudice Ordinario; Cumq. immineat casus euictionis partis supradictorum bonorum assignatorum, meritò diximus, d. Nicolaum Turrem esse graduandum in secundo loco, ac declarandum creditorem hæreditatis d. M. Pompei de valore, & pretio ipsius petij terræ, super quo lis pendet iuxtà liquidationem faciendam in executionem nostræ sententiæ, quatenùs eueniat conditio il-
16 lius euictionis; Cùm in iure exploratum sit, creditorem in diem, vel sub conditione inter alios creditores connumerandum esse, non quidem ad effectum, vt exigere possit, sed vt deducere valeat iura sua, & instituere actionẽ ad illud debito tempore cõsequendum, *ex traditis per Thesaur. decis. 235. per tot.* & signantèr *sub num. 7. circà fin. Mangil. de euict. quæst. 9. n. 66. & 67. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 25.* & in terminis concursus creditorum *Thesaur. quæst. forens. lib. 3. cap. 51. per tot.* plenissimè de more *Franc. Salgad. tract. labyrinth. Credit. par. 1. cap. 8. à num. 26. vsq. ad fin.*

Neq. prædictis obstare visum fuit, quod per DD. Informantes adducebatur, nempè dictã hypothecam non esse dimetiendam ab anno 1608., sed ab anno 1617., in quo prædicti DD. de Lommoris insolutum assignauerunt V. D. Catharinæ matri dicti Nicolai, & vxori M. Francisci Turris, ac quietantiam, & liberationem in amplissima forma reportauerunt, nulla facta reseruatione iurium, & hypothecarum antiquarum in casù euictionis, & consequentèr quandò eueniet casus euictionis, DD. de Lommoris tenebuntur actione ex empto oriente ex d. contractù anni 1617. rogato à Ser Horatio Pagnino die 7. Iulij, non autem vti poterit primæuis iuribus competentibus de anno 1608. iàm per solutionem extinctis;
17 Et sic intrat conclusio, quòd quandò datur insolutum species prò quantitate; Tunc datio insolutum habet vim emptionis, & extinguitur prima hypotheca, & in casù euictionis rei insolutum datæ primæua actio non reuiuiscit, sed ille, qui passus fuit euictionem agit actione ex empto de euictione oriente ex promissione euictionis, *iuxtà text. in l. eleganter vbi Glos. & DD. ff. de pignoratit. act. l. si prædium Cod. de euict. Bart. in l. si quis aliam num. 1. ff. de solut. Negusant. de pignorib. 1. membr. 6. par. num. 43. Surd. cons. 145. per tot.* & in specie *num. 34. & decis. 266. per tot.* & præcipuè *num. 6. vbi Hodiern. num. 6. & seqq. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. Glos. 8. par. 14. num. 85. Castill. decis. 5. num.*

num.1.lib.1. Gratian. diſcept. forenſ. cap.3. num. 14. & ſeqq. Vini. deciſ.256. num.7. Maſtrill. deciſ. 120. Mart. Medic. examin. 47. num. 17.18. cum ſeqq. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. num.556. & ſeqq. Buratt. deciſ.476. num.8.

18 Fuit enim reſponſum, quòd vnico ictu corruit obiectum, ex quo in datione inſolutum facta ex cauſa dotis datur regreſſus ad primæua iura, ſi contingat, res inſolutum datas euinci; Vbi enim acquiſitio non eſt perfecta, & irreuocabilis, non dicitur extincta prima obligatio, *l. qui res 96. ff. de ſolutionib. Bald. Nouell. de dot. priuileg. 19. par. 8. Surd. conſ. 145. num.34. in fin. lib.1. Boer. deciſ.237. num.2. Theſaur. quæſt. forenſ. quæſt.88. num. 13. par. 2.* vbi etiam *num. 4. & per tot.* idem tenet extrà cautam dotis, cùm perindè ſit, ac ſi ſolutum non eſſet, *l. qui concubinam §. ſi hæres ff. de legat. 3.* cum alijs *per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 759. num. 8. & 9. Mangil. de euictionib. quæſt. 145. à num.41. vſque ad fin.* qui elegantèr loquitur, & faciunt tradita *per Stephan. iun. reſolut. forenſ. reſol. 96. num. 12. 13. 14. & 15. tom.1.* & Ego addo *text.* omninò videndum & rotundum *in l. in rebus dotalibus 30. Cod. de iur. dot.*

Tertium ſanè locum aſſignandum fore diximus Sp. Pompeo Minutolo prò canonibus decurſis, & non ſolutis, metiendo hypothecam iuxtà formam Inſtrumenti diuiſionis inter fratres de Lommoris initæ de anno 1615. die 12. Ianuarij manù Ser Lelij Bandinellij iuxtà liquidationem in executionem huius noſtræ faciẽ-
19 dã; Ex quo hypotheca metitur ratione anterioritatis temporis, *ad* latè *tradita per Salgad. tract. labyrinth. Credit. par.2. cap. 4. num.138. & par.3. cap.11. num.1.2. & 3. cum ſeqq.*

Quartum locum fore, & eſſe aſſignandum V. D. Mariæ viduæ relictæ q. Paulini Maſſei, nec non Egr. D. Franciſco, & D. Iacobo filijs olim Egr. D. Macarini de Macarinis, nempè D. Mariæ prò ſumma ſcutorum 168. prò cenſibus decurſis, & non ſolutis, & dd. filijs de Macarinis prò ſcutis 90. paritèr prò cenſibus decurſis, & non ſolutis ſaluo &c. vigore Inſtrumenti cenſus rogati ab Egr. Ser Raphaele de Gambarinis die 13. Martij anni 1615. & etiã prò capitali, tàm contrà bona cenſuata, quàm contrà quos de iure, ſi, & quatenùs in executionem præſentis pleniùs liquidabitur prætenſa fundi euictio paſſa, ſin minùs contrà fundũ
20 ipſum, vt dixi; Quòd Inſtrumentum facit probationem probatam iuxtà vulgata, & executionem paratam habet, vt fuit firmatum *per Rot. in Bituntina Cenſus 5. Iulij 1649. coràm bo. mem. Arguelles in cumulatis per me poſt Salgad.*
21 *deciſ.73. num.13.* Et hoc ideò creditores contrahentes cum debitore poſt cenſus impoſitionem non præferuntur annuis præſtationibus, quæ ex vnitate primordialis obligationis debentur, *iuxtà text. in l. Lucius ff. qui potior. in pign. habean. Neguſant. de pignorib. 5. par. memb. 1. num.10. & 14. Surd. deciſ.250. num.16. Barz. deciſ.208. num.7. vſq. 12. Maſtrill. deciſ.119. ex num. 11. cum ſeqq.* latiſſimè *Salgad. tract. labyrinth. Credit. par. 2. cap.27. num. 70. Noguerol. allegat. Iuris tom.1. allegat. 17. à num. 20. cum ſeqq.*

Quintum locum fore, & eſſe aſſignandum V.D. Siluiæ Franciottæ viduæ relictæ q. Spect. Marci Antonij Franciotti prò ſcutis 276. ſaluo ſemper meliori calculo vigore Inſtrumenti aſſignationis bonorum ſub die 6. menſis Auguſti 1622. rogati manù Ser Laurentij Motroni, ac ex cauſa caducitatis paſſæ partis dd. bonorum per culpam D. Pompei aſſignantis ad formam alterius Inſtrumenti celebrati ſub die 26. Iunij 1627. manù Ser Chriſtophari Bonefidei.

22 Et licèt fuiſſet pro parte V. D. Siluiæ oppoſitum eius hypothecam dimetiendam eſſe ab anno 1604., quo dos ſibi promiſſa fuit, & quod ad prædictum effectum dictum tempus erat inſpiciendum, & ad illud retrotrahi debebat euentus conditionis reſtitutionis dotis ad latè tradita *per Merlin. de pignorib. lib.4. qu. 22. per tot. Mar. Mut. deciſ.26. num. 24.* & pleniſſimè *deciſ.93. num.8. & 9. cum ſeqq.*

Tamen aduertebant DD. primo, quòd de anno 1622. prædicti Pompeus, & fratres de Lommoris aſſignauerunt inſolutum, & nomine pagamenti prædictæ D. Siluiæ nonnulla bona, ac ipſa fratres quietauit, ac liberauit à dote ſibi promiſſa, niſi in caſù euictionis bonorum aſſignatorum, ideò d. aſſignatio inſolutum operata fuit liberationem dd. de Lom-
23 moris; Cùm per ſolutionem tollatur omnis obligatio, & omnis hypotheca extinguatur, *l. item liberatur ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluitur, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. num. 1.* latè *Merlin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq.* Quapropter licèt ſuprà firmauimus, concluſionem præfatam dationis inſolutum limitari, vt per eam non dicatur extingui primordialia iura dotis, ſed ſemper mulieri detur regreſſus, *ex DD. ibi allegat.* Attamen conſiderabant DD., quòd pars dd. bonorum aſſignatorum in dotem de anno 1622. erat emphyteutica, & canonibus obnoxia, ac propter non ſolutionem canonum fuerit ad Dominum directum reuerſa; ac ideò non verificatur caſus euictionis ſuppoſitæ in pacto reuerſiuo iurium, & hypothecarum ad fauorem D. Siluiæ, dùm non fuerunt ſibi aſſignata bona libera, ſed fuit expreſſum in prædicta

aſſigna-

assignatione, partem dd. bonorum esse emphyteuticam, & ex eis soluendum esse anno quolibet centum canonem; & proptereà si ob negligentiam dictæ D. Siluiæ, seù eius Conductoris cessatum fuerit in debita canonis solutione, & ideò factus sit locus deuolutioni, id culpæ, & facto ipsius D. Siluiæ adscribendum est, dùm passa fuit, dicta bona ad Dominum directum reuerti; Quandò enim euictio sequitur ex natura rei, qualiscunq. extet illius promissio, nunquam debetur; *Tiraq. de retract. lignager. §. 1. Glos. 9. num. 33. Roman. cons. 503. in fin. Ruin. cons. 42. num. 19. lib. 1. Rolan. cons. 51. nu. 21. lib. 4. Crauett. cons. 211. nu. 6. Honded. cons. 3. num. 42. lib. 1. Menoch. cons. 418. n. 15. vers. cæterùm, & num. 16. Morot. cons. 83. num. 14. Monac. decis. Florent. 63. num. 9. Charitat. decis. Rot. Thauen. 70. per tot.* Vltrà quàm quòd deuolutio bonorum emphyteuticorum ob canonem non solutum non potest dici euictio, quia D. Siluia recipiendo insolutum bona emphyteutica, sciebat, seù scire debebat, quòd in casu non solutionis canonis erat locus caducitati; Vndè sibi imputari debet, dùm committendo moram eius proprio facto amissionem bonorum procurauit; & eo tantùm casù euictioni præmissæ locus fuisset, si vtile dominium bonorum emphyteuticorum ab aliquo in Inuestitura comprehenso fuisset auocatū, nàm tunc factus esset locus euictioni, & D. Siluia potuisset vti primæuis iuribus &c.

Neq. valuit dicere possessionem dd. bonorum nunquàm fuisse penès d. D. Siluiam, sed ipsam remansisse penes D. Pompeum vt constat ex præcitatis Instrumētis tàm anni 1622. quàm anni 1627. & consequentèr d. assignationem suum effectum non sortitam.

Fuit enim responsum obiectum cessare in facto, & in iure; In facto quià D. Siluia exegit debitas responsiones, vt euidentèr demonstratur ex Instrumento locationis bonorum anni 1627. vbi Sp. Pompeus, factis computis de retentis, remanet debitor stariorum 25. frumenti prò tempore decurso, & sic dictam assignationem suum habuisse effectum, clarè dignoscitur, ac ipsam D. Siluiam actualitèr
25 continuasse possessionem, bona ipsa assignata locando, & affictus exigendo, qui sunt omnes actus possessorij; *Socin. cons. 13. num. 15. lib. 4. Afflict. decis. 325. num. 1. Cæsar de Graff. decis. 10. num. 2. de caus. possess. & propriet. Rot. post Poss. de manut. decis. 243. num. 2.* & fuit dictum *in Meleuitana Teuera 14. Iunij 1647. §. adeò quòd coram clar. mem. Bichio*; In iure etiā,
26 quia tàm in Instrumento anni 1622. quàm in illo 1627. adest Clausula *Constituti* ad fauorem d. D. Siluiæ, cuius vigore ille, qui possidet, possidet Domino; Cùm penès constituentem non remaneat nisi nuda detentatio, *l. quod meo, vbi Bart. num. 3. ff. de acquir. possess. Angel. cons. 373. in princ. Castrens. cons. 10. num. 3. lib. 1. Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 2. cap. 5. num. 26. Rot. decis. 551. num. 1. par. 2. & decis. 300. post Poss. de manutenendo per totam, & decis. 261. num. 15. par. 7. recent. Buratt. decis. 145. num. 2. Cauaier. decis. 118. nu. 6.*
27 Ità vt per dictam Clausulam *Constituti* omnis possessio tàm Ciuilis, quàm Naturalis fuerit translata in d. D. Siluiam, *Rot. decis. 477. num. 1. par. 1. recent. Cabaler. decis. 926. num. 2. & apud Buratt. decis. 179. num. 4.* cum alijs per *Ridolphin. vbi sup. à num. 23. cum seqq.*

Neq. replicetur, d. assignationem fuisse ab ipsius ortu nullam, & inualidam tanquàm factam contrà dispositionem *Statuti cap. 4. lib. 2.* sine interuentu Propinqui, & decreto Iudicis.
28 Fuit responsum primò, quòd ex cursu temporis præfatæ solemnitates præsumuntur, *l. si certis annis, vbi Ias. Cod. de pact. Honded. cons. 8. num. 38. & seqq. lib. 2.* & fuit per Nos firmatum *in Lucana redditionis rationis*, hic impressa *decis. 60. §. quoniam num. 35.*
29 Fuit responsum secundò, quià dato, quòd dictæ solemnitates non præsumerentur vt voluit *Rot. in vna Bituntina Census 24. Maij 1647. coram Eminentiss. Corrado §. nec iuuat*: Tamen quià d. D. Siluia in præsenti iudicio non venit impugnatiuè contrà d. assignationem, sed potiùs ipsamet in illa se confouendo, dùm petijt, se graduari ad formam, & vigore d. Instrumenti assignationis, meritò præfatum locum assignauimus.

Sextum locum assignauimus V. D. Catharinæ Lommoræ prò alijs scutis 300. debitis prò restitutione eius dotis, mediendo hypothecam ab anno 1643. ad ipsius fauorem, cui fuit acquisitum ius in bonis viri obligatis prò illius restitutione.

Vltimum locum assignauimus Sp. Ioseph Sanctino prò scutis 24. saluis semper prò prætensis fructibus, seù interesse scutorum 136. debitorum per D. Pompeū Lommorum prò restitutione tertiæ partis dotis D. Mariæ eius primæ vxoris, vt ex Instrumento rogato manù Ser Carelli de Carellis die 30. Maij 1648. ad quod &c.

Ab expensis partes absoluimus præter quā ab honorario nostro ab Excellentissimis DD. taxato, ac partes prò rata condemnauimus, & ad fauorem deponentis contrà non deponentes quodcunq. mandatum desuper, & opportunum relaxauimus.

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Citationis defectus est maior defectù Iurisdictionis. Arbitrorum sententia, vt sit valida, indiget audientia partium, & negotij discussione, & eorum potestas pendet à forma Compromissi, & an eorum assertioni in rebus non leuis præiudicij sit standum. Arbitri quomodò iudicare teneantur, & si habeant facultatem procedendi summariè, & de plano, nullaq. seruata iudicij forma, per prædicta, an dicatur sublata defensio citationis, & audientiæ, & an ad sanandum defectum citationis sufficiat allegare *text. in l. magnam Cod. de contrahen. & committen. stipulat.* Laudum latum an possit esse prò parte obligatorium, & prò parte non, & quid quandò est latum extrà petita per Compromittentes, & quid si inter Compromittentes adsit Clericus. Clericus conueniri nequit coràm Iudice sæculari etiam in mero possessorio. Declarantur *cap. 57. & 58. Rot. Luc.*

SVMMARIVM.

Iudex extrà instantiam pronuncians nulliter pronunciat. num. 1.

Statuti decisio vbi adest, cessat omnis disceptatio. num. 2.

Rot. Luc. cap. 57. & 58. *declarantur. num. 3.*

Citationis defectus est maior defectù Iurisdictionis à Statutis reseruata. num. 4. & de ratione remissiuè. num. 5.

Arbitrorum sententia prò sui validitate indiget audientia partium, & negotij discussione, cùm admstar Iudiciorum arbitria sint redacta. num. 6.

Arbitri tenentur iudicare secundùm iustitiæ vestigia, & voluntatem à iure informatam. num. 7.

Laudo est denegandæ executio, vbi non instruxerunt æstimationes bonorum, calculationes, & alia, quæ absq. præsentia, vel vocatione partium haud explicari possunt. num. 8.

Arbitrorum assertioni in decisorijs non leuis præiudicij minimè standum est. num. 9. Ampliatur. num. 10.

Arbitri si à Compromittentibus habeant facultatem procedendi summariè, de plano, nullaq. seruata forma iudicij, non ideò dicitur sublata defensio, & sic citatio, & audientia. num. 11.

Text. in l. magnam Cod. de contrahen. vel committen. stipulat. *rejicitur. num. 12.*

Arbitri, vel partes si non elegissent locum particularem prò residendo, & sententiando, quisq. ex dd. partibus non tenetur vaticinare, & vagari hinc, & illinc, vt illos inueniant. num. 13.

Principis voluntas inter casus fortuitos connumeratur. num. 14.

Tempus non potest currere nisi à die confirmationis, quandò partes ante confirmationem habuerunt actum prò nullo. num. 15.

Arbitri incredibile redditur, quòd intra quinque dies tantùm valuerint eruere, instructa causa, veritatem, & iustitiam sequi. num. 16.

Arbitrorum potestas pendet à forma compromissi. num. 17.

Laudum latum extrà petita per Compromissarios non valet. num. 18.

Laudum est nullum in totum, si Arbitri excedant potestatem eis in compromisso tributam. num. 19.

Compromissum est stricti Iuris, & strictè interpretandum. num. 20.

Laudum non continens totum negotium commissum laborat vitio nullitatis. num. 21.

Laudum redditur nullum latum per Laicum, quandò inter Compromissarios adest Clericus. num. 22.

Clericus conueniri nequit coràm Sæculari etiam in mero possessorio. num. 23.

Laudum non potest esse pro vna parte obligatorium, & pro altera parte non. num. 24.

Materia quandò est indiuidua, vlteriùs non est quærendum. num. 25.

Decisio LXIII.

SVb die 21. mensis Septembris 1655. volentes Dominicus filius, & cohæres q. Iuliani de S. Romano ex vna, & Reu. Iacobus, Sanctes, & Antonius eiusdem Dominici germani fratres ex altera procedere inter eos ad diuisionem paternæ hæreditatis, & tollere quascunq. de medio differentias, illùc vsq. inter eos subortas, siuè promouendas sub statuto inuicem tempore, inierunt compromissum in personas Sargentis Romani de Raphaelis, Hieronymi Donati, & Gnesis de Bernardis duraturum per mensem, inchoandum à die acceptati muneris, & cum pacto vt prò validitate huiusmodi compromissi intercedere deberet authoritas Excellentissimorum. An-

tiano-

tianorum; & Excellentiss. Vexellifeti Iustitiæ,
iuxtà tradita per *capit. Rota* 58.

Arbitri præfati sub die 9. Octobris acceptā-
tes iudicandi munus prædictum promiserunt,
causas omnes infrà assignatum tempus termi-
nare, iusq; & Iustitiam Compromittentibus
ministrare omni meliori modo &c.

Sub die 2. Nouembris eiusdem anni ad pre-
ces per Egr. Notarium de compromisso ro-
gatum porrectas Excellentissimis DD. Antia-
nis, & Confalonerio, seù Iustitiæ Vexellifero
sub nominibus prædictorum fratrum, fuit ob-
tentum rescriptum gratiosum comprobato-
rium d. compromissi, & sub die 8. eiusdem
mensis Nouembris supradicti Arbitri eorum
promulgarunt laudum, quod d. D. Commissa-
rio Castri Gallicani declaratum fuit ad instan-
tiam præfatorum R. Iacobi, Sanctes, & Anto-
nij esse exequendum.

Ab huiusmodi pronuncia Dominicus su-
prādictus interposuit recursum ad Rotā, obji-
ciens contrà eam, & laudum ipsum, plures ex-
ceptiones nullitatis, super quibus dato dubio
iuxtà stylum, DD. mei dixerunt bene recur-
sum, & malè commissam executionem dicti
laudi.

1 Moti primò, quia ex calculo liquidò com-
pertum fuit, D. Iudicem à quo extrà instan-
tiam pronunciasse, & sic nullitèr, ità sanciente
2 Stat, siuè *cap. Rotal. in ordin.* 55. quæ decisio
vbi adest, omnis cessat disceptatio, *Magon. de-
cis. Lucen.* 37. *num.* 9. *& decis.* 97. *num.* 3. & Nos
alibi passim diximus.

3 Secundò, quia non ità de plano hic dici po-
test iottare disposita *sub cap.* 57. *&* 58. *eiusd.
Auditorij nostri*; Non solùm quia fuit sepius de-
claratum, eas leges non resistere exceptioni-
bus, sed solùm actionem nullitatis instituenti-
bus, vt *in vna inter Sp. Alexandrum Fridrianū
ex vna, & Sp. Vincentium Trentam parte ex
altera sub* §. *nec prædictis, &* §. *sequenti, & in
alia inter Michaelem Iuliani Sanctini, & lites
consortes cum Baptista, & Magdalena Iugalibus
de Sanctinis, nec non in alia, de qua in actis Egr.
Ser Francisci Thiers* 17. *Februarij* 1644. cum
alijs per Informantes allegatis; Maximè cùm
4 defectus citationis maior sit defectù Iurisdi-
ctionis à Statutis reseruata, *Nig. de except. cap.*
12. §. 4. *num.* 11 *cum plurib. seqq.* vbi *sub nu.* 4.
5 *&* 5. rationem assignat, sed etiam quia defe-
ctus oppositi versantur in omissis petitioni-
bus, probationibus, audientia, vocatione,
6 atq; citatione ad sententiam; Siquidèm indi-
get Arbitrorum sententia pro sui validitate
audientia partium, & negotij discussione; Ad
instar namq; Iudiciorum arbitria sunt reda-
cta, *l.* 1. *ff. de arbitr. Ponede. de renunciat. cap.* 4.

7 *num.* 92. Imò tenentur Arbitri iudicare secun-
dùm Iustitiæ vestigia, & voluntatem à iure in-
formatam, *l. nemo Cod. de senten. & interlocut.
omn. Iudic.* §. *omnis auth. de iudic. cap. de li-
bellis* 10. *distinct. cap.* 1. *de constitut. l. sed licet ff.
de offic. Præsid. l. singuli Cod. de accusat. l. fin.
Cod. si contr. ius, vel vtilit. public. Gipsius decis.*
8 *Bononien.* 143. *num.* 6. & consequentèr etiam
ex hoc capite videbatur denegandam fuisse,
non autem concedendam executionem d. lau-
do, præsertim vbi, vt hic, interuenire debebāt
æstimationes bonorum, calculationes, & alia,
quæ absq; præsentia partium, vel vocatione
haud explicari poterant, *Buratt. decis.* 70. *num.*
1. 2. 4. *&* 9. *& decis.* 14. *num.* 13. *& num.* 16.

Neq; visum fuit DD. obstare, quod dicitur
in laudo de visis petitionibus partium, eo-
rumq; replicationibus coram eis deductis.

9 Nam fuit responsum assertioni Arbitrorum
in decisorijs non lensis præiudicij, minimè stā-
dum esse, *Felin. in cap. quoniam contrà num.* 2.
& 3. *extr. de iudic. Cornazzen. decis. Lucen.* 68.
num. 8. *Benuenut. decis.* 31. *num.* 6. *Buratt. decis.*
10 29. *num.* 5. Et eò multò minùs visum fuit sta-
ri non debere, quantò factis obiectionibus ex
parte d. Dominici de nulla adhibita eius vo-
catione, aut audientia, nihil fuit ex aduerso
iustificatum, *Buratt. d. decis.* 14. *num.* 15, 19.
& 20.

11 Minùs vim facere visum fuit facultatem per
dd. fratres compromittentes datam Arbitris
ipsis procedendi summariè, de plano, nullaq;
seruata forma iudicij; Nàm non ideò dicitur
sublata defensio, & sic citatio, & audientia,
Blanc. de compromiss. quæst. 1. *num.* 24. *Buratt.
decis.* 70. *num.* 1. *& seqq. Nig. de except. cap.* 12.
§. 14. *num.* 24. *& seqq. & de execut. rei iudic.
cap.* 6. §. 3. *num.* 1. 4. *&* 14. 16. *&* 21. cum vtro-
biq; latè citatis à *Gipsio decis. Bononien.* 139.
num. 37. *& seqq.*

12 Haud similitèr dixerunt DD. transire sinè
amaritudine id, quod ad sanandum vitium ci-
tationis ad sententiam fuit subtilitèr replica-
tum *per l. magnam Cod. de contrahen. vel com-
mitten. stipulat.* Nàm etsi dies vltima compro-
missi loco citationis habeatur, hic tamen hu-
iusmodi regula gratis in medium affertur,
13 dùm ipsæ partes, neq; Arbitri elegerant locū
particularem prò residendo, & sententiando,
nec Dominicus tenebatur vaticinare, aut va-
gari hinc, & illinc, vt illos inueniret, *Blanc. d.
tract. de compromiss. cap.* 9. *num.* 16. *&* 17. Vl-
trà quàm quòd cùm validitas compromissi ex
pacto penderet à confirmatione Excellentis-
simorum DD. Antianorum, & Confalonerij,
illa erat notificanda d. Dominico, vt posset
suas proponere defensiones, & prætensiones;

 Cumq;

Cumq. ſciret intendere ſibi expedire animum ad huiuſmodi iudicium ſub ea conditione inſtitutum, ſi Princeps nempè validabit com-
14 promiſſum; Principis namq. voluntas regulariter inter caſus fortuitos connumeratur, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.520. num.25. & 26.*
15 Et cùm antè confirmationem partes habuerint actum pro nullo, vtiq. tempus non potuit currere, niſi à die confirmationis, *Coſt. de retrotractionib. cap.8. caſ.5. num.23. & cap. 9. caſ.7. num.17. cum ſeqq.* ſicq. ceſſat, quod di-
16 citur de vltima die termini, & redditur incredibile, quod intra terminum quinque dumtaxat dierum Arbitri valuerint eruere, inſtructa cauſa, veritatem, & iuſtitiam ſequi, *Bart. in l. prolatam Cod. de ſentent. Blanc. de compromiſſ. cap.9. num.29. Beuintend. deciſ.31. num.2. Magon. deciſ. Lucen. 48. num.17.*

Secundò principaliter DD. peccaminoſam dixerunt ſupradictam pronunciam ex capite
17 exceſſus; Cùm enim à forma compromiſſi Arbitrorum poteſtas pendeat, *Buratt. deciſ.14.*
18 *num. 29.* & Arbitri illi in eorum laudo amplexi fuerint non ſolùm terminare ſuper non petitis, ſiuè extra petita inter eoſdem Compromittentes, & ſic perperàm, *Magon. deciſ. Lucen. 98. ſub num.19. & 25. Buratt. d. dec.14.*
19 *num.48. & ſeqq.* Sed etiam obligare hunc, & illum prædictorum ad dotes aſſignandas Sororibus in quantitate, & bonis ipſis Arbitris placitis, & ad communicandum fratribus, quod non erat hæreditarium paternum, ſed acquiſita à Dominico proprio nomine, & emptionis titulo, vtiq. propterea exceſſus efficiebatur euidens, & ideò inexequibile, ad tradita *per Rotam deciſ. 59. part. 8. recent. num. 12.*
20 Maximè cùm compromiſſaria materia ſtricti iuris ſit, & ſtrictè interpretanda, *Buratt. d. dec. 14. num. 46. Chriſtoph. Mart. Med. exam. 38. n. 2. Nig. de exec. cap.8. §. 32. num.50.*
21 Quartò, quia dd. Arbitri non diffinierunt totum negotium ipſis commiſſum, cùm nihil dixerint in laudo, quid agendum data ſupraviuentia alterius ex filijs præfati q. Iuliani abſentis, quod ſpecificè fuit eis impoſitum in ipſo compromiſſo, ſicq. etiam ex hoc capite d. laudum laborat vitio nullitatis, *Buratt. d. deciſ. 14. num. 29. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 38. diffinit. 4. num. 1. in alleg. Gipt. deciſ. Bonon. 143. n. 2.* & fuit in præciſis terminis firmatum in *Antoniſiana Laudi Lunæ 14. Iunij 1638. coram Eminentiſſ. Panzirolo*, quæ eſt *deciſ. 59. num. 10. par. 8. recent.*
22 Vltimò denìq. dictum fuit, pronunciam prædictam non poſſe ſubſiſtere, quia lata fuit ſuper compromiſſo claudicante, tanquàm haud obligatorio alterius ex compromitten-
tibus ob clericale priuilegium; quod eximit illum à quauis coactione per alios inferenda, *cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitut.* latiſſimè *So-*
23 *cin. conſ. 71. lib. 4.* & quòd Clericus non poſſit conueniri coram Sæculari etiam in mero poſſeſſorio, dixi *Egomet in mea ad Surd. addit. deciſ. 26. num. 3.* Maximè cùm in hoc, de quo agitur compromiſſo, impoſita ſit pœna Lai-
24 cis; Cùm laudum non poſſit eſſe pro vna parte obligatorium, & pro altera parte non, quia claudicaret contra d. iura diſpoſita, *Buratt. d. deciſ. 14. num. 34. 39. & 43.* Ideòq. cùm
25 materia hic ſit indiuidua, *Buratt. ibid. num. 40. cum ſeqq. Rot. deciſ. 59. par. 8. recent. num. 11.* vlterius non erat quærendum.

Et ita fuit deciſum vtraque parte acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Amicitia, & Conuerſatio cum Cōdemnatis an, & quandò præbeant indicium complicitatis. Allocutio ſecreta paulò antè commiſſum delictum an faciat indicium complicitatis, & an debeat potiùs præſumi habita in bonam, quàm in malam partem. Teſti vnico deponenti de ſecreta allocutione, vel de auditu ab illo, cui non adhibetur fides, aut danti alium in conteſtem dicentem ſe neſcire, ſiuè reuocanti primum dictum in eius repetitione; fides non eſt adhibenda. Mendacium probari debet per propriam confeſſionem, vel per duos teſtes de loco, & tempore, & an, & quandò indiciet ad inquirendum, ſiuè ad torquendum, & condemnandum. Conſocius fatens ſe criminoſum, an, & quandò faciat indicium contrà conſocium. Dictum Socij criminis in crimine occulto, & alterius generis, an, & quandò ſit attendendum, & quod indicium præbeat. Reus an, & quandò infametur per ſententiam condemnatoriam pro aliquo delicto, & non fatens in tormentis beatus dicitur, & melior reputatur, quàm anteà.

antea, Indicia remota; & imperfecta ancoalescere, & cumulari possint etiã ad arbitrariam pœnam. Carcer an, & quandò minuat pœnam, & an aliquãdò computetur in tempus exilij.

SVMMARIVM.

Amicitia, & Conuersatio cum Inquisitis, & Condemnatis præbent indicium complicitatis delicti. num. 1. Declaratur num. 2. & 5. Ponitur ratio. num. 6.

Præsumitur in dubio quis potius bonus, quàm malus, num. 3. Ampliatur num. 4.

Allocutio secreta paulò antè commissum furtum indicat complicitatem. num. 7.

Testi vnico deponenti de secreta allocutione non est vlla fides adhibenda, num. 8. Ampliatur n. 9.

Delictum factum palàm præsumitur factum sine dolo. num. 10.

Sermo, seù allocutio debet præsumi potiùs habitus in bonam, quàm in malam partem, nisi contrarium constet. num. 11.

ex Allocutione commissi delicti non oritur indicium complicitatis. num. 12.

Mendacium resultare facit considerabile indicium. num. 13.

Mendacium probari debet per propriam confessionem, vel per duos testes contestes de loco, & tempore. num. 14. Ampliatur num. 15.

Mendacium indicat tantùm ad inquirendum, non verò ad torquendum, & condemnandum. n. 16. Declaratur num. 17.

Testi deponenti de auditu ab illo, cui non adhibetur fides, non est fides præstanda. num. 18.

Testis si dat alium in contestem dicentem se nescire, redditur suspectus, & non creditur, num. 19.

Consocius fatens se criminosum, nullum facit indiciũ circa consocium. num. 20. Ampliatur num. 21. Fallit num. 22. Affertur ratio num. 23.

Socij criminis dictum in crimine occulto, & alterius generis an, & quandò sit attendendum, & quod indicium præbeat. num. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.

Testis si reuocauerit primum dictum in repetitione, fidem tollit sibi ipsi. n. 32. Ampliatur num. 33.

Testis secunda depositio, seù exculpatiua, tollit vires præcedentis depositionis, seù inculpationis. n. 34.

Testis persistens in negatiua præsumitur dixisse puram veritatem, vndè absoluendus est. num. 35.

Reus infamatus per sententiam cõdemnatoriam pro aliquo delicto contrà eum latam, non verò ob carcerationem. num. 36. Ampliatur num. 37.

Reus, qui in tormentis non fassus fuit delictum, de quo inquirebatur, beatus est, & melior reputatur quàm anteà. num. 38.

Indicia si sint remota, & imperfecta coalescere nequeunt etiam ad arbitrariam pœnam. num. 39.

Carceratio longa minuit pœnam. num. 40.

ob Carcerationem Iudex mitiùs agere debet cum Inquisito. num. 41.

Carceris tempus computatur in tempus exilij. n. 42.

Carcer dicitur mala mansio. num. 43. Ampliatur num. 44.

Decisio LXIV.

INfirmandam diximus sententiam D. Prætoris condemnantem Iacobum Canaccinum in pœnam exilij per triennium, & Bulli pro prætenso furto quarundam mercium ab eo commisso cum qualitate aggrauante fracturæ apothecæ Gasparis Gacentini: Ex toto enim offensiuo processu nequaquam visa fuerunt resultare indicia, vel probationes ad d. pœnam etiam arbitrariam infligendi sufficientia.

1 Primum enim indicium, quod pro parte Fisci deducitur ab amicitia, & conuersatione d. Iacobi cum Siluestro de Camaiore, Nicolao Menusino, & Blasio vocato il Campo vecchio, alijs Inquisitis, & condemnatis pro eodem furto, ex qua non leue indicium complicitatis delicti oriri dicebat D. Fisci Patronus, ex *Farinac. in practic. Crimin. quæst. 43. num. 171. & quæst. 44. num. 11. & cons. 99. num. 11. lib. 1.* visum fuit tolli, *ex eodemmet Farinac. loc.* per Fiscum *allegat quæst. 52. num. 8. Bertazzol. cons. Crimin. 548. num. 16. Vermigliol. cons. 34. n. 15.*

2 Vbi per *supradictos DD.* firmatur, quòd conuersatio cum scelestis hominibus non est indicium nè dùm sufficiens ad torturam, quin sic ad condemnandum; Et in omnem casum, quatenùs ab huiusmodi cõuersatione aliquale indicium oriri possit, hoc intelligendum venit, quatenùs illi, ex quorum conuersatione prætenditur oriri indicium complicitatis, seù participationis delicti, essent communiter de tempore habitæ conuersationis reputati, & habiti mali homines, & vitæ scelestæ, vt singulariter declarat *Vermigliol. d. cons. 34. num. 16.* Quales proculdubio non habebantur, nec habeti debebantur illi, ex quorum conuersatione Fiscus prætendit, Iacobum remanere indiciatum, *Iacob. de Beluis. in l. omnimò per illum tex. Cod. de inoffic. testam. Angel. in l. sciendum*

3 *in fin. ff. de verb. oblig.* ex communi illa iuris regula, quòd in dubio quis præsumitur potiùs bonus, quàm malus, *Farinac. de Indic. & tort. quæst. 47. num. 177. Ioseph Ludouic. decis. Lucana*

4 *13. num. 3. & 4.* Vbi generalitèr hoc ampliat, quòd vnusquisq. ex suo exercitio etiam Carnifex in dubio præsumitur bonus.

Et

5 Et deniq. non quælibet amicitia, & con-
uersatio apta est parere indicium circa con-
uersantem, aut amicum, sed ita demùm si sit
intrinseca, & continua, & talis, vt verisimile
sit inter tales amicos delictum fuisse tractatũ,
& communicatum, nàm alitèr nullum facit
indicium, ità ex *Castrens. Angel. Aym.* & alijs
tradit *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 451. num.*
9. Farinac. de indic. & tort. quæst. 43. num. 173.
& quæst. 52. num. 91. & cons. 56. num. 17. Ber-
6 *tazz. cons. Crimin. 538. num. 16.* Alias enim ni-
mis durum esset, quòd ex simplici amicitia,
quam quis habet cum aliquo, qui exindè in-
quiratur de aliquo delicto, orirerur præsum-
ptio, & indicium complicitatis, & participa-
tionis delicti, de quo amicus inquiritur; Sic
enim amicitia, quæ de per se est bonum, cùm
sit idem velle, & nolle, & propterea quod es-
set licitum, verteretur in malum, & delictum,
& ità ex bono præsumeretur malum contrà
iuris regulas, vt in proposito ratiocinatur,
Natt. cons. 298. num. 3. in fin. vers. sed in propo-
sito, & num. 4. vol. 2.

Pro secundo Inditij genere considerabat D.
Fisci Patronus Iacobum ea nocte, qua furtum
fuit commissum circà secundam horam no-
ctis cœnasse in hospitio Stellæ cum Nicolao
Menisino altero conquisito, & condemnato
pro eodem furto, & cum eo tota ea nocte
obdormisse.

Sed re vera renoluto per Nos processù, atq.
attentè inspecto contrarium potiùs eius, quod
Fiscus supponit, apparere vidimus; Nicolaus
enim Menisinus in suo constituto claiè fate-
tur, se ea nocte dormiuisse in caupona Stellæ
in eodemmet cubili cum quodam vocato Ce-
sare, subdens vidisse solummodò in alio cubi-
li, & coniuncto ei, quo ipse Constitutus dor-
miuit, Iacobum vocatum Santicchiam, &
quòd Iacobus cœnauerit cum Nicolao, nulli-
bi in processù legitur, & contrarium potiùs
conuincit depositio Michaelis q. Caroli Gas-
parini testis pro parte Fisci examinati; Ideòq.
cùm in facto non subsistant ea, quæ per Fiscum
supponebantur, super illis nullum posse fieri
fundamentum indicauimus.

7 Illud verò, quòd addebatur de secreta allo-
cutione secuta intèr Iacobum, & Nicolaum
prædictum paulò antè commissum furtum, ex
qua contrà Iacobum indicium complicitatis
oriri dicebatur, *ex Farinac. de indic. & tort. q.*
43. num. 175. & 176. Facili negotio tollitur,
8 quià prætèr quàm quòd de hac secreta allocu-
tione non deponit, nisi vnicus testis, cui nulla
fides est adhibenda, *iuxt. vulgat. reg. in cap. ve-*
niens il 1. & cap. in omni negotio de testib. Præ-
9 cipuè in hac causa, in qua agitur de pœna ca-
pitali, *Farinac. de testib. quæst. 63. num. 7. Ver-*
migl. cons. 71. num. 7. Et si benè perpendatur
depositio d. testis pro Fisco examinati, non de
secreta allocutione, sed de simplici colloquio
secuto palàm, & in publica platea deponit, ex
quo tantùm abest, quòd imò omnis mala præ-
10 sumptio tollatur; Quod enim palàm fit, sinè
dolo delictum factum præsumitur, *l. non exi-*
stimo ff. de administrat. & periculo Tutorum, l.
11 *fin. ff. de rit. nuptiar.* & hæc allocutio, seù ser-
mo non constito, quòd inter eos tractatum
fuerit, debet præsumi habitus potiùs in bonã,
quàm in malam partem, vt benè firmat *Fari-*
12 *nac. cons. 37. nu. 23. & seqq.* & in puncto quòd
ex allocutione commissi delicti, non oriatur
indicium complicitatis, firmat *Farinac. cons.*
147. num. 8. & meliùs *num. 42. Vermigl. cons.*
83. num. 11.

13 Mendacium D. Iacobi, in quo multùm in-
sistebat D. Fisci Aduocatus, dùm ex eo præ-
tendebat resultare considerabile indicium,
Boss. de indic. num. 36. Farinac. cons. 23. nu. 14.
non esse attendendum ad effectum prædictum
censuimus, Et primò, quià mendacium in eo
prætenditur consistere, quòd Iacobus in suo
constituto dicit, se eo serò, quo furtum com-
missum fuit, accessisse ad cauponam Stellæ,
ibiq. pernoctasse; Cùm tamen ex depositione
Michaelis famuli Cauponis Stellæ constet, eu
ad d. cauponam non accessisse, nisi circa ho-
ram noctis cum dimidia, circa quod fuit con-
sideratum, quòd de prætenso mendacio non
constet in processù; Sola enim depositio Mi-
chaelis non probat horam, circa quam Fiscus
prætendit, Iacobum accessisse ad cauponam,
14 & sic mendacium Iacobi; Quià cùm menda-
cium sit indicium remotum à maleficio, de-
bet probari vel per propriam confessionem,
vel per duos testes contestes de loco, & tem-
pore, *Thob. Non. cons. 99. num. 15. 20. & 22.*
15 *Bursatt. cons. 20. num. 21.* Vbi hoc ampliat,
etiamsi mendacium esset inexplicabile, *Ver-*
migliol. cons. 25. num. 8. Chiazz. discept. Crimin.
13. num. 12. Farinac. de indic. quæst. 52. n. 13.
cum pluribus per eum adductis, non autem
istud, de quo prætenditur conuictus Iacobus,
tale sit probatum quisq. viderit.
16 Sed esto, quòd de mendacio constaret, ex
eo solummodò potest oriri indicium ad in-
quirendum, non autem ad torquendum, aut
condemnandum, vt latè firmat *Farinac.* quem
pro omnibus sufficiat allegare *de indic. & tort.*
17 *quæst. 52. nu. 4. & seqq.* & hoc quatenùs men-
dacium versetur circa qualitates, & circum-
stantias substantiales ipsius delicti, hoc est per-
tinentes, & inferentes d. delictum, vt benè per
Farinac. loc. cit. Nàm aliàs si mendacium ver-

ſtent circà circumſtantias remotas, ex eo nul-
lum indicium parari, dicit *Marſil. conſ.* 51. *nu.*
67. *Chiazz. diſcept. Crimin.* 23. *num.* 15. *par.* 1.
Vermigliol. conſ. 25. *num.* 7. *conſ.* 33. *num.* 28. *&*
conſ. 45. *num.* 20. *& conſ.* 273. *num.* 7. *Farinac.*
conſ. 23. *num.* 4. *& conſ.* 127. *num.* 9. *& conſ.* 192.
num. 21. *&* 46. & ideò cùm mendacium Iaco-
bi non verſetur circà has circumſtantias, ſed
circà remotas; Cùm etiam quòd faſſus fuiſſet,
ſe contuliſſe Cauponam Stellæ circà horam
noctis cum dimidia, ex eo inferri non potuiſ-
ſet, quòd in loco commiſſi furti moram tra-
xiſſet, cùm alibi morari potuiſſet, ideò non
parere ſufficiens indicium ad condemnan-
dum iudicauimus.

Neq. allegari meretur, pro arguenda com-
plicitate, aſſerta inculpatio d. Iacobi facta per
Silueſtrum de Camaiore tàm in actù fugæ, &
dùm fuit deprahenſus cum ſacco pleno re-
rum furatarum iuxtà portam S. Petri, quàm
etiam in carceribus.

Reſpódetur, quòd in ratione, ſeù cõfeſſione
facta in actù fugæ, nulla vis fieri poteſt, quià te-
18 ſtis ſuper illa deponens aſſerit, hoc audiuiſſe
à Silueſtro, cui quemadmodùm fides adhibe-
ri non deberet ex infrà dicendis, ità nec teſti de-
ponenti de auditù ab eo, *DD. in cap. licèt ex*
quadam de teſtib. Surd. conſ. 135. *num.* 96. *lib.* 1.
Farinac. de teſtib. quæſt. 69. *num.* 86. plenè *Ver-*
19 *migliol. conſ.* 223. *num.* 3. & omnis tollitur
amaritudo, quià idem Silueſter in ſuo conſti-
tuto negat, res furatas ſibi fuiſſe conſignatas à
d. Iacobo, ſed inquit eas ſibi traditas à Lam-
porecchia altero criminis, & furti conſocio;
Vndè fit, quòd huiuſmodi teſti ſuper hoc de-
ponenti nulla fides ſit adhibenda, iuxtà firma-
ta per *Mogon. deciſ. Luc.* 17. *nu.* 8. *&* 9. *Maſcard.*
de probat. concl. 1369. *num.* 2. *Burſatt. conſ.* 69.
num. 26. *Farinac. conſ.* 169. *num.* 4. *& conſ.* 181.
num. 23.

Quòd ſi confeſſionem d. Silueſtri in carce-
ribus factam reſpicere velimus, ex pluribus la-
borat defectibus, quàm vt vulgò dicitur *il Ca-*
20 *vallo di Gonnella*. Omnium enim primò Sil-
ueſter fatetur, ſe criminis conſocium, & ſic ſe
infamem facit; Ità vt proptereà nullum faciat
indicium circà conſocium, *Gabal. conſ. crimin.*
100. *num.* 128. *Farinac. conſ.* 156. *num.* 28. *&*
num. 50. *Vermigl. conſ.* 20. *num.* 13. *& conſ.* 170.
num. 17. & latiſſimè comprobat *Chiazz. diſce-*
21 *pt.* 8. *per tot.* Vbi hoc ampliat etiam in cri-
mine hæreſis, & pluribus alijs; quod ſiuè ali-
22 qua difficultate procedit, ſi vt in caſu iſto
conſocius ad purgandam maculam non fuerit
tortus, *Clar. in* §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. ſcias enim*;
23 Ea ratione, quià cùm ex proprio dicto ſe in-
famem reddiderit, non debet admitti in te-
ſtem ſinè tortura, *Marſ. conſ.* 109. *Chiazz. d.*
diſcept. 8. *num.* 35. *Vermigl. conſ.* 290. *num.* 3.
& horum omnium ratio traditur *in cap.* 1. *de*
confeſſ. vbi quòd de reatù proprio confitentis
periculoſa confeſſio non eſt aduersùs quem-
libet admittenda, & meliùs *in cap. nemini* 15.
quæſt. 3. vbi quòd *Nemini præter quàm in crimi-*
ne læſæ Maieſtatis de ſe confeſſo creat. poteſt ſuper
crimen alienum, quoniam eius, & omnis Rei pro-
feſſio periculoſa eſt, & admitti aduersùs quemli-
bet non debet.

24 Et gratis dicitur, quòd cùm verſemur in
crimine occulto, vt potè nocturno tempore
patrato, dictum Socij criminis faciat indiciũ
ad torturam; Siquidem prætermiſſo, quòd
furtum, de quo quæritur, non poteſt dici cri-
men occultum, ex quo merces fuerunt ſubtra-
ctæ ex apotheca exiſtente in publica platea, &
propè viam publicam, per quam etiam no-
cturno tempore, præcipuè verò à prima vſq.
ad ſecundam noctis horam, qua furtum ſuiſſe
patratum prætendit Fiſcus, magna hominum
multitudo pertranſit, à veritate alienum eſt,
quòd in omni delicto occulto dictum Socij
criminis faciat indicium ad torturam, quià
licèt *Farinac. de indic. & tort. quæſt.* 43. *nu.* 68.
& ſeqq. firmet regulam, quod in delictis oc-
cultis, & difficilis probationis, & in quibus
aliter veritas haberi non poteſt, quàm per So-
cios criminis, illorum dictum faciat indicium
ad torturam, tamen ſe declarat *num.* 74. quòd
hoc non procedit, niſi talis conſocius ſit om-
ni exceptione maior, vel niſi tale dictum coa-
diuuetur alijs adminiculis, *& num.* 77. inquit,
vt ad hoc, vt poſſit dici veritatem aliter ha-
beri non poſſe, & conſequenter Socios crimi-
nis licèt aliàs inhabiles in teſtes eſſe admit-
tendos, opus eſt, quòd veritas actù, & habitù
aliter haberi non poſſit, & hinc ſi actù tan-
tùm hoc eſt, quià alij teſtes caſu delicto non
interuenerunt, ſi tamen interuenire potue-
rint, vt in caſu noſtro, & ſic habitù veritas ali-
tèr haberi poſſit, Socius criminis non facit
indicium ad torturam, vt optimè declarat
Natt. conſ. 498. *num.* 9. *lib.* 2. & alij *per Farinac.*
25 *d. num.* 77. citati; & in omnem caſum etiam
quòd verſemur in delicto occulto, ità demùm
dictum Socij admittitur, ſi Socius fuerit tor-
tus, *Fulgoſ. conſ.* 165. *nu.* 2. *Marſil. conſ.* 109. *nu.*
35. *Chiazz. diſcept. crimin.* 9. *nu.* 106. *verſ. nec*
valet ſi dicatur par. 2. Quòd cùm non fuerit
contrà Conſocium præſtitum, illum nulla fide
dignum exiſtimabimus.

26 Et quatenùs hoc Fiſco indulgeretur, quòd
ex Socij criminis dicto reſultet indicium ad
torturam, illud ſanè intelligi debet, niſi So-
cius alios patiatur defectus; Nàm ſi hoc acci-
das,

dat, prout in casu nostro, in quo ex testibus
pro Fisco examinatis constat, quòd iste Silue-
ster est persona vilis, pauper, & vagabundus,
tunc etiam quòd versemur in delictis exce-
ptis, dictum Socij nequaquàm facit indicium
ad torturam, *Farinac. de indic. & tort. qu. 43.*
27 *nu. 178.* vbi ex *Grammatic.* firmat, hoc proce-
dere etiam in delictis, in quibus veritas alitèr
haberi non potest, *Chiazz. d. discept. 9. n. 107.*
28 *& seqq. par. 2.* qui *sub nu. 113.* loquitur in
puncto de teste paupere, & vili; quos etiam
defectus considerauit *Roland. cons. 16. nu. 20.*
lib. 1. Vermigliol. cons. 15. nu. 39. Eugen. cons.
25. nu. 66. Bertazzol. cons. 3. nu. 32. lib. 1. vbi
quòd ista cóclusio est ab omnibus approbata,
& recepta, *Natt. cons. 298. nu. 6. Menoch. con-*
29 *sil. 98. nu. 15.* Nam dd. defectus testium in to-
tum eorum fidem prosternunt, *Gram. cons. 45.*
num. 23. Grat. cons. 59. num 41. lib. 1. & hoc est
30 adeò verum, quòd etiamsi Socius, qui pati-
tur plures defectus, deponat contrà alium in
tortura, non facit indicium, vt testatur *Fari-*
nac. quæst. 44. nu. 25. & d. quæst. 43. nu. 178. in
fin. Chiazz. vbi sup. nu. 112. Vermigliol. cons. 15.
31 *nu. 39.* Ea ratione, quia tortura in teste sanat
defectum orientem ex eo, quòd quis se facit
participem delicti, non autem alios, *Vermigl.*
cons. 36. nu. 17. & cons. 131. nu. 31. Farinac.
cons. 156. nu. 18. & cons. 186. nu. 20. & cons.
192. nu. 8.
32 Sed quod omnem remouet difficultatem,
illud est, quòd Siluester in secundo suo consti-
tuto Iacobum, quem in primo constituto furto
interfuisse asseruerat, illum exculpando, in
secundo nequaquàm suisse præsentem affir-
mauit, ex quo secundùm dicto Siluestro fuit ef-
fectus periurus, adeoquè ex priori dicto nè-
dum oritur indicium ad torturam, sed neque
ad inquirendum, vt pluribus comprobat *Fa-*
rinac. d. quæst. 43. num. 180. Vermigl. cons. 129.
33 *num. 20.* Præcipuè non sublata pœnam macu-
la per aliquod tormenti genus, *Farinac. de*
testib. quæst. 56. num. 188. Vermigliol. cons. 290.
34 *num. 5.* Imò quatenùs aliqua extitissent indi-
cia circà Iacobum tàm ex depositione ipsius
Siluestri, tùm ex conniectis per Fiscum sup. à
deductis, illa sublata remanserunt per secun-
dam hanc depositionem, seù reuocationem
subsecutam, vt plenè [illegible] comprobat *Fa-*
rinac. d. quæst. 43. num. 18. & seqq. & quæst. 46.
num. 68. & præcipuè *num. 70. pr. & 108. Ver-*
migliol. cons. 8. num. 17. & huic exculpationi
standum, & omninò credendum esse, *Gram.*
decis. 56. num. 1. Chiazz. d. discept. 8. in fine
par. 1.
Quale igitur indicium resultare poterit ex
dicto huius Consocij criminis, pauperis, vaga-
bundi, varij, periuri, nec torti, satis abundè
declarant *Doctores sup. cit.*
Perpendendum pariter duximus conie-
cturam elicitam ex prætenso furto, de quo
prætenditur aliàs inquisitus d. Canaccinus;
Siquidèm præter quàm quòd non constat de
asserta actis prætensi furti, nec in processu so-
hunt contra eum producta; Vndè super eo
35 nulla vis fieri potest; Fuit enim responsum,
quòd olim eo causa imputationis d. furti Iaco-
bus fuerit tormentis suppositus, & negatiuam
sustinuerit, omnes, & quæcunq. præsumptio-
nes violentos, ac etiam indicia indubitata,
sublata remanserunt, & perindè est, ac si de
tali crimine nunquàm fuisset redargutus, plè-
nissimè *Farinac. de indic. & tort. quæst. 40. num.*
12. & seqq. & cons. 161. num. 1. & cons. 175. nu.
21. & Chiazz. discept. 9. num. 324. & seqq. par. 2.
Magon. decis. Luc. 89. num. 12. Bertazzol. cons.
crimin. 266. num. 1. & cons. 408. num. 16. Reus
36 enim non ob carcerationem pro aliquo deli-
cto, sed ob sententiam condemnatoriam cir-
ca eum latam infamatur, *l. infamem ff. de pu-*
blic. iudic. Mascard. de probat. concl. 895. nu. 16.
37 etiam quòd pro eodem delicto bis Reus fuis-
set carceratus, *Gram. cons. 45. num. 32.* & Reus,
38 qui in tormentis non fuit fassus delictum, de
quo inquirebatur, beatus est, & melior repu-
tatur, quàm anteà erat, *Bocc. post Iacob. de*
Beluis. & alios decis. 263. num. 14. Chiazz. d.
discept. 9. num. 272. par. 2.
39 Et cùm indicia superiùs ponderata circà
Iacobum sint penitùs remota, & imperfecta,
coalescere nequeunt etiam ad arbitrariam
pœnam iuxtà notata per *Marsil. cons. 20. num.*
50. & seqq. Cabal. resol. crimin. 200. num. 159.
Giurb. decis. 63. num. 24. Chiazz. d. discept. 9.
num. 277. par. 2. Giurb. decis. crimin. 37. num. 49.
Et eò faciliùs absoluendum duximus d. Ia-
cobum, quia per longum temporis spatium
40 fuit in carceribus detentus; quia longa carce-
ratio pœnam minuit, *l. omnes Cod. de pœnis,*
41 & proptereà Iudex mitiùs agere debet cum
Inquisito, *Glos. in d. §. diuus. ff. eod.* Vbi tem-
42 pus carceris computatur in tempus exilij, &
43 vulgatum est, quòd carcer dicitur mala
mansio, *l. item apud Labeonem §. quæstionis ff.*
de iniurijs & famos. libell. Boss. tit. de carcer. n. 1.
44 Imò dicitur species tormenti habens grauà-
men successiuum, *Bald. in l. si Clericus in 2. qu.*
Cod. de Episcopal. audient. & in l. fin. Cod. quib.
ut libere proclamar. non liceat.
Et ità fuit decisum, vtraque parte Infor-
mante.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Qui se fundat in qualitate Statuti illam probare debet. Verbum *Quello* in dispositione appositum quomodò intelligendum est. Datio insolutum panis ad computum mercedis non cōtinetur sub Statuto potissimùm pœnali prohibente emptionem, & venditionem panis, cùm Statuta pœnalia, & Iuris Communis correctoria non extendantur, sed strictissimè sunt intelligenda.

SVMMARIVM.

Qualitas fundatiua intentionis debet probari ab eo, qui se fundat in ea. num. 1.

Verbum, Quello, *contentum in dispositione intelligi debet secundùm subiectam materiam, & refertur solùm ad nominatos in proximo superiori verbo, retento eodem principali themate, ità vt illius expressam denominationem significet. num. 2. 3. 4. & 5.*

Statuta pœnalia, ac Iuris Communis correctoria non possunt extendi, strictissimèq. sunt intelligenda. num. 6.

Dolus omnis abesse præsumitur à Credente publico Officiali, Hominiq. fide digno. num. 7.

Pœna omnis cessat, cessante dolo. num. 8.

Datio insolutum panis ad computum mercedis non continetur sub Statuto potissimùm pœnali prohibente emptionem, & venditionem panis. num. 9.

Terminus ad faciendas defensiones quotenam dierum esse debeat de Iure Lucensi. *num. 10.*

Sententia lata pendente recursu est nulla ex cap. 31. Rot. Luc. vers. & teneantur, & cap. 21. Statut. Vniu. lib. 5. *num. 11.*

Factum quandò nulla lege, seù decreto reperitur prohibitum, est permissum. num. 12.

Decisio LXV.

IN causa appellationis interpositæ per Ioannem Mutonum à sententia condemnatoria lata super processu panis, vt dicitur di *Cittadella*, de quo in actis, reuocandam esse diximus.

Et ad hoc, vt ratio decisionis magis elucescat, præmittendum est, quod Excellentiss. Senatus de anno 1616. die 9. Septembris decretum promulgauit, vt Pistores, seù alij, qui panem ad effectum vendendi conficerent, ac illi, qui ex frumento in Cittadella immisso panem retraherent, & hospitibus darent, in certas pœnas inciderent.

Ac etiam de anno 1641. die 28. Maij aliud Decretum edidit, & hoc plura Decreta præcedentia super eadem materia edita comprehendit, ac in isto disposuit, quòd in posterum Pistores, seù alij, qui panem ad effectum vendendi conficerent, seù illum quouis modo venderent, in alias certas pœnas inciderent.

1 Et cùm Fiscus Mutonum in commissum incidisse prætenderet, in eius facto qualitates à decretis requisitas in illo concurrere probare debebat, cùm hoc illi incumberet, cũ fundamentum esset suæ intentionis, *Duran. decis. 19. num. 11. & 15. Surd. decis. 276. num. 1. & 2. Magon. decis. Florent. 44. num. 3.* quod quidem minimè fecit.

Nam siuè respiciamus decretum de anno 1616. siuè aliud de anno 1641. neutrum in casù, de quo agitur, verificatur; Nam quo ad primum continet duas dispositiones, nempè circa Pistores, seù alios conficientes panem, ad effectum vendendi, & circa tradentes panem de Cittadella hospitibus, proculdubio Mutonus est extra casum *illius legis*, cùm nō confecerit panem, neq. panem de Cittadella hospitibus tradiderit.

Siuè autem respiciamus decretum de anno 1641. neq. ex hoc in commissum incidisse dici potest, quia non fuit confector panis venalis, nec illum causa prædicta confectum alijs vendidit.

2 Nam verbum, *quello*, contentum in dispositione decreti anni 1641. debet intelligi secundùm subiectam materiam, *Surd. decis. 272.*
3 *num. 2.* & refertur solùm ad nominatos in proximo superiori verbo, *Barbos. de diction.*
4 *dict. 147.* retento eodem principali themate,
5 *Duran. decis. 145. num. 8.* Ità vt illius expressam demonstrationem significet, *Surd. decis. 125. num. 1.* Et sic ad personam, quæ panem factum ad effectum vendendi, eundem postea venderet; Quod non militat in casù, de quo agitur,
6 neq. statuta ad hoc possunt extendi, cùm pœnalia Iurisq. Communis correctoria sint strictissimè intelligenda, *Honded. cons. 74. num. 14. in 2. vol. Cabal. cons. 7. per tot. lib. 1. Surd. decis. 167. num. 17.*

Sunt etiam releuantes depositiones Officialium frumentariæ munitionis examinatorum ad defensam Mutoni, cùm in illis deducatur, quòd Mutonus frumentum in Cittadella immi-

immiſerit nomine Cementariorum ad effectum, vt mos eſt, panem retraherent, & in casù cuiuſdam ſubrogationis aliorum operariorum, idem Mutonus eoſdem Officiales requiſiuerit, vt nomine ſubrogatorum adnotarent modo prædicto, & ad effectum expreſſum, quod officiales ſuperfluum eſſe Mutono aſſeruere, cùm operarij ſubrogati in eadem opera deſeruiuent, & ſuper hoc eorum verbis acquieſcere non ambigeret.

7 Ex quibus excluditur prætenſa contrauentio decreti, & dolus, quia qui credit publico officiali, & homini fide digno, ab omni dolo excuſatur, vt latè fuit firmatum *in voto meo Rota Januen.* 11. *à num.* 19. *vſq. ad* 24. impreſſo *poſt meum tract. ad l. vnicam Cod. ſi quis Imperatori maledixerit, Farin. q.* 90. *num.* 109. *& ſeq.*
8 *Becc. conſ.* 96. *num.* 16. Et dolo ceſſante ceſſat omnis pœna, *Farin. quæſt.* 87. *num.* 16. *&* 18. *Menoch. conſ.* 28. *num.* 13. *Barboſ. in ſuis axiom. axiom.* 76. *num.* 6.

9 Ac etiam prætenſa datio panis inſolutum, & ad computum mercedis ſub *Statuto* potiſſimùm pœnali emptionem, & venditionem panis prohibente nõ continetur, vt in puncto voluerũt *Corn. conſ.* 166. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 18. *n.* 3.

Fuit etiam obſeruatum, quòd dicta ſententia nullitatis vitio laborabat.

10 Primò, quià dedit tantùm dies quinque ad faciendum ſuas defenſiones, & *Statutũ cap.* 39. *lib.* 4. *Stat. Vniu.* octo dies requirit, aliàs proceſſus ipſo iure nullus, & arguitur etiam defectus termini ad faciendas defenſiones ex eo, quod ex decreto Excellentiſs. Senatus de anno 1572. relat. *à Mec. in ſua prax. cap.* 12. *verſ. in alijs autem*, dies ſex Reo in casù delationis armorum aſſignari debent, & hoc fuit firmatum *in deciſione ſuper cauſa Computana delationis armorum*; Et cum in casù, vbi agitur ſummariè, à Principe terminus ſex dierum pro defenſione decernitur, multò magis in casù, in quo iudiciũ ſummariũ non reperitur diſpoſitũ vltrà, terminus eſt ſeruãdus, cùm procedat regula, ſi de quo minus, ergò & de quo magis.

Secundò, quia fuit prolata ſententia pendente recursù interpoſito per Mutonum ad Rotam ob denegationem factam de non prorogando terminum defenſionum vſq. ad dies
11 octo, & pendente recursù ſententia lata eſt nulla, *iuxtà cap.* 31. *Rot. & cap.* 22. *Stat. lib.* 5. *verſ. & teneatur.*

Et cùm ex prædictis in casũ municipalium legum Mutonus nõ inciderit, iuuatur illo vul-
12 gato axiomate, quòd quando factum, nulla lege, ſeù decreto reperitur prohibitum, permiſſum fuiſſe, & eſſe debet intelligi, *Surd. conſ.* 173. *num.* 72. *& conſ.* 122. *num.* 5.

Et ità fuit deciſum &c.

ARGVMENTVM.

Obligatio Minoris abſq. Curatoribus à patre datis in teſtamento, an, & quandò ſuſtineatur tàm *ex diſpoſitione Statutor. Luc.* quàm *de Iur. Commun.* & quid dicendum in cauſa dotis, & an, & quandò Minor factus Maior cenſeatur contractum nullum ratificare. Ætas præſcripta à Teſtatore vltrà ſancitam à Statuto, vel à lege ad effectum habendi adminiſtrationem bonorum, an præſumatur eſſe ad notitiam Tertij, qui cum Minore contraxit. Filia à patre dotata, an, & quandò aliquid aliud prætendere valeat *de Iur. Commun. & ex Stat. Luc.* & ſi aliquid à fratre fuerit traditum, an, & quandò cenſeatur donatum, & veniat ſub priuilegio dotis, & quomodò ætas conſideretur tàm in contractibus onerosis, quàm lucratiuis, & de alijs ad materiam.

SVMMARIVM.

Obligatio contracta abſq. Curatoribus à patre in teſtamento datis eſt nulla ex Stat. Luc. & de Iur. Commun. *num.* 1.

Minores ſiuè habeant Tutores, ſiuè non, minimè habent adminiſtrationem bonorum, & coguntur Tutores habere ex cap. 44. lib. 2. Stat. Vniu. Luc. *num.* 2.

Tutores alij debent ſubrogari in locum deficientium ex Stat. Luc. cap. 50. lib. 2. *num.* 3.

Minor quandonã cenſeatur maior, ſuper quo declaratur cap. 45. & c. 58. Stat. Vniu. Luc. lib. 2. *n.* 4.

Aetas maior conſtituta à Teſtatore, vel ab alio vltrà ſancitam à Statuto, vel à lege ad effectum habendi adminiſtrationem bonorum, an præſumatur eſſe ad notitiam Tertij; Vndè declaratur l. ſi quis patrem familias ff. ad Senatuſconſul. Maced. *& reijcitur* Magon. deciſ. Lucen. 13. num. 12. & 13. *num.* 5. *&* 7.

Contrahens cum alio, debet eius conditionem perquirere. num. 6.

Obligatio Minoris pro dote ſuſtinetur, quandò Minor tenetur dotare. num. 8.

Mulier à patre dotata in teſtamento, aliquid am-

plius

pliùs patre non potest ex Stat. Luc. lib. 2. cap. 16. *num.* 9.

Mulier à patre dotata præsumitur de Iur. Commun. *sufficienter dotata, nisi probetur in contrarium. num.* 10.

Minore aliquid tradente vltrà dotem constitutam à patre filia, & Sorori respectiuè non cadit sub priuilegio dotis, & eius obligatio est nulla. num. 11.

Ratificatio contractus Minoris post ingressum in maiorem ætatem in contractibus onerosis requirit lapsum quinquennij, decennii verò in contractibus lucratiuis. num. 12. *&* 13.

Donatio dicitur, quicquid superadditum est doti à fratre, qui non tenetur dotare. num. 14.

Frater dotans Sororem quandò ad hoc non tenetur, censetur donare. num. 15.

Donatur illud, quod nullo iure cogente conceditur. num. 16.

Ratificatio per lapsum quinquennii, vel decennii locum sibi non vendicat; quandò alienatio facta à Minore est nulla ex alia causa vlerà decretum, & quandò agitur de maiori ætate statuta à Iure Municipali, *& non à* Iure Communi. *num.* 17. *&* 18.

Ratificatio tunc procedit, si bona immobilia pupilli fuerunt alienata, & dominium pertransiuerit in Contrahentem non facta repetitione per lapsum quinquennii post perfectam ætatem minoritatis. num. 19.

Solutio quandò præsumetur facta ex obligatione præcedenti, & quandò non. num. 20. *&* 21.

Præsumptio præsumptionis non datur, nec duæ præsumptiones circà idem. num. 22. *& an procedat, etiamsi adesset aliqua diuersitas in quantitate soluta, super quo reiiciuntur* Crauett. cons. 158. num. 3. & Ceph. cons. 156. num. 16. *num.* 23.

Decisio LXVI.

1 IVdicauimus Cæsaris Primi obligationem nullam, dum contraxit absq. Curatoribus, quibus fuerat à patre in eius testamento suppositus; moti *ex dispositione expressa Statuti cap.* 44. 45. *&* 58 *lib.* 2. *Stat. Vrbis, & Iuris Communis in l.* 3. *Cod. de in integr. restitut.*

Quæ verò ex aduerso proponebantur ad huiusmodi obligationem sustinendam, sustineri posse existimauimus.

2 Primum enim, quo dicitur non apparere, quòd D. Cæsar tempore contractus à se gesti Curatores haberet, *ex ipsiusmet Statuti dispositione* tollitur, cùm *in cap.* 44. *lib.* 2. expressè disponatur, quòd Minores, siuè habeant, siuè non Tutores, non habeant bonorum administrationem, & quòd siuè velint, siuè nolint, cogantur habere Tutores, & *in cap.* 50. *eiusdem libri Statut.* quòd in locum Tutorum
3
deficientium alij subrogentur.

4 Et licèt D. Cæsar annum decimum octauũ tempore suæ obligationis expleuisset, quæ ætas de Iure Municipali huius Vrbis perfecta est, attamen quia à patre fuerat tutelæ, & curæ matris, & aui suppositus, quod facere licuit vsq. ad 25. annum, perindè est, ac si ætatem prædictam non expleuisset, sic expressè dictante *Statuto libri* 2. *cap.* 45. *& cap.* 58.

Nec resistere putauimus, quòd D. Cæsar nõ fuerit simpliciter suppositus tutelæ, & curæ, sed quòd fuerit grauatus tantummodò ad stãdum sub tutela, & cura matris, & aui; & ideò cùm non appareat eos fuisse tempore contractus superstites, sit dicendum, D. Cæsarem fuisse à cura, & tutela liberatum; Nàm in hoc casù deficientium Tutorum, & Curatorum, expressa adest prouisio *Statuti*, vt dictum est *cap.* 50. *lib.* 2. quòd in ipsorum locum alij subrogentur.

5 Quod verò considerabatur pro parte aduersa ad propositum, quòd D. Io. Baptista contrahens cum D. Cæsare, qui expleuerat 18. annum, & erat maior vigore *Statuti* potuerit ignorare, ipsum fuisse tutelæ, & curæ suppositum vsq. ad 25. annum, & quòd proindè excusetur, vt in simili determinatur *in l. si quis patrem familias ff. ad Maced.* & videtur in proposito decisum *per Magon. decis. Lucen.* 13. *num.* 12. *&* 13. faciliè tolli posse videtur; Nàm

6 qui cum alio contrahit, debet eius conditionem perquirere, *l. qui cum alio ff. de reg. iur.* Et

7 licèt communis error, & ignorantia excuset *in Macedoniano*, non sic in casù nostro, quia *Macedoniani* constitutio est odiosa, & eius vigore annullatur error eius, qui mutuauit filio familias in odium vsurarum, & ipsius Mutuantis; In casù autem nostro contractus redditur nullus fauore minoris, ideò ignorantia, & communis error non excusat, vt *in d. l. si quis patrem familias*, expressè declarat *Bart.* Et *Magon.* in contrarium adductus id nequaquã firmat; Quinimò determinat contrà partem, per quam huiusmodi ratio adducebatur, licèt illam non resellat.

Secunda ratio, qua videbatur fulciri D. Cæsaris obligatio, ex quo facta esset pro dote,

8 pariter subuertitur; Nàm tunc demum obligatio minoris sustinetur pro dote, quando is minor tenebatur dotare, *Rot. Rom. penes Pie. ad Statut. Vrb. decis.* 16. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 60. *num.* 29. *&* 30. *Gabr. cons.* 20. *num.* 50. *lib.* 2. *Socin. cons.* 80. *num.* 23. *lib.* 4. Nos autem versamur in dotatione voluntaria, cùm frater nõ tenebatur dotare sororem indotatam; At in

9 casù nostro hujusmodi mulier fuerit à patre in eius testamento dotata, quæ vigore *Statuti*

Lucani lib.2. cap. 16. amplius aliquid non po-
test petere, sed debet stare tacita, & contenta
10 dote sibi à patre constituta; Nàm & ex Iuris
Communis dispositione mulier, quæ fuit à pa-
tre dotata, alio non edocto, sufficientèr dota-
ta præsumitur, *Dec. cons. 26. num. 2. Castrens.
cons. 275. num. 6. lib. 1. Curt. sen. cons. 80. col.
fin. Alex. cons. 121. lib.6. Ruin.cons. 27. & 34.*
11 *lib.3.* & quod fuit additum vltrà dotem à Pa-
tre constitutam, præsumitur excessiuum, neq.
in hac parte dotis priuilegio potitur, & eius
constitutio minori nulla redditur, *Rot. Rom.
penes Pic. ad Statut. Vrb. decis. 16. num. 2. &
3. Curt. iun. cons. 178. num. 7.*
12 Nec nobis visum fuit aliquod fundamen-
tum fieri posse in asserta ratificatione indicta
per lapsum quinquennij post perfectam æta-
tem d.D.Cæsaris, & solutionem vsurarum do-
talium, *l. fin. Cod. si maior fact. alien. factam sinè
decret. rat. hab.*
13 Nàm quoad lapsum temporis animaduer-
tendum est primò, quòd non versamur in
prima parte *illius legis finalis* ex qua per quin-
quennium inducitur ratificatio contractus
onerosi in minori ætate celebrati, sed in secū-
da, in qua requiritur lapsus decem in donatio-
14 bus, & contractibus lucratiuis; Quod enim
superadditum est doti à fratre, qui non tene-
batur dotare, donatum fuit, *Crauett. cons. 77.
num. 3. & cons. 91. num. 2. Rot. Rom. penes Pic.
ad Statut. Vrb. decis. 22. sub num. 10. & 11. &*
15 *decis. 49. num. 7.* vbi quòd frater dotans so-
rorem, quando ad hoc non tenetur, dicitur do-
16 nare; Nàm illud donatur, quòd nullo iure
cogente conceditur, *l. donari ff. de reg. iur.* vbi
Dec. & Cagnol.
17 Secundò dicitur, quòd *illius legis finalis*
dispositio tunc demum sibi locum vendicat,
quandò nullitas prouenit ex solo defectu de-
creti, secùs si deficiant aliæ solemnitates à *Sta-
tuto*, vel *Iure Communi* requisitæ; *Roland. cons.
62. num. 16. lib. 4. Fachin. cons. 73. num. 24. Ma-
cerat. var. resol. lib. 4. resol. 3. num. 20. vers. res-
pondetur, Gabr. conclus. 4. de minor. num. 5. Me-
noch. cons. 51. per tot. Surd. cons. 49. num. 29.*
vbì testatur de magis communi *Malias. cons.
83. lib. 1. num. 12. Rot. Roman. penes Ludouis.
decis. 260. num. 13. & decis. 473. num. 19. Rau-
dens. decis. Pisan. 30. sub num. 26. part. 1. Glos.
in d. l. fin. in verbo sinè decreto, Salic. ibid. nu. 4.
Barbat. cons. 31. lib. 3. in puncto Rot. decis. 279.
per tot. par. 8. recen.* Sed hic vltrà decretum de-
ficit, & Curator, vndè &c.
18 Tertiò dicitur, quòd legis illius dispositio
tunc demùm procedit cùm quinquennium,
vel decennium effluxit post completam æta-
tem de Iure Communi, secùs post completam
de Iure Municipali, ad tradita per *Simoncell.
de decret. lib. 3. tit. 9. inspect. 2. num. 12.*
19 Quartò dicitur, *illius legis finalis* disposi-
tionem procedere cùm bona immobilia pu-
pilli fuerunt alienata, & dominium pertransi-
uerit in contrahentem, tunc vtiquè per la-
psum quinquēnij post perfectam ætatem mi-
nor videtur alienationem ratificasse, ex quo
rem alienatam non repetijt; *Gab. cons. 20. lib.
2. num. 28. Maluas. cons. 83. lib. 1. num. 21. Rau-
dens. decis. Pisan. 226. num. 229. par. 1.* quod
non fuit factum in casù nostro.
Quo verò ad ratificationem, quæ facto ip-
so dicitur inducta per vsurarū solutionem ex
dotali contractu; Solutio in facto non visa
fuit probata, licèt enim appareat fuisse trans-
portatam quandam vini quantitatem ipsius
D. Cæsaris ad domum dicti Ioannis Baptistæ,
non tamen apparet, quòd factum fuerit ad
computum vsurarum prædictarum; Nàm te-
stes, qui in secunda instantia id deponunt, nul-
lam sufficientem scientiæ causam reddunt, &
in prima examinati id scire negarunt.
20 Nec potest aliqua vis fieri in illa vulgata
iuris regula, quòd solutio facta præsumitur
ex obligatione præcedenti, *l. quædam mulier,*
21 vbi *Glos. ff. de rei vindic. cum simil.* Nam re-
gula tunc demùm procedit, cùm apparet rem,
vel quantitatem promissam fuisse traditam,
tunc enim ex titulo præambulo tradita præsu-
mitur, & ex præcedenti obligatione: Quando
autem apparet aliam rem, vel diuersam quan-
titatem promissam fuisse, & aliam fuisse tradi-
tam, tunc cessat præsumptio, cum careat su-
biecto, & d. præsumptionis qualitas nihil ope-
ratur, *Roman. cons. 91. num. 8. pers. his tamen
refragantibus.* Huiusmodi autem vini subie-
ctum non correspondet obligationi, nec in
quantitate, cum quantitas vini tradita igno-
retur, nec in qualitate, cum sit debita pecunia,
non vinum, & quantitas, non species. Ergò
Neq. comprobatur exeo, quod huiusmodi
præsumptio non potest oriri, nisi alijs præsum-
ptionibus suppositis, nempè quod partes loco
pecuniæ habitæ vinum subrogauerint, & quod
pretium vini responderet quantitati debitæ:
22 Sed præsumptio præsumptionis nō datur, nec
duæ præsumptiones circà idem; *l. diuus C. de in
integr. restit. Glos. in cap. cum inter in verbo Epi-
scopus de elect. Ruin. cons. 151. num. 15. lib. 4.*
quòd verum est præcipuè in præsumptione,
de qua agimus, *Mascard. conclus. 1197. num.
36.*
23 Nec refert *Crauet. cons. 158. num. 3. Cephal.
cons. 156. num. 16.* quòd dicant præsumptionem
procedere etiam quandò est aliqua diuersitas
in quantitate soluta; Nàm pluribus modis
respon-

respondetur; Primò, quòd *Cephal.* se refert ad *Crauet.* & *Crauet.* se refert ad *Castrens.* qui nihil tale dicit; Secundò, quòd loquuntur relati *Doctores*, quando est aliqua modica diuersitas, ut penès ipsos est videre; Hic autem apparere non potest, quæ diuersitas exconuenientia subsit, cùm non appareat de quantitate vini tradita; Tertiò, quòd non solùm in casù nostro est diuersitas in quantitate, sed in substantia, cùm debitum esset in quantitate, traditio verò facta fuerit in specie.

Absoluimus tamen ambas partes ab expensis, quia articulus fuit visus dubius, & Actor habebat iustitiam ad sui fauorem.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Iudex appellationis non cognoscit, nisi de discussis coràm primo Iudice, & an, & quandò cognoscere valeat etiam ea, quæ veniunt in vim annexionis, aut dependentiæ, siuè coadiunationis, licèt non fuerint cognita per Iudicem à quò. Iurisdictio omnis residet apud Supremum Principem, à quo, veluti à fonte fluit omnis potestas; & an, & quandò exercita per Iudicem tempore feriarum indictarum in honorem Dei, siuè à Principe ob res publicas prosperè gestas, aut in hominum vtilitatem, validè administretur, & an eius exercitium censeatur suspensum Iudici ad quem ante actorum transportationem, & de alijs, prout infrà.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis non cognoscit nisi de eo, quod cognouit Iudex causæ principalis. num. 1.

Iudex appellationis non cognoscit, nisi de discussis coràm primo Iudice. num. 2.

Iurisdictionis exercitio cessante, Iudex ad vlteriora procedere nequit. num. 3.

Sententiæ concordantes in substantia, est sufficiens, vt dicantur conformes. num. 4.

Iudex habere potest Iurisdictionem, & non eius exercitium. num. 5.

Iurisdictionis exercitium Iudicis ad quem censetur suspensum ante actorum transportationem. n. 6.

Iurisdictio exercita per Iudicem tempore feriarum indictarum in honorem Dei, siuè à Principe ob res publicas prosperè gestas, aut in hominum vtilitatem, nec valet, nisi agatur de causis exceptis. num. 7.

Iurisdictio omnis residet apud Supremum Principem, à quo, veluti à fonte fluit omnis potestas. num. 8.

Connexa censentur, quæ veniunt in necessariam consequentiam, & ideò benè cognosci possunt per Iudicem ad quem, licèt non fuerint cognita per Iudicem à quo. num. 9. & 10.

Iudex secundus non cognoscit, quæ non cognouit primus; nisi dependeant, seù prouenerint, aut habeant annexionem cum eis, quæ primus cognouerat, seù tendant ad ea coadiuuandum. num. 11. & 12.

Acta iustificant, & declarant, quid fuit cognitum à Iudice. num. 13.

Articulus nullus datur in Iure, qui non habet instantiam. num. 14.

Absolutio ab expensis fieri potest ex causis animum Iudicis mouentibus. num. 15.

Decisio LXVII.

FVit dictum non subsistere defectum Iurisdictionis oppositum per Reuerendum Rectorem S. Michaelis ad Eschetum de Massa Pisana, quia non constitit Magnificum D.
1 Iudicem Tertium ab Illustrissimis, & Excellentissimis Dominis electum cognouisse extrà id, de quo cognouerat Rota, quod si foret, eius pronuncia manifestæ nullitati subiaceret; cùm hoc appellationis Iudici omninò interdictum sit, *Bald. in l. per hanc num. 7. Cod. de tempor. & reparat. appellat. Bero. cons. 120. num. 8. vol. ... Scacc. de appellat. quæst. 11. num. 17. Magon. decis. Lucen. 53. nu. 15. Rot. coràm Card.*
2 *Put. decis. 180. num. 5. lib. 1.* Nam cùm ipse habeat Iurisdictionem limitatam ad causas appellatas, si extrà eas cognoscat, ex defectu potestatis ipso iure non tenet, *Amat. decis. 33. num. 8. Magon. decis. Florent. 9. num. 18. & decis. Lucen. 26. num. 37. Scacc. d. quæst. 11. num. 17. vers. quà Iudex, & num. seq.*
Quòd autem D. Iudex à quò non pronunciauerit extrà id, quod per sententiam Rotalem decisum extitit; ex eo patet, quia primi Iudices in eorum sententia sese declarauerunt in causa, de qua agitur, competentes, & proptereà mandauerunt in ea ad vlteriora procedi non obstantibus in contrarium oppositis, quæ verba ità tacitè sonant in substantia, & effectu, ac si per eos expressè fuisset dictum,
3 sese esse Iudices in dicta causa, & Iurisdictionem

nem habere, Iurisdictionisq. exercitium, quid
eo cessante ad vlteriora procedi nequaquam
potuisset, vt de se patet; & benè faciunt tradi-
ta per *Scacc. d. tractat. quæst. 17. limitat. 47.*
memb. 1. num. 96. Dominus autem Iudex, vt
suprà electus, declarauit, Iudices Rotæ esse
competentes, sed Iurisdictionis exercitium
sibi ipsis non competere, & sic reformauit,
seù potiùs reuocauit vltimam partem pronũ-
ciæ Rotalis iuxtà facultatem sibi tributam à
capit. Rota 29. vers. nec etiam appellari fol. 51.
4 Vndè fit, vt minimè dici possit, eundem D.
Iudicem pronunciasse in effectù, & substantia
extrà id, quod Rota cognouit, quæ sola, &
non verborum cortex in proposito debet at-
tendi, vt declarat *Couarr. pract. quæst. cap. 25.*
num. 6. plenè *Caball. consil. decis. 93. num. 14.*
15. & seqq. & dicit etiam *Thesaur. decis. 128.*
num. 1. & 2.

5 Nec repugnat, quòd vnum, idemq. Iudex
habeat Iurisdictionem, non autem illius exer-
citium; Cùm hoc de iure multis in casibus cõ-
tingat, vt notant scribentes *in cap. cùm sit Ro-*
6 *mana 3. §. si verò de appellat. in 6.* vbi inter ce-
tera dicunt, quòd licèt per appellationem de-
uoluatur causa ad Iudicem ad quem, & à die
interpositionis illius dicitur habere in ea Iu-
risdictionem; Attamen hæc exerceri non po-
test, sed censetur suspensa antè actorum tran-
sportationem, & *per d. tex.* decidit *Rot. March.*
vt per Thomat. decis. 9. num. 1. & decis. 116.
num. 65. & ante eum dixit *Vestr. in prax. Rom.*
Cur. lib. 8. cap. 12. num. 1. vers. dixi autem circa
fin. & pleniùs *Vant. de nullitat. tit. de nullitat. ex*
defect. Iurisdiction. ordin. à num. 212. vsquè ad
7 *num. 250. & vltrà,* vbi *sub num. 229. & 230.*
dat exemplum in temporibus feriarum, siuè
illæ indictæ sint in honorem Dei, siuè à Prin-
cipe ob res publicas prosperè gestas, aut in
hominum vtilitatem, prout sunt feriæ vinde-
miarum, & messium, quibus durantibus, etsi
Iudices Iurisdictionem non perdant, tamen
amittunt illius exercitium, adeò vt si quid ge-
rant in causis non exemptis, ipso iure non te-
neat, nec valeat, & tradit etiam *Bald. in l. cum*
antea col. penult. vers. vlteriùs sciendum est Cod.
de recept. arbitr.

Nec ex eo, quòd idem D. Iudex in eadem
sententia conditionem addidit, seù modum
acquirendi Iurisdictionis exercitium, obtinẽ-
do ab Excellentiss. Senatu instantiæ præfixio-
nem ibi, *nisi prius &c.* dicendum vllo modo
est, extrà decisa per Rotam pronunciasse;
quià dato, quòd Rota Iurisdictionem exerce-
8 re nequeat, vt ipse decidit, consequens neces-
sarium deducitur, esse recurrendum ad Supre-
mum Principem pro impetrando Iurisdictio-
nis exercitio, penès quem solummodò om-
nis residet Iurisdictio, & à quo, veluti à fonte
omnis fluit potestas, vt inquit *Bald. in cap. vnic.*
§. ad hæc col. 2. vers. nota hic quòd omnis, & col.
5. vers. ex præmissis ergò de pact. iuram. firmand.
in vsib. feud. Alex. cons. 25. in princ. lib. 5. quos
sequitur *Vant. d. tract. tit. de nullitat. ex defect.*
9 *iurisdict. ordinar. num. 9. & 10.* Et ideò præ-
missa proueniunt in necessariam consequen-
tiam pronunciæ per ipsum latæ, censeri de-
bent eidem connexa, *Aretin. cons. 29. num. 20.*
vers. his breuitèr, quem sequitur *Menoch. de*
arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 1. cas. 95. num. 8.
10 *vers. qui respondit;* Quæ propterea benè po-
tuerunt per eum cognosci, quamuis coràm
nobis cognita non fuerint, vt est *text. expressus*
in d. l. per hanc, & ibi notant *Doctores commu-*
nitèr Cod. de tempor. appellat. Paul. de Castr. in
l. ab executore num. 3. ff. de appellat.
11 Ex quibus resultat limitatio ad regulam in
contrarium firmatam, qua dicitur, quòd se-
cundus Iudex non cognoscit, quod non co-
gnouit primus, quæ locum sibi non vendicat
quotiescunq. ea, quæ secundus cognouit, de-
pendent, proueniunt, seù habent annexita-
tem, seù connexitatem cum eis, quæ cogno-
uerat primus, vt declarat *Scacc. d. tract. quæst.*
11. num. 23. & seqq. Caualcan. decis. 19. num.
19. par. 1. Giurb. decis. Regn. Sicil. 108. num. 7.
12 seù tendunt ad ea coadiuuãdum, vt ait *Gayl.*
pract. obseruat. lib. 1. obseru. 128. num. 8. Ru-
ginell. de appellat. §. 10. Glos. 3. num. 10. & ante
eos dixerat *Felin. in cap. cùm Ioannes de fide in-*
strument.

Et tollitur omnis dubitatio, quià obiectũ,
quòd de huiusmodi instantia non cognoue-
rint primi Iudices, nec subsistit in facto, cùm
coràm Rota de ipsa pluriès fuerit actum, &
super ea disputatum, vt patet ex actù præsen-
tato sub die 10. Nouembris, nec non circa
ipsam fuerunt producta sextum, & septimum
capitula, super quibus fuerunt examinati te-
stes, eorumq. depositiones reproductæ, vt ex
13 actis apparet, quæ benè iustificant, atq. de-
clarant quid à Iudice cognitum fuerit, vt do-
cet *Bald. in l. fin. Cod. de suspect. tutor. Bellon. de-*
cis. Genuen. 164. num. 19. & dixit *Rot. decis. 94.*
num. 11. par. 5. recent. Imò concesso etiam sinè
veritatis præiudicio, quòd de ipsa instantia
non cognouisset Rota, sed solummodò de
competentia; Nihilominùs de ea secundus
Iudex potuisset cognoscere, cùm instantia
originem trahat à competentia, & ab ipsa
dependeat, ac cum ea annexa, & connexa,
adeò vt dato articulo competentiæ, articulus
14 instantiæ de necessitate sequatur, cùm nullus
articulus detur in iure, qui aliquam non ha-

beat

beat instantiam, vt tradit *Bald. in l. 1. col. 2. Cod. de iuram. calumn.* & ibi etiam *Franc. Curt. sub num. 8. Afin. in prax. §. 1. cap. 3. num. 13. Costa de remed. subsidiar. remed. 98. num. 16.* vbi de magis communi testatur *post Barz. in decis. 30. num. 3.* & alios, quos adducit.

15 Absoluimus Reuer. Rectorem ab expensis in causa factis, tàm ob articulorum dubietatem, quàm etiam ex iustis, rationabilibusq; causis animum nostrum mouentibus per ea, quæ tradit *Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 77. per tot.* Non autem à scutis quatuor parti victrici applicandis, à quibus absolui minimè poterat, obstante *d. cap. Rota 29. §. & si recursum petens cired med. fol. 54.*

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Tempus ad appellandum, an, & quandò incipiat currere. Appellatio legitimè interposita quid operetur, & an, & quandò interposita à Domino directo prosit Liuellarijs, & sic Consocijs non appellantibus, siuè scientibus, siuè ignorantibus, ratione indiuiduitatis, & connexionis causæ; Ità quòd suspendatur executio sententiæ contrà omnes, & an omnia, quæ fiunt, dicantur attentata. Executio quid sit, congruè perpenditur.

SVMMARIVM.

Sententia non transit in iudicatum, interposita appellatione infrà legitima temporà. num. 1.

Tempus ad appellandum non incipit currere nisi à die scientiæ, & non sufficit citatio domi dumtaxat. num. 2.

Tempus ad appellandum currit à die latæ sententiæ, facta personali citatione. num. 3.

Appellatio deuoluit causam ad Iudicem ad quem, vnà cum toto negotio principali, & accessorijs quibuscunquè. num. 4.

Appellatio efficit, vt omnis sententiæ vis remaneat penitùs extincta, & habeatur, ac si nunquam lata fuisset, & in futurum omnia suspendit. num. 5. & 6.

Sententia non est exequenda pendente appellatione. num. 7.

Executio nil aliud est, quam effectus sententiæ in iudicatum transactæ, licèt sententia fuerit talis, vt secùm executionem traheret. num. 8. & 9.

Appellatione pendente, omnia, quæ fiunt, sunt attentata, nulla, & reuocanda, & sunt, ac si essent innouata, termino ad appellandum durante. num. 10. & 11.

Appellatio interposita à Domino directo an suffragetur Liuellarijs non appellantibus; Ità quòd quicquid fiat, attentatum dicatur. n. 12. & 13.

Appellatio interposita à Consocio an, & quandò prosit alijs Consocijs non appellantibus, siuè scientibus, siuè ignorantibus. num. 14. 15. & 16.

Executio iudicati fieri nequit contrà non appellantem, quandò agitur de re indiuidua, & connexa cum appellante. num. 17.

Executio suspenditur in totum contrà non appellantem, quandò agitur de præiudicio appellantis. num. 18.

Decisio LXVIII.

1 SEntentia, de qua agitur, in iudicatum
non transiuit, quia ab ea appellatum
extitit infrà legitima tempora, *auth. hodiè Cod. de appell. &c. Franch. in cap. cum in Eccle-*
2 *siæ num. 3. not. vlt. extr. eod. tit.* quæ non inceperunt currere, nisi à die scientiæ, non autem à die, qua lata fuit, cùm Spectabiles Deputati, & D. Pierotti appellantes domi dumtaxat fuerint citati, *Gratian. ad Vest. cap. 3. num. 50. lib. 7. Aret. in l. 1. §. fin. ff. quando appelland. sit, Rot. decis. 46. aliàs 500. de appellat. in antiq.*
3 quicquid esset si personaliter citati fuissè, quià tunc tempus ad appellandum à die latæ sententiæ cucurrisset, *Gratian. cap. 364. num. 2. & per tot.* & passim sequitur *Rot. in decis. 374. n. 2.*
4 *& decis. 396. num. 1. par. 2. recent.* quæ appellatio deuoluit causam ad nostrū Auditorium vnà cum toto principali negotio, & accessorijs quibuscunquè, *cap. dilectis 55.* vbi Canonistæ omnes *§. præterea de appellat. Scacc. de ap-*
5 *pellat. q. 3. num. 13. & 14.* & per eam vis omnis, & efficacia eiusdem sententiæ penitùs fuit extincta, ac si nunquam lata fuisset inspecto præsenti statu. *Bald. in l. tale pactum §. qui provocauit ff. de pact. Afflict. decis. 188. num. 5. & decis. 296. ex num. 3. Gurb. decis. 19. num. 2. in*
6 *princ.* Inspecto autem futuro in omnibus, & per omnia suspensa, *l. sciendum ff. de appellat. l. appellatione Cod. eod. tit. Caualer. decis. 644. num. 7. Gratian. cap. 121. num. 13. Afflict. dict. decis. 188. num. 5.*
7 Hinc est, vt in his terminis huiusmodi sententia minimè potuerit executioni demandari, *l. vnic. ff. nihil innouand. appellat. interpos. Dec. cons. 97. num. 2. Ofasch. decis. 25. num. 22.*

Merlin.

8 *Merlin. decis. Lucen. 21. num.* 3. quia executio
nil aliud est, nisi effectus sententiæ in iudica-
tum transactæ *l. 3. Cod. de execut. rei iudic. Burt.*
in l. litigatoribus num. 4. & 5. Cod. de appellat.
9 *Gurb. d. decis. 19. num. 3.* quamuis fuisset talis,
quæ secum traheret ipsam executionẽ, *Scacc.*
10 *d. tract. quæst. 3. num. 18. & num. 74.* Et ideò
ea omnia, quæ gesta fuere, d. appellatione
pendente, attentata sunt, & consequenter
nulla, & reuocanda, *l. 1. ff. nihil innouand. ap-*
pellat. pendent. Dec. d. cons. 97. num. 1. Surd.
cons. 271. num. 34. Lancellot. de attentat. par. 2.
in præfat. n. 78. & cauetur *Statut. lib. 5. cap. 18.*
11 perindè, ac si essent innouata, termino ad ap-
pellandum durante, *cap. non solùm de appellat.*
in 6. Scacc. de iudic. lib. 1. quæst. 97. num. 47. &
de appellat. quæst. 3. num. 17.
12 Nec obstat, quòd illi de Marchis, qui ad
Liuellum retinent bona, de quibus controuer-
titur, nullatenus appellauerunt, & propterea
quò ad ipsos sententia præfata fecerit tran-
situm in iudicatum absq. alia declaratione,
& consequenter potuit exequi, *l. si quis rem*
totam §. & generaliter ff. de except. rei iudic. l.
si cum vno herede ff. eod. tit. Scacc. d. tract. q.
12. num. 193.
13 Quia cùm fuerit appellatum à D. Pierottò,
& alijs prædictis, qui sunt Domini directi eo-
rundem bonorum, huiusmodi appellatio pro-
dest etiam illis de Marchis Liuellarijs non ap-
pellantibus in tantùm, vt nec quo ad eos, ea
pendente, fieri potuit executio citrà vitium
attentatorũ, *cap. cùm vna sententia,* vbi *Franch.*
num. 5. de appellat. l. si quis separatim §. vlt. ff.
de appell. & relat. Rot. decis. 52. de appellat. in
nouiss. & decis. 191. num. 1. par. 2. recent. Ad-
den. ad Buratt. decis. 315. litt. A.
14 Nec releuat replicatio, quòd præmissa non
procedant, quandò non probatur, appellan-
tes non habuisse scientiam de appellatione
interposita per Consocios, vt euenit hic, quo
casù appellatiò vnius non prodest, quia non
videtur, quòd quis gaudere possit appellatio-
ne, quam ignorauit, fuisse interpositã, *Aret.*
in tract. de malefic. in verbo præsente Caio, &
appellante num. 33. Guidopap. de appellat. quæst.
120. vers. sed fallit primò, & vers. seq. Lancel-
lot. de attentat. cap. 2. ampliat. 11. num. 10. &
11. Gratian. d. cap. 220. num. 36. Nam tunc
15 tacitè acquieuisse præsumitur sententiæ latæ,
quæ taciturnitas operatur, ac si sententiam
expresse approbauerit, & agnouerit, *l. cũ quid*
ff. si cert. pet. Aret. vbi sup. num. 33.
16 Fuit enim responsum obiecta vera esse in
iure, sed tunc demùm subsistere, quando agi-
tur de re diuisibili, non autem vbi de re, & ma-
teria indiuidua tractatur, quia tunc appellatio
vnius alteri, qui non appellauit, siuè sciat, siuè
ignoret, appellationem à Consocio fuisse in-
terpositam, omninò prodest, & executionem
sententiæ, etiam quo ad ipsum non appellan-
tem, suspendit, vt distinguendo tradunt *Gloss.*
in l. 2. Cod. si vnus ex pluribus appellauerit in
verbo non prodest, Saluc. in l. 1. Cod. eod. tit. num.
3. per text. in l. loci corpus §. si fundus ff. si ser-
uit. vindicet.
17 Hic autem non controuertebatur, quin
ageretur de re indiuidua, & connexa cum
Adm. Reu. Domini Canonici, & Capitulum
Agentes nè dùm peterent dictos Liuellarios
condemnari ad dimittendam possessionem
eorundem bonorum, sed ampliùs se ipsos Do-
minos declarare, prout ità per Iudicem pro-
nunciatum extitit, quo fit, vt huiusmodi iudi-
catum absq. præiudicio Dominorum directo-
rum scientium, & appellantium nequaquam
exequi possit, *Bart. in l. sæpè num. 6. ff. de re*
iudicat. vbi etiam *Castr. num. 5. Alex. nu. 106.*
& 109. Io. de Imol. num. 26. & 27. & seqq. re-
petitur *Afflict. d. decis. 380. num. 6.* Et ideò
ratione eiusdem præiudicij suspenditur exe-
cutio in totum, nec quoad non appellantes
exequi vllo modo potest, vt in his terminis
Bellamer. in cap. cum licet de re iudicat. benè
Borell. in summ. decis. tit. de Emphyteus. num.
281. & magis in specie *Afflict. dict. decis. 380.*
num. 6. nec dissentit *Scacc. d. tract. quæst. 17.*
limit. 6. membr. 4. num. 47.
Et ex his diximus attentata, & gesta, dicta
appellatione pendente, esse nulla, & attenta-
ta, & per consequens reuocanda, & ambas
partes ab expensis absoluimus, & liberaui-
mus, quia articulus erat aliquo modo dubita-
bilis per ea, quæ aliàs deduximus.

Et ità fuit decisum, vtraque parte Infor-
mante.

ARGVMENTVM.

Possessio manutenibilis debet esse continuata per 40. dies ante transmissum præceptũ *iuxtà cap. Rota 59.* quod declaratur. Via an, & quandò dicatur publica, vicinalis, vel agraria, & an in dubio præsumatur publica, ità vt à priuatis occupari non possit, & an viæ priuatæ ducentes ad agros, per quos omnibus commeare licet, sint publicæ. Actus turbatiui in aliqua

posses-

possessione an, & quandò induci dicantur. Manutentioni an, & quandò sit locus ob actus deuastationis viæ publicæ, aut vicinalis ex fundo publico factæ, & an requiratur titulus à Principe. Seruitus discontinua quandò dicatur, & an possessionis probatio à longo tempore retrò, sufficiat pro manutentione in dd. seruitutibus discontinuis. Scientia in actibus discontinuis ad effectum sibi præiudicandi, quænam esse debeat; & an scientia, & patientia in incorporalibus sit subiectum quasi possessionis, & an, & quandò prohibitio, & acquiescentia illam inducat, maximè in seruitutibus negatiuis, & de alijs ad materiam seruitutis discutitur.

SVMMARIVM.

Detentatio probatur per testes deponentes aliquem possedisse, etiam non reddita causa scientiæ. n. 1.
Possessio probatur ex detentatione. num. 2.
Possessio de tempore motæ litis tribuit manutentionem. num. 3. Ampliatur. num. 4.
Per interdictum prohibitorium nè quid in loco publico prospicitur tàm publicis, quàm priuatis vsibus; & an loca publica deseruiant priuatorum Iuribus, & quomodò. num. 5.
Publicum aditum, seù viam impediens, vel deteriorans, aut angustians, prohibitorio interdicto urgeri potest. num. 6.
Viam si quis effodiat, exaret, ligonizet, aut quomodocunq. deuastet, interdicto prohibitorio prospicitur ad fauorem cuiuslibet de populo. num. 7.
Viæ angustiatis, vel deterioratis, existentibus in possessione, vel quasi earundem vsu, seù in statu eundi, competit etiam Officium Iudicis. num. 8. & ob id possessorium summarijssimum. num. 9.
Vsus tantùm viæ pro manutentione sufficit, non probata scientia, & acquiescentia prætendentis Dominium eius. num. 10.
Manutentio non datur in Iuribus incorporalibus habentibus præsumptionem vsus precarij, non docto de titulo. num. 11.
Possessio titulata faciliùs est manutenenda. num. 12.
Stat. Fundac. Luc. lib. 2. cap. 1. quandonam velit viã, seù terrenum publicum dici. num. 13. & 19.
Via de Iure in dubio præsumitur publica. num. 14.
Viæ longus vsus facit constare de titulo. num. 15.
Manutentio denegari non potest in summarijssimo possessorio, donec cognoscatur de validitate tituli reseruandi ad petitorium. num. 16.
Via vt sit publica de Iure Communi, plura requirit. num. 17.
Via non dicitur publica, probato tantùm, quòd per eam omnes iuissent, & totus mundus per eandem transiuisset, & transeat. num. 18.
Statutum vbi casum clarum habet, non est vlteriùs quærendum, reddens inanem quamlibet dispositionem. num. 20.
Statuti dispositio clara, est seruanda, etiamsi foret contrà Ius. num. 21.
Statuti clara dispositio prænalet Iuri Communi, & potentior est, vbi viget. num. 22.
Statutum minuens, seù facilitans probationem, aliàs de Iure imperfectam, nullam tribuit difficultatem de eius validitate. num. 23.
Testis deponens de eius iudicio non probat. num. 24.
Testis deponens, se audiuisse, non autem à quibus, fidem non meretur. num. 25. & 27.
Testis depositio super negatiua non coarctata ad tempus certum incredibilis redditur. num. 26.
Testis nullam rationem suæ depositionis reddens, nihil probat. num. 28.
Testes Coloni, & Debitores non admittuntur pro Domino, & Creditore ad probandum. num. 29.
Testis interessati depositio cum Domino, seù cum quauis alia persona, est reijcienda, nullumq. probationis gradum constituit. num. 30.
Fides est longè testibus adhibenda numero pluribus. num. 31. Ampliatur. num. 32.
Depositiones Testium tolluntur, vel saltem confunduntur ex alijs testibus examinatis. num. 33.
Via publica intermedia non impedit cohærentiam bonorum, quæ sunt vltrò, & citrà viam, & ob id si testes ad includendam possessionem viæ asserere, bona cohærere alienis, nõ concludunt quoad inclusionem viæ. num. 34.
Possessio manutenibilis debet esse continuata per 40. dies ante transmissum præceptum iuxtà cap. Rot. Luc. 59. num. 35. & antiquior præponderat iuniori possessioni iuxtà formam d. cap. num. 37.
Possessio longè anterior, & antiquior prævalere debet possessioni iuniori, & est manutenibilis. n. 36.
Possessio vetustior præsumitur magis iusta, recens verò clandestina, & turbatiua. num. 38.
Possessori posteriori nulla acquiritur possessio manutenibilis. num. 39. & tanquam turbatiua non est attendenda. num. 40.
Quasi possessione antiqua, & iusta transeundi per viam, quis non priuatur per inuasionem. n. 41.
Actus impeditiui transitus alicuius loci, inducunt molestationes, & turbationes. num. 42.
Actus, qui fiunt, altero in possessione existente, censentur clandestini, & turbatiui, non docto de scien-

scientia, & patientia possessoris. num. 43. Ampliatur. num. 44. 45. & 46. quæ scientia quandò interuenire debeat. num. 47.

Seruitus discontinua, & interpellata non est semper in vsù, pro quo requirit factum hominis non valentis continuò ire, transire, & commeare. num. 48.

Possessionis probatio à longo tempore retrò sufficit pro manutentione in seruitutibus discontinuis, & interpellatis. num. 49.

Scientia in actibus discontinuis, ad effectum sibi præiudicandi, quænam esse debeat. num. 50. 51. 52. & 53.

Transitus per 30. dies in toto anno in seruitute discontinua vsus itineris sufficit ad effectum, vt quasi possideri dicatur. num. 54.

Possessio actualis quotidiana, & continua non datur in iuribus Incorporalibus, & seruitutibus discontinuis. num. 55.

Manutentio traditur ex sola ciuili possessione absque actuali, vbi agitur de iuribus Incorporalibus, quæ aliter non possidentur. num. 56.

Manutenibilis quasi possessio acquiritur in incorporalibus ob vnicum actum. num. 57.

Possessorium summarijssimum, nec manutentio, nec defensio competit habenti contrà se resistentiam legis, & vehementissimam iuris præsumptionem. num. 58.

Manutentioni non est locus ob actus deuastationis viæ publicæ, aut vicinalis ex fundo publico factæ, nisi cum titulo habito à Principe. num. 59. qui actus an probent possessionem priuatiuè, & excludant possessionem aliorum, & facultatem vtendi via, etiamsi non sit publica. num. 60. & 61.

Prohibitio, & acquiescentia constituunt quasi possessionem vlus viæ non publicæ. num. 62.

Scientia, & patientia in Incorporalibus est subiectum quasi possessionis. num. 63.

Quasi possessio in Incorporalibus vt alteri acquiratur, quænam sint necessaria. num. 64.

Actio negatiua viæ super suo fundo, connumeratur inter seruitutes negatiuas. num. 65.

Quasi possessionis acquisitio in seruitutibus negatiuis requirit præcedentem prohibitionem, & subsequentem patientiam. nu. 66. Ampliatur. n. 67.

Manutentio est danda non habenti se pro spoliato ob actus turbatiuos viæ via, & continuat quasi possessionem eiusdem. num. 68.

Possessione pro manutenenda, licitum est actus turbatiuos deuastare. num. 69.

Animus dignoscitur ex actibus. num. 70.

Possessionis continuatæ præsumptio non tollitur, etiamsi esset elapsum spatium decem annorum. num. 71.

Possessio precaria, & iure familiaritatis concessa nō est manutenibilis. num. 72.

Possessionis precariæ præsumptio, & iure familiaritatis transeundi per aliquem locum, an, & quandò dicatur. num. 73.

Via, & itinere quis vti præsumitur Iure seruitutis, non verò familiaritatis. num. 74. Ampliatur. num. 75.

Precariò non possidet, qui per longum temporis spatium possedit. num. 76.

Condemnationes non præiudicant non vocatis, & acquiescentibus. num. 77.

Possessio non acquiritur sine animo. num. 78.

Nomen consonat effectui. num. 79.

Nomen viæ debet censeri consonans rei, & effectui. num. 80.

Enunciatiuæ in antiquis probant etiam contrà Tertium. num. 81. Ampliatur. num. 82.

Probationes desumptæ ex scripturis antiquis præualent testibus. num. 83.

Testes adminiculati sunt præferendi testibus non adminiculatis. num. 84.

Confinis non est de rebus confinatis, nec terminus de re limitata, sed confinis dicitur terminus exclusiuus à re confinata. num. 85.

Confinis demonstrat rem esse alterius. num. 86.

Via publica à priuatis alienari non potest. num. 87.

Instrumentis magis standum est, quàm testibus. n. 88.

Via quandonam dicatur publica, aut vicinalis, vel agraria remissiuè. num. 89.

Via Regalis quænam dicatur. num. 90.

Viæ priuatæ ducentes ad agros, per quas omnibus commeare licet, sunt publicæ, & publicæ iudicantur. num. 91.

Via publica à Nemine occupari potest. num. 92.

Occupatio viæ publicæ amoueri potest interdicto restitutorio, & interdicto remouendæ. n. 93. & 94.

Possessio, seù quasi de tempore motæ litis in summarijssimo manutentionis iudicio est sufficiens, reiecta qualitate vsurpationis, seù turbationis in actis adiecta. num. 95.

Decisio LXIX.

IN causa recursus interpositi ad Rotam à pronuncia D. Iudicis à quo aduersus DD. Iacobum Antonium Bonucellum, Antonium Stephani Bonucelli, & Vincentium, & Antonium Lucchini omnes de Castro Maiore, ad fauorem R. D. Nicolai Orsucci; Hodiè proposita per vnum ex DD. ad Rotam cum dubio. An d. recursui esset deferendum; Duo tamen ex DD. in negatiuam partem iuerunt; Ego autem in affirmatiuam, censui pronunciandum fore, & esse benè recursum, & malè per d. D. Iudicem contrà prædictos indicatum, confirmando præceptum ad eorum fauorem retortum super manutentione viæ nūcupatæ *la Viaccia*, iuxtà suos notorios fines.

De

De possessione namq. dd. de Bonuicellis, & Lucchinis constat non solùm per quadraginta dies ante motum Iudicium transmissi præcepti ad form. cap. Rot. 59. in §. cum hæc etiam declaratione; vt probant omnes testes, pro eorum parte examinati. Primus nempè fol. 14. Secundus fol. 17. Tertius fol. 41. à terg. Quartus fol. 54. Quintus fol. 66. & 67. Qui testis tanquàm famulus quatuordecim annis inseruiuit dd. DD. de Orsuccis, & quòd præfati de Bonuecellis, & Lucchinis non solùm per 40. dies continuos ante transmissum præceptum fuerint in possessione transeundi per viam prædictam; Sed etiam per plures annos, & ab hominum etiam sexagenariorum memoria, citrà, & vltrà semper ad libitum transiuisse, Iumenta, & Currus egisse per præfatam viam, eaq. ipsos vsos fuisse eundo, redeundo absq. alicuius licentia, & impedimento, vt probant pariter testes pro parte dd. de Lucchinis, & Bonuecellis examinati; Nempè Primus fol. 20. à terg. 21. & 22. Secundus fol. 26. 32. à terg. 33. 34. Tertius fol. 47. 48. 49. Quartus fol. 59. 60. 61. Quintus fol. 72. 74. Sextus fol.
1 87. 88. & 89. & testes, qui deponunt Titium possedisse, quòd sufficiat ad probandam possessionem, licèt causam scientiæ non reddant; Cùm possessio sit actus, qui cadit sub sensu corporis, & consequentèr dum deponunt, quòd dd. de Lucchinis, & Bonuecellis posséderint, probant detentationem; Abb. in cap. cùm causam de testib. Corn. cons. 6. num. 8. lib. 3.
2 & ex detentatione probatur possessio, notant DD. in l. stipulatio ista §. hæc quoque ff. de verbor. oblig. vbi Alciat. de communi testatur num. 9. & 10. & in terminis ità fuit firmatum per Rot. in Vladislauien. manutentionis 5. Iunij 1648. coràm Reuerendiss. Ghislerio §. quià, Reta apud Clementem Merlin. decis. 576. num. 3. in nouiter impress. Quæ possessio de tempore motæ
3 litis tribuebat illis manutentionem; §. retinendæ Instit. de interdict. l. 1. ff. vtrubi, l. 1. §. interdictum ff. vti possidetis Rot. penès Posth. de manutenend. decis. 109. num. 1. idem Posth. obseru. 17. in princip. vbi innumeros congerit, Capyc. Galeot. controuers. 51. num. 1. 2. & 3. cum seqq. tom. 1. Hector Capyc. Latr. consultat. 83. num. 45. lib. 2. Ridolph. in sua prax. Iudiciar. par. 2. cap. 12. num. 101. Rot. coràm Buratt. decis. 378. num. 4. & apud Ludouis. decis. 458. num. 1. vel paulò antè motam litem; Rot. penès Posth. dec. 388. Ridolph. vbi sup. num. 103. quæ omnia
4 procedere etiam in Iuribus incorporalibus, ac seruitutibus tàm continuis, quàm discontinuis, in terminis fuit firmatum per Rot. Bononien. apud Gyptium decis. 198. num. 20. & seqq. & in indiuiduo seruitutis Itineris, Actus, &

Viæ, ibid. num. 24. & 25. Posth. de manutenend. obseru. 10. num. 54. & 55. & num. 90. vtiquè manuteneri debebant in hoc vsu, & statu ve-
5 di; Cùm per interdictum prohibitorium ne quid in loco publico prospiciatur tàm publicis, quàm priuatorum vsibus; Cùm loca publica etiam priuatorum Iuribus deseruiãt: Iure Ciuitatis, non quasi propria cuiusque, & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex Populo ad prohibendum habet, & si opus in publica via factum sit, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio interdicto remouendum est, ad text. in l. 2. §. hoc interdictum per tot. ff. ne quid in loc. public. & damnum dicitur pati, qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, qua-
6 le quale sit; Et sic si aditus, seù via impeditur, vel deterior, aut angustior reddatur, præfato interdicto consulitur, vt ad litteram disponit text. in d. l. 2. §. meritò ait, vers. damnum, & vers. proindè, & §. deterior, vbi Glos. & DD. Surd. cons. 137. num. 1. & decis. 42. num. 6. & seqq. Torniol. cons. 34. num. 1. Barz. decis. 156. sub
7 num. 22. & eodem interdicto prospicitur, si quis viam huiusmodi effodiat, exaret, ligonizet, aut quomodocunq. deuastet, iuxtà tex. in l. ædiles, vers. curent autem, ff. de via publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & l. si in agrum ff. de via public. & itin. publ. reficien. & in l. 1. ff. de loc. & itin. public. Quod etiam comprobatur ex dispositione Stat. in Cur. Fundac. cap. 1. lib. 2. & in Stat. Vniuers. cap. 192. lib. 4. vbi
8 quòd Nemini permittitur, viam angustiare, vel deteriorem facere; Ità vt existentibus in possessione, aut quasi huius vsus, seù in statu vtendi, competat etiam officium Iudicis, cit. l. 2. §. si quis nemini, vers. si tamen adhuc ff. ne
9 quid in loc. public. & per consequens possessorium summarijssimum, vt latissimè cæteris omissis comprobat Lal. Alcograd. cons. 97. nu. 6. vol. 1. Post. in tract. de manutenen. obseru. 10. num. 54. & 55. Gratian. discept. forens. cap. 681.
10 num. 1. & 14. vbi ampliat, etiamsi non probetur scientia, & acquiescentia illius, qui dominium viæ habere præsupponit; Cùm pro manutentione solus vsus sufficiat, vt latè per eum ibi, & ità in terminis fuit decisum per istã Rot. in causa Sp. Hieronymi de Narduccijs cum olim Sp. Vincentio Bonuisio, vt in decis. in lib. Ser Francisci Stocchetti 1652. fol. 181. à terg.
11 Et licèt posset dici, quòd in his Iuribus incorporalibus non detur manutentio, nisi doceatur de titulo; Quià aliàs vsus illorum præsumeretur precarius, Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 36. num. 20. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 9. sub num. 131. resol. 4. Bottac. de Interdict. vti possidet cap. 9. num. 4. (quicquid di-

cat *Post. obseru. 42. num. 30.*)
12 Tamen dixi, quòd huiusmodi quasi posses-
sio transeundi per d. viam erat titulata, & ideò
præferenda, juxtà tradita *per Post. obseru. 71.
num. 117. Rot. apud Merlin. decis. Lucen. 71. nu.
11. & seqq. & apud Zuccar. decis. Ciuil. 55. n. 8.*
qui titulus deducitur ex eo, quòd per longis-
simum temporis spatium huiusmodi via fuit
pro publica ab omnibus frequentata, vt pro-
barunt testes de Bonuccellis, & Lucchinis exa-
minati; Nempè Primus fol. 20. à terg. 21. &
22. Secundus fol. 26. 32. à terg. 33. & 34. Ter-
tius fol. 47. 48. & 49. Quartus fol. 59. 60. &
61. Quintus fol. 72. & 74. Sextus fol. 87. 88.
13 & 89. Ac propterea intrat dispositio præfata
Stat. Fandac. lib. 2. cap. 1. Declarantis, viam,
aut terrenum publicum dici, quotiès per duos
testes bonæ conditionis, & famæ probatum
fuerit, talem viam, seù terrenum, per 30. an-
nos præcedentes fuisse frequentatam, seù fre-
quentatum, tanquàm publicam, seù publicũ,
quod remouet omnem difficultatem, vt con-
14 sideranti patet; Et de iure in dubio via præ-
sumitur publica, *Rot. apud Caualer. decis. 632.
num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1411. n. 1.*
15 & ex longo vsù dicitur constare de titulo, *ead.
Rot. apud Caualer. citat. decis. 632. num. 2.* Vl-
16 trà quod in summarijssimo possessorio non
est discutienda validitas, vel inualiditas tituli;
Sed ad petitorium reseruatur, & donec termi-
netur, vel cognoscatur, non potest manuten-
tio denegari, *Rot. in recent. decis. 270. num. 4.
par. 1.* & fuit firmatum *in Vlasdilanen. manu-
tentionis 5. Iunij 1648. coràm Reuerendiss. Ghi-
slerio §. non obstat, vers. & quod in summarijssi-
mo versus fin. & in Toletana Territorij 30. Mar-
tij 1648. coràm Eminentiss. Otthobono §. quarè,*
quæ est in impressis apud ipsum *decis. 141.
num. 20.*
17 Et licèt etiam attenta Iuris Communis di-
spositione ad probandam hanc qualitatem
viæ publicæ, prout necessarium est, *Barz. de-
cis. 156. num. 3.* plura requirantur, vt in *l. 2. §.
viam, & §. priuata ff. nè quid in loc. public. Rip.
in l. quominùs num. 92. ff. de fluminib. Barz. cit.*
18 *decis. 156. num. 9.* Nec sufficiat probare, quòd
per eam publicè ab omnibus itum sit, & quod
totus mundus per eam transiuerit, ac transeat,
juxtà notata *per Bart. in l. 1. ff. de his qui deie-
cer. vel effuderint, Alex. in addit. ad Bart. in l. 1.
ff. de loc. & itiner. publ. & in l. 1. ff. de via public.
Sola ad Constit. Sabaud. tit. de reparat. & manu-
tent. viar. Glos. vnic. num. 8. Laderch. cons. 124.
num. 5. Rummald. iun. cons. 383. num. 17. & 52.
cum seqq. Bertazzol. de Claus. Instrum. Claus. 19.
Glos. 16. num. 5.* & post alios *Barz. d. decis. 156.
sub num. 1. Surd. decis. 42. num. 4.*

19 Attamen cùm non secundùm Iuris Com-
munis dispositionem esset in hac causa Ius di-
cendum, attenta dispositione *d. Statut. Curiæ
Fandaci* volentis, quòd probato per duos te-
stes bonæ conditionis, & famæ, per 30. annos
talem viam, seù terrenum fuisse frequentatũ,
publica, seù publicum dicatur, seù efficiatur;
Ità vt aliæ solemnitates, à Iure Communi in-
troductæ, & requisitæ ad viam publicam con-
stituendam non requirantur; Et sic cùm non
solùm in præsenti casù fuerit probatum per
duos, sed etiam per plures testes bonæ condi-
tionis, & famæ, d. viam pro publica, & vti pu-
blicam per 30. annos, & vltrà fuisse frequen-
tatam; Sequitur, quòd omni Iure attento di-
ctis de Bonuccellis, & Lucchinis debebat dari
20 manutentio; Quià vbi casum legis, & statuti
clari habemus, non est vlteriùs quærendum,
dum per ipsum redditur inanis quælibet dispu-
tatio, *l. illam cum ibi notat. Cod. de collationib.
l. Ancillæ, vbi Glos. in verbo quæstio, Cod. de fur-
tis, Becc. cons. 12. num. 1. & seqq. Caball. cons.
157. num. 2. Magon. decis. Florent. 58. num. 38.*
21 *& Lucen. decis. 70. num. 4.* & seruanda veniret
illius dispositio, etiamsi foret contrà Ius, vt
notat *Paris. cons. 86. in fin. vers. si autem Statu-
tum lib. 1. & cons. 20. num. 5. & seqq. lib. 2. Curt.
sen. cons. 46. num. 16. in fin. Honded. cons. 13.
num. 31. lib. 1. Roland. cons. 72. num. 4. lib. 4.*
22 Imò Iuri Communi prævalet, & potentiùs est
in loco, vbi viget, *Aymon. cons. 237. sub num.
6. Soccin. iun. cons. 67. num. 64. lib. 2. Grat. cons.
54. num. 49. lib. 1. Ioseph Ludouic. decis. Perusin.
9. num. 30.* & fuit dictum *à Rot. in Spoletana
Successionis 19. Ianii 1651. coràm R. P. D. Celso*
23 *§. Iustitia paritèr*; & ideò cum de validitate d.
Statuti minuentis, seù facilitantis probationis
modum, & probationem, aliàs de Iure im-
perfectam, & inualidam, perfectam, & vali-
dam reddentis, non possit difficultari, ad tra-
dita *per Canonistas omnes in cap. cùm dilectus de
fid. instrumen. & in cap. 2. de probat.* in puncto
Nec. cons. 37. num. 2. & seqq. Iustitia pro dicta
manutentione videbatur euidens.

Quibus omnibus ità firmatis, d. R. D. Nico-
lao Orsuccio haùd suffragatur, quòd aliqui ex
eius testibus in eorum examinibus, & deposi-
tionibus asserere curauerint, quosdam petijsse
licentiam ab eodem R. D. Nicolao, ad hoc, vt
per d. viam transitum habere possent; Nem-
pè Primus super 3. articulo fol. 31. qui solùm
dicit: *Che per quanto è à notitia à lui, non sà, che
vi sia passato alcuno senza licenza del Sig. Nicolò*;
Vndè videtur, quòd iste testis nihil concludit;
Cùm detur casus, quòd alij transiuerint absq.
d. licentia, prout verè transiuerunt, & ignora-
uerit ipse testis.

24 Secundus testis paritèr sub eodem articulo
fol. 55. à terg. nihil concludit; Quid in causa
scientiæ dicit: *Perche così tiene, e giudica*; Hoc
autem non à iudicio, sed à facto dependet;
Et consequentèr cùm deponat de eius iudi-
cio, non probat *Gabr. cons. 168. num. 10. lib. 2.
Farinac. de testib. quæst. 68. num. 4. & 27. Rot.
apud Merlin. decis. 441. num. 4. tom. 1, in nouitèr
impress. & decis. 487. num. 35. eod. tom. 1.* &
fuit latè firmatum *per Rot. in Romana Domus
24. Ianuarii 1650. corâm Bichio §. mobilia.*
Vbi quòd testis, qui deponit de iudicio suo,
& est varius in eius dicto, nullam fidem me-
retur.

Tertius testis nihil de hoc deponit.

Quartus testis super tertio Interrogatorio
fol. 72. deponit, quòd tantùm ipse licentiam
petiit; Vndè quoad alios nihil officit.
25 Quintus, super 30. Interrogatorio fol. 49.
à terg. dicit; *Che hò sentito dire &c.* Non autē
nominat à quibus audiuerit; Ideò fidem non
meretur, *l. testium Cod. de testib. Rota apud Mer-
lin. decis. 31. num. 11. tom. 1.*

Sextus, testis super eodem 30. Interrogato-
rio fol. 151. à terg. paritèr de auditù deponit,
& licèt super 36. articulo fol. 119. audactèr
dixerit: *Che persona alcuna senza licenza di d.
26 Sig. Nicolò non vi è passato,* & sic cùm deponat
super negatiua non coarctata ad tempus cer-
tum, incredibilis redditur eius depositio,
*text. dict. c. Felin. in cap. nostra num. 8. de testib.
Seraph. decis. 1102. num. 8. Rot. apud Merlin.
27 decis. 633. num. 5. & 6. tom. 2.* Vltrà quod in
causa licentiæ deponit de auditù sine denomi-
natione personarum, à quibus audiuerit, &
ideò nil probat, *Paris. cons. 169. num. 40. lib. 4.
Caputaquen. decis. 278. num. 2. par. 3. Rot. apud
Merlin. decis. 332. num. 2. tom. 1.*
28 Septimus tandem testis nullam rationem
suæ depositionis reddit, & ità nihil probat,
*Hondod. cons. 78. num. 70. lib. 2. Rot. diuers. de-
cis. 107. num. 4. par. 2. & apud Cansler. decis.
366. num. 4.*
29 Vltrà quod omnes prædicti testes sunt Co-
loni, & Debitores d. D. Nicolai, vt patet ex
eorundem depositionibus, quo casù non ad-
mittuntur pro Domino, & Creditore ad pro-
bandum, vt aliis omissis firmat *Farin. in tract.
de testib. quæst. 60. num. 321. & quæst. 55. n. 313.*
30 Et quotiescunq. testis reperitur interessatus
cum Domino, seù quauis alia persona, eius
depositio reiici debet, nec vllum probationis
gradum constituit, *l. omnibus Cod. de testib. Surd.
cons. 94. num. 11. & 72. Corn. cons. 160. num. 3.
lib. 2. Riminald. iun. cons. 42. num. 96. & cons.
489. num. 39. Rot. apud Seraphin. decis. 176. nu.
3. & decis. 768. num. 3.* cum Aliis latissimè ci-
tatis *in Bononien. Canonum 30. Maij 1646. co-
râm Reuerendiss. Meltio §. quartum tandem obie-
ctum circà fin.* & fuit firmatum suprà in *deci-
sione* hic impressa 11. num. 45. Proindèq. tàm
attentis eorum depositionibus, quàm eorum
Personis, nullam omninò fidem merentur:
31 Præsertìm concurrentibus in contrarium de-
positionibus testium dd. de Bonuccellis, &
Lucchinis, quibus est longè fides adhibenda;
Non modò quia sunt numero plures, *l. ob car-
men §. si testes,* & ibi *Glos. ff. de testib. Farinac.
32 quæst. 65. num. 107.* Sed etiam quia circà di-
cta, & Personas nulla exceptione notantur,
idem *Farinac. quæst. 65. num. 17. Bertz. dec. 23.
33 num. 10.* Ideòq. dictæ testium depositiones
pro parte R. D. Nicolai mihi visæ fuerunt, nisi
apertè tolli, saltem valdè confundi ex aliis te-
stibus examinatis pro parte DD. de Bonuc-
cellis, & Lucchinis, vt in puncto, licèt in aliis
terminis, fuit dictum *per Rot. in Meleuitana
Mercium 22. Maij 1648. corâm bo. mem. Ar-
guelles §. vltrà quod.*

Imò quando aliquod genus probationis de
præfata possessione d. R. D. Nicolai dd. testes
constituerent prædictæ viæ, de qua agitur;
Non per hoc sequeretur, quòd talis possessio
esset priuatiua vsus eiusdem dictorum de Bo-
nuccellis, & Lucchinis, ac statùs, in quo ipsi
reperiuntur vtendi præfata via cohærente à
latere Orientis petiæ terræ, de qua in præce-
34 pto; Cùm sagacitèr d. R. D. Nicolaus, ad in-
cludendam possessionem situs d. viæ, in præ-
cepto asseruerit, terram hanc à latere Orien-
tis cohærere bonis possessis à particularibus
Personis, & præcipuè à Iacobo Antonio Bo-
nuccello, ab Antonio, & Vincentio fratribus,
& filiis olim Cæsaris Lucchini, & ab Antonio
Cæsaris Bonuccelli, & sic quatenùs testes par-
tis hoc assererent, non concludunt quoad in-
clusionem viæ; Quia via publica intermedia
non impedit cohærentiam eorum bonorum,
quæ sunt vltrà, & citrà viam, *ad tex. in l. Alius
ff. de acquir. rer. domin. Mazzol. cons. 4. num. 89.
35 Surd. decis. 42. num. 12.* Ideòq. si attentè per-
currantur dicta testium, pro d. D. Nicolao
examinatorum, planum redditur, non lique-
re de asserta eius possessione continuata per
40. dies ante transmissum præceptum ad for-
mam *cap. Rot. 59. & ad tradit. per Cornazzan.
decis. 57. num. 2. vers. quicquid, Zuccar. decis.
67. num. 4. vers. 2. diximus, & num. 5.* Et qua-
tenùs etiam remaneret probata, quod ex-
pressè negatur, possessio d. R. D. Nicolai per
40. dies, ac plures menses, & annos, vt ipse
saltim præsupponebat circà dominium dictæ
viæ, plantando in ea arbores, incidendo li-
gna, secando fœnum, ligonizari faciendo ter-

tam

ram eiusdem situs; serendo in ea milium ni-
grum, denunciando eos, qui damnum dede-
rant in huiusmodi satis, & condemnari facien-
do; Nihil tamen operantur dicti actus ad ex-
clusionem possessionis de Bonuccellis, & Luc-
36 chinis, transeundi per d. viam; Quorum qui-
dem possessio cùm absq. vllo dubio sit longè
anterior, & antiquior præfata d. R. D. Nico-
lai, vt patet ex testium depositionibus, vtiq.
prævalere debebat possessioni iuniori eius-
dem, & per consequens manutentione gau-
dere, *Rot. Roman. coràm Merlino decis. 9. num. 3. & coràm Durano decis. 328. Noguerol. allegat. 26. num. 391. Rot. apud Gregor. decis. 9. num. 5. & decis. 549. num. 1. & decis. 40. num. 2.*
37 *ibiq. Addentes litt. A.* Et in puncto, quòd an-
tiquior possessio præponderet iuniori posses-
sioni continuatæ per 40. dies ad formam
cap. Rot. 59. Zuccar. decis. Lucen. 55. num. 7. &
38 *decis. 67. num. 2. & 6.* Ea ratione, quia pos-
sessio vetustior præsumitur magis iusta; Re-
cens verò clandestina, & turbatiua, *Theod. Nong. cons. 24. num. 19. Cabull. cons. 51. num. 2. & cons. 57. num. 2. Bero. cons. 61. num. 3. vol. 3. Rot. apud Clement. Merlin. decis. 661. num. 2. & 9.*
39 *tom. 2.* Vbi quòd possessori posteriori nulla
acquiratur possessio manutenibilis, *Camill. de Medic. cons. 84. num. 8. Giurb. obseruat. 13. num. 14. Rot. decis. 84. num. 3. part. 6. recent.*
40 Vbi quòd tanquàm turbatiua non est atten-
denda, *Duran. decis. 407. num. 12.* Quapro-
41 ptèr cùm clarè pateat; non solùm dd. de Bo-
nuccellis, & Lucchinis fuisse iam diù in quasi
possessione transeundi per d. viam; Verùm
etiam per plures alios sequitur, quòd prædi-
cta inuasio, facta à d. R. D. Nicolao, non po-
tuit eosdem priuare eorum antiqua, & iusta
possessione, *Menoch. de adipiscend. remed. 6. num. 22. Rot. post Post. de manuten. decis. 168. num. 3.*
42 Cùm per dictos actus impeditiuos transitus,
de quo agitur, inducere dicantur molestatio-
nes, & turbationes, vt in indiuiduo tradit
Menoch. de retinend. remed. 3. num. 468. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 314. num. Post. tractat. de manutenend. obseruat. 10. num. 80. & obseruat. 71. num. 7. Rot. post eundem decis. 417. num. 8. & 9.
43 Et regulare est, quòd omnes actus, qui fiunt,
altero iam in vera possessione existente, cen-
sentur clandestini, & turbatiui, nisi quis do-
ceat de scientia, & patientia illius primi pos-
sessoris, idem *Post. citat. obseruat. 71. num. 4.*
44 *& 5.* Et quando plures possident, non suffi-
cit scientia vnius; sed omnium pariter requi-
ritur, *Capyc. decis. 209. sub num. 29. Gratian. discept. forens. cap. 326. num. 8. & 9.* Sine qua
45 scientia, & patientia non acquiritur illa pos-
sessio, *Mantic. decis. 40. num. 9. Rot. apud Coc-*
46 *cin. decis. 26. num. 4.* Et sic possessio per antea
acquisita non amittitur, *Rot. decis. 268. num. 3.*
47 *par. 4. recen.* Vnde cùm per dictum R. D. Ni-
colaum non fuerit probata scientia dd. de
Bonuccellis, & Lucchinis de effossione per ip-
sum facta in præfata via, non sufficit, dato,
quòd superuenerit completo iam actu, sed in-
teruenisse debet de tempore, quo fiebat actus,
vt in puncto tradit *Surd. cons. 233. num. 18. 19.*
48 *20. & 21.* Maximè quia versamur in casu ser-
uitutis discontinuæ, & interpellatæ, quæ non
est semper in vsu, ex quo ad eius vsum requiri-
tur factum hominis, qui non potest continuò
ire, transire, & commeare, vt aduertit *Bart. in l. 2. Cod. de seruitut. rustic. & vrbanor. prædior.* & post eum *Oynotom. in §. fin. Instit. eod. tit.* Et
49 ideò nil mirum si in istis seruitutibus sufficiat
probatio possessionis à longo tempore retro,
Rot. Bononien. decis. 138. num. 68. Post. obser-
50 *uat. 17. num. 8. 9. & 10.* Ex quo sequitur, quòd
in istis actibus discontinuis difficilius scientia
inducatur; Nec sufficit allegare præsumptam,
sed requiritur certa, & indubitata; Maximè ad
effectum sibi causandi præiudicium, *Merlin. Pignatell. controuers. forens. 30. num. 27. tom. 1. Rot. decis. 621. num. 1. par. 1. recent.* Vbi quòd
51 requiritur scientia explicita, & indubitabilis,
Rot. decis. 130. num. 6. part. 6. recent. & apud Gregor. decis. 425. num. 5. & apud Duran. de-
52 *cis. 326. num. 16.* Ad hoc, vt quis cadat à iure
suo, *ead. Rot. apud Buratt. decis. 18. num. 3. apud*
53 *Merlin. decis. 889. num. 4. tom. 2.* Et certa, ac
specifica scientia cum omnibus suis qualitati-
bus, & circumstantijs, *Rot. apud eund. Merlin.*
54 *decis. 409. num. 28. tom. 1.* Ideoq. cùm vsus iti-
neris sit seruitus discontinua ad effectum, vt
quasi possideri dicatur, non est necesse, quòd
quotidiè transeat, sed sufficit, quòd in toto
anno per 30. dies, *iuxta text. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itiner. actuq. priuat.* Et licet *cap. Rot. 59.* exigat possessionem 40. dierum con-
tinuorum præcedentium præceptum; Tamen
loquitur de possessione immobilium, non ve-
rò iurium incorporalium, & seruitutum di-
55 scontinuatum; Quia in eis non datur illa
quotidiana, & continua actualis possessio;
Monac. decis. Bononien. 36. num. 15. Altograd. cons. 97. num. 26. 27. 28. & 29. tom. 2. Et in
56 terminis summarissimi, vbi agitur de iuribus
incorporalibus, quæ aliter non possidentur,
manutentio datur etiam ex sola ciuili posses-
sione absq. actuali, latè *Post. in tract. de manutenend. obseruat. 16. num. 30.* Et in terminis,
57 quòd in incorporalibus vnicus actus sufficit
ad acquirendam quasi possessionem manute-
nibilem, fuit dictum in *Craccomen. Iuris respon-*

dendi

dendi 11. Decembris 1651. coràm bo. mem. Bi-
chio §. eadem enim quasi possessio cum §. sequen-
ti, vbi suprà enarrata optimè comproban-
tur, & magis in terminis priùs fuit firmatum
in Taurinen. delationis Baldacchini Mercurij 4.
Iulij 1646. §. quid cæteris prætermissis coràm
Eminentiss. Corrado, quæ est *decis.* 419. *num.* 13.
par. 9. tom. 2. recent.

Secundò fuit ponderatum, quòd cùm dd.
testes deponant de actibus, qui cùm asseran-
tur facti in situ viæ publicæ, aut vicinalis, quæ
pariter publica est, vt infrà demonstrabitur;
58 & cùm ipsis lex resistat, & habeant vehe-
mentissimam iuris præsumptionem contrà se,
non poterat d. R. D. Nicolaus defendi, & ma-
nuteneri in asserta quasi possessione, nec ei
competit possessorium summarijssimum, *Di-*
dac. practic. quæst. 17. num. 6. vers. primum,
Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 24. Gra-
tian. discept. forens. cap. 870. num. 15. Boccac.
de interdict. vti possidet. cap. 3. num. 17. & 18.
Rot. apud Buratt. decis. 312. num. 13. ead. Rot.
decis. 265. num. 38. par. 5. & decis. 443. num. 3.
par. 5. recent. Post. de manutenen. obseruat. 44.
59 *num. 1. & num. 12. 14. 15. 20. & 21.* Et ratio
est, quia cùm d. R. D. Nicolaus velit defendi
in asserta quasi possessione illius Iuris, quod
soli Principi conceditur, vt sunt actus deua-
standi viam publicam, aut vicinalem ex fun-
do publico factam, quæ publica pariter dici-
tur; Hoc ideò non poterat ipsi competere
manutentio in d. asserta quasi possessione, nisi
cum titulo habito à Principe, *Menoch. d. re-*
med. vlt. num. 24. Buratt. decis. 312. num. 12.
& 13. Post. d. obseruat. 44. num. 25. vers. in
quibus.

60 Tertiò fuit consideratum, quòd dato dd. te-
stes probassent præfatos actus, non essent ta-
men tales, qui probarent possessionem d. R.
D. Nicolai priuatiuè quoad dictos de Bonuc-
cellis, & Lucchinis ad ipsos excludendos ab
vsu, & facultate vtendi hac via, egregiè *Man-*
tic. decis. 207. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. Altograd.
61 *cons. 97. num. 59. lib. 2.* Et ideò quando etiam
d. via in totum esset priuata, *iuxta text. in*
l. 2. §. priuata via ff. ne quid in loc. public. Mi-
nimè etiam actus prædicti probarent posses-
sionem dicti Reuer. Domini Nicolai priuati-
uam Iuris dd. de Bonuccellis, & Lucchinis per
depositionem sex testium pro ipsorum parte
examinatorum probantium ius eundi, tran-
seundi, Iumenta, Plaustra, & Currus agendi,
& ducendi per d. viam, vt suprà fuit demon-
stratum.

62 Tantò magis cùm testes pro parte d. R. D.
Nicolai examinati, toto viso processu, nullibi
dicant, ipsum prohibuisse dictis de Bonuccel-
lis, & Lucchinis vsum præfatæ viæ, eusq. tali
prohibitioni acquieuisse, vt opus fuisset; Quia
tunc per ipsam prohibitionem, & acquiescen-
tiam d. R. D. Nicolaus fuisset constitutus in præ-
tensa quasi possessione prohibendi; Supposi-
to, quòd via esset priuata prædicta specie, hoc
est, quæ pro publica haberi non posset, *Buratt.*
decis. 312. num. 9. Rot. decis. 273. num. 2. par. 5.
recent. Post. de manutenend. obseru. 10. num. 92.
63 *Mantic. d. decis. 207. num. 6.* Vbi quòd scien-
tia, & patientia in incorporalibus est subiectũ
quasi possessionis, *Innocent. in cap. querela.*
num. 3. & ibi Abb. num. 2. de elect. Grattan. di-
scept. forens. cap. 113. num. 21. cum seqq. Man-
tic. decis. 172. num. 5. Buratt. decis. 825. num. 5.
& firmatur per *Rot. in vna Sipontina Pensionis*
8. *Aprilis 1647. coràm bo. mem. Peutingero. §.*
non obstat, vers. pensionario enim; Et licèt in
corporalibus sola scientia, & patientia ad in-
64 ducendum spolium sufficiat; Secùs tamen
procedit in incorporalibus, cuius generis est
seruitus itineris, & viæ; In quibus ad hoc, vt
amittatur quasi possessio, & alteri acquira-
tur, est necessaria præuia prohibitio, & succes-
siua patientia; Nec sola scientia cum acquie-
scentia sufficit, *Afflict. decis. 67. num. 1. Rot.*
coràm Clemente Merlino decis. 242. num. 5. cum
65 *trib. seqq.* Et in seruitutibus negatiuis, inter
quas connumeratur actio negatiua viæ super
suo fundo, *§. æquè Instit. tit. de actionib.* ibi
66 diffusè *Oynotim.* Ad effectum, vt acquiratur
quasi possessio, requiritur præcedens prohibi-
tio, & subsequens patientia, firmant in pun-
cto, & eleganter iuxtà morem doctissimus
Franciscus Maria Pratus discept. forens. cap. 47.
num. 36. Grattan. discept. forens. cap. 88. num.
15. cum seqq. Rot. decis. 536. num. 3. & 365.
67 *par. 2. recent.* Et in indiuiduo seruitutis viæ
hæc duo extrema requiri, apertè satis sugge-
rit *text. in l. sequitur §. si viam ff. de vsucapion.*
Rot. penès Post. decis. 541. num. 13. & 14.

Vndè sequitur, quòd cùm dd. DD. de Bo-
nuccellis, & Lucchinis per d. R. D. Nicolaũ, seù
per eius antecessores nulla fuerit facta pro-
hibitio, nec actibus turbatiuis acquieuerint;
Imò semper reclamauerint, actus turbatiuos
deuastauerint, vt clarè ex processu examinis
testium vtriusq. partis dignoscitur, & deniq.
præcepto possessorij summarijssimi nõ acquie-
uerint, sed præceptum ipsum retorquendo
petierint se manuteneri in suo vsu, & statu ad
68 libitum vtendi d. via; Propterea per præfatos
actus turbatiuos ipsi non habuerunt se pro
spoliatis, sed continuarunt suam quasi pos-
sessionem, seù d. viæ vsum; Vndè in eo omni-
nò erant manutenendi, *Rot. apud Seraph. decis.*
1041. num. 3. Ferentill. ad Buratt. decis. 590.
num.

num.16. vers. verùm hoc procedit, Ludouis. decis.
555. num. 1. Rot. decis. 330. num. 7. par. 6. re-
69 cent. & hoc ideò dictos actus turbatiuos fa-
ctos per d. R. D. Nicolaum, licitum fuit ipsis
de Bonuccellis, & Lucchinis deuastare ad
tuendam, & manutenendam eorum posses-
sionem, ad text. in l. quemadmodùm §. si prote-
ctum ff. ad leg. Aquil. Peregrin. decis. 127. num.
6. Surd. decis. 168. num. 1. & seqq. Gratian. di-
70 scept. forens. cap. 314. num. 37. & sic ex prædi-
ctis dignoscitur eorum animus, argument. tex.
in §. Pauonum Instit. tit. de rer. diuis. Cephal. cons.
3. nu. 28. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 95.
71 num. 7. nunquàm se habuisse pro expoliatis,
dùm non tollitur præsumptio continuationis
possessionis, etiamsi esset elapsum spatium
10. annorum, Gratian. cap. 310. num. 48. &
seqq. Post. in tract. de manutenen. obseruat. 58.
num. 45. cum seqq. Hęc tamen ad abundantè,
quià per omnes testes vtriusq. partis extat
probatum per dd. de Bonuccellis, & Lucchi-
nis statim habita notitia de actibus turbatiuis
vsus d. viæ, omne impedimentum fuisse
sublatum.

72 Quibus non obstat, quod dicebatur per
vnum ex DD., d. possessionem, seù quasi
transeundi per d. viam, in qua reperiuntur di-
cti de Bonuccellis, & Lucchinis, esse preca-
riam, & iure familiaritatis illis concessam à
D. Orsuccio, & consequentèr non esse manu-
tenibilem, ad tradita per Post. tract. de manu-
tenen. obseru. 54. num. 19.

73 Fuit enim responsum, quòd præsumptio
precariæ, & iure familiaritatis cessat, ex eo,
quòd præfati de Bonuccellis, & Lucchinis nō
iuerunt, nec transiuerunt per loca deuia, sed
per viam attritam, & publicè frequentatam,
quo casù censetur vsus iure proprio, ac serui-
tutis, vt in terminis firmat Rot. Bononien. ex
doctr. Bart. &c. in d. decis. 138. num. 6. Vbi ex
transitù per loca, vbi erant signa Itineris, &
Viæ, excluditur possessio iure familiaritatis;
74 Et de iure quis præsumitur vti Via, & Itinere
iure seruitutis, non autem familiaritatis, Me-
noch. de retinen. remed. 5. num. 19. Rot. Bonon.
citat. decis. 138. num. 59. Post. obseru. 59. num.
19. Cornazzan. decis. 57. num. 8. Quod magis
75 comprobatur ex multiplicitate actuum fa-
ctorum per prædictos de Bonuccellis, & Luc-
chinis ratione continuandæ possessionis iuibi
transeundi per spatium 30. annorum, & vl-
trà, Adden. ad Gregor. decis. 162. num. 16. Ca-
ualer. decis. 286. num. 6. Adden. ad Buratt. de-
cis. 169. num. 14. plures adducit Post. obseru.
54. num. 20. & confert doctrina Bero. cons. 55.
76 num. 16. vol. 3. Vbi non dicitur precariò pos-
sidere, qui per longum temporis spatium
possedit, & conferunt paritèr dicta per Cyriac.
controu. forens. 251. num. 32. tom. 2.

Secundò neq. obstat, quod dicebatur, d. R.
D. Nicolaum egisse pro damno dato contrà
eos, qui damnum dederunt in fructibus per
eum satis in d. via, eosq. à Iudice condemna-
ti fecisse.

Quià fuit responsum duplicitèr: Primò,
quòd in illis assertis condemnationibus non
agitur de via, sed de damnis datis in bonis ex-
trà viam, vt probant testes dd. DD. de Bo-
nuccellis, & Lucchinis, & hoc nempè Secun-
dus testis fol. 28. & rationem assignat: Che per
esser Guardiano lo stimò; Sic etiam Tertius te-
stis fol. 39. Quintus testis fol. 68. vbi, Che seguì
ne' beni delli Signori Orsucci, & non nella Viac-
cia, e lo sà, perche esso è vno de dannatori. Se-
77 cundò, quià condemnationes illæ non po-
tuissent in omnem casum præiudicare dd. de
Bonuccellis, & Lucchinis non vocatis, & non
acquiescentibus, Buratt. decis. 317. num. 11.

Tertiò non obstat, quod dicebatur de præ-
tensa possessione D. Fulgentij Patris Reu. D.
Nicolai, quià actus possessorios fecerit in d.
via, nempè quòd eandem partem viæ 1638.
foderit, seù ligonizari fecerit; Quia vt dicit
vnus testis examinatus pro DD. de Bonuccel-
lis, & Lucchinis fol. 77. à terg. & fol. 78. quod
non hoc fecit animo acquirendi aliquam pos-
78 sessionem, siuè ius in eadem via, sinè quo
animo non acquiritur possessio, Post. obseru.
20. num. 22. Præsertim cùm posteà seqq. an-
nis nihil aliud fecisse, probatum fuit.

Et quod dicitur per d. D. Fulgentium per
aliquod temporis spatium retinuisse in d. via
lignorum aceruum; Hic actus non fuit habilis
ad acquirendam possessionē eiusdem viæ, præ-
sertim quià dd. lignorum aceruus fuerat ab eo
sic collocatus, vt Iter, & Transitum nequa-
quàm impediret, vt dicit Primus ex testibus
eorundem de Bonuccellis, & Lucchinis fol. 10.
à terg. Secundus fol. 24. à terg. Tertius fol. 38.
Quintus fol. 64. Sextus fol. 78.

Hæc omnia licèt sufficerent pro manuten-
tione decernenda dd. de Bonuccellis, & Luc-
chinis, siuè &c. iuxtà formam requisitam à
cap. 1. Statut. Cur. Fundac. lib. 2. Tamen cùm
dictum Statutum non excludat, sed expressè
dicat, non intendere derogare alijs probatio-
nibus de iure, & forma Statutorum permissis
ad probandam viam, seù terrenum publicum,
Corroborati etiam prædicta breuitèr dixi.

Primò enim non potest controuerti, quin
situs, de quo agitur, sit via; Cùm hoc probe-
tur ex confessione partis Aduersæ in suis posi-
tionibus clausis, & præcipuè ex septima in
processù fol. 23. à terg. Vbi, Che detto sito com-

mune-

conuenienter id statu ..., *in fo. ... de Viaccia*, & ex 19. & 24. & 27. & 41. Eadem pars idem fatetur: Vnde datur intelligi, haud
79 inficiari posse, quin sit via; Cùm nomen effectui consonet, *in text. in l. à nullo Cod. de ser. §. aliud Instit. tit. de donat. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. quæst. 4. num. 20. 26. 27. 28. 29. 30. & seqq. Thomas. de Piperat. tract. de fam. num. 16. in 11. vol. tract. recent. par. 1. 10. Montagu. de bigam. quæst. 2. num. 1. & 2. tom. 5.*
80 *tract. recentior.* & in indicium, quòd nomen viæ debeat censeri consonans rei, & eius effectui, tradit *Rimin. iun. cons. 626. num. 22. 23. & 24. Bero. cons. 20. num. 5. lib. 2.* vbi latè ...

Secundò probatur pariter ex confessione eiusdem partis, in eiusdem capitulis facta, idest in 32. positione; quod idem probant testes de Bonuccellis, & Lucchinis super interrogatorijs partis, & præcipuè super 10. & 16. & super capitulis dd. de Bonuccellis, & Lucchinis, & signanter super cap. 8. vsq. ad 17. per tot. cum optima causa scientiæ, & idem probant testes d. R. D. Nicolai, nempè Primus super interrogatorijs 16. 17. 19. 21. 23. 24. 27. 28. 30. 34. 36. 40. 41. & 42. in processu pag. 11. vsque ad 18. & super artic. 4. in processu folij 8. à terg. Item super artic. 6. 7. & 10. ac dicunt omnes alij testes super ijsdem interrogatorijs.

Tertiò, quòd sit via, redditur clarissimum ex enunciatiuis antiquorum Instrumentorũ, in hoc iudicio productorum, quæ agendo de bonis cohærentibus, vocant à latere Orientis
81 hanc viam; Enunciatiuæ autem in antiquis probant etiam contra Tertium, *Genua* plures allegans *in suo tract. de verb. enunciatiu. lib. 1.*
82 *quæst. 4. num. 83.* Maximè cùm sint adminiculatæ pluribus designis, seù plantis, omninò standum: Cùm ex ipsis arguatur veritas rei, præsertim quando nõ sunt factæ tempore motæ litis, vt in terminis fuit firmatum *per Rot. in Assisian. Bonorum 10. Ianuarij 1639. coram Reuerendiss. Ghisilerio §. non obstat versùs fin. quæ est decis. 101. num. 9. cum duob. seqq. par. 8. recen.* & magis in terminis fuit firmatum *in Ariminen. Fideicommissi 14. Martij 1640. coram R. P. D. Cerro §. tertiò ex enunciatiuis, quæ est decis. 205. num. 8. 9. & 10. par. 8. recent.* vbi latè; Vndè cùm dd. de Bonuccellis, & Lucchinis habeant pro se tot Instrumenta, testes, ac etiam plantas, à publicis Agrimensoribus factas, ex quibus apparet, dictum situm semper fuisse habitum pro via, eorum probationes sunt omninò præferendæ testibus d. R. D.
83 Nicolai; Tùm quia in antiquis probationes ex scripturis desumptæ præualent testibus, *Glossa in cap. 1. in verb. in scripturis in fin. de ten... sibi in 6. Specul. de instrumentor. edit. §. restat num. 3. & seqq. Crauett. cons. 54. num. 13. Rot. apud Seraphin. decis. 39. num. 7. & par. 1. re-*
84 *cent. decis. 582. num. 6.* Tùm etiam quia testes dd. de Bonuccellis, & Lucchinis ex tot Instrumentis, Plantis, & Designis adminiculati, erãt præferendi testibus d. R. D. Nicolai non adminiculatis, ad doctrinam *Bald. in l. ob carmen §. si testes num. 1. in 2. notab.* & ibidem latè *Iacob. de S. Georg. à num. 51. vsque ad 14. ff. de testib. Gabr. eod. tit. conclus. 4. num. 83. Farinacc. eod. tract. quæst. 65. num. 129.* & in terminis ità fuit firmatum *per eand. Rot. in Ariminen. Fideicommissi 14. Martij 1640. coram R. P. D. Cerro §. 6.* quæ est *decis. 205. num. 31. par. 8. recent.* & fuit firmatum *in Bononien. Pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram Eminentiss. Ottobono impress. post Salgad. decis. 1. num. 2. & 3. & num. 11. vsque ad 15. & apud ipsum Ottobon.* est *decis. 200. num. 3. 4. 5. 10. & 13.*

Accedit, quòd lucò clariùs demonstratur, & corroborantur prædicta ex Instrumento, vltimo loco facto, venditionis quarundam terrarum, venditarum de anno ...... Vbi in prælaca venditione datur pro confine d. via, & sic non obscurè colligitur, illam non esse de bonis illius, vel per eum, vel ipsius Autho-
85 res emptam; Ex ratione, quia confines non dicuntur esse de rebus confinatis, sicuti nec terminos dicitur esse de re limitata; Sed confinis dicitur terminus exclusiuus à re confinata, *in puncto Rot. decis. 358. num. 5. par. 4. tom. 2. & decis. 136. num. 7. & seqq. & decis. 86. num. 3. & 4. par. 6. recen. & post Consil. ad Peregr. decis. 5.*
86 *num. 4.* & eo ipso, quod dicitur confinis, demonstratur, rem esse alterius, *Rimin. iun. cons. 431. num. 67. cons. 448. num. 75. & cons. 619. num. 18.* Et si Contrahentes eam habuissent pro via priuata, vtiq. expressent pro confine bona illorum, quorum prædijs dicta via adhæ-
87 rebat; Sed cùm non ignorarent eam publicam, & ideò à priuatis alienari non posse, *Bero. cons. 136. num. 3. lib. 3. Ioseph Ludouic. conclus. 76. versic. & viæ publicæ, Surd. decis. 42. n. 14.* Et dum eam pro confine nominarunt, declararunt esse publicam, non autem priuatã;
88 Et magis standum est Instrumentis, quàm testibus, *l. census 10. ff. de probat. Rot. decis. 913. num. 9. & decis. 582. num. 6. par. 1. recens.* & fuit dictũ *in Romana Successionis 9. Maij 1644. §. secundo testes coram bo. mem. Bichio*, quæ est *decis. 280. num. 8. par. 9. tom. 1. recent.* latè fuit dictũ *in Bononien. Pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram Eminentiss. Otthobono impress. post Salgad. decis. 1. num. 13. & apud ipsum Otthobon. est decis. 200. num. 26.*
89 Neq. existimaui præsentis inspectionis. di-

 scurre-

ſcurrere ſuper qualitatibus dictæ viæ, an ſit publica, an potiùs vicinalis, aut agraria, iuxtà diſtinctionem, de qua *per Surd. deciſ. 42. vbi Ego latè*; Cùm diſceptatio prædicta potiùs ad petitorium eſſet reijcienda, in quo de præſcriptione huius ſeruitutis itineris diſputari contingeret, quàm in hoc ſummariſſimo Poſſeſſorio, in quo de ſolo vsù, & quaſi poſ-
90 ſeſſione contendebatur: Vnum tamen non prætereundum cenſui, me non prætendere, hanc eſſe, vel fuiſſe viam Regalem (ad quam conſtituendam requiruntur illa tria requiſita; Nempè, quòd d. via ſemper fuerit frequentata tanquàm publica; Secundò, quòd ducat in Ciuitatem, vel flumen, vel aliam viam publicam, ad latè tradita *per Paul. Staib. Iunior. reſolut. forenſ. deciſar. reſolut. 65. per tot. lib. 1.* vbi enucleatam iſtam materiam habes; Et Tertiò, quòd ſolum dictæ viæ ſit publicum, licèt ex prædictis non obſcurè colligatur, illorum verificatio) Benè verùm viam publicam
91 priuatam: Nàm etiam viæ priuatæ, & quæ ducunt ad agros, & per quas omnibus commeare licèt, publicæ ſunt, & vt publicæ iudicantur, *Maluaſ. conſ. 78. num. 10. Barz. deciſ. 156. num. 21.* & probat *text. in l. 2. §. priuatæ ff. nè quid in loc. public. Capoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 85. num. 23. verſ. priuata via*; Et
92 ſic cùm certum ſit, viam publicam à Nemine poſſe occupari, *d. l. 2. ff. nè quid in loc. public. Anton. Maceraten. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 60. cap. 16. verſ. quid publica, Merlin. deciſ. Lucen. 84. in fin. Bertazzol. conſ. 393. num. 2. inter Crimin. Surd. citat. deciſ. 42.* Ità vt ad
93 remouendum tale impedimentum non ſolùm competat Interdictum reſtitutorium, ad
94 *l. 2. ff. nè quid in loc. public.* Sed etiam concedatur Interdictum retinendæ, vt ex *Menoch.* tradit *Maceraten. d. cap. 16. §. quid publica, verſ. vel retinendæ*.

95 Tantò magis quià de poſſeſſione, ſeù quaſi dd. de Bonuccellis, & Lucchinia, vt viſum eſt, de tempore motæ litis non poteſt difficultari, quæ in hoc ſummariſſimo iudicio ſufficiens eſt, reiecta qualitate vſurpationis, ſeù turbatiuæ in actis adiectæ, vt benè probant *Cranett. conſ. 150. ſub num. 5. verſ. ſed poſito, Rot. deciſ. 802. num. 1. & ſeq. par. 1. diuerſ. & penès Greg. deciſ. 458. ſub num. 1. & ſeqq. & apud Buratt. deciſ. 270. num. 1. & 2. & deciſ. 720. num. 1. cum ſeq. ac deciſ. 730. num. 1. & ſeq. & apud Duran. deciſ. 21. num. 3. verſ. ſecundò*, & in terminis hæc omnia ſuprà adducta firmauit *Rot. in vna Taurinen. delationis Baldachini Mercurij 4. Iulij 1646. coràm Eminentiſſ. Corrado §. conſtat enim de eorum quaſi poſſeſſione de tempore motæ litis, & longè anteà*, quæ eſt *deciſ. 419. num. 1. par. 9. tom. 2. recent.* Propterea omnia fundamenta ſuprà adducta inconcuſſa remanent.

His tamen non obſtantibus emanauit ſententia contrà præfatos de Bonuccellis, & Lucchinis; Nec mirùm quià vnuſquiſq. abundat in ſuo ſensù; Sufficiat tantùm mihi hæc dixiſſe ad meæ ſententiæ comprobationē, licèt operam perdiderim cum DD. meis contrarium ſentientibus, & ideò neq. ipſi meæ, neq. Ego illorum ſententiæ ſubſcripſi; Verùm tamen eſt, quòd cùm fuiſſet reclamatum apud Excellentiſs. Senatum pro parte dd. de Bonuccellis, & Lucchinis à præfata ſententia DD. meorum Coniudicum (qui ſe fundabant in *Iuris reſponſo* edito per Germanum fratrem Ioſephum Cenſalium ſemper recolendæ memoriæ in Romana Curia Aduocatum, & in calce *iſtius deciſ.* imprimendo) & cùm iſto interim Ego fuiſſem vocatus à Rep. Ianuen. ad exercendum Auditoratus munus illius Inſignis Rotæ Criminalis, fuit mihi nunciatum, d. cauſam fuiſſe per concordiam terminatam, attentis fundamentis *præfata mea deciſ.*

Iuris reſponſum claræ mem. Excellentiſſimi D. Ioſephi Cenſalij in Romana Curia Aduocati, pro DD. de Orſuccis editum.

ARGVMENTVM.

Lucana Tranſitus.

SVMMARIVM.

Manutentio datur probanti poſſeſſionem de tempore motæ litis, & per multum temporis ſpatium antea. num. 1.

Via vt dicatur publica, quæ requirantur, remiſſiuè num. 2.

Via publica ab aliquo reformari non poteſt ſine licentia, & iuſsù Principis. num. 3. & 4.

Seruitus quas probationes requirat, & teſtes quid deponere debeant. num. 5.

Seruitus tranſitus probari debet per prætendentem eum, etiamſi exiſtatur in poſſeſſione, cùm ſit ex actibus negatiuis. num. 6.

Manutentio eſt danda illi, qui licentiam impartitus fuit, & petens eam ab alio, fatetur ſe Iure proprio non poſſidere, ſed precario. num. 7.

Manutentio eſt ſemper danda illi, ex cuius licentia, & mandato actus fuit geſtus. num. 8.

Seruitus diſcontinua Iuris tranſitus debet probari fuiſſe ab Aduerſariis acquiſita, vel pacto, vel teſtamen-

ſtamen-

[illegible] vel praescriptione. num. 9.

Seruitus si prouentat ex pacto, vel testamento, concludenter de ea constare debet. num. 10.

Pacta continentia seruitutis debent esse expressa, dum sint contra naturam, cùm quaelibet res praesumatur libera. num. 11.

Seruitus itineris, seu transitus requirit praescriptionem immemorabilem. num. 12.

Seruitus itineris non dicitur praescripta, si fundetur in depositionibus testium, immemorabili non articulata, neque probata, nec testes de ea deponant. num. 13.

Seruitus discontinua, vt acquiratur, sufficiunt decem anni inter praesentes, & viginti inter absentes, probato titulo, & non tempore immemorabili, dummodò titulus fuerit allegatus in principio litis [illegible], & vsus extitisset cum scientia, & patientia Domini. num. 14. & 15.

Vsus seruitutis licèt non praescriptae quandonam [illegible] Seruienti [illegible] sibi vendicet Officium Iudicis. num. 16.

Seruitus [illegible] ab aliquo praescribatur, debet ea [illegible] [illegible] iure suo. num. 17.

Transitus [illegible] & quando censeatur permissus Iure [illegible] precario, vel familiaritatis, & non iure seruitutis. num. 18.

1 DIligentèr considerata facti serie transmissa, censeo mandatum de manutenendo super iure transitus, de quo agitur, dandum esse Dominis de Orsuccis, qui eorum probant possessionem, non solùm de tempore motae litis, sed per multum tempus antè; §. retinendae Instit. de interdict. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 95. Rot. post Modern. de manuten. decis. 7. num. 1. & decis. 17. num. 1. decis. 138. num. 1. & 158. etiam ex num. 1. cum sequentibus aliis.

2 Nec obstat praetensa possessio ex aduerso per testes probata, quia vltra quod ex eorum lectura testes deteguntur mendaces, dùm asserunt transitum, de quo agitur, fuisse publicum, cùm tamen ex facto contrarium constet, quia ipsemet transitus terminatur in fouea, vt ex testibus pro hac parte formiter examinatis, nec directè ducit ad Ciuitatem, nec etiam alias habet circumstantias requisitas ad constituendam viam publicam, iuxta latè tradita per [illegible] Anuicir consil. [illegible] num. 17. cum aliis

3 per Surd. decis. 4[illegible]. num. 3. cum seqq. Et maximè dum super eodem transitu de licentia D. Nicolai sunt factos Ponticellos, quod vtiq. non fuisset permissum, si via fuisset publica, vt Glos. in leg. 2. §. tractatum ff. ne quid in loco publico.

4 Boss. tit. de via publica num. 3. Saltim sine licentia, & iussu Principis, Surd. cons. 237. num. 17. & 9. & d. decis. 4[illegible]. num. 7. 8. & 9. Cepoll. de seruit. rustic. praedior. cap. 3. num. 8[illegible] [illegible] 85. num. 32.

5 Cessat difficultas, quia ad effectum probandi seruitutem transitus, requiruntur liquidissimae probationes, & quòd testes illam indiuiduent, cùm expressione, quod aliquis fuerit vsus iure seruitutis vigore alicuius tituli praecedentis, vt tenent Burfatt. cons. 267. num. 1.

6 & 2. cum seqq. lib. 3. & quod magis est, seruitus praetensi transitus debet probari per illum, qui illam praetendit, etiamsi sit in possessione, cum hoc sit proprium actionis negatiuae, iuxta [illegible] Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 6. ff. de itiner. actuq. priuat. & in l. si prius num. 14. & seqq. & signanter num. 17. ff. de nouo opere nunciat. Gabr. cons. 145. num. 3. lib. 1. Honded. cons. 79. num. 23. lib. 1. & in praecisis terminis post multos alios congestos Rot. decis. 101. num. 1. cum seqq. par. 4. tom. 2. recent. ex cuius lectura in hac causa omnis tollitur difficultas.

In praesenti autem tantùm abest, quod fuerit probatum, fuisse itum per d. transitum iure seruitutis, & quòd aliquis praecesserit titulus, quin pro hac parte apertè demonstratur, quod semper omnes illi, & praecipuè Liuellarij haeredum Ioan. [illegible], qui transire volebant per dictum situm, licentiam petierunt à D. Nicolao; Vnde deducitur penès eosdem nullam potuisse considerari dominium, vel possessionem.

7 Hocq. tantùm sufficere, vt manutentio dari debeat illi, qui licentiam impartitus fuit, dùm è contra petens ab alio licentiam fatetur se iure proprio non possidere, sed precariò, [illegible] deducitur ex text. in l. [illegible] ne possidetis, l. qui precario ff. de precario, Post. de manuten. obseruat. 59. ex num. 30. cum pluribus seqq. & signanter 34. vers. [illegible] qui petijsse licentiam, & obseruat. 72. num. 46. vers. debent probari [illegible] ad [illegible] obtinendum mandatum de manuten. Rot. penes Buratt. decis. 996. num. 6. & post Post. de manuten. decis.

8 [illegible] num. 2. Et regulare est tam per manutentionem dari illi, ex cuius licentia, vel mandato actus fuerit gestus, Vangell. de [illegible] [illegible] cap. 4. num. 72. Post. de manuten. obseruat. 52. num. 2. & num. 32. & 33. cum aliis [illegible] Rot. in Romana manutentionis, 28. [illegible] 1653. [illegible] non obstat coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.

9 Praetereà cùm versemur in seruitute discontinua iuris transitus, debuisset ex aduerso probari illam ab Aduersariis fuisse acquisitam, vel pacto, vel testamento, vel praescriptione, ad Glos. in l. 6 S. 1. ff. de itin. actuq. priuat. Roman. [illegible] Cod. de seruitutibus, Rot. d. decis. [illegible] par. 4. tom. 2. recent. [illegible] indiuiduè fuit dictum ab alia Rota Lucensi in decis.

 im-

impressa penès Andreol. controuers. 178. ex nu. 1. & per tot. vbi ad omnia contraria respondetur.

10 Pactum enim, vel testamentum, quorum
virtute fuerit dd. Aduersarijs concessa, vel
constituta seruitus, non demonstratur, & ta-
men de hoc debuisset concludentèr constare,
*Surd. decis. 177. num. 1. & 2. Capoll. de seruitut.
itiner. cap. 38. num. 2. & 3. Rot. Lucens. apud
Andreol. d. controuers. 178. num. 2.* vbi subdi-
11 tur, quòd talia pacta debeant esse expressa,
dùm sunt contra naturam, cùm quælibet res
præsumatur libera, *Grat. discept. forens. cap.
572. num. 58. & seqq. Mantica de tacit. & am-
big. lib. 23. tit. 38. num. 30. Franciscus Antonius
Costa cons. 33. num. 9.*

12 Nec etiam potest allegari præscriptio, quia
seruitus itineris, seù transitus discontinua re-
quirit immemorabilem, *Glos. magna in l. serui-
tutes 14. in princ. verb. certam*, & ibi *Bart. nu.
3. Castrens. num. 10. ff. de seruitutibus, Alexan.
cons. 108. num. 4. vers. secùs lib. 2. Bursatt. cons.
156. num. 30. lib. 2. Barz. decis. Bonon. 140. nu.
27. Honded. cons. 79. num. 33. & 65. lib. 1.* &
in specie seruitutis Viæ, & Itineris, *Balbus de
præscriptionib. part. 4. princip. quæst. 1. num. 2.
Natta, Mandell. de Alba, & Menoch.* allegati in
*d. decis. Lucens. apud Andreol. controuers. 178.
num. 5. & in d. decis. 101. num. 5. & seqq. par. 4.
13 tom. 2. recent.* Vbi in specie seruitutis itineris
subditur, minimè posse fundamentum fieri in
depositionibus testium, quando immemora-
bilis non est articulata, nec probata, nec testes
deponunt, *iuxtà requisita Glos. in cap. 1. de præ-
scr. pt. in 6.* prout in casu, de quo agitur.

14 Et licèt regularitèr dici soleat, quòd ad
acquirendam seruitutem discontinuam suffi-
ciant 10. anni inter præsentes, & 20. inter ab-
sentes; Tamen vel hæc conclusio intelligitur
probato titulo, quo casu non est necessarius
cursus temporis immemorabilis, prout egre-
giè *Rot. Lucens. apud Andreol. d. controu. 178.
15 num. 6. & 7.* Vel etiam, quicquid sit quoad
titulum, debeat tamen in principio litis alle-
gari certitudinariè, à quo, vel à quibus transi-
tus fuerit habitus, & quòd præscribens sit vsus
sciente, & patiente Domino, quæ omnia hic
cessant, vt optimè, & in præcisis terminis post
alios *Rot. d. decis. 101. ex num. 1. cum duobus
seqq. par. 4. tom. 2. recent.*

Et in hunc sensum interpretari debet *Sta-
tutum Lucen. Curiæ Fundaci lib. 2. cap. 1.* Vbi
16 quòd intelligatur via publica illud solum,
per quod fuit frequentatum publicè, & palàm
tanquàm via publica per spatium continuum
30. annorum, nisi contrarium concludentèr
probetur; In hunc sensum inquam, nempè
quando exaduerso, vel demonstraretur titu-
lus, vel probaretur iure proprio, & non pre-
cario, transitum fuisse obseruatum; Quo casu
vigore *Statuti* saltem competeret officium
Iudicis pro vsu seruitutis, quamuis illa non
fuisset præscripta, vt magistralitèr *Rot. Lucen.
penès Andreol. d. controuers. 178. ex num. 16.
cum duob. seqq.* secùs dùm hic contrariū tàm
in facto, quàm in iure concludentèr probatur
ex supra deductis.

17 Et tamen nec etiam testes partis Aduersæ
probant ad formam *Statuti* prætensam con-
tinuationem per spatium 30. annorum, vt di-
ci posset constituta via publica, nec quòd trā-
seuntes crediderint transire iure seruitutis,
*iuxtà doctrinam Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu.
5. & 11. ff. de itin. act. priuat. Honded. d. cons.
79. num. 50. & 51. lib. 1. Rot. d. decis. 101. num.
14. & seqq. par. 4. tom. 2. recent.* & consequen-
18 tèr cùm in præsenti primò concurrat petitio
licentiæ à D. Nicolao; Secundò, quòd non
fuerit iure seruitutis probatus vsus prætensi
transitus; Tertiò, quòd non fuerit probata
bona fides, & titulus ex parte allegantium
cursum temporis 30. annorum cum circum-
stantijs requisitis ad viam publicam; Quartò,
quòd non appareant circumstantiæ circa
scientiam, & patientiam DD. de Orsuccis,
omninò veniat concludendum, transitum
fuisse permissum iure precariò, vel iure fami-
liaritatis, ideòq. nullum ius competere Ad-
uersarijs, quorum fauore seruitus non fuit
probata, sed omninò mandatum de manute-
nendo debeatur DD. de Orsuccis prout fuit
decisum *per Rot. Romanam d. decis. 101. par. 4.
tom. 2. recent. & per Rot. Lucens. apud Andreo-
lum d. controuers. 178. per tot.* Ex quibus, ne
longior sim, remanent sublatæ omnes exco-
gitabiles difficultates.

Et ità saluo semper &c.

*Ioseph Censalius P. A. D. & Sacr. Th. Pro-
fess. & in Romana Curia Aduocatus.*

ARGVMENTVM.

Verba dubia, & æquiuoca interpre-
tanda sunt ad exclusionē delicti. Igno-
rantia allegata ab habitante in loco
Statuentium dicitur crassa, & supina,
& an, & quando præsumatur, & ex-
cuset subditum ob absentiam à pœna
in proclamate publicata. Statuta à Iu-

re

te Communi exorbitantia strictè sunt intelligenda etiam stante maioritate rationis, & si prohibeant allegari ignorantiam sui ipsius, & cuiuslibet determinationis pœnalis, de quanam ignorantia sint intelligenda.

SVMMARIVM.

Delicti caput praambulum ad secundum cum eo confunditur, num. 1.

Inquisitio, nec probatio vlla desumi potest ex receptione literarum continentium responsionem praecedentium literarum, cùm possit dari casus, quòd alius tale quid conscripserit, vt in dies accidit. num. 2.

Verba dubia, seù aquiuoca, & qua diuersimodè possunt intelligi, non inducunt probationem contrà Reum, & interpretari debent ad exclusionem delicti. num. 3. & 4.

Referuntur verba aliquorum decretorum Excellentissimæ Reip. Luc. circa seruitia, & alia non prastanda Principibus Italia. num. 5. & 6.

Statuta à Iure Communi exorbitantia stricta, & quantum verba sonant, sunt intelligenda, etiam stante maioritate rationis. num. 7. & 8.

Causa limitata limitatum producit effectum, num. 9.

Ignorantia prasumptio statuti insurgit ex continuata commoratione extrà territorium statuentium per longum tempus. num. 10.

Ignorantia publicorum proclamatum admittitur quoad homines illius loci non continuò habitantes, num. 11.

Pœna statutaria, data ignorantia, non est locus in his, qua non sunt de Iure Communi prohibita, sed tantùm vigore proclamatum particularium, num. 12.

Subditus, qui fuit absens in partibus remotissimis, ratione ignorantia est excusandus à pœna proclamatis. num. 13.

Statutum, seù lex probibens allegari ignorantiam sui ipsius, & cuiuslibet determinationis pœnalis, intelligitur de ignorantia supina, & crassa, & non de probabili, & ligitima. num. 14.

Ignorantia fundata in longa, & diutina absentia habet Iuris assistentiam, & crassa, ac supina dicitur, si allegetur ab habitante in loco Statuentium. num. 15.

Epistolam consignatam fuisse de aliquo tempore, ad Fiscum spectat probatio, num. 16.

Decisio LXX.

Diximus, & retulimus Excellentiss. Senatui. Bernardinum Pardi non esse in casu condemnationis ob tractatus habitos cum Principibus Italiæ contrà formam decretorum anni 1613. & 1616. inter pœnalia fol. 425. & 427. Nec non ob stipendia recepta à dictis Principibus contrà formam decretorum, de quibus fol. 365. 366. 367. & 547. ex infrascriptis sanè fundamentis.

1 Quo etenim ad primam contrauentionem, cùm ne quid minimum ex processu resultet, vndè Inquisitus possit redargui de assertis tractatibus, nisi in ordine ad rem militarem, hoc primum caput, vel præambulum ad secundum, cum eo confunditur, *Farinac. quast.* 22. *num.* 19. *& seqq. Clar. §. fin. quaest.* 85. *num.* 4. & ibi *Adden. Giurb. cons.* 96. *num.* 29. *Vermiglial. cons.* 22. *num.* 5. *Guazzin. defens.* 35. *cap.* 13. *num.* 3. & disponit *Statut. nostrum lib.* 4. *cap.* 165. ibi, *Tunc delicta praambula confundantur, & extinguantur in delicto, ad cuius finem catera sunt commissa &c.*

Quod eò magis dicendum duximus, cùm in decreto, seù edicto prohibitiuo recipiendi stipendia à Principibus Italiæ, de quo inter pœnalia fol. 547. comprehendatur tractatus sub illis verbis, *Comprendendo ancora quelli, che trattaranno, procuraranno, ò teranno mano &c.*

Quibus sic præmissis, per Fiscum prætendebatur primo tractatus habitus cum Sereniss. Duce Florentiæ, de quo in præsenti processu nihil apparere visum fuit, nisi quod elicitur ex quadam epistola D. Angeli Barbarighi Nobilis Veneti sub die 25. Aprilis anni 1654. vbi dicitur, *Mi rallegro cordialmente del testimonio, che il Serenissimo Gran Duca hà voluto darle della stima in che tiene il di lei merito, & valore, con*
2 *fermarlo al suo seruitio &c.* Quæ verba licèt supponere videantur responsionem ad literas priùs à dicto Pardi conscriptas dicto D. Barbarigo, & sic quandam assertionem, & confessionem extraiudicialem ipsius Pardi, cùm tamen possit etiam dari casus, quòd alius tale quid, licèt à veritate alienus, conscripserit, vt in dies accidit, non potest super receptione dictarum literarum vllum fieri fundamentum, nè dum ad probationem asserti delicti, sed nec etiam fuisset sufficiens ad inquirendū, *Blanch. de Iudic. sub num.* 224. *circà finem, vers. & ideò putarem &c. Baccaron. de differ. inter Iudic. Ciuil. & Crimin. different.* 210. *num.* 20. Cum in
3 Criminalibus facta, seù verba dubia, & æquiuoca, & quæ diuersimodè possunt intelligi, &

se

ſe habere, non inducant contrà Reum probationem, plenè *Vermiglioſ. conſ. 13. num. 11. & 12. conſ. 159. num. 36. & conſ. 431. num. 12.*

4 Imò ea interpretari debemus ad excluſionem delicti, & eius probationis, *Vermigliol. conſ. 62. num. 7.* iuncto *conſ. 16. num. 28. 29.* Maximè ſtante depoſitione ipſius Pardi, dum fol. 20. dicit, *Eſſerſi maravigliato, nè ſeppi arriuare per qual cauſa m' hauuſſe ſcritte dette parole, credendo forſe, ch' io foſſi al ſeruitio di S. A. &c.*

5 Quò autem ad tractatum habitum cum Sereniſs. Duce Mutinæ, licèt pro parte Fiſci non adſit directa probatio contrà Bernardinum, vrgere tamen videtur generalitas *Decreti* anni 1613. in illis verbis, *Sia prohibito &c. lo ſcriuere, mandare, nè riceuere reſpettiuamente in qual ſi voglia modo, ò ſotto qual ſi voglia queſito colore, ò preteſto, meſſi, lettere, ò ambaſciate d' alcuno Rè, Vicerè, Duchi, &c. nè con eſſi pigliare ſeruitù, prattica, ouero hauer commercio &c.* iunctis aliis verbis *Decreti Additionalis* anni 1616. ibi, *direttamente, ò indirettamente,* vbi prohibetur etiam (addendo illis verbis, *Meſſi, lettere, ambaſciate*) procurare, ſeù recipere commendationes; Vndè cùm Bernardinus Pardi fateatur actualitèr inſeruiſſe dicto Sereniſs. Duci, & inter ſcripturas penès Curiam exiſtentes reperiantur literæ patentes commendatitiæ, & aliæ ſimiles, nec non computa, ſeù notulæ crediti ipſius Pardi, clarè ſupponentes ſtipendium conuentum, non videtur ipſemet effugere poſſe pœnam dicti *Decreti.*

6 Sed re vera fuit per DD. meos Coniudices dictum omnia ſupradicta *Decreta,* tàm circà tractatum, quàm circà ſeruitium militare, eſſe tantùm directa ad Principes Italiæ, & ſeruitia præſtanda in eadem regione, vt videtur in illis verbis, *Che per l' auuenire in qualſiuoglia parte d' Italia &c.* & in alio *Decreto,* ibi, *Nè d' alcuno Rè, Vicerè, Duchi, ò lor Figliuoli, Generali d' Eſſerciti, ò Luogotenenti loro habitanti nell' Italia &c.* Vndè cùm literæ, ordines, & commiſſiones receptæ à Bernardino Pardi eſſent directæ extrà Italiam, videlicèt in partes Germaniæ ad effectum ibi copias militum contrahendi, Decreta prædicta non applicantur, cùm nullibi appareat prohibitum inſeruire

7 Principibus extrà Italiam; & in iure eſt ſatis notum, Statuta à Iure Communi exorbitantia ſtrictè, & quantùm verba ſonant eſſe intelligenda, *l. omnes populi,* vbi *Scrib. ff. de iuſt. & iur. Bertazzol. conſ. Crimin. 505. num. 19. & conſ. 75. num. 13. Farinac. conſ. 54. nu. 6. in fin. & conſ. 8. num. 6. Caball. conſ. 282. nu. 3. Boll. qq. Criminal. lib. 5. tit. 1. num. 78. pag. mihi 240. Vermigliol. conſ. 201. num. 3.* Quod

8 procedit etiam ſtante identitate, imò maioritate rationis, *Roland. conſ. 24. num. 17. & ſeqq. lib. 3. Alexan. conſ. 167. num. 13. lib. 7. Eugen. conſ. 68. num. 15. Oſaſc. deciſ. Pedem. 16. num. 11. & 13. Vermigliol. conſ. 124. num.* et ideò in caſu noſtro, cùm ratio dicti *Decreti* profectò illa ſit, vt tollatur omnis occaſio, ne fiant, & ineantur tractatus, & commercia in præiudicium Reipublicæ cū Principibus Italiæ, ea diuerſificatur, quandò tractatus tendunt ad militandum, vel recipiendum ſtipendia extrà Italiam, & proptereà diſpoſitio eò magis limitatur, & reſtringitur reſpectu ſeruitij præſtandi in dicta regione, ſtante diuerſitate rationis.

Nec dicatur prohibitionem, de qua ſuprà, poſſe etiam tendere ad finem, nè milites huius Territorij inſeruiendo aliis Principibus, diminutionem reddant militiæ Excellentiſſimæ Reipublicæ.

Reſpondetur, quòd ſi ita eſſet, non fuiſſet reſtricta diſpoſitio ad Principes Italiæ, ſed ea fuiſſet facta ſimplicitèr vbiq. locorum, vt de ſe

9 ſui patet; Vndè applicatur commune axioma, quòd limitata cauſa, limitatum producit effectum, de quo per *Barbo. axiom. 40.*

Secundum fundamentum, & apprimè conſiderabile ad excuſationem Bernardini Pardi per Excellentiſſimum Octauium Aemilianum celeberrimum Aduocatum fuit adductum,

10 quòd cùm ipſe à prima ætate 15. annorum vſq. ad præſens vixerit, & continuè commoratus fuerit extra Territorium Reipublicæ, & quidèm in Regionibus remotiſſimis, & vltrà Montes, vt ipſe aſſerit in ſuis conſtitutis, & probant teſtes in deſenſiuo, indè inſurgebat præſumptio ignorantiæ dicti *Decreti. Oldrad. conſ. 313. num. 7. Dec. conſ. 64. ſub num. 5. verſ. quod autem, &c. Grauett. conſ. 126. ſub num. 7. verſ. & ignorantia &c. Rol. conſ. 9. num. 44. cap. 3. Handed. conſ. 35. num. 49. & 50. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 186. num. 16. Boſſ. in tit. de rapin. num. 25. Farinac. conſ. 101. num. 39. Carpan. ad Stat. Mediolan. in tract. de conuerſat. cum Bannit. num. 13. & 14. par. 3.* ibi

11 quòd admittitur ignorantia publicorum proclamatum quoad homines illius loci non contiguò habitantes.

Et quod præſumptio talis ignorantiæ eſt tantæ æquitatis, vt & ille, qui eſt abſens ſui culpa, huiuſmodi excuſatione fruatur.

12 Data autem tali ignorantia, quòd non ſit locus pœnæ *Statuti* in his, quæ non ſunt de Iure Communi prohibita, ſed tantùm rigore proclamatum particularium, probant plenè vltrà ſuprà proximè allegatos, infraſcripti *DD. Bald. in l. cunctos populos ſub num. 95. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* ibi, *Et ideò Forenſes, & etiam*

Ciues,

Ciues, qui diù absfuerunt excusantur &c. Menoch. cons. 74. num. 5. 18. 19. 20. Farinac. in fragment. Criminal. in verb. Bannimenta num. 9. Bertazz. cons. 319. num. 9. & 10. vol. 2. Vermigliol. cons. 189. num. 3. optimè videndus *Rouit. ad Pragmat. Regn. Neapolit. super Pragmat. de extract. Pragm. 10. num. 10. & plurib. seqq.* & præcipuè
13 *num. 27.* vbi loquitur de Subdito, qui diù fuit absens in partibus remotissimis, quòd ratione ignorantiæ sit excusandus à pœna Proclamatis.

14 Neq. obstat primò, quòd replicari posset per *Decretum* anni 1635. inter Pœnalia fol. 160. lit. D. prohibitum esse, allegari ignorantiam Legis, seù Decreti, & cuiuslibet determinationis pœnalis, eò quia licèt de iure sit validum tale Decretum, tamen hoc est intelligendum de supina, & crassa ignorantia, non de ea, quæ est probabilis, & legitima, ità in puncto distinguendo, firmant *Menoch. de arbitr. cas. 186. num. 10. 11. 12. Grat. respons. 49. num. 40. lib. 2. de Ball. quæst. Criminal. lib. 4. quæst. 3. num. 34. & 35. Caball. cas. 129. num. 8. in fine, Rouit. vbi sup. d. Pragmat. 10. n. 24.* vbi plures allegat.

15 Ignorantia autem allegata in casu nostro cùm sit fundata in longa, & diutina absentia, & propterea sit legitima, & habeat iuris assistentiam, vt vidimus, dici minimè potest crassa, & supina, prout esset, si allegaretur ab eo, qui habitat in loco, vt distinguunt suprascripti *Doctores*.

Secundò non obstat, imò scientiam in Inquisito dictorum *Proclamatum* satis iustificari ex Epistola ei transmissa à Sp. q. Bartholomæo Fatinelli sub die 8. Septēbris anni 1654. *in qua ei dicitur*, vidisse leges prohibentes Subditis recipere stipendium à Principibus Italiæ sub pœna capitis, & confiscationis bonorum.

Quia rè vera, vt ipse Bernardinus asserit, tales literas non recepit, nisi proximis ab hinc mensibus in Terra Ripæ Fractæ, vbi ei fuerunt consignatæ, & quidèm talis receptio tunc temporis redditur multùm verisimilis, quia si eas recepisset de anno 1654. illas profectò non conseruasset per tantum temporis spatium, cùm nihil releuans continerent.

16 Et in omnem casum Fisci intererat probare tunc temporis fuisse dictam Epistolam consignatam, vt docet *Genua de scrip. priuat. lib. 3. tit. de Epistola num. 94.*

Ex quibus ità per Nos fuit votatum, ac relatum Excellentiss. Senatui. Quare &c.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio an, & quando censeatur haberi Iure proprio, & non familiaritatis, maximè quando adest Dominus fundi patientis seruitutem; & an, & quando non sit manutenibilis contrà veros Dominos ex facto Conductoris concessa. Scientia, & patientia non probatæ an, & quando inducant quasi possessionem per vsum, & an simplicis Coloni, seù Emphyteutæ noceant Domino directo, etiam in iudicio manutentionis. Declarantur circà manutentionis materiam. *Merlin. decis. 752. num. 17. cap. 59. Rot. Lucen. & cap. 170. lib. 4. Stat. Vniu. Luc.*

SVMMARIVM.

Possessio infrà quadraginta dies ante petitam manutentionem non est manutenibilis in possessorio summarissimo ex cap. 59. Rot. Lucen. *num.* 1.

Possessionem quis amittit, vbi scit alium possidere, & permittit, nisi statim adeat Iudicem, nec sufficit, quòd postea reclamet. num. 2.

Confessioni partis magis statur, quàm testibus, etiamsi essent mille. num. 3.

Testibus numero pluribus est standum, num. 4.

Quasi possessio non acquiritur, nisi probato transitu, & viâ via, iure proprio, cùm simus in factis, qui iure familiaritatis sæpè concedi solent, maximè cùm appareat, aliquem esse Dominum fundi, super quo prætenditur transitus. num. 5. *&* 6.

Actus transitorij per aliquem locum præsumuntur facti Iure familiaritatis, & non seruitutis. n. 7.

Quasi possessio in incorporalibus an, & quando acquiratur per vsum, nisi constet de scientia, & patientia eius, cui vsus præiudicat, num. 8. *&* 9.

Scientia explicita, ac indubitata, & non præsumpta requiritur in præiudicialibus. num. 10.

Conductor ex Stat. Vniu. Luc. cap. 114. in princip. & cap. 164. lib. 2. *non potest seruitutem imponere super bonis conductis. num.* 11.

Possessio manutenibilis ex facto Conductoris ab aliquo acquiri nequit contrà veros Dominos, & Possessores. num. 12.

Seruitus, seu facultas per Conductorem concessa finitur per bonis conductis finitur finita conductione. num. 13.

Scien-

Scientia, & patientia simplicis Coloni, seù Emphyteutæ, nō nocent Domino directo etiam in iudicio manutentionis. num. 14.

Possessio nullus tribuitur per sæculi item precariò concessum, & sub certa mercede, cum non sit manutenibilis. num. 15.

Manutentio in summarissimo datur ad statum; non cognito, seù discusso titulo, siue iure seruitutis ex decis. Merlin. 752. num. 17. *num. 16. & quomodo procedat ex cap.* 59. Rot. Luc. & Statut. Vniu. cap. 139. lib. 4. *quod declaratur. num. 17. 20. & 22.*

Statuta debent præualere omnibus conclusionibus Iuris Communis, etiam in summarissimo. n. 18.

Possessio precaria à Colonis tradita non prodest in summarissimo possessorio, præsertim finita locatione, & dimissis Colonis, qui licentiam tradiderunt. num. 19.

Manutentio de Iure Communi *hodiè datur mihi, cras tibi, & huiusmodi pronuncia est interlocutoria, secus ex* Stat. Luc. *num. 21.*

Decisio LXXI.

SEntentiam D. Iudicis Primarum Instantiarum latam ad fauorem filiorum q. D. Petri Pauli Granuccij, duximus in omnibus eius partibus esse confirmandam.

1 Moti primò, quia Bancherij non probauerunt se esse in possessione, vel quasi eundi, & transeundi cum Bestijs Trainis, & Planstris, in & super via, seu semitola controuersa per dies 40. ante transmissum præceptum iuxta dispositionem *cap. Rota 59. §. cum hac etiam distinctione*; In processu enim apparuit eosdem in capitulis 5. & 6. pro eorum parte productis fassos fuisse transitusse super dicta semitola, quæ vsque adhùc non fuit clausa, & impedita, quod nondùm ipsi fatentur fuisse de mense Maij 1652. sed etiam per depositionem testium Granucciorum super tertio capitulo probatur, quòd idem Bancherij non valuerint transire per eam propter impedimentum ligni appositi in eiusdem initio; Non probat igitur per eos qualitas tibus à d. cap. 59. in quo se fundant, requisitis, fuit conclusum, quod obtinere non possunt *ad tradita per Bart. in l. 1. §. qui prætor ff. ne quid in flum. publ.* & per decisa in terminis *eiusdem cap.* vt traditur per *Merlin. decis. Lucen. 751. num. Zuccar. decis. 67. num. 3. & Conazz. in decis. 39. num.*

Nec obstat, quòd Bancherij non habuerint se pro spoliatis, neq. dimiserint animum possidendi, cùm stante secuto impedimento reclamauerint, porrigendo querelam coràm D. Prætore.

Quia huiusmodi reclamatio non fuit facta contra DD. Tutores minorum de Granuccis fundi possessores, & turbatores, sed contra Conductorem, & famulum mandatarios, ob idq. Bancherij sibi præiudicauerunt, cùm sciuerint, & viderint transitum sibi impediri de mandato dd. Tutorum, & passi fuerint tale impedimentum, neq. contra eos reclamauerint; vbi

2 enim quis scit alium possidere, & permittit, statim possessionem amittit, nisi illicò adeat Iudicem; Nec sufficit, quòd posteà reclamet, vt plenè *per Post. de manuten. obseru. 58. num. 22. & 23. vsque ad 29. Rot. decis. 365. num. 5. part. 4. tom. 2. recent.* Quod autem sciuerint turbatos, & impeditos fuisse de mandato dd. Tutorum, patet ex responsione per eosdem Conductorem, & famulum facta ad inquisitionem Criminalem ad eorum instantiā transmissam, in qua inquisiti confessi fuerunt fecisse de mandato Tutorum filiorum minorum q. D. Petri Pauli Granucci.

Nec pariter obstat depositio Granuccij olim Matthæi Granuccij pro Bancherijs examinati, & asserentis eos esse in possessione præsentanea d. transitus; Quia (vltrà quòd

3 est vnicus, & singularis, & magis statur confessioni partis, quàm testibus; etiam si essent mille *Baratt. decis. 367. num. 5. & 13. vbi*

4 *Adden.*) per testes pro Granuccijs examinatos probatur, per duos annos proximè præcedentes, Bancherios, stante dicto impedimento, non potuisse transire, sed accessisse ad eorum bona per viam publicam illis cohærentem, quibus cùm sint numero plures, est standum, *Lapid. decis. 160. vers. & in aliquis testes, & decis. 34. vers. sed dato, Rota decis. 299. num. 2. par. 2. recent.*

5 Moti secundò, quia quando etiam fuisset probatus transitus, & vsus, quod per superiùs dicta Nobis non fuit visum, erat etiam necesse probare Bancherios eos fuisse tali trāsitu iure proprio, aliàs eis non profuisset, cum simus in factis, quæ sæpè iure familiaritatis concedi solent, *Rapa in cap. cùm Ecclesia Sutrina. num. 99. de caus. possess. & propriet. Parisi. cons. 27. num. 131. lib. 1. Pacific. de Salutian. interdict. 1. p. 1. cap. 6. num. 39.* Maximè cùm appareat in processu, Granuccios esse Dominos, & proprietarios fundi, super quo prætenditur transitus, *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 52. Seraphin. decis. 970. num. 5. Aldouin. cons. 46. num. 75.* Quia in dubio secundùm magis communem opinionem, huiusmodi actus potiùs præsumuntur facti iure familiaritatis, & non seruitutis, *Rot. Romana decis. 101. num. 15. & 16. par. 4. tom. 2. recent.* plenissimè *Cajanat. in cons. 39. num. 48. & 49.*

Vlte-

[illegible] erat [illegible] in [illegible] Bancherios [illegible] fuisse [illegible] cum scientia, & patientia Granucciorum [illegible] Dominorum,
8 & possessorum, sine qua [illegible] quasi possessio in [illegible] non acquiritur [illegible] constet de scientia, & patientia eius, cui [illegible] praeiudicat, [illegible] *ls 2. [illegible] Rot. post [illegible] decis. 29 [illegible]* idem *Post. obseruat.* [illegible] *Rot.* [illegible] tamen [illegible] eandem opinionem [illegible] pro [illegible] *cod. num. 17. in fin. vers. & quod scientia,* [illegible]
9 [illegible] opiniones *num. 18. & 21.* distinguendo, quod quando agitur de acquirenda possessione [illegible] incorporalium [illegible] in possessione [illegible] necessaria [illegible] scientia, & patientia, [illegible] in possessione praedij [illegible]

Nec aliquod fundamentum fieri potest in eo, quod [illegible] probare, quod praedium [illegible] Plebem [illegible] Martini, & ad Ciuitatem, [illegible] quod [illegible] Granuccius, dùm vixit, viderit, & sciuerit, [illegible] pro [illegible] Granucciorum [illegible] probatum [illegible] esse posita in via, [illegible] Ecclesiam seu Plebem Martini, neque ad Ciuitatem, sed viam breuiorem esse ab altero latere, & omnia [illegible]
10 probasse, non [illegible] scientia [illegible] tempora, [illegible] bonis [illegible] esse necessaria [illegible] & [illegible] cum omnibus suis qualitatibus, *Cyriac. controuers. 289. num. 38.* [illegible] *Rot.* [illegible] *& aquis* [illegible]

Tertiò [illegible] depositionibus [illegible] examinatorum in iudicio [illegible] coram D. Praetore pro parte [illegible] Bancherionum [illegible] pro parte Granucciorum in summarijssimo examinatorum, [illegible] Conductores, & Colonos, qui laborauerunt bona [illegible] Pauli [illegible] Bancherijs conducta, antequam colerentur [illegible] Pierini, [illegible] semper [illegible] eadem bona per viam publicam, quae tribus lateribus circumdat [illegible]
11 [illegible] bona, [illegible] habere transitum super bonis Granucciorum [illegible] conducebantur à Dominico filio [illegible] Ioannis Pierini, qui [illegible] responsione [illegible] dedit licentiam [illegible]

[illegible] Patrimonium [illegible] ex quo sequitur, quòd [illegible] Dominicus non potuit praeiudicare Granuccijs eius Domino, & in bonis seruitutem imponere [illegible] *in cap.* [illegible] *in princip. &* [illegible]
12 Neque [illegible] facto eiusdem Dominici conductoris [illegible] Bancherij [illegible] bonorum acquirere aliquam possessionem [illegible] contra Granuccios [illegible] Dominos, & possessores, [illegible] *Caualer. decis.*
13 *384. num.* [illegible] conductionem d. Dominici resoluta, & extincta fuit facultas, & seruitus per eundem Dominicum concessa, *Caualer. d. decis. 384.*
14 *num. 4.* & in indiuiduo, quod scientia, & patientia nè dùm simplicis Coloni, sed nec Emphyteutae [illegible] in iudicio manutentionis, firmauit *Rot. coram*
15 *Caualer. decis. 56. num. 2.* Propterea sequitur, quod [illegible] facultas precario concessa [illegible] possessionem, cùm non sit manutenibilis, *Post. obseruat. 52. num. 21. 22. & 34. Rot. post eius tractat. decis.* [illegible] *Rot. Bonon. decis.* [illegible] cùm non firmet possessionem precariam esse manutenendam, sed tantùm dicit non esse necessarium [illegible] possederit non vi, nec precario.
16 Non obstat *decis. Merlin. 752. num. 11.* quia [illegible] in summarijssimo [illegible] cognito, nec discusso titulo, seu iure seruitutis.
17 Sed dicitur non satis probatam possessionem [illegible] *Rot.* [illegible] nec constare de scientia, & patientia possessoris fundi, quae etiam in hoc iudicio requiritur, & conclusionem non procedere in [illegible] *vers. ceterùm* disponentis, quòd nulla possessio Ciuilis, vel Naturalis tali ingredienti in ipsa re acquiratur, & nullum ius reddatur de introitu [illegible] nunquam non intrasset, & *iuxta dict. cap. Rot. 59.* quòd [illegible]
18 [illegible] praeualere debere omnibus [illegible] communis [illegible] in summarijssimo [illegible] per *Cepharel.*
19 *decis. 213. per tot.* non constare de aliqua possessione [illegible] precaria à Colonis, quae non prodest in summarijssimo, praesertim quando finita locatio, & [illegible] Coloni, [illegible] qui dederunt licentiam, *Caualer. decis.* [illegible] *& 384. num. 4.* Colonos non posse [illegible]
20 [illegible] non [illegible] Coloni possit attendi status, & sola apparentia [illegible]

que

quæ solæ qualitates sunt omninò exclusæ à
21 *prædicto capit. Rot. 59.* quid de *Iure Communi* huiusmodi pronuncia est mera interlocutoria, & mandatum datur hodiè mihi ut eras tibi ad tradita per *Post. obseru. 107. num. 29. 30.* secùs verò est secundùm formam *Statut. &*
22 *cap. Rot.* & propterea non mirum, quòd de *Iure Communi* sola apparentia, & status attendatur, ex dispositione verò municipali requiratur vera possessio cum qualitatibus supra expressis, *& d. cap. Rot. 59.* desideratis.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Venditor, qui promisit euictionem, an dicatur defensor necessarius, vel voluntarius, vt vti possit omnibus exceptionibus aduersus rem Iudicatam; & an, & quando valeat cōparere, Actore inuito, ad defendendum Emptorē. Emptor quonam Iure defensionis vti valeat super re empta, & an, & quando habeat Ius retentionis absq. Iurium cessione. Retentio quandonam competat, & quid operetur aduersus rem Iudicatam, & num sublata censeatur, si per *Statutum* prohibeatur quodlibet remedium. Actor prosequi potest tacita via, & in eisdem statu, & terminis iura sua, æquè ac si alienatio non fuisset facta in Tertium. Persona vna quando duplicem repræsentet.

SVMMARIVM.

Exceptionibus omnibus, & defensionibus aduersus executionem rei Iudicatæ vti potest Venditor, vti defensor necessarius pro manutentione [illegible] euictionem promissam. num. 1. Secùs si esset defensor voluntarius. num. 2.

Creditor anterior præfertur in Saluiano, & habet retentionem. num. 3.

Saluianum cessat [illegible] habentem potiora [illegible] anteriora Iura. num. 4.

Retentio impedit executionem rei Iudicatæ. num. 5.

in Emptorem [illegible] Ius retentionis Venditori competens absque Iurium cessione. num. 6.

Emptori competit idem Ius defensionis, quod competit Venditori, & potest se tueri eadem exceptione retentionis, tanquam illius cessionarius, & singularis successor. num. 7. & 8.

Exceptio retentionis transit in singularem successorem. num. 9.

Retentionis exceptio semper opponi potest ab Emptore possidente absq. Iurium cessione. num. 10.

Retentio facilius conceditur, quàm actio. num. 11.

Retentio deducitur ab Emptore non tanquam Ius Tertij, sed ad tuendam suam defensionem, & pro defensione Iurium acquisitorum à Venditore. num. 12.

Excipiens dicitur magis deducere Ius proprium, quàm alienum, quando agitur potiùs de negatione, & defensione, quàm de exceptione. num. 13.

Euictione promissa, censentur hypothecata ad fauorem Emptoris omnia Iura, quæ super re empta eidem Emptori prodesse possunt, & inuito Creditore valent ab Emptore in Iudicium deduci. num. 14.

Emptor licèt se non opposuerit à principio sententiæ, potest impedire ad instantiam Venditoris sententiæ executionem ratione promissæ euictionis, deducendo quascunq. exceptiones competentes Venditori. num. 15.

Venditor, inuito Actore, comparere potest ad liberandum Emptorem, perindè ac si ipse possideret, maximè facta ab Emptore ipsimet Venditori denunciatione, & euidenter apparente bono Iure Auctoris. num. 16. 17. & 18.

Retentio non competit non possidenti. num. 19.

Venditor comparens vti procurator in rem suam, & pro suo interesse, si promiserit euictionem Emptori, ideò non attenditur, quòd haud possideat, sed sufficit, vt in statu, & terminis veniat ad defendendum Emptorem. num. 20. & 21.

Retentionis Ius vel cohæret personæ Venditoris, vel idem Venditor vti defensor necessarius ad commodum Emptoris eo Iure vti potest. n. 22. & 23.

Retentionis exceptio nunquam censetur sublata, etiamsi per Statutum fuisset prohibitum quodlibet remedium. num. 24.

Retinere volens non excipit, sed pignori innititur. num. 25.

Retentionis exceptio non impugnat sententiam, quia non perimit actionem, nec concernit merita causæ, sed solùm eam modificat. num. 26. & de ratione. num. 27.

Exceptiones dominij, & requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio Saluiani, secùs si statim probentur. num. 28.

Retentio rei hypothecatæ non requirit possessionem, sed sufficit sola detentatio. num. 29.

Alienatio rei litigiosæ operatur, vt alienans reputetur unus possessor. num. 30.

Alienatione non obstante facta in Tertium, Actor con-

consequi potest recta via, & in eisdem statu, & terminis iura sua, aquè ac si alienatio non fuisset facta. num. 31.

Venditor censetur remittere omne Ius, & hypothecam sibi competentem super bonis venditis ad fauorem Emptoris, & non aliorum in eis ius prætendentium, num. 32.

Actus quicunq. gestus alieno nomine, an vllum infe. rat præiudicium respectu proprij interesse ex cap. 77. lib. 2. Stat. Vniu. Lucen. ac etiam de Iure Communi, num. 33.

Persona duplex repræsentatur in his, quæ sunt de sui natura separabilia, & ratione vnius causæ dicitur vna persona, ratione verò alterius reputatur altera persona. num. 34.

Sententia non præiudicat non citatis, nec contrà eos exequi potest, num. 35.

Retentio pro fructibus, siuè pro parte capitalis datur super bonis hypothecatis, num. 36.

Sententia, seu sententijs reportatis à primis Iudicibus, fit absolutio ab expensis, num. 37.

Decisio LXXII.

IN causa recursus ad Rotam interpositi per Sp. Hieronymum Antogniolum à quadam pronuncia executionis sententiæ, seù sententiarum latarum ad fauorem DD. Margaritæ, & Magdalenæ filiarum, & hæredum q. Liuiæ Pinchiozzæ de Vurno super Saluiano per ipsas intentato contrà d. Sp. Hieronymũ vti filium, & hæredem Sp. D. Eleazarij eius patris, & vti possessorem voius peciæ terræ campiæ positæ in Communi Vurni *Luogo detto à Campi*, prout latiùs in processu; Pronunciamus benè recursum, & malè iudicatum per D. Iudicem à quo, moti ex infrascriptis sanè fundamentis.

Primò, quia Nobis visum fuit non posse difficultari, Sp. Hieronymi de Antogniolis rationem esse fundatam in anterioritate, & potioritate Iurium sibi competentium super bonis, de quibus agebatur, vt ex publicis Instrumentis, ex quibus patet, prædictas Actrices fuisse posteriores Creditrices, & sic per sex menses antequam constitueretur census venditus pro scutis 210. Iugalibus de Pinchiozzis
1 authoribus dictarum Actricium; Quapropter certum est in Iure, retentionis exceptionem à d. Sp. Hieronymo venditore ad præfatam rei iudicatæ executionem impediendam licitè opponi posse, ex quo vt defensor necessarius potest vti ex persona propria omnibus exceptionibus, & defensionibus, vt manuteneat Emptorem, cui euictionem promisit, *iuxtà doctrinam Bart. in l. minor §. quoniam ff. de*
2 *procuratorib.* vbi subdit, quòd secus esset, si defensio esset voluntaria, quia tunc in omnibus
3 repræsentaret personam defensi; Vndè quemadmodùm si Sp. Hieronymus venditor esset in possessione bonorum, de quibus agitur, ratione anterioritatis ipsi competijsset retentio aduersùs prædictas Actrices in Saluiano agentes, *Rot. decis. 303. num. 2. & 3. par. 4. recent.*
4 *& coram Buratt. decis. 858. num. 2.* & contra habentem potiora, & anteriora Iura cessaret Saluianum, *l. 2. ff. qui potior. in pignor. habean. Pacific. de Saluian. inspect. 5. cap. vnic. num. 6. & 7. cum seqq. Grattan. decis. Marcb. 115. num. 1. & 2.* & ibidem *Adden.* cum alijs nouissimè *per Post. in resolut. Tenentia Marcb. resolut. 65. num. 1. Rot. apud Mantic. decis. 69. num. 11. & 326. num. 1. & 7. apud Coccin. decis. 67. num. 1. 11. & 12. apud Duran. decis. 141. num. 4. apud*
5 *Buratt. decis. 844. num. 1.* & eiusdem retentionis virtute executionem rei iudicatæ impediret, *ex tradit. per Cephal. cons. 573. num. 22. & seqq. Bartz. decis. Bononien. 308. num. 43. Merlin. de pignorib. & hypothec. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. num. 8. Rot. decis. 155. num. 1. par. 2. diuers.*
7 Ità etiam pariformitèr eadem exceptione ad impediendam sententiæ executionem vti poterit, vel ipsemet Emptor, scilicèt Io. Maria de Comitibus, in quem Ius illud retentionis d. Sp. Hieronymo venditori competens censetur translatum, etiam absq. alia cessione, *iuxtà text. in l. si mater §. vltimo, & l. si à te. §. vltimo ff. de except. rei iudicat. Gabr. cons. 44.*
7 *num. 18.* & sic d. Io. Mariæ emptori competit idem Ius defensionis, quod competebat, vel competit d. Sp. Hieronymo, *l. mutus §. plerumque ff. de reg. iur. Bald. in l. emptori in*
8 *princ. Cod. de euictionib.* & potest se tueri eadem exceptione retentionis, tanquàm illius cessionarius, & singularis successor, *l. si potiores Cod. de his qui in prior. Credit. loc. succed. Sard. cons. 4. num. 8. Staibl. de Saluian. interdict. insp. 2. cap. 2. num. 229. Rot. decis. 318. num. 26. par. 6. recent.* & fuit firmatum in *Romana Saluiani 21. Iunij 1641. corã R. P. D. Cerro impress. post Merlin. de pignorib. decis. 50. num. 7. 8. 9. &*
9 *10.* Cùm regularitèr exceptio retentionis trãseat etiam in singularem successorem, *l. in hoc iudicium §. impendia, vers. sed is qui à me emerit ff. commun. diuidund. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 5. quæst. 192. num. 3. Cancer. variar. lib. 1. cap. 9. tit. de dot. & donat. propter nupt.*
10 *num. 61.* & quicquid sit ad effectum agendi, an requiratur cessio, certum est tamen, illam minimè requiri ad effectum retinendi, istamq. exceptionem semper opponi posse ab Emptore, qui possidet, prout latissimè fuit deductũ *suprà decis. 2. num. 5. vsq. ad 13.* Vndè sequitur, quòd

quòd ficuti Sp. Hieronymus si non possideret,
posset pro d. eius credito auocare possessio-
nem dictorum bonorum sibi hypothecatorũ
vsq. sub die 1. Martij 1616. & esset praferen-
dus dictis mulieribus de Pinchiozzis, quorum
iura non fuerunt in esse deducta, nisi sub die
31. Augusti eiusdem anni 1616. Multò magis
11 eidem competit retentio, quæ faciliùs con-
ceditur, quàm actio, *l. 3. ff. de compensat. l. po-
stulante ff. ad Trebellian. Menoch. cons. 272. num.
51. & cons. 300. num. 49. & cons. 778. num. 3.
& 16.* latè *Marescott. variar. resol. lib. 2. cap.
119. num. 1. Merlin. de pignorib. & hypothec.
lib. 1. quæst. 24. num. 5. & 6.*

Neq. potest dici, quòd Emptor, scilicèt d.
Io. Maria da Comitibus alleget ius Tertij.
12 Quia fuit responsum, quòd retentionem
deducit ad tuendam suam defensionem, &
pro defensione iurium acquisitorum à Vendi-
tore, *ad doctrinam Castrens. in l. ille, à quo 13. §.
si de testamento num. 2. ff. ad Trebellian. The-
saur. decis. 4. num. 7. Gratian. discept. forens. cap.
691. num. 15. Cyriac. controuers. forens. controu.
252. num. 40. & 42. Capyc. Galeot. controuers.
Illustr. lib. 1. cap. 14. num. 54. Merlin. Pigna-
tell. controuers. forens. cap. 21. num. 12. & 13.
D. Io. Dexart decis. Sardin. 16. num. 16.* Ex quo
13 tunc Excipiens magis dicitur deducere Ius
proprium, quàm alienum, cùm hæc dicatur
potiùs negatio, & defensio, quàm exceptio,
*Post. in dd. resolutionib. Tenent. March. d. resol.
65. n. 13. cum plurib. seqq.* & signantèr *num. 18.
19. Salgad. in tract. Labyrint. Credit. par. 1. cap.
40. n. 10. cum plurib. seqq.* & in terminis Sal-
uiani *Rot. apud Caualer. decis. 253. num. 4. & 5.*
& est receptissima conclusio, vt fuit firmatum
*in Bononien. Fideicommissi de Rabeis 23. Maij
1644. §. eoque magis. coràm Eminentiss. Caua-
do,* quæ est in impressis *in par. 9. tom. 1. recent.
14 decis. 286. num. 10.* & à fortiori, quia per pro-
missionem euictionis censentur hypothecata
ad fauorem Emptoris omnia Iura, quæ super
re empta eidem Emptori prodesse possunt,
quæ proindè, etiam inuito Creditore, possunt
ab Emptore in iudicium deduci, *iuxtà sin-
gularem doctrinam Castrens. in l. cum seruum
num. 1. Cod. de seru. fugitiu. Laderch. cons. 8.
num. 19.*

15 Imò in præsenti casu, dùm Sp. Hieronymus
Venditor tàm nomine proprio, quàm nomi-
ne Io. Mariæ de Comitibus emptoris in iudi-
cium deduxerit anterioritatem, ipseque D.
Hieronymus venditor fuerit author laudatus,
vt ratione promissæ euictionis defenderet d.
Ioannem Mariam emptorem, hoc sufficiebat,
vt executio sententiæ impediri deberet ad in-
stantiam eiusdem D. Hieronymi venditoris,
licèt Io. Maria emptor à principio sententiæ
se non opposuerit, vt in puncto *Vrsill. ad Af-
16 flict. decis. 15. num. 1. & 2.* Cùm, Actore
etiam inuito, permittatur Venditori posse
comparere ad liberandum Emptorem, perin-
dè ac si possideret, in puncto *Bald. in l. si in
fine Cod. vbi in rem act. Castrens. in l. solutionem
ff. de solutionib. Natt. cons. 630. num. 2. Franc.
Marc. decis. Delphin. 243. num. 1. & 2. par. 2.*
17 Maximè quãdo est facta ab Emptore ipsimet
Venditori denunciatio, *Foller. ad Marant. in
suo specul. par. 6. membr. 5. Rubric. & solet lau-
18 dari sub num. 4.* hocq. regularitèr procedere,
quando apparet euidentèr bonum ius Autho-
ris laudati, qui proindè suas exceptiones, &
benè etiam opponere poterit ad commodum
Laudantis, *iuxtà tradit. per Thor. in compend.
decis. Regn. tom. 1. verb. author laudatus §. si ex
sua persona competerent beneficia.*
19 Neq. obstat, retentionem minimè compe-
tere non possidenti, ideòq. pro executione
sententiæ intrat *Stat. Luc. lib. 1. cap. 109.*
20 Quia fuit responsum, quòd d. Sp. Hierony-
mus venditor dicitur comparere vti procura-
tor in rem suam, & pro suo interesse, dùm
Emptori euictionem promisit; Ideòq. mini-
mè attenditur, quòd non possideat, *iuxtà do-
ctrinam Paul. de Castr. in l. si actor etiam princip.
21 ff. de procuratorib.* sufficiatque, vt in statu, &
terminis veniat ad defendendum Emptorem,
vt benè *per Natt. d. cons. 630. num. 1. & 2. cum
seqq. Vrsil. ad Afflict. decis. 15. num. 3. & 4.*
22 Cùm ius illud retentionis, vel cohæreat per-
sonæ Venditoris, *iuxtà text. in l. si necessarias
ff. de pigneratit. act.* de quo *per Merlin. de pigno-
23 rib. lib. 4. tit. 5. quæst. 191. per tot.* Vel etiam
idemmet Venditor vti defensor necessarius ad
commodum Emptoris exceptionem ipsam
opponit *iuxtà doctrinam Bart. in princip. ad-
ductam,* & in his terminis non intrat *præfatum
Stat. Luc.* cuius virtute, dum debet præcedere
citatio ad dicendum causam quarè sententia
24 exequi non debet, meritò fuit opposita ista
exceptio retentionis, quæ nunquam censetur
sublata, etiam quòd per *Statutum* fuisset pro-
hibitum quodlibet remedium, *Barz. decis. Bo-
nonien. 108. num. 43. Peregrin. cons. 4. num. 16.
lib. 2. Merlin. de pignorib. & hypoth. lib. 1. qu. 25.
25 num. 7. & 8.* Cùm rè vera retinere volens non
dicatur excipere, sed pignori incumbere,
Barz. vbi proximè, Boer. & alij *apud Gratian.
discept. forens. cap. 356. num. 29. vers. & facit,
26 & num. 30.* Maximè quia exceptio retentio-
nis non impugnat sententiam, quia non peri-
mit actionem, nec concernit merita causæ,
sed solùm eam modificat, *Pacific. de Saluian.
27 inspect. 2. cap. 3. num. 207.* Ex quo cùm Credi-
tor

tor posterior, contrà quem opponitur ista exceptio, habeat beneficium iuris offerendi Creditori anteriori, illumq. mediante solutione sui crediti dimittendi, potest eius sententiæ executionem prosequi, & sic magis inconueniens esser Creditorem anteriorem possidentem grauari ad dimittendum bona, ad quæ statim haberet regressum.

18 Vndè sequitur, quòd licèt in Saluiano non admittantur exceptiones dominij, nec aliæ requirentes altiorem indaginem, tamen quãdo statim probantur, prout in præsenti casu, in quo per Instrumentorum productionem in actis factam liquet de anterioritate d. Sp. Hieronymi, attenditur similis exceptio, vt tradit *Pacific. de Saluian. inspect. 1. cap. 4. num. 25.* vbi ait, quòd Agenti Saluiano interdicto, obstat exceptio dolo facis, cùm petis id, quod statim restiturus es.

Neq. obstat, quod dicebatur, d. Sp. Hieronymo non posse competere retentionem, ex quo ipse non possidebat, dum dicta bona detinebat vti procurator R.P. Francisci Tegrimi, & vt talis postmodum vendidit d. D. Io. Mariæ de Comitibus.

29 Fuit enim responsum, retentionem rei hypothecatæ non requirere possessionem, sed solam eius detentationem sufficere, *l. vnic. in 2. respons.* & ibi *Bald. num. 1. vers. nota benè, & sub num. 3. vers. conclude Cod. etiam ob chirographar. pecun. pignor. ten. poss. Rot. apud Caualer. decis. 446. sub num. 8. vers. pariter dum opponebatur*, & fuit dictum punctualitèr *in Bononien. Fideicommiss. de Clauarinis 5. Martij 1649. coràm clar. mem. Peutingero §. quid ad effectum retentionis*, quæ est impressa in recollectis per me *post Censalium ad Peregrin. de fideicomm. decis. 26. num. 4.*

Neq. obstat, quòd possessio bonorum reperiatur penès D. Ioannem de Comitibus, cui minimè competit exceptio anterioritatis, ex quo ipse causam habet à R.P. Francisco Tegrimi, non autem à D. Hieronymo de Antogniolis, cui tantùm, si possideret, ratione suæ anterioritatis retentio competeret, & consequẽtèr D. Hieronymus non valeat impedire sententiæ executionem.

30 Fuit enim responsum, Sp. Hieronymo cõpetere omnes exceptiones, quæ ei competijssent, si alienatio non fuisset facta; cum alienatio rei litigiosæ operetur, vt alienans reputetur vnus possessor, *l. parem 192. ff. de regul. iur. Practic. Papien. in form. interrogat. fien. in act. reg. in verb. itèm at dolo in princip.* & ibi plenè *Adden. in lit. H. Cephal. cons. 64. num. 18. Rot. Roman. decis. 392. num. 39. par. 5. recent. & apud Duran. decis. 364. num. 13.* fundat,

31 quòd Actor non obstante alienatione facta in Tertium prosequi poterit recta via, & in eisdem statu, & terminis iura sua in executione, æquè ac si alienatio non fuisset facta; quod idem supponit *Statutum in d. cap. 109. lib. 1.* ex quo sequitur, quòd circumscripta dicta alienatione d. Sp. Hieronymi, benè excipere potest de iure sibi competente, & fundato in iure V. D. Angelæ Lamberti per Sp. D. Lazarum eius patrem acquisito de anno 1649. & sic cessare videtur motiuum allatum de possessione translata pendente lite in dictum Io. Mariam de Comitibus.

Neq. paritèr obstat, quòd in omnem casum Sp. Hieronymus, ex quo vendidit bona, de quibus agitur, vti procurator R. P. Francisci Tegrimi, censeatur remisisse omne ius, & hypothecam aliàs sibi competentem super eisdem bonis.

32 Fuit itaq. responsum, quòd obiectum procedit respectu Emptoris, non autem respectu aliorum ius prætendentium super eisdem bonis, quia tunc secundùm magis veram opinionem non censetur remisisse hypothecam sibi competentem, vt in terminis fundat *Menoch.* pro parte contraria allegatus *cons. 58. num. 24.* & latè reiectis contrarijs firmat de magis probabili, & æquiori opinione *Merlin. de pignorib. lib. 4. quæst. 109. num. 13. cum seqq. & num. 81.* vbi ampliat.

33 Secundò fuit responsum, quòd obiectum tollitur *ex dispositione Statut. in cap. 77. lib. 2.* disponentis per quemcũq. actum gestum alieno nomine, nullum contrahi præiudicium respectu proprij interesse ipsius procuratoris; Quicquid disponatur *de Iure Communi*, & sic stante d. venditione facta per D. Hieronymũ vti procuratorem, non censetur per ipsam proprio iuri præiudicatum, ipsius scilicèt Vẽditoris, quod saluum ipsi remansit pro impe-

34 diendo dictam executionem, & ratio est, quia in his, quæ sunt de sui natura separabilia, quis repræsentat duplicem personam, & ratione vnius causæ dicitur vna persona; Ratione verò alterius reputatur extraneus, seù altera persona, vt in terminis fuit dictum *in Romana Reintegrationis de S. Petro 14. Ianuarij 1650. coràm Eminentiss. Ottobono §. neque releuat*, quæ est in eius impressis *decis. 201. num. 9.*

Et prædictis omnibus addebat vnus ex Dominis, quòd erat considerandum, quòd Ioannes Maria de Comitibus in iudicio Saluiani intentato per dd. Actrices opposuit se se non fuisse citatum, minusq. fuisse citatum R. D. P. Franciscum Tegrimum, à quo d. D. Ioannes causam habet; Quæ exceptio vti emanans ex lectura processus facti inter dictas mulieres de

Pinchiozzis Actrices ex vna, & inter Sp. Hieronymum Antogniolum Reum conuentum ex altera, sequitur, quòd sententia lata contrà D. Hieronymum Antogniolum, apud quē sola detentatio dd. bonorum reperiebatur, exequi non poterat contrà Io. Mariam de Comitibus successorem prædicti R. P. Francisci

35 Tegrimi; ex vulgata regula, quòd sententia non præiudicat non citatis, nec contrà eos exequi potest, *ad tradit. per Giurb. decis. 93. num. 2. 3. & 4.* Ex quo fundamento sequitur, quòd non sit curandum, an Sp. Hieronymus fuerit satisfactus de suo credito cum fructibus perceptis ex dd. bonis sibi hypothecatis, quia dum prædicta sententia non præiudicat, vt dictum est d. R. P. D. Francisco non citato, non est vlteriùs quærendum; Cùm d. sola exceptio impediat sententiæ executionem, dum clarè fuit visum, præfata bona possideri per R. P. D. Franciscum Primò ex Inuentario hæreditatis Sp. Petri Tegrimi eius patris confecto à Sp. Hieronymo vti procuratore d. R. P. D. Francisci, in quo Inuentario adsunt bona, de quibus agitur.

Secundò ex Instrumento venditionis factæ d. D. Iò. Mariæ de Comitibus, in quo legitur, Sp. Hieronymum vti procuratorem R. P. D. Francisci vendidisse dicta bona in executionē gratiosi rescripti per eundem R. P. D. Franciscum obtenti ab Excellentiss. Consilio, & sic D. Io. Maria habet causam à R. P. D. Francisco, non autem à Sp. Hieronymo, & ideò non potest contrà ipsum exequi sententia contrà Sp. Hieronymum lata super processu, in quo non fuit citatus R. P. D. Franciscus.

Verùm nè aliquid intactum remaneat, vt vndequaq. iustitiæ fulgor refulgeat cessare motiuum de satisfactione respectù dicti Sp. Hieronymi, fuit dictum, dum fuerunt producta Instrumenta, & scripturæ, ex quibus constabat, bona hypothecata d. Sp. Hieronymo diuisa esse in tres partes, quarum vna est in loco *detto à Casa Tegrimi*, & ista bona retinētur per d. Sp. Hieronymum, & ex calculo Nobis exhibito, & ex libris d. Sp. Hieronymi extracto nihil, aut parùm ex eis percipitur: Altera in loco *detto à S. Prospero*, & ista bona fuerunt euicta per R. D. Franciscum de Mansis vti Rectorem Capellaniæ S. Paulini, & Antonini pro annuo canone scutorum 60. vt constat ex publico Instrumento rogato à Ser Bernardino de Pieruis die 5. Martij anni 1652., in quo etiam constat eidem D. Rectori fuisse assignata tot alia bona valoris scutorum 380. in quibus ipse D. Rector erat Creditor occasione canonis stariorum 36. frumenti, & olei, debitorum per DD. de Tegrimis: Altera in loco *detto à Campi*, & dicta bona sunt eadem, quæ per Sp. Hieronymum Antogniolum vti procuratorem R. P. D. Francisci fuerunt vendita D. Io. Mariæ de Comitibus pro extinguendo quondam debito, quòd R. P. D. Franciscus habebat cum Adm. R. P. D. Priore S. Petri Maioris in scutis 150. pro affictibus decursis, cui Adm. R. P. D. Priori fuerunt etiam ex titulo permutationis assignata nonnulla alia bona ad effectum liberandi bona vendita d. D. Io. Mariæ de Comitibus, quorum directum dominium spectat ad præfatum R. P. D. Priorem, vt latiùs constat ex publico Instrumento rogato à Ser Bernardino Pieroni die 23. Decembris 1654.

36 Ex quibus manifestè colligitur bona hypothecata pro credito Sp. Hieronymi, vel fuisse euicta, vel oneribus ità fuisse obnoxia, vt parùm, aut nihil ex eorum fructibus remanserit pro Sp. Hieronymo, qui propterea non potuit sibi satisfieri de interesse annuo sibi debito de præfata summa scutorum 1490. capitalis sui crediti, & consequentèr etiam quòd de fructibus d. capitalis esset satisfactus, quod penitùs cessare visum fuit, adhùc cùm remaneret capitale, seù pars illius, ipsi competebat retentio, *ad magistralem decis. Afflict. 213. num. 4. Socin. sen. cons. 135. num. 2. vers. postremò lib. 1. Aymon. cons. 76. num. 15. Rot. post Cenc. de censib. decis. 451. à num. 8. vsq. ad 12.*

37 Absoluimus ambas partes ab expensis, eò quià dictæ Actrices reportauerant sententiā, seù sententias fauorabiles à primis Iudicibus, *ad tradit. per DD. in l. properandum Cod. de Iudic. Zuccar. decis. Luc. 25. num. 28. vers. dictum autem &c.*

Et ità fuit decisum vtraq. parte acerrimè informante &c.

ARGVMENTVM.

Possessio Inuestientis an, & quandò probetur contrà Inuestitum, & ab eo causam habentes, ac etiam contrà Tertium per Instrumentum, vel per canonum solutionem, siuè per titulum. Peritis quænam fides sit præstanda, ac eorum designis, seù plantis an sit standum. Dominium Inuestientis an, & quandò probetur ex immissione, vel agrimensura, aut designo, siuè planta. Probatio præsumptiua, imò qualis

qualis

qualis minor semiplena sufficit in manutentione.

S V M M A R I V M.

Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis. num. 1.

Possessio probatur etiam contrà Tertios per Instrumentum inuestituræ valdè antiquum. num. 2.

Possessio longæua inducit præsumptionem tituli validi, donec opportunius de eo in alio iudicio plenariè cognoscatur. num. 3.

Instrumenta recognitionum probant possessionem Inuestientis contrà Inuestitum, & ab eo causam habentes, ac etiam contrà Tertium. num. 4.

Dominium Inuestientis etiam ad effectum deuolutionis contrà Inuestitum probatur ex remissione in iudicio caducitatis obtenta super re inuestita vigore plurium Instrumentorum. num. 5.

Possessio Inuestientis, eiusq. successorum remanet omninò probata etiam contrà Tertios per canonum solutionem. num. 6.

Manutentio denegari non potest immisso authore Pratore. num. 7.

Enunciantur aliqua verba Cassiodori lib. 3. variar. epistolar. epist. penult. de Agrimensorib. *circà dominium rei. num. 8.*

Dominium an probetur per agrimensuram, vel designum, aut plantam. num. 9.

Agrimensori tanquam personæ publicæ, & perito præstatur maxima fides. num. 10.

Peritis semper est deferendum. num. 11.

Designo, seù plantæ peritorum omninò est standum. num. 12.

Possessio probatur per Instrumentum locationis. num. 13.

Possessionis titulum exhibenti magis fauere debet in iudicando, quàm nihil probanti. num. 14.

Titulus inducit antiquitatem possessionem. num. 15.

Instrumentum immissionis, & locationis probat possessionem, seù ipsius titulum. num. 16.

Probatio præsumptiua sufficit in possessorio manutentionis, imò probatio qualis qualis minor semiplena. num. 17. & 18.

Decisio LXXIII.

IN causa recursus vertentis inter Sp. Lucam de Mansis ex vna, & Augustinum, ac Antonium de Luminibus de Colle ex altera in possessorio summariissimo per viam præcepti primo loco intentato coràm Iudice Ordinario, & ad fauorem d. Sp. Lucæ in contumaciam confirmati, & postmodum ex prædictorum, scilicèt Augustini, & Antonij de Luminibus oppositione ad viam Iuris redacti, & reuocati in. & super quadam petia terræ in calce supradicti præcepti descriptæ, cui &c. in qua d. D. Iudex pronunciauit, d. Sp. Lucam de Mansis esse manutenendum, præterquam in ea quantitate, quæ dicitur possideri per dictos Augustinum, & Antonium de Luminibus de Colle; Hodiè proposui dubium corã DD. meis, an d. sententia D. Iudicis Ordinarij esset infirmanda, vel confirmanda, & DD. vnanimitèr dixerunt esse reformandam in ea parte concessa dd. Augustino, ac Antonio de Luminibus de Colle, reseruatis tamen iuribus eisdem de Colle agendi in plenario possessorio, seù petitorio super eisdem.

1 Moti ex eo, quià Sp. Lucas suam possessionem pluribus modis probasse videtur, nempè de tempore motæ litis, imò multò antè ipsam litem, per quam solùm manutentio datur, *vulgat. §. retinen. instit. tit. de interdict. l. 1. §. interdictum ff. vti possidetis, & l. 1. ff. vtrubi, l. prædia vbi Bart. ff. de acquiren. possess. Couuar. pract. quæst. cap. 17. num. 3. Rot. post Post. de manuten. decis. 388. apud Seraphin. decis. 1047. num. 7. Rot. decis. 238. & decis. 263. num. 1. & decis. 301. num. 1. par. 2. recent. Greg. decis. 582. num. 1. Caualer. decis. 242. num. 1. & decis. 359. num. 1. & decis. 565. num. 1. Duran. decis. 21. num. 1.* cum alijs plena manu cumulatis *per Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 2. cap. 12. num. 103. & decis. 207. num. 4. post Post. tract. de manuten.*

2 Probauit insuper suam possessionem per Instrumentum Inuestituræ factæ ab eius authoribus vsque de anno 1574. eiusdem petiæ terræ, quod cùm sit valdè antiquum probat etiam contrà Tertium, *Menoch. de retinen. remed. 3. num. 574. Post. de manutenen. obseruat. 24. num. 12.* &

3 longæua possessio inducit præsumptionem tituli validi, donec opportunius de eo in alio iudicio plenariè cognoscatur, *Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 55. Cancer. variar. resol. tom. 3. cap. 14. num. 45. Rot. decis. 534. num. 7. vers. vltrà quod par. 1. diuers.* & fuit resolutum *in Mediolanen. nominis Capituli 10. Martij 1649. §. fin. coràm*

4 *Reuerendiss. Melzio*; Quod tantò magis procedere dicitur, cùm subsecuta videantur recognitionum Instrumenta, quæ non solùm contrà Inuestitum, & ab eo causam habentes, verùm etiam contrà Tertium, possessionem D. Inuestientis probari ex *Menoch.* & alijs latissimè cumulatis firmauit *Post. d. obseruat. 24. num. 11.*

Quemadmodùm etiam probauit possessionem non solùm per dicta Instrumenta Inuesti-

5 turæ, ac recognitiones sequutas; Sed etiam vi-

gore

gore dictorum [illegible] in iudicio ducitatis intentato per d. Sp. Lucam de anno 1654. contra emphyteutam, in quo iudicio d. Sp. Lucas obtinuit, & in specie super petia terræ, de qua nunc agitur; [illegible] ad effectum [illegible] contra [illegible] probatur, [illegible] puncto fuit d. Rota decisum in [illegible] 27. Aprilis 1640. coram bo. mem. Card. [illegible] [illegible] quæ est decis. [illegible] num. [illegible] cum seqq. part. [illegible] recent. & [illegible] in [illegible] Lunæ [illegible] Martij [illegible] coram R. P. D. Ghisilerio [illegible]

6 Maximè accedente canonis solutione, ex quibus constat effectum habuisse [illegible] eiusdem Inuestituræ titulo bona [illegible] Inuestitura concessa possedisse per spatium longi temporis [illegible] non solùm possessio [illegible] successiue omninò probata remanet, etiam contra Tertios, [illegible] Rom. [illegible] 5. & seqq. Rota coram Seraphino decis. [illegible] 3. par. recent. decis. 290. num. [illegible] Ceranto [illegible] coram Ghisilerio [illegible] Instrumentis [illegible] [illegible]

7 Sicque cum d. immissio fuerit sequuta in d. petia terræ, vt patet ex actis caducitatis [illegible] [illegible] sidet vbi DD. ff. de acquir. possess. Rota [illegible] [illegible] in Romana [illegible] coram [illegible] quæ est in [illegible] 18. Februarij 1647. [illegible] 1848. coram [illegible] Rotas, [illegible] Salgadum [illegible] labyrint. Credit. [illegible] accedente præsertim mensuratione, seù designo de eisdem bonis, & præcipuè de petia terræ, de qua agitur, facta per Agrimensorem publicum, ex quo [illegible]

8 [illegible] Agrimensoris [illegible] fidem [illegible]

9 quasi quòd per dictum Agrimensorem, seù Designum [illegible] probato dominium respectu d. Sp. Lucæ per supradicta [illegible]

10 [illegible] & peritia [illegible]

[illegible] lib. 2. Surd. cons. 126. num. 16. Thesaur. decis. 11. num. 24. Rot. apud Merlin. decis. 465. num. 3.

11 vbi quòd Peritis in arte semper est deferen-

12 dum: & quòd dicto designo, seù plantæ omninò sit standum, pluriès tenuit Rot. relat. in [illegible] 1639. coram Ghisilerio §. non obstat in fin. quæ est decis. 101. num. [illegible] part. [illegible] recent.

13 Quod tantò magis procedit, cùm habeamus [illegible] de eisdem bonis, & in speciè de eadem petia terræ, de qua agitur de anno 1659. sub die 5. mensis Septembris, per quam omninò probatur possessio prædicta, [illegible] tradit. in Romana [illegible] coram bo. mem. [illegible] impress. post. [illegible] vbi [illegible] illa Canaler. [illegible] decis. 243. num. 7. cum aliis.

14 Et quandoque per supradicta non probaretur possessio; Cùm tamen à parte [illegible] nihil in processu fuerit probatum, & ex parte Sp. Lucæ de [illegible] possessionis [illegible] ex supradictis pleno calamo adductis, & in processu probatis, [illegible] Instrumento Inuestituræ, & recognitionis, & [illegible] titur, DD. censuerant iudicandum in fauorem d. Sp. Lucæ, qui titulum [illegible] suæ possessionis [illegible] reis menti commendandam Thesaur. decis. 206. [illegible]

15 in illo Senatu reportat; Cùm titulus [illegible] ris ex [illegible] Bald. [illegible] Col. [illegible] cesserunt ad formam Instrumenti Inuestituræ, [illegible]

16 [illegible] de anno 1650., per quod [illegible] batur possessio, seù ipsius titulus, iuxtà decis. Rot. 506. n. 1. par. 4. diuers. & dec. 131. 179. & 187. par. 4. diuers. relat. per Mart. in suo method. ff. nouiss. in verb. interdictum cap. 30. & 54.

17 [illegible] etiam probatio [illegible] Alex. cons. [illegible] lib. 3. Rot. decis. 375. num. [illegible]

18 [illegible] cons. [illegible] lib. 3. [illegible] num. 34. Seraph. decis. 1154.

1154. num. 5. Ideoq. DD. reseruarunt tamen ipsis Augustino, & Antonio de Luminibus de Colle iura agendi in possessorio plenario, seu petitorio.

Quare ità fuit decisum vtraq. parte informante.

ARGVMENTVM.

Manutentio an, & quandò sit danda immisso in vim sententiæ Iudicis ritè, & rectè procedentis, altero iam existente in possessione; & in manutentionis iudicio an sufficiat ad obtinendum docere de antiquiori possessione, si de tempore motæ litis de possessione non doceatur; Tutor quo titulo dicatur possidere bona pupilli, & an possessori iure familiaritatis competat immissio, breuitèr discutitur.

SVMMARIVM.

Immisso in vim sententiæ, & mandati Iudicis ritè, & rectè procedentis competit manutentio. n. 1.

Manutentio est danda, etiamsi nulla adsit iuris assistentia. num. 2.

Manutentio debetur, Iudice ritè, & rectè procedente, cùm priuet possessione per immissionem, etiam sine expulsione possessoris. num. 3. quod eò magis procedit interueniente citatione, & comparitione partis vsq. ad sententiam, & eius executionem. num. 4.

Tutor alitèr, non possidet bona pupilli, quàm iure familiaritatis. num. 5.

Possessio iure familiaritatis non dicitur possessio, cùm deterior sit detentatione asinina. num. 6.

Manutentio est danda possessori, & denegan da non possessori. num 7.

Sententia debet esse executioni mandata, vt quis manuteneri possit in possessione, à qua fuit expulsus in vim d. sententiæ. num. 8. Ampliatur. num. 9.

Possessio inualida, & vitiosa non est manutenenda. num. 10.

In Manutentionis iudicio non sufficit de antiquiori possessione doceri, si de tempore motæ litis non possideatur. num. 11.

Possideri vna, & eadem res vno, eodemq. tempore à duobus non potest. num. 12.

Decisio LXXIV.

Philippus Garboccius, cùm præsupposito, quod à multis anteactis annis reperiatur in possessione bonorum, de quibus agitur, adito D. Iudice Ordinario, extorsit pœnale præceptum contra DD. filios, & hæredes q. Ioannis Bondacchæ, siuè contra D. Lauram Viduam Bondacchiam eorum matrem, Tutricem, atq. Curatricem, nè quouis prætextu quæsito auderent ipsum turbare in antedicta sua asserta bonorum possessione: quod etiam exequi curauit per præsentationem; Verùm cùm comparuisset d. D. Laura nominibus, quibus suprà, & retorquendo illud idem præceptum contra præfatum Philippum, allegauit, possessionem esse penès supradictas eius filias, vti antedicti prædefuncti eorum patris hæredes, ad suiq. intentionis probationem, cùm exhibuisset publicum immissionis documentum, in vim sententiæ obtentum, & ex aduerso replicatum fuisset, executionem in alijs bonis, quàm super petitis factam esse; Hinc orta fuit quæstio, quænam ex partibus in hoc instituto interdicto meliùs indueret arma; & per D. Iudicem à quo lata fuit sententia Philippo prædicto fauorabilis, à qua cùm fuisset ex parte præfatorum Minorum prouocatum; Causa hoc ideò ad Nos deuoluta, dubitaui coram DD. meis, an benè, vel malè iudicatum, & sic benè, vel malè à d. sententia fuerit appellatum, & DD. procul dubio malè iudicatum, & benè appellatum dixerunt, potissimùm motí.

1 Primò, quia cùm de possessione dd. hæredum de Bondaccha de tempore huius motæ litis ambigi haud possit, cùm de eorum immissione, & adepta illorum bonorum possessione pateat per decretum mãdati de immittendo ad eorum fauorem relaxati, & executi vsquè sub 10. Aprilis 1655., & sic per plures menses ante hoc institutum iudicium, per consequens tantùm abest, quòd Philippus posset obtinere contra habentes possessionem authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, *ad l. iustè possidet ff. de acquirend. possess. Ambrosin. decis. Perus. 5. num. 7. Rota post Post. tract. de manuten. decis. 46. num. 2. & decis. 518. num. 2. & decis. 543. num. 1.* & latè fuit dictum *in Anconitana Saluani 19. Iunij 1651. coram Eminentiss. Corrado 5. neq. obstat*, vt potiùs ip-

2 sis Minoribus esset danda manutentio, etiamsi nullam iuris assistentiam habuissent, *Staiban. Iun. resolut. forens. resol. 27. num. 10. vsquè ad num. 19. cent. 1. Nig. de execut. rei iudic. §. 19. capit. 2. num. 58. Gratian. discept. forens. cap.*

899. *num.* 21. & 22.

3 Quod adeò verum esse dixerunt DD., vt etiamsi Philippus docuisset de asserta sua possessione, prout non docuit, adhùc dd. Minores prædicti meruissent, & debuissent conseruari in d. eorum possessione, *Seraphin. decis.* 1325. *num.* 1. *Ludouis. decis.* 203. *num.* 2. & *decis.* 582. *num.* 2. *Rot. decis.* 293. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & *post Post. d. tract. de manutenen. decis.* 638. *num.* 2. & 3. & *decis.* 644. *num.* 14. & idem *Post. in sua obseruat.* 12. *num.* 33. Præsertim

4 cùm Philippus in processu agitato cum filiabus Thomæ Garboccij prædefuncti fuerit legitimè citatus, & comparuerit vsq. ad publicationem sententiæ & eius executionem, vt post *Cancer. variar. resol. lib.* 2. *de Tertij oppositione num.* 59. & *seq.* & *Alex. in l. sæpè num.* 6. *ff. de re iudic.* & alios, quos refert, dixit *Nig. de execut. rei indic. d. cap.* 2. §. 19. *num.* 74.

At quòd Philippus gratis, nec sine suspicione calumniæ, & animo contrà iura Minorum laborauerit probare eius anteriorem possessionem, liquidò elicitur ex testimonijs in actis registratis; Siquidèm concurrût, quod hæc eadem bona controuersa remanserunt in hæreditate q. Thomæ principalis debitoris, in tantumq. Philippum de eius possessione excepisse, in quantum Tutelam, & Curam filiorum, & hæredum d. Thomæ sumpsit, & illam eorum

5 matre deponente; Non enim est nouum, Tutorem dici non posse possidere bona pupilli alio, quàm familiaritatis iure, *Gozzadin. cons.* 99. *num.* 10. *Bero. cons.* 58. *num.* 3. & 9. *lib.* 3. confert dictum *Natt. cons.* 18. *num.* 19. *lib.* 1. *Tarij. cons.* 98. *num.* 19. *lib.* 2. *Socin. cons.* 61. *num.* 7. *vol.* 1.

6 Possessio autem iure familiaritatis non dicitur possessio, cùm deterior sit detentione animi, *Nig. de execut. rei indic. cap.* 34. §. 2. *num.* 3. & 4. *Sebastian. Medic. decis. Rot. March.* 46. *num.* 2. & *seq. Merlin. resolut. forens.* 89. *cent.* 1. *num.* 4. & *cap.* 67. *num.* 44. *cent.* 2. & in terminis fuit dictum *in Rauennaten. Bonorū* 1. *Februarij* 1647. *coràm Emin. Corrado* §. *nec rele-*

7 *uat*; Vndè cùm manutentio Possessori sit danda, & non Possessori deneganda, *Gratian. discept. forens. cap.* 681. *num.* 29. etiam *ex dispositione sanctionum Rotalium, vt sub cap.* 59. con-

8 sequentèr dixerunt DD., nullitatem, & iniustitiam sententiæ D. Iudicis à quo effici manifestam, stante possessione à dd. Minoribus de Bondacchis obtenta, per quam omni possessione, si quam Philippus habuisset, diceretur nudatus, *Gratian. discept. forens. cap.*

9 950. *num.* 33. Præsertim cùm satis ex processu resultet iustificatio, quòd ista bona controuersa, etsi possessa à d. Philippo ante Minorum prædictorum immissionem, spectabant ad filios, & hæredes antedicti Thomæ condemnatos, *Nig. de execut. rei indic. cap.* 2. *num.* 37. & *cap. eod.* §. 19. *num.* 76.

10 Et ex his visum fuit DD. abundè constare de inualida, & vitiosa Philippi possessione, haùd quaquam manutenenda, *Staiban. inn. resolut. forens.* 100. *num.* 157. *tom.* 1. *Gratian. decis.* 81. *num.* 12. *Nig. d. tract. de execut. rei indic.*

11 *cap.* 2. §. 20. *num.* 6. Idq. etiam quia non sufficit in hoc iudicio docere de antiquiori possessione, si de tempore motæ litis non possideat, *Alex. cons.* 27. *in fin. lib.* 6. *Socin. cons.* 126. *num.* 30. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 20. *in fin. lib.* 1. De non possessione autem d. Philippi de tempore instituti iudicij conuincitur ex possessione dd. hæredum de Bondacchis; Siquidèm

12 duo insolidum eandem rem vno, & eodem tempore nequeunt possidere, *Ioan. Bapt. de Thor. vot. decisiu.* 33. *num.* 30. *centur.* 2. *Socin. reg.* 99. *Alfan. collectan.* 355. cum vulgatis.

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Præsumptiones, indicia, & coniecturæ an, & quandò admittantur, & coniungantur ad plenam fidem faciendam, & ad Reum condemnandum, & quanam pœna. Socius criminis an, & quando probet contrà Socium. Index potest ex causa minuere, & commutare pœnas, & an condemnare possit ex indicijs, & præsumptionibus, & de alijs ad materiam.

SVMMARIVM.

Probatio plusquam semiplena sufficit pro pœna extraordinaria, num. 1.

Probatio perfecta inducitur per testem deponentem de facto proprio, iunctis adminiculis, num. 2.

Testi deponenti de facto proprio plena fides est adhibenda concurrentibus alijs adminiculis, & probationibus, licèt imperfectis; num. 3.

Emptio, & venditio multùm arguitur ex emptione, & venditione ob traditionem, quæ dicitur de substantialibus earundem, num. 4.

Mendacia maximè attenduntur ad delicti comprobationem, num. 5.

Mendacium facit magnam præsumptionem, num. 6.

Nega-

Negatiua probatur ex inspectione scripturæ, num. 7.

Delictum propriæ domus commissum, & nocturno tempore admittit ad eius probationem indicia, præsumptiones, & coniecturas, maximè ad pœnam extraordinariam infligendam, num. 8. & 9.

Præsumptiones in criminalibus coniunguntur ad plenam fidem faciendam, & ad Reum condemnandum, num. 10.

Præsumptiones in criminalibus non coniunguntur ad infligendam pœnam sanguinis, vel vt pœna ordinaria imponatur, sed ad pœnam mitiorem pecuniariam extraordinariam imponendam, num. 11.

Socius criminis in criminalibus non admittitur contra socium, quando ex propria confessione sibi irrogaretur infamia, secùs è contra, num. 12. 13. & 14.

Deponens contra se ipsum magis credendum est, num. 15.

Socius criminis admittitur ad probandum in delictis difficilis probationis, vt damni commissi, vel nocturno tempore, num. 16.

Testibus inter se familia deponentibus nulla fides est adhibenda, num. 17.

Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 18.

Sententia semper præsumitur iusta, num. 19.

Iudici est commissum iudicare, quænam sint indicia sufficientia ad condemnandum aliquem ex indicijs, & præsumptionibus, ibid.

Iudex ex causa potest pœnas minuere, & commutare, prout sibi iustum videtur, num. 20.

Decisio LXXV.

LATA sententia per Excellentissimum D. Prætorem condemnatoriam contrà Matthæum, Gliorium Lucæ molendinarium, processatū ex causa venditionis farinæ contrà formā ordinum, & condemnatū in scutis 20. pœna sic arbitrata, & ab ea interposita per d. Matthæū appellatione ad Rotam; Hodiè fuit dubitatū per vnum ex DD., an esset bene, vel malè appellatum, vel iudicatum, duo ex DD. malè iudicatum, beneq. appellatum; Ego autē reformando sententiam d. Excellentiss. D. Prætoris ex causis infra enunciandis, dixi, d. Matthæum fore, & esse condemnandum in scutis decem distribuendis iuxtà solitum.

1 Motus enim fui, quia Fiscus non defecit in probatione d. contrauentionis, etsi non concludenter, & pœnæ ordinariæ locus pateret, saltèm plusquam semiplenè suam probauit intentionem ad effectum, vt extraordinariæ pœnæ locus esset, *Sodec. de Iudic. lib. 1. cons. 97. nu. 3. vers. sed prædictum consequens, Boss. tit. de concill. num. 34. Guazzin. ad defens. defen. 33. cap. 4. num. 14.*

2 Probauit inquam primò per depositionem Antonij de Terelio emptoris d. farinæ pluriès repetitam, & in faciem ipsius Matthæi confirmatam, qui cùm deponat de facto proprio, plusquàm semiplenè probat, & iunctis adminiculis, perfectam inducit probationem, *Gozzadin. cons. 13. num. 60. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 75. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 99. num. 11.* latè *Farinac. quæst. 63. num. 215. 225. & 235. Rot. Roman. decis. 552. num. 3. par. 1. & decis. 272. num. 3. par. 2. recent. & apud Ludouis. decis. 449. num. 7. & decis. 351. nu. 11. & 26. Rot. apud Merlin. decis. Lucen. 30. à num. 9. vsq. ad 13.* qui pro indubitato firmat, vt concurrentibus alijs adminiculis, & probationibus licèt imperfectis, deponenti de facto
3 proprio sit plena fides adhibenda, *ex Benincaud. decis. Bononien. 63. vsq. ad fin.* cum alijs ibi per eum adductis.

Secundò Fiscus ad comprobandam suam intentionem induxit in testem Elisabetham, alias Bettinam famulam Matthæi, quæ de eius ordine fatetur consignasse d. Antonio farinā, & conuenit tempus, locus, & quantitas, licet enim dicat non vidisse, quod d. farina fuerit ponderata; Addit tamen in eius secunda depositione, quod consignauit. *Quattro palettate di farina, che quelle ordinariamente fanno mezzo staro*, prout in processu fol. 25. & sic cùm hu-
4 iusmodi traditio sit de substantialibus contractus emptionis, & venditionis, & ad illam inferat, plurimùm confert pro ea arguenda, *ad traditā per Farinac. quæst. 52. num. 163.*

5 Tertiò mihi visum fuit pro parte Fisci concurrere plura mendacia ipsius Matthæi, de quibus fuit in processu conuictus, & quæ ad comprobationem delicti maximè attenduntur, *Farinac. d. quæst. 52. num. 2. cum seqq.* Ne-
6 gat enim primò ipse Matthæus, se mandasse Bettinæ præfatæ, farinæ consignationem faciendam d. Antonio, contestibus conuincitur de mendacio, quod quidem magnam præsumptionem facit contra d. Matthæum, *ex Bart. in l. fin. num. 2. ff. de quæstionib. Farinac. quæst. 52. num. 2.* Secundò negat in capsis, seù capsonibus existentibus in eius molendino retinere aliquam farinæ quantitatem; & per depositionem d. Bettinæ, & per perquisitionem Executorum, de qua in processu fol. 9. & 10. contrarium apparet *DD. vbi supra*. Tertiò in processu d. Matthæus fol. 27. à terg. asserit, quòd d. Antonius detulit ad molendinum medium sextarium frumenti ad triturandum, & loco illius fuit d. Antonio à d. Bettina de ordine dicti Matthæi traditum medium sextarium farinæ, quod tamen falsum conuincitur, nedùm ex depositionibus dd. Bettinæ, & Antonij;

Verùm etiam ex dicto Officialis deputati ad
describendum nomina eorum, qui frumenta
ad triturandum ad molendinum afferunt, vt
7 habetur in processu fol. 31. à terg. & d. sexta-
rium frumenti allati per d. Antonium minimè
in libro, seù bacchetta descriptum reperitur,
qui dicitur optimus modus probandi negati-
uam, *Herculan. de negatiu. probat. num. 169.
170. & 171. Buratt. decis.* 120. *num.* 15. 16. &
17. & sic cùm ex inspectione libri Officialis
clarè pateat, non adesse descriptum d. mediū
sextarium frumenti allatum per d. Antonium,
vt ipse Matthæus asserit, tale mendacium in-
fluit in delictum, de quo est inquisitus, vt pa-
tet ad sensum.
8 Vndè sequitur, quòd cùm simus in delicto
difficilis probationis, domi scilicèt, & noctur-
no tempore perpetrato, ad eius probationem
admittuntur indicia, præsumptiones, & con-
iecturæ, vt *per Farinac. qu.* 50. *num.* 38. & 39.
9 vbi id indubitatum dicit quoad pœnam ex-
traordinariam, *Mascard. de probat.* qui innu-
meros concordantes citat *lib.* 3. *concl.* 1236.
10 *num.* 1. & 2. & *num.* 13. & 14. Ità vt in Crimi-
nalibus præsumptiones coniungantur ad ple-
nam fidem faciendam, & ad Reum damnan-
dum, *idem Mascard. vbi sup. num.* 28. *per tex. in
l. si qui adulterij Cod. de adulter.* & citat *Abb.
Cardinal. ac Bald. Fr. Philippus de Bill. Capuc-
cin. in sua prax. Criminal. quæst.* 75. *num.* 1. & 2.
11 Et licèt *secundùm opinionem Alexand. Bart.
Dec.* ac aliorum dicentium in Criminalibus
non coniungi præsumptiones ad faciendam
plenam probationem; Tamen vera est respō-
sio, non coniungi ad infligendam pœnam san-
guinis, vel ità vt pœna ordinaria iniungatur,
sed benè ad pœnam mitiorem pecuniariam
extraordinariam imponendam, ità concilian-
tur in puncto *Bursatt. & Mascard. vbi sup. num.*
30. & ità pro certo affirmat *magnus ille Crimi-
nalista Clar. §. fin. quæst.* 63, *vers. tu scis,* & no-
uissimè comprobat *d. Fr. Capuccin. Theolog. de
Bill. citat. quæst.* 75. *num.* 2.
Nec releuantes mihi visæ fuerunt exceptio-
nes oppositæ contrà personas Antonij empto-
12 ris, & Bettinæ famulæ, scilicèt quòd ille sit so-
cius criminis, qui non admittitur in Crimina-
libus contrà Socium, *Farinac. quæst.* 43. *num.*
8. illa verò sit mentis imbecillis.
13 Nàm fuit responsum, quòd regula prædicta
procederet, quando agitur de crimine perpe-
trato, per quod irrogaretur infamia, quia tunc
intrat exceptio, quæ reijcit testem Socium cri-
minis, ex quo ex propria confessione reman-
sit infamis, vt aduertit *idem Farinac. d. qu.* 43.
14 *in fin.* Huiusmodi autem contrauentio non
est de genere prohibitorum, & ideò non est
habilis ad inducendam infamiam; Cùm non
sit de delictis enumeratis in *l. 1. ff. de his qui
notan. infam.* Maximè quià d. Antonius potius
damnum, quàm lucrum passus fuit, cùm fue-
15 rit condemnatus in scutis 25. Ideòq. cùm de-
posuerit contrà se ipsum, magis ipsi creden-
dum est, *Crauett. consil.* 6. *num.* 61. & 62. *Gabr.
lib.* 1. *suar. conclus. tit. de testib. conclus.* 4. *num.*
88. *Bertazzol. consil.* 534. *num.* 5. Vltrà quod
16 d. regula limitatur in delictis difficilis proba-
tionis domi, & noctis tempore commissis, vt
etiam in emptione, & venditione rei prohibi-
tæ, tunc enim admittitur ad probandum etiā
Socius criminis, vt latè explicat *idem Farinac.
d. quæst.* 43. *num.* 68. 69. 74. & 107.
Quo verò ad Elisabetham ipsemet Mat-
thæus fatetur in processu fol. 12. à terg. quòd
est sagax, & omnia occurrentia pro seruitio
molendini administrat, & ad hunc effectum
ibi eam retinet, & mercede 26. librarum pro
quolibet mense conducit; Ex qua confessione
eiusdemmet Matthæi redditur inuerisimile,
quòd d. Elisabetha aliquam patiatur demen-
17 tiam, sicuti conantur asserere testes ad de-
fensam examinati, quibus proindè nulla est
fides adhibenda, vti prorsus inuerisimilia de-
ponentibus, *Bertazzol. consil.* 452. *num.* 12. *Fa-
rinac. quæst.* 65. *num.* 144.
Quæ autem dicuntur circà paruitatem fa-
rinæ, mihi non fuerunt visa posse attendi, tùm
18 quià vbi lex non distinguit, neq; Nos distin-
guere debemus, *l. non distinguemus ff. de recept.
arbitr.* Tùm quià secundùm subiectam mate-
riam non potest dici modica quantitas farinæ
medium sextarium; Nàm si talis venditio mo-
lendinarijs permitteretur, vtiq. lex de facili
destrueretur in detrimentum, & perniciem
publicæ annonæ; Nàm intraret regula, quòd
quæ per ipsos non possent fieri per plura, pos-
sent per pauciora, vt consideranti patet.
Dixi tamen esse reformandam sententiam
Perillustris, & Excellentiss. mei Prętoris, ipsam
reducendo ad scuta decem; non quià non es-
19 set iusta, & delicto condigna; Cùm sententia
præsumatur semper iusta, & Iudici sit com-
missum iudicare, quænam sint indicia sufficiē-
tia ad condemnandum aliquem ex indicijs, &
præsumptionibus, *ad tradit. per Farinac. in sua
prax. tit. de Reo confess. & conuict. quæst.* 86. *nu.*
91. *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *cas.* 499.
& *in tract. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 44. *num.* 1.
Sed quià consideraui multas expensas factas
in gradu appellationis per d. Matthæum,
ideòq. animum libentèr appuli prò reductio-
20 ne; Cùm non sit nouum in iure posse Iudicē
ex causa pœnas minuere, & commutare, prout
sibi iustum videbitur, *ad doctrinam Dec. in cap.*
sussic

causis num. 18. de offic. Delegat. Pinin qui dicit communem lib. 1. commun. opinion. opin. 165. Farinac. de delict. & pæn. quæst. 17. num. 15. & adest expresse Stat. in cap. 23. lib. 5. Stat. Vniu.

Et ita fuit decisum &c.

Hæc decisio fuit confirmata per Perillustrem, ac Admodum Excellentem D. Alexandrum Mazarosam sub die 15. Octobris 1656. ex quo ipsi ab Excellentissimis DD. de Palatio fuit commissa reuisio d. causa stante paritate votorum, & sic d. sententia prævaluit aduersus duos Coniudices contrariam sententes, vt constat per acta, & rogitu Ser Bernardini de Barberijs &c. quibus &c.

ARGVMENTVM.

Sequestrum in causa executiua an, & quando per Creditorem fieri valeat, etiam pro summa liquidanda, & super pensionibus Debitori debitis ab altero, licet Clerico, ac super alimentis, eorumq. Iuris commoditatibus. Pensionis commoditas an vendi, seu cedi, vel insolidum dari possit, & bene accedat alimentorum naturæ, & quid si sit Ecclesiastica, num dicatur temporalis, vel spiritualis. Clericus quãdonam vti valeat priuilegio *cap. Odoardus de solutionib.* & si sit vxoratus, an ipsi tale beneficium suffragetur. *Declaratur dec. Rot. Luc. 52.*

[illegible]

Sequestrum in causa executiua semper fieri potest, etiamsi quis esset soluendo, & abesset dilapidationis timor, ac etiam sine demonstratione damni aliterius passi. num. 1. & 2.

Liquidatio fieri potest post sententiam [illegible] executionem. num. 3.

Hypotheca generalis bonorum comprehendit debitoris nomen, iura, & actiones. num. 4.

Pensionis commoditas Creditoribus vendi, cedi, & in absolutum dari potest. num. 5.

Sequestrari valet nomen debitoris pro summa, & quantitate liquidanda. num. 6.

Creditor potest sequestrare pensiones debitori suo ab altero debitas, etiamsi agatur cum Clerico, & de fructibus beneficij. num. 7.

Alimenta, seu alimentorum iuris commoditates [illegible] licet sequestrari. num. 8.

Pensionis natura ad alimentorum naturam accedit. num. 9.

Pensionis natura vsufructui æquiparatur. num. 10.

Pensio Ecclesiastica dicitur quid temporale non habens aliquid commune cum spiritualitate. n. 11.

Clericis quibus competit cap. Odoardus de solutionib. solent illud adducere in executione. nu. 12.

Clericatus expirat per matrimonium. num. 13.

Cap. Odoardus non competit vxorato, quamuis contemplati possit vti Clericus coniugatus. n. 14.

Clericus ducens vxorem venit appellatione Laicorum, siue habitu Laicali incedat, & vxorem habeat. num. 15.

Decus nunquam præsumitur, & vt superueniat, probari oportet in illa actu, de cuius rescissione agitur, interuenisse. num. 16.

Appellatio, vel recursus an, & quando admittatur ex cap. 52. Roc. Luc. num. 17. & 18.

Decisio LXXVI.

Spect. Gherardus Pacinus obtinuit sequestrari pecunias, seu pensionum commoditates ab Adm. Reu. Plebano Compiti debitas, & debendas Sp. Laurentio Pudia, deindeque institit pro conseruatione pollicitæ indemnitatis, sibi easdem adiudicari iuxta liquidationem, vel in processu, vel in executione sententiæ faciendam.

D. Iudex inferior cum Adiudicationem denegauerit, occasionem recurrendi D. Gherardo dedit, & Rota recursum approbauit, primamq. sententiam reuocauit.

Etenim D. Laurentius in vim instrumentorũ, & recognitionis apochæ ad fauorem D. Pacini, in iudicio factis fuit obligationem ex quibus de [illegible] indemnitatis promissione apparet, nec non de illarum molestijs, ac illarum notificatione, & interpellatione, ac de condemnatorijs sententijs [illegible].

1 Sequestrum ergo fuerat ritè perpetuum te *Stat. Vniu. Luc. lib.* [illegible] permittentes etiã quod in causa executiua semper fieri potest, etiam quod quis esset soluendo, & abesset dilapidationis timor, Zacch. de oblig. Camer. in addit. ad quæst. 77. num. 1. [illegible]

2 *tract. de Sobiet. offic.* & quoq. sine demonstratione damni alicuius passi, *Rota decis.* 582. *nu. 5. 6. & 7. post Tass. de manutén.*

3 Præsertim quia pecuniarum, aut pensionis commoditati adiudicatio concessa fuit iuxtà liquidationem in executione fiendam, prout praxis seruat, *l. 2. vbi DD. Cod. de senten. quæ sine certa quantitate, Graff. except. 36. num. 5. cum seq. Escobar. de ratiocin. cap. 33. num. 22.*

Osesc.

Osasc. decis. 29. per totam. Rot. Genu. decis. 163. n. 5. Gratian. decis. 225. num. 15. & discept. forens. cap. 129. num. 16. 17. & cap. 183. num. 37. & cap. 677. num. 3. Ludouis. decis. 220. num. 1. Buratt. decis. 545. sub num. 3.

4 Ampliùs cùm in generali bonorum hypotheca debitoris nomen, iura, & actiones cõpræhendantur ex communi, de quibus per *Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2. tit. 2. quæst. 29. DD. omnes num. 2. & 4. cumulat.* Item;

5 Et cùm pensionis commoditas Creditoribus vendi, cedi, ac insolutum dari possit, *Salgad. in tract. labyrint. Credit. par. 1. cap. 42. num. 3. & ead. par. cap. 43. num. 8. 22. 31. & seqq.* Hinc

6 fit, quòd D. Gherardus pro summa, & quantitate liquidanda potuerit sequestrare nomen debitoris, *l. 4. Cod. quæ res pignor. oblig. poss. Mauson. de canf. extent. ampliat. 37. num. 34.*

7 & pensiones debitori suo ab altero debitas, quæ Clerico paritèr sequestrantur, *Salgad. d.*

8 *tract. par. 1. cap. 24. num. 40.* Prout alimenta, seù alimentorum iuris commoditates, *Salgad. d. tract. par. 1. cap. 26. num. 40. 42. 43.* Natu-

9 ra verò pensionis ad alimentorum naturam accedit, *Rot. decis. 407. num. 1. par. 1. recentiss.*

10 illaq. vsufructui æquiparatur, *Rot. decis. 530. num. 2. par. 2. recent. & decis. 401. num. 4. par. 1. nouiss.*

11 Non obstat, quòd Ecclesiastica pensio videatur res spiritualis, quia ea dicitur quid tẽporale cum spiritualitate aliquid commune non habens, *Rot. Roman. apud Merlin. decis. 732. num. 2. tom. 2. Ludouis. decis. 174. num. 7. & decis. 403. num. 2. & ibi Oliuer. Penia decis. 125. nũ. 3. tom. 1. Coccin. decis. 838. nu. 1. Rota decis. 99. num. 1. par. 4. recent. tom. 2. & decis. 12. num. 1. in fin. par. 2. recentiss.*

12 Non obstat, quòd stante præsenti paupertate Pensionarii videatur intrare *cap. Odoardus de solution.* ne cogatur facere, nisi in quantum facere possit. Hoc enim priuilegium Clericis, quibus competit, adduci solet in executione secundum praxim, sicuti ait *Sanctius de Inducijs qu. 51. num. 16.*

13 Verumtamen, cùm per matrimonium Clericatus expirent, *cap. 1. de Cleric. coniugat. lib. 6. Pitt. decis. 3. num. 16. tom. 2. & coràm Coccino in Sipontina Pensionis 26. Aprilis 1638.* priuilegiũ

14 huiusmodi minimè competeret D. Podio nũc Vxorato, & Laico, quamuis contemplari posset vti Clericus coniugatus, *Barbos. in c. Odoardus num. 9.* plures citans.

15 Et Clericus si ducat Vxorem, satis venire potest Laicorum appellatione, vt si quis in habitu Laicali incedat, & vxorem habeat, tanquam purus Laicus sit iudicandus, *cap. 1. de Cleric. coniugat. in 6. vbi Glos. Penia decis. 573. num. 6. & 7. tom. 1.*

Non obstat allegatus metus reuerentialis D. Laurentij erga suum Genitorem, pro quo promisit, seque obligauit.

16 Quoniam metus nunquam præsumitur, qui, vt operetur, oportet probari in illo actu, de cuius rescissione agitur, interuenisse, *Grass. de metu except. 11. num. 41. 43. Farinac. par. 3. verbo metus num. 17.* & fuit firmatum *in decis.* hic impressa *8. per totam.*

Nec obstat, quòd processus primæ instantiæ sit nullus, ex defectu integræ non solutæ datiæ.

Quia sequestrum non continet summam certam, & expressam, & in eo leguntur verba sequentia, *Et hoc pro summa, & quantitate in Actis liquidanda &c. prout in iudicio super petitione fienda liquidabitur &c.*

17 Non releuat, quòd recursus non competeret, sed tantùm appellatio ex *cap. Rot. 52.*

18 Nam petita à Sp. Gherardo adiudicatio, ex iuribus executiuis oriebatur, in quorum causis appellatio, non autem recursus denegabatur, sicuti habetur *in cod. cap. 52. sub §. seu ab executionibus, nempè & à prouincia, quæ pronunciaret Instrumentum, vel Præceptum fore ac esse exequendum, vel non exequendum, aut per similia, vel æquipollentia verba &c.* non posse appellari, querelaris aut de nullitate dici, sed detur recursus.

Et ità fuit decisum vtraque parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Mulier an, & quandò sine solemnitatibus à *Statuto* requisitis validè obligetur pro dote, & illius augmento propriæ filiæ constit. & quid si se obligauerit fauore extraneæ personæ; &

2 an, & quandò benè accedat obligationi pro marito siue per Instrumentum, aut priuatam scripturam, siue per solã pollicitationem, vel per nudum pactũ.

Statutum loquens de solemnitatibus in contractibus mulierum an, & quandò comprehendat dotis causam. Appellatio datur ab expressa, siue tacita reiectione exceptionis, vel probationum releuantium, vnde grauamen oriatur. Socer, siue Gener, aut Ascendentes.

dentes, vel Descendentes ac, & quandò gaudeant beneficio deducto nè egeat,

S V M M A R I V M.

Mulieribus licitum est fideiubere pro dote, cùm ea specialiter sit priuilegiata. num. 1.

Mulier etiam sine solemnitatibus per quodcunq. statutum requisitis validè obligatur pro dote propriæ filiæ, & etiam cuiuslibet extraneæ. num. 2. 4. & 5. & nihil interest, an se obligauerit Instrumento, aut priuata scriptura, siuè sola pollicitatione, vel nudo pacto. num. 6.

Dos subiacet regulis Iuris Communis prohibentibus mulieribus se obligari. num. 7.

Obligatio mulieris, vt sustineatur, quænam requirantur ex cap. 39. lib. 2. Statut. Vniu. Lucen. *num.* 8.

Statutum generaliter, siuè vniuersaliter loquens de requisitis interueniendis in contractibus mulierũ, non comprahendit mulieres se obligantes pro dote alterius mulieris. num. 9. & 14.

Mulier si obliget se pro dote, siuè eius augumento, non habentur in consideratione statuti solemnitates. num. 10.

Verba generalia, & vniuersalia nullam constituunt differentiam inter se. num. 12.

Statutum loquens per verba vniuersalia geminata, non comprahendit obligationem ex causa dotis. num. 13.

Statutum licet sub vniuersali oratione possit comprahendere omnes casus, & sic etiam dotis, non procedit in dispositione legis, sed hominis. n. 14.

Statutum quantumuis vniuersale non comprahendit causam dotis, nisi de ea mentionem faciat, si per ll. sancitum sit, vt obligatio mulierum pro dote constituenda valeat. num. 15.

Obligatio mulieris voluntaria, & non necessaria subiacet statuti dispositioni. num. 16.

Statutum etsi generalissimum nunquam comprahendit casus de Iure Communi specialiter priuilegiatos, vt est dos, siuè necessaria, aut voluntaria. num. 17.

Dotis fauorem si respiciant Iura, non restringuntur ad eas mulieres solùm, quæ necessariò, idest in subsidium dotare tenentur, sed omnes personas, & casus generaliter comprahendunt. num. 18.

Mulier non subiacet dispositioni statutariæ ob donationem merè voluntariam in causam dotis ab ipsa factam. num. 19.

Sententia ferri non potest super negotio principali, lite non contestata. num. 20.

Appellatio, seù recursus conceditur etiam à reiectione exceptionis releuantis, seù à denegatione admissionis, ex qua grauamen resultare potest. num. 21.

Appellatio datur à reiectione exceptionis releuantis tacita. num. 22.

Appellatio datur ab expressa, siuè tacita reiectione testium, vel probationum releuantium, vndè grauamen inferatur. num. 23.

Fideiussio mulierum, maximè pro viris intercedentium, est nulla. num. 24.

Obligatio facta pro marito est nulla. num. 25.

Fideiussio facta pro marito est omninò nulla, licèt mulier Velleiano *renunciet. num. 26.*

Mulier fideiubere nequit. num. 27.

Mulier fideiubendo pro alijs, nec seruatur in foro conscientiæ. num. 28.

Fideiussorem melius est non dare, quàm dare mulierem. num. 29.

Statutum si tradat certam formam in contractibus mulierum, intelligi debet de contractibus mulieribus licitis, & de iure non prohibitis, cum statuta recipiant interpretationem passiuam à Iure Communi. num. 30.

Mulieribus est interdictum de Iure Communi fideiubere, & strictius pro viris. num. 31.

Approbatio non tribuit actui nullum, quando nullitas à potestate Approbantis non dependet. num. 32.

Mulier validè potest se obligare pro viro, quando adest timor carcerationis pro ære alieno, vt si contra se haberet Instrumenta habentia executionem paratam. num. 33. & 34.

Vxor quòd possit se obligare pro viro, defraudarunt aliqui, qui hic recensentur. num. 35.

Socer ad instantiam Generi carcerari nequit. nu. 36.

Beneficium deducto nè egeat, pro euitanda carceratione quandonam cadere possit in Ascendentes, & Descendentes, Generum, & Socrum, remissiuè. num. 37.

Decisio LXXVII.

SPect. Leonellus de Nobilibus intentauit iudicium per viam citationis ad dicendum quarè contrà Sp. Gherardum Pacinum eius Socrum, & intermedio cautè petijt eundem non debere audiri, nisi præstita fideiussione ad formam *Stat. cap. XXI. lib. 1. Statut. Vnic. Luc.* tanquàm obligatum per scriptum recognitum, quod habet vim publici Instrumenti, & cùm fuisset pronunciatum, esse locum fideiussioni, ipse eam præstitit, & pro eo fideiussit Ven. D. Philippa eius vxor, cui fideiussioni præstitæ se opposuit d. Sp. Leonellus, multa proponendo, prout in processu, cui &c. & in specie, quòd d. D. Philippa non potuisset fideiubere, quia iam insolidum se obligauerat cum Sp. Gherardo marito, vt in scripto matrimoniali, cui oppositioni replicando dixit

dixit D. Philippa, ipsam nullitèr se obligasse in d. scripto, cùm non accesserit consensus Propinqui, Mariti, aut Iudicis iuxta dispositionem Stat. in cap. 39. lib. 2. Qua replicatione facta d. Sp. Leonellus institit non solùm declarari nullam fideiussionem vltimo loco datam per d. Sp. Gherardum, scilicèt D. Philippæ, sed declarari validam illam obligationem in d. scripto matrimoniali factam vna cum marito insolidum, super quibus D. Iudex Ordinarius, seù à quo tacitè reiecit nullitatem huius vltimæ fideiussionis, assignando tempus ad probandum, & super reliquis monuit ad primum, & ad audiendam voluntatem, & interim informandum.

A qua pronuncia sentiens se grauatum d. Sp. Leonellus interposuit recursum ad Rotam instando non solùm reuocari d. pronunciam assignationis termini, sed etiam declarari validam d. primam obligationem.

Fuit enim dubitatum coram DD. meis, an omnibus capitibus dicti recursus esset deferendum, & DD. dixerunt in omnibus antedictis capitibus esse deferendum.

Et quoad primum concernens obligationem D. V. Philippæ vna cum viro pro maritanda filia in d. scripto, seù chirographo emanatam, fuisse, & esse validam DD. dixerunt,

1 ijs moti fundamentis; Primò, quia cùm dos specialiter reperiatur priuilegiata, vt pro ea licitum sit mulieribus fideiubere, *l. fin. Cod. ad Senatusconsult. Vellean. l. si dotare Cod. eod. l.*

2 *promittendo ff. de iur. dot.* Sitq. obligatio, & promissio, de qua in d. chirographo matrimoniali fuerit facta pro dote propria filiæ, & pro ea nubenda, non potest dubitari, quin d. V. D. Philippa sit validè, & efficaciter obligata, etiam sine solemnitatibus per quodcunq. Statutum requisitis, ex *Glos. in l. fin. vers. cessante,* vbi *Salyc. num. 3. Cod. de iur. dot.* latè *Barbos. in repet. l. 1. §. 3. par. num. 53. ff. solut. matrim. Ruin. cons. 195. num. 1. lib. 1. Iason. cons. 157. vers. sed præmissis lib. 2. Socin. cons. 80. num. 27. lib. 4. Paris. cons. 81. num. 8. lib. 3. Cephal. cons. 408. num. 9. Nata. cons. 52. num. 15. Ladercb. cons. 66. num. 5. Caball. cons. 97. per tot. lib. 2. Bald. Nouell. tract. de dot. par. 6. priuileg. 12. num. 1. & 21. Marescott. variar. lib. 1. cap. 43. num. 9. Put. decis. 160. num. 3. & 4. lib. 3. Caputaquen. decis. 3. num. 5. & 199. num. 2. par. 3. Surd. decis. 164. num. 4. & decis. 287. num. 26. Barz. decis. 82. qui testatur de communi nu. 18. Mart. Medic. decis. 48. num. 2. & decis. 49. nu. 3. Vinc. de Franch. decis. 182. num. 1. Afflict. decis. 211.*

3 Ita vt dos non subiaceat regulis Iuris Communis prohibentibus mulieribus se obligari, *Rot. decis. 177. num. 11. par. 1. recent. & decis.*

4 *511. num. 2. par. 2. recent.* Quod adeò verum est, vt procedat non solùm in matre obligante se pro dote filiæ, sed etiam in qualibet muliere obligante se pro dote cuiuscunq. extraneæ, *d. l. fin. Cod. ad Vellean.* ibi, *Pro qualibet muliere,* vbi *Castrens. num. 2. Hering. tract. de fideiussorib. cap. 7. num. 453. Marescott. variar. lib. 1. cap. 43. num. 12. Mart. Medic. decis. 48.*

5 *num. 2. & decis. 49. num. 5.* Ex quo sequitur, quòd supradicta multò magis procedunt in Matre, quæ pietate materna ducta obligauit se, & sua bona pro dote suæ filiæ, vt post *Bald. cons. 407. num. 4. lib. 2.* tradunt *Surd. decis. 164. num. 15. & 16. Mart. Medic. citat. decis. 49. nu. 8. & 9. Farinac. decis. 511. par. 1.* Ita vt non

6 solùm vendicet sibi locum in obligatione facta per publicum Instrumentum, sed etiam in facta per priuatam scripturam, imò sola pollicitatione, ac nudo pacto, *citat. l. fin. Cod. ad Vellean. Mart. Medic. vbi sup. citat. decis. 49. num. 6. vers. nam respondetur, & num. seq.* & hanc opinionem vti communem, & magis communem veriorem tradunt præcitat. DD. & præsertim *Mart. Medic. Bald. Nouell. & Marescott. in loc. sup. citat. d. cap. 43. num. 9.* multas *decis. Rot. Rom.* adducit, *Rot. post Put. ad Stat. Vrb. decis. 13. & decis. 15.* & quòd hæc opinio sic canonizata sit à nostra *Rot. Lucens.* videnda est *decis. emanata in causa Sp. Vincentij Mazzacinocoli cum DD. de Parpaglionibus elaborata, & impressa in par. 2. Controuersiar. Illustriss. & Excellentiss. ac nunquàm satis laudati D. Præs. & Com. Io. Francisci Andreoli controuers. 12. à num. 18. vsq. ad finem,* vbi latè, & inconcussam dicit

7 opinionem, vt obligatio facta vna cum viro pro dotanda communi filia à matre sit omninò valida, *Paul. Stasban. iun. resol. forens. 42. à num. 23. tom. 1.*

8 Quibus omnibus non fuit visum obstare dispositio *Stat. cit. cap. 39. lib. 2.* inducentis certam formam in obligatione mulierum, scilicèt consensum mariti, propinqui, ac etiã Iudicis authoritatem, aliaq. &c. Ideòq. cùm prædicta nõ interuenerint in obligatione D. V. Philippæ, nullius momenti, etsi emanata fauore dotis, debebat existimari.

9 Quia fuit responsum primò, quòd *Statutum prædictum,* dùm loquitur generalitèr de requisitis, quæ interuenire debent in contractibus mulierum, vt minimè compræhendere valeat mulieres se obligantes pro dote alterius mulieris, *Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 48. Socin. sen. cons. 89. per tot.* & præcipuè *num. 23. vol. 4. Eugen. cons. 9. & cons. 14.* qui testatur de magis communi *Menoch. cons. 242. per tot. & cons. 261. num. 39. & seqq. Cyriac. controuers. forens. contron. 81. num. 1. & seqq. Marescott.*

circumuan

citat. cap. 43. *num.* 12. qui etiam docet de magis communi *Gratian. discept. forens. cap.* 647. *num.* 22. *& seqq. Amat. decis. Marcb.* 39. *num.* 1. *& decis.* 42. *num.* 8. *&* 9. *Peregrin. decis.* 14. cum alijs per *Vrsell. conclus.* 170. *num.* 38. *&* 39.
10 vbi ait, quòd solemnitates *Statuti* non curantur, quando mulier pro dote se obligat; Ità vt etiam habeat locum in ipsius augumento, & plures *Rot. Roman. decis.* de more allegat.

11 Quæ adeò vera sunt, & habent locum non solùm si *Statutum* supradictum loqueretur generalitèr, sed etiamsi vniuersalitèr, vt neutrũ causam dotis compræhendere possit; quemadmodùm in terminis *statuti* vniuersalitèr loquentis, tradunt *Ias. in authen. præterea num.* 15. *Cod. vndè vir, & vxor, Crauett. cons.* 540. *num.* 11. *&* 12. *Menoch. cons.* 242. *num.* 6. *& seqq. & num.* 11. *Rolan. de lucr. dot. quæst.* 105. *num.* 15. *Mart. Medic. decis.* 20. *num.* 22. vbi de magis communi *Amat. decis.* 34. *num.* 2. *de Franch. decis.* 162. *num.* 13. *&* 14. *Rot. dec.* 264. *num.* 1. *par.* 4. *diuers. & decis.* 511. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum *per nostram Rot. teste Barz. decis.* 82. *per tot.* & præcipuè *num.* 4. Cùm
12 nulla sit constituenda differentia inter verba generalia, & vniuersalia, quemadmodùm in terminis tradit *Barbos. in l.* 1. *par.* 1. *num.* 4. *in*
13 *fin. ff. solut. matrim.* Ità quòd *Statutum* loquens per verba vniuersalia geminata, obligationem ex causa dotis non compræhendat, *ead. Rot. cit. decis.* 511. *num.* 2. *par.* 2. *recent. Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 43. *sub num.* 11. qui ad saturitatem *multas Rot. Roman. aliasque decis.* allegat.

14 Secundò fuit responsum, quòd licèt *d. Statutum* sub illius vniuersali oratione possit cõpræhendere omnes casus, & sic etiam casum dotis; Tamen quòd non procedat in dispositione *Legis*, sed solùm in dispositione *Hominis; Ossasc. decis.* 167. *num.* 9. *Surd. cons.* 267. *num.* 19. *& cons.* 461. *num.* 16. *vers. hec repugnat vniuersalitati verborum &c. Peregrin. cons.* 99. *num.* 22. *lib.* 2. *Becc. cons.* 100. *num.* 18. *Gratian. di-*
15 *scept. forens. cap.* 724. *num.* 18. Ideòq. cùm per *ll.* sancitum sit, vt obligatio mulierum pro dote constituenda valeat, dicta dispositio statutaria quantumuis vniuersalis non comprahendit causam dotis, nisi de ea specialis mentio perficiatur, vt probant *DD. omnes sup. cit.*

16 Neq. paritèr visum fuit obstare aliud obiectũ, scilicèt quòd dicta obligatio D. V. Philippæ fuerit voluntaria, & non necessaria, & consequentèr subiacere debeat dispositioni antedicti *Statuti*, vt in terminis fundat *Cyriac. controuers. forens. controu.* 295. *num.* 47. *Rot. decis.* 22. *nu.* 7. *ex vers. non obstat post Pacum ad Stat. Vrb. Rub. in annotat. ad decis.* 460. *num.* 54. *& seqq. par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

17 Quià fuit responsum, quòd verior est opinio, scilicèt vt d. obligatio indistinctè; tàm pro dote necessaria, quàm voluntaria sit validissima; Cùm *Statutum*, licèt generalissimum nunquam compræhendere valeat eos casus Iure Communi specialitèr priuilegiatos, prout est casus dotis, in puncto *Put. decis.* 160. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 3. *Rot. in Roman. Societatis Offic.* 4. *Februarij* 1602. *coràm Penià, & in Romana Dotis* 29. *Martij* 1602. *coràm Ottembergo*, in qua *decis.* fuit firmatum, quòd conclusio procedat absquè difficultate, tàm in dote necessaria,
18 quàm in voluntaria; Quià iura disponentia ad fauorem dotis nõ restringuntur ad eas mulieres solùm, quæ necessariò, scilicèt in subsidium dotare tenentur, sed omnes personas, & casus generalitèr compræhenduur, vt pluribus relatis comprobat *Vrsell. conclus.* 86. *num.* 169.
19 Imò quòd dicta conclusio vendicet sibi locũ etiam in donatione merè voluntaria in causam dotis à muliere facta, vt ipsa non subiaceat dispositioni Statutariæ, *Rot. per Greg. dec.* 563. *num.* 10. *Menoch. cons.* 261. *num.* 9. *Surd. decis.* 314. *num.* 16. *Rot. in Fauen. Saluiani* 16. *Martij* 1618. *coràm Pamphilio* cum alijs per *Vrsell. vbi suprà.*

Neq. etiam DD. obstare visum fuit aliud obiectum circà istud primum caput, scilicèt quòd Iudex à quo non grauauit d. Sp. Leonellum; Primò, quià nulla fuit lis contestata, & proptereà tanquàm incidens oppositum intermedia, non posse super eo principalitèr
20 pronunciari; Cùm non sit simplex interlocutoria, sed contineat factum principale, super quo, vt dictum est, cùm non fuerit lis contestata, non potest per consequens super eo sententia ferri, *l. vt fundus ff. commun. diuidund. Ias. in l. vinum num.* 23. *ff. si cert. petat. Surd. decis.* 295. *num.* 22.
21 Quià fuit responsum, quòd appellatio, seù recursus etiam à reiectione exceptionis releuantis, seù à denegatione admissionis, ex qua grauamen resultare potest, conceditur *Marchesan. de Commiss. appellat. ab interlocut. par.* 1. *§.* 1. *num.* 142. *fol.* 1214. *Scacc. de appellat.*
22 *quæst.* 17. *num.* 61. *& seqq.* Ità quòd d. conclusio vendicet sibi locum, vt detur etiam appellatio à reiectione exceptionis releuantis tacita, prout fecit D. Iudex Ordinarius, vt cõsideranti clarè patet; Imò lippis, & tonsoribus, vt fundat *idem Marchesan. de Commiss. appellat. diuers. par.* 1. *§.* 2. *num.* 26. *fol.* 1321. *Rot. decis.* 444. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. Seraphin. decis.* 383. *num.* 8. *& seqq.* latè *Petr. Ridolphin. in sua prax. Iudic. par.* 1. *cap.* 13. *à num.* 327. 328. *&* 329. *& sub num.* 330. dicit, quòd etiam à re-

 iectio-

23 iectione teſtium, vel probationum releuan-
tium, ſiuè expreſſa, ſiuè tacita, ex quo paritèr
grauamen infertur, datur appellatio, *Oſaſc. de-
ciſ. 25. num. 14. Rot. deciſ. 79. num. 2. par. 3. re-
cent.* cum alijs per eum ibidem.

Circà verò ſecundum caput recurſus DD.
mei dixerunt, dandam eſſe nouam fideiuſſio-
nem per d. Sp. D. Gherardum Pacinum ad fa-
uorem Sp. Leonelli de Nobilibus; Et in caſu,
de quo agitur, ad formam *Stat. ſub cap. 121.
lib. 1.* & datam nõ obſtare, imò inualidam, &
ratio quià cùm V. D. Philippa ſit obligata,
(vt fuit oſtenſum in primo capite Recurſus)
inſolidum cum d. eius Viro, non poterat nunc
recipi in fideiuſſorem pro viro in eadem cau-
ſa, in qua ipſa eſt obligata, cùm Creditor per
talem fideiuſſionem nihil conſequendum ve-
niret pro aſſecuratione Iudicij, & ideò non
ſunt multiplicanda entia ſinè neceſſitate iuxtà
24 vulgata; Vltrà quod fideiuſſio mulierum, ma-
ximè pro viris intercedentium eſt nulla, & in-
ualida, *vulgat. tex. in authen. ſi qua mulier Cod.
ad Senat. Conſult. Velleian. Iaſ. in l. ſi conſtante
num. 21. ff. ſolut. matrim. Hering. de fideiuſſorib.
cap. 7. num. 399. cum plurib. ſeqq.* ſicq. obliga-
25 tio facta pro marito nulla ſit, *Aretin. in §. ſi
in iudicio num. 5. Inſtit. tit. de except. Rot. deciſ.
1. poſt Picum ad Statut. Vrb.* Quod adeò ve-
26 rum eſt, vt etiamſi mulier *Velleian.* renuntiet,
dum fideiuſſio eſt pro marito, omninò ſit
nulla, *ead. Rot. vbi ſup. poſt Pic. num. 18.* & in-
27 diſtinctè, quòd mulier non poſſit fideiubere,
dixit *Rot. deciſ. 497. num. 57. & num. 171. par.
5. tom. 2. recent. Ludouiſ. deciſ. 363. num. 3. ead.
Rot. in Ariminen. Dotis 11. Maij 1620. coràm
Coccino*, & fuit dictum *in Vrbeuetana Frumenti
27. Iunij 1646. coràm Reuerendiſſ. Melzio*, quæ
eſt impreſſa *poſt Merlin. de pignorib. deciſ. 130.
28 num. 3.* Ità vt mulier fideiubendo pro alijs, nec
etiam in foro conſcientiæ teneatur, *vt poſt Me-
noch. de præſumpt. præſumpt. 80. per tot. lib. 1.*
& alios plures, quos allegat, tradit *Hering. d.
cap. 7. num. 530.* latiſſimè *Paul. Staib. iun. re-
ſolut. forenſ. deciſar. d. reſol. 42. à num. 9. tom. 1.*
vbi ſuſiſſimè multos caſus notatu dignos re-
portat.

Secundò dicebatur, quòd dùm d. Sp. Ghe-
rardus ſit obligatus iuxtà *Statuti* formam pro
aſſecuratione iudicij fideiuſſorem dare, vt dan-
do vxorem, ſeù mulierem, non hoc ideò rele-
29 uatus intelligitur; Quià meliùs eſt fideiuſſo-
rem non dare, & dare mulierem, *vt per text.
lit. rotundum firmatur in l. quamuis §. ſi conuene-
rit ff. ad Velleian*, quem in proprijs terminis ex-
pendit *Arias de Meſa variar. reſolut. lib. 1. cap.
39. num. 37. in fin.*

30 Tertiò dicebatur, quòd licèt *Statut. cap. 39.
& 40. lib. 2.* præſcribat certam formam mu-
lieribus contrahendi, qua forma ſeruata, eis
liceat fideiubere; Tamen quòd *dd. Statuta* in-
telligi debeant de obligationibus, ſeù contra-
ctibus mulieribus licitis, & de iure non prohi-
bitis; Cùm Statuta recipiant interpretationẽ
paſſiuam à diſpoſitione Iuris Cõmunis *Natt.
conſ. 50. in fin. Honded. conſ. 110. num. 14. lib.
1. Cornazzan. deciſ. 136. Surd. deciſ. 138. num.
22. Carpan. ad Stat. Mediolan. in præluд. n. 275.*
31 & ideò cùm mulieribus de Iure Communi ſit
interdictum pro alijs fideiubere, & ſtrictiùs
pro eorum viris, vt latè *Egomet* fundaui *in meis
ad Surd. addition. deciſ. 164. per tot.* ad huiuſ-
modi contractus de iure prohibitos *Statuta
prædicta* nequeunt extendi.

Neq. obſtare viſum fuit DD. meis, quòd d.
D. V. Philippa ſit approbata per publicos Ap-
probatores, qui ſi malè approbent, tenentur
ipſi, & eorum fideiuſſores.

Quià fuit reſponſum, quòd licèt Approba-
tores teneantur in caſu, quando quis non eſt
idoneus; Attamen non habet locum, quando
principium eſt inhabile, ſcilicèt quando obli-
gatio à principio eſt nulla; Cùm tunc non
poſſint Approbatores ex eorum approbatio-
ne reddere habilem ad fideiubendũ pro alio
illum, qui fideiubere non poſſet, prout eſt Mu-
lier, quæ habet iuris reſiſtentiam, vt obligari
32 non poſſit; Et ratio eſt, quià approbatio actũ
nullum non conualidat, quando nullitas à po-
teſtate Approbantis non dependet, in puncto
*Surd. deciſ. 53. num. 17. Vrſell. concluſ. 131.
num. 56.*

33 Neq. demùm obſtare videbatur, quòd D.
V. Philippa validè poterat ſe obligare pro vi-
ro, dum timor carcerationis adeſſe poterat,
vel de facto aderat; Nàm tunc validè illius
obligatio in iſto caſu eſſet dijudicanda, quià
vxor virum ære alieno oppreſſum tenetur ſub-
leuare, *Rot. deciſ. 731. num. 3. par. 3. recent. per
tex. in l. 1. Cod. vndè vir, & vxor, authen. præ-
tereà Cod. eod. Decian. conſ. 84. num. 29. lib. 4.
34 Surd. deciſ. 86. num. 6.* & nihil intereſt, an ſit
carceribus mancipatus, quià ſufficit imminen-
tia periculi, vt quià adſunt Inſtrumenta, quem-
admodùm in caſu, de quo agitur, Creditorum
executionem paratam habentia, *Ramin. ſen.
conſ. 77. num. 16. cum ſeqq. Surd. conſ. 367. num.
18. Rot. deciſ. 731. num. 3. par. 3. recent.* & in
puncto firmauit *Merlin. de pignorib. lib. 2. tit. 1.
quæſt. 18. num. 85. & 86. Rot. poſt Cenc. de cen-
ſib. deciſ. 32. per tot.* & latè fuit dictum *in de-
ciſ. 22. num. 2. impreſſa in iſto volumine.*

35 Quià fuit reſponſum breuiſſimè; Nàm
quicquid ſit de illa quæſtione, an vxor poſſit
ſe obligare pro excarcerando viro, quod diffi-
culta-

cultare videtur *Vincent. de Franch. decis. 578. num. 10. & per tot.*

Tamen fuit dictum, quòd cùm Sp. D. Gherardus non solùm non esset carceribus mancipatus, sed nec etiam poterat pro d. debito carcerari;
36 Cùm Socer ad instantiam Generi carcerari nequeat, vt *per Capellam Tholosanam decis. 159. par. 3. Manson. de caus. execut. limitat. 16. num. 4. & 5.* ideò lippis, & tonsoribus patebat, obiectum eneruatum remanere, & ad
37 istam materiam plura videri possunt, scilicèt de Ascendentibus, & Descendentibus, Genero, & Socru non carcerandis, quando gaudeant beneficio, deducto nè egeat, *apud Scanarol. tract. de visit. Carcerat. lib. 3. §. 7. cap. 2. per totum.*

Quo verò ad alterum recursus caput concernens æstimationem per Peritos factam de communi consensu ambarum partium, DD. simplicitèr dixerunt esse aperiendam, & dimidiam mercedis per d. Sp. Gherardum de Pacinis esse soluendam.

Quarè &c. Ità fuit decisum vtraquè parte acerrimè informante &c.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus sententiam in iudicatum transactã, an, & quãdo detur, & impedire possit eius executionem, & quibusnam requisitis indigeat, vt habere valeat eius effectũ. Sententia an, & quando reformetur ex causis restitutionis in integrum, & an in parte reformata, in reliquis confirmata censeatur. Res iudicata super principali obtenta, an operetur etiam super accessorijs.

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum aduersus sententiam quibusnã requisitis indigeat, remissiuè. num. 1.

Instrumenta fuisse de nouo reperta an, & quando probetur iuramento asserentis. num. 2. & 3.

Ignorantia alicuius iuramento corroboratur. n. 4.

Ignorantia præbet restitutionem in integrum. n. 5.

Restitutio in integrum contrà sententiam in iudicatum transactam conceditur ex iuribus nouiter repertis. num. 6.

Aditio hæreditatis redditur indubitata ex possessione bonorum patris, & ex fructuum perceptione. n. 7.

Dos quomodo constituatur Sorori ex Stat. Vniu. Luc. cap. 16. lib. 2. num. 8.

Frater dotans Sororem intelligitur velle compensare cum debito dotis relicta, vel debita ex bonis patris. num. 9.

Sententia reformatur ex causis restitutionis in integrum ob instrumenta nouiter reperta. num. 10.

Restitutio in integrum in Saluiano conceditur tantùm Ecclesiæ, & minori. num. 11.

Saluianum non competit contrà habentem anteriorem hypothecam. num. 12.

Restitutionis in integrum exceptio, etiam incidenter obiecta contrà sententiæ executionem, illam impedit. num. 13.

Oblatio facta de non toto debito non suffragatur. num. 14.

Sententia in parte reformata, censetur in reliquis confirmata. num. 15.

Res iudicata obtenta super principali, operatur etiam super accessorijs. num. 16.

Principali commisso, censetur commissum accessorium. num. 17.

de Accessorio idem iudicandum est, quod de principali. num. 18.

Vestes vxoris sunt de funeralibus quoad vidualem habitum. num. 19.

Decisio LXXVIII.

VEner. D. Cæcilia Carella de Sinibaldis coram Perillustri D. Iudice sententiarum executore Rotalem sententiam de mẽse Februarij præteriti, necnon alteram D. Iudicis Ordinarij de anno 1653. latas in causis inter ipsam, & Ven. D. Elisabetham Garzoniam Buzzacarinam exequi petijt.

Pro cuius parte de læsione oppositum fuit, ac in integrum restitutio incidenter implorata aduersùs præiudicialia in illis contenta ex iuribus nouiter repertis, & ex capite ignorantiæ, ac ex generali clausula, *Si qua mihi iusta causa.*

Verùm D. Iudex restitutionem tacitè denegauit, committendo ad fauorem D. Cæciliæ executiua mandata pro scutis tercentum quinquaginta, & pro alijs scutis liquidatis ratione interusuriorum, factaq. per eandem solutione scutorum quingentorum DD. Iugalibus Buzzacarinis secundùm nuperrimam oblationem apud acta, præceptum de immittendo D. Cæciliam offerentem in possessionẽ bonorum, de quibus in processu, relaxauit.

Ipsi verò Iugales Buzzacarini ad Rotam recursum habuerunt, à qua petitam restitutionem, deindèq. terrarum retentionem pro scutis mille sexcentum obtinuerunt; Præstita ta-

men parientia, vt huiusmodi terræ vendi, que subhastari possint, secundùm formam primæ Rotalis sententiæ, pro retrahendis pecunijs specificatis in sententia prædicti D. Iudicis, & etiam scutis triginta pro habitu Viduili, ad finem satisfaciendi V. D. Cæciliæ.

1 Etenim copulatiua pro danda restitutione concurrunt requisita à DD. tradita, quos cumulauit *Clariss. Altograd. in cons. 24. num. 3. 4. & 5. vol. 1.*

2 Primòq. Instrumenta de nouo reperta fuisse à dd. Iugalibus; sacramento probatur *Carroc. de except. except. 49. num. 145. Mascard. de probat. conclus. 925. num. 7. cum seq.* & ex Oddo inquit *D. Altograd. eod. cons. & in cons. 40. num. 3. vol. 1.*

3 Secundò iustam horum ignorantiam habuisse D. Elisabetham, & quam, & ipsius Virum diligentiam in ijs reperiendis adhibuisse, *ad tradita per D. Altograd. in eod. cons. 40. n. 3.* demonstrant testes primò examinati; Inquit enim Sp. & Egr. D. Garzonius super quinto interrogatorio; *Sò, che il Sig. Giouanni Buzzaccarini hà fatto diligenza particolare per trouare Instromenti, e scritture publiche, che possino verificare, che lo Sp. Geronimo Garzoni Giouine fosse herede del già Magnif. Sig. Geronimo suo Padre &c.* Et Sp. Thomas Bernardus super dicto interrogatorio: *Hò veduto due, ò tre volte il Sig. Buzzaccarini nel publico Archiuio, oue egli disse, che cercaua delle scritture per la causa, che haueua con la figlia dell' Egr. Sig. Cesare Carelli, & vno Contratto del Sig. Geronimo Garzoni; & hauendolo poi veduto per la Città gli domandai, se haueua trouato niente, e rispose, che faceua tutte le diligenze possibili;* Et interrogatus de tempore, *Disse dell' anno passato, che verteua la causa fra la figlia del Sig. Carelli, & la moglie del Sig. Buzzaccarini.*

4 Atq. illorum ignorantia iuramento per Iugales suscepto corroboratur, *Rot. decis. 257.*
5 *num. 6. post Statil. de Saluiano*, vt ex capite ignorantiæ restitutio in integrum mulieri competeret, *eadem decis. 257. num. 9. 10. & 11. & coram Pento decis. 914. num. 4. tom. 2.*

6 Tertiò iura noua D. Elisabethæ, & probationes pro Victoria, visum fuit, releuare, & ad causam facere iuxtà tertium requisitum benè examinatum à *D. Altograd. in allegato cons. 40. à num. 5. ad 7.* eaq. cum primis coniungi ad ostendendum D. Hieronymum fratrem D. Elisabethæ communis Genitoris hæredem fuisse;

Nam testes nouiter examinati aiunt, nempè Dominicus super primo capitulo: *Lo Sp. Geronimo Garzoni Giouine doppò la morte dello Sp. Geronimo suo Padre, hà posseduto, e goduto li medemi beni, & anche hoggi li godono gl' heredi, che godeua il detto suo Padre &c.*

Et supradictus Sp. & Egr. D. Garzonius super sexto capitulo deponit. *Che lo Sp. Geronimo Giouine hà accettato l' heredità del Magnif. Sig. Geronimo Padre godendo, e possedendo li beni paterni hauendoli veduto godere &c.*

Balthassar etiam testis super sexto capitulo idem confirmat, meliusque quam fecerit D. Garzonius alter testis.

7 Adeò vt cùm D. Hieronymus Iunior tenuerit prædicta bona sui Patris, & fructus illorum perceperit, indubitata nunc reddatur hæreditatis aditio, *Bart. in l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæred. Rot. coràm Millino decis. 44. num. 1. D. Altograd. cons. 8. num. 25. vol. 2.*

Et ideò parum referri videtur, quod de solemnibus à Tutoribus, & Curatoribus ipsius D. Hieronymi adhibitis, non satis doctum fuisset.

8 Iuuat ergò *Statut. lib. 2. cap. 16.* vt D. Hieronymus frater heres communis Patris teneatur D. Elisabetham Sororem ab hoc *Statut.* exclusam, dotare, & dotem soluere sub hypotheca ad fauorem exclusæ à die obitus Genitoris, vt lex Municipalis dicit.

Et hodiè cessat animaduersio in prima decisione ponderata §. Vnde, quod legato scutorum quingentorum auxerit, ob fraternam caritatem, & donationem pro Sororis dote scuta 1100.

Quia quis non præsumitur liberalitatem exercere, si se eximat ab obligatione, ad quam
9 tenebatur, vti hæres; Et Frater dans dotem Sorori, intelligitur velle compensare cum debito dotis relictæ, vel debitæ ex bonis Patris. *l. huiusmodi 84. §. si Sempronius*, & ibi *Glos. in verb. repelli ff. de legat. 1.* & ex alijs citatis à *Rota decis. 28. num. 5. & 6. par. 5. recent.* quæ est *decis. 249. apud Clement. Merlin. tom. 1.*

10 Cùm autem de causis restitutionis in integrum constaret, iudicauimus partim ex antiquis, & partim ex nouis iuribus, & probationibus pro sententiarum reformatione, & ope restitutionis illas moderati fuimus, *ad Rot. dec. 604. n. 6. post Pist. de manuten. decis. 98. n. 1. post Merlin. de pignor. Durau. decis. 137. num. 7. Mantic. decis. 315. num. 7. Peregrinell. ad Buratt. decis. 452. num. 9. Scacc. de appellat. quæst. 19. remed. 2. num. 19.* vbi ex *Oddo* ampliat ad fauorem etiam Maiorum, prout *D. Altograd. cons. 40. num. 6. vol. 1.* dicens de magis communi pro maioribus, & *Vermigliol. cons. 487. in fin.*

11 Non obstat, quòd Ecclesiæ tantùm, & Minori in Saluiano in integrum restitutio concedatur iuxtà limitationem *Pacific. de Saluiano inspect. 4. cap. 3. num. 42.*

12 Quid, cùm Saluianum contrà habentem

anteriorem hypothecam minimè competat, idem Pacific. in inspect. 3. cap. 2. num. 441. & 442. Rot. decis. 33. num. 10. post Merlin. de pignor. & hypoth. & decis. 643. num. 23. post Post. de manutenen. Iure optimo D. Elisabethæ ex ipsius potioribus, & anterioribus hypothecis implorata restitutio concedenda erat.

Nec obstat, quòd eadē restitutio, nisi principaliter fuerit petita, rem iudicatam non tollat.

13 Quoniam restitutionis exceptio etiam incidentèr obiecta contrà sententiæ executionem, illam quidem impedit ex communissima opinione, stante quoq. Statuto, Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 16. num. 28. & 36. tom. 2. facit Graff. de except. except. 34. per totam.

Minus obstat oblatio in calculo ferendæ sententiæ facta à D. Cæcilia posteriori Creditrice de soluendis scutis quingentis D. Elisabethæ anteriorem super terris hypothecam habenti, & hac stante, immissio D. Cæciliæ offerenti non videbatur deneganda.

14 Quandoquidem D. Elisabetha, cùm prætenderet se læsam, & in vim restitutionis in integrum sibi deberi, non solùm scuta quingenta oblata, sed etiam alia scuta mille centum, ista oblatio minoris summæ non suffragabatur tanquàm de non toto debito, ad Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4. tit. 2. quæst. 83. sub num. 79. vers. quintum requisitum.

Non facit, quòd in prima Rotali sententia de interusurijs, & habitu Viduili, de quibus reformatæ sententiæ loquuntur, nihil fuerit dictum. Quià responsum fuit, regulam esse,

15 quòd sententia in parte reformata, censeatur in reliquis confirmata, Rot. decis. 622. sub num. 2. vers. censetur in reliquis, & sub num. 5. vers. regula enim par. 1. recent.

Propterea sententiam, quæ interusuria liquidauit reformare opus non fuit; imò pro maiori declaratione specificare scuta triginta respectu Viduilis habitus debiti censuimus.

Vlteriusq. dùm in prima sententia diximus præcisa verba, videlicèt, & quod superest pro complemento residui dotalis crediti D. Cæciliæ

16 &c. sequitur, quòd res iudicata obtenta super principali, operetur, & super interusurijs accessorijs, ad Salgad. in labyrint. Credit. par. 2.

17 cap. 1. sub num. 188. Prout commisso principali, censetur quoq. commissum accessorium, cap. prudentiam §. sexta in fin. de offic. deleg. Rot. coràm Coccino decis. 199. num. 4. par. 5. re-

18 cent. & de accessorio idem iudicandum sit, quod de ipso principali, Rota coràm Ludouis. decis. 133. num. 4. & decis. 31. num. 3. apud Clement. Merlin. tom. 1.

19 Et quoad Viduilem habitum debitum Vxori diximus, quòd vestes sunt de funeralibus, Giurb. in consuet. Messan. cap. 13. Glos. 7. part. 1. num. 13. & consequenter priuilegiatæ videntur, vt latè fuit per me fundatum in meo tract. ad leg. vnicam Cod. si quis Imperatori maledixerit §. 28. à num. 89. vsq. ad 93.

Et ità fuit resolutum vtraque parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Quodnam remedium censeatur intentatum in libello, stante Clausula *Omni meliori modo*, coniuncta cum copula *Et*, ac attento *Stat. Vnin. Luc. cap. 15. lib. 1.* Vitium litigiosi an, & quando contrahatur super possessione, & hypothecaria, ad hoc, vt exindè alienatio sequi non possit. Iudicio Ordinario intentato, an, & quando confugi valeat ad extraordinarium, præsertim implorato Iudicis officio. Citatio an semper sit exequenda contra possessorem etiam hæredem, etsi adsit Clausula *Constituti*, & executa domi, dimissa copia, quandonam æquipolleat personali, & an eius defectus sanetur, probata notitia citandi. Intimatio domi, dimissa copia, an sufficiat in præiudicialibus; & an, & quando suppleat defectum citationis. Identitas probatur per generalem denominationem loci, & duas demonstrationes, aut confines.

S V M M A R I V M.

Circuitus inutiles sunt euitandi. num. 1.

Statuti casus vbi est, cessat omnis disputatio. num. 2.

Statutum vbi clarum reperitur, etiamsi durum videretur, & contra ius, inanum est allegare ll. Glos. & DD. *num. 3. & 4.*

Statutum præualet Iuri Communi, & potentius est in loco, vbi viget. num. 5.

Clausula, Omni meliori modo, *est tantæ efficaciæ, vt per eam censeatur deductum remedium vtilius, & pronunciari possit super non deductis in libello, & petitione, maximè si sit coniuncta cum copu-*

copula Et. *num. 6. 7. & 8.*

Declaratur cap. 15. lib. 1. Stat. Vniu. Luc. §. & semper intelligatur Actor in fin. *circa quod remedium censeatur intentatum per viam libelli, siue petitionis. num. 9.* & cap. 136. eiusdem Stat. *circa manutentionem possessionis, casu, quo Tertius eam acceperit, lite pendente. num. 10. 11. & 12. 16. & 18.*

Alienatio bonorum impeditur, lite pendente, tanquam facta in fraudem paratæ executionis. n. 11.

Res litigiosa non dicitur, lite existente super re hypothecata, vel super actione hypothecaria. num. 12.

Res litigiosa censetur, etiamsi lis tantùm in possessorio vertatur. num. 13.

Possessionem in alium transferri non licet, lite pendente. num. 14.

Prior in tempore, est potior in iure. num. 15.

Iudicis officij imploratio non efficit, vt implorans se restringat ad vnam actionem, sed vt confugere queat ad omne extraordinarium remedium. n. 18.

Iudicio ordinario intentato, ad extraordinarium confugi potest, quando istud pinguius prouidet, implorato tamen Iudicis officio. num. 19.

Deductum non separatum, nec diuersum à petitione, non est dijudicandum alterius naturæ, maximè quando competit ex legis prouisione. num. 20. & 21.

in Variationis materia mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine. num. 22.

Datia non soluitur, vbi agitur de executione publici Instrumenti. num. 23.

Clausula Quatenùs teneatur, & non aliter, *importat conditionem. num. 24.*

Conditio nihil ponit in esse. num. 25.

Identitas ad hoc, vt probetur, sufficit, quòd conueniant denominatio generalis loci, ac duæ demonstrationes, seù confines, scilicet viarum, & riuorum, qui tanquam magis certi, & minus variabiles, eò plus attendi debent, præsertim quando aliæ demonstrationes temporis cursu mutatæ, seù alteratæ essent. num. 26. & 27.

Probatio melior propria confessione non datur. n. 28.

Possessor de Iur. Commun. & ex Stat. Luc. *semper est citandus, licèt adsit Clausula* Constituti, *alias manutentio non datur, possessore non citato. num. 29. & 32.*

Hæres habetur vti Tertius possessor, & dum agitur de amouenda possessione, est citandus. num. 30.

Possessor quibusnam rationibus est citandus ad hoc, vt benè priuetur sua possessione. num. 31.

Notitia *quando verificetur* ex Stat. Vniu. Luc. cap. 113. lib. 1. *num. 33.*

Intimatio quando agitur de re grauis præiudicij, scilicet possessionis amissione, non supplet defectum citationis. num. 34.

Intimatio executa domi, dimissa copia non sufficit in præiudicialibus, in quibus debet esse personalis. num. 35.

Citatio domi dimissa copia, probata notitia de contentis in ea, æquipollet personali, quando personaliter non requiritur pro forma, sed tantùm, vt Citatus habeat notitiam. num. 36.

Notitia si de ipsa constet, sanat quemlibet defectum, & ipsum Citatum, ac si in personam executa fuisset, cùm tota vis citationis consistat in notitia, & vera scientia Citati. num. 37.

Absolutio fieri potest ab expensis ex causis Iudici benevisis. num. 38.

Decisio LXXIX.

IN causa appellationis, seù recursus interpositi ad Rotam per Sp. Ioannem Baptistam Marchiò contra Sp. Benedictum Sanctinum causa, & occasione decreti manutentionis per d. Iudicem à quo ad fauorem d. Sp. Benedicti Sanctini in bonis, de quibus in fine petitionis, de qua in processu præsentis causæ, cui &c. Hodiè proposita coram DD. meis, dubitauit, an esset benè iudicatum, vel malè recursum, & DD. degustatis, & perpensis hinc indè fundamentis vna mecum dixerunt fuisse benè iudicatum, & successiuè malè recursum, seù appellatum per d. Sp. Io. Baptistam Marchiò; Moti potissimùm, quia de potioritate crediti Sp. Benedicti de Sanctinis respectu census d. Sp. Io. Baptistæ Marchiò, non dubitatur inter partes, prout etiam constat ex eorum respectiuè Instrumentis; & cùm d. Sp. Benedictus iudicium intentauerit aduersus Laurentium, & Petrum dell' Appollonia de Gragnano, & post ceptum d. iudicium d. Sp. Io. Baptista vigore clausulæ, *Constituti*, contentæ in Instrumento d. sui census acceperit possessionem bonorum, in quorum etiam possessionem deinceps d. Sp. Benedictus immissus fuit contrà dd. Laurentium, & Petrum, potuit idem Sp. Benedictus, citato d. Sp. Ioanne Baptista, & constito de eius iustitia, & anterioritate obtinere à D. Iudice primarum Instantiarum confirmationem suæ possessionis absq. nouo libel-
1 lo, & absq. nouo processu, prout ad euitandos circuitus inutiles, à quibus leges, & Principes abhorrent, semper est faciendum, *Clementin. auditor. de rescript. Monach. decis. Lucen. 25. num. 87. Vincent. de Franch. decis. 273. in fin.* quod etiam apertis verbis disponit *Statut. in cap. 36.*
2 *lib. 1. Stat. Vniu.* & vbi est casus Statuti, de iure omnis disputatio cessat, *Merlin. decis. 29. nu. 1.*
3 *Baiz. dec. 57. num. 5.* & inanum est leges, Glos. & DD. allegare vbi sanctionem statutariam claram habemus, etiamsi dura videretur, *Nig. de execut. rei iudic. cap. 11. §. 5. num. 57. Ambrosin. decis. Perusin. 3. nu. 24. & decis. 23. n. 16.*

4 ac etiamsi esset contra ius, *ad notat. per Paris. cons. 86. in fin. vers. si autem statutum lib. 1. & cons. 20. num. 5. & seqq. lib. 2. Curt. sen. cons. 46. num. 16. in fin. Honded. cons. 13. num. 31.*
5 *lib. 1. Rolan. cons. 72. num. 4. lib. 4.* Imò Iuri Communi præualet, & potentius est in loco, vbi viget, iuxtà pariter fundata *per Aymon. cons. 237. sub num. 6. Socin. cons. 67. num. 64. lib. 2. Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 9. num. 30.* & fuit dictum *à Rot. Roman. in Spoletana Successionis 19. Iunij 1651. coràm R. P. D. Celso §. in-
ficia paritèr*.

Quibus non obstat, quòd cùm Sp. Benedictus in specie implorauerit dispositionem *cap. 109.* non poterat variare, & recurrere *ad cap. 136.* Ideòq. experiri remedium primo loco intentatum tenebatur.

Quià fuit responsum; vt quicquid possit dici, an *d. Stat. cap. 109.* dispositio, seù remedium per præfatum Sp. Benedictum fuerit im-
6 ploratum; Attamen cùm in fine petitionis factæ per eundem aduersùs d. Sp. Io. Baptistam Marchiò adsit clausula, *Omni meliori modo*, per illam censetur quoq. imploratum beneficium *cap. 136.* Cùm clausula prædicta tantæ sit efficaciæ, quòd per eam vtilius remedium censeatur deductum, *Menoch. cons. 31. num. 4. Surd. cons. 428. num. 19. & cons. 450. num. 23.* opti-
7 mè *Castill. decis. 57. num. 8. & per tot.* Ità quòd possit, stante præfata clausula pronunciari etiam super non deductis in libello, seù petitione, *Marc. Anton. de Amat. decis. 61. num. 70. & seqq.* & signantèr *num. 73. Capyc. decis. 10. num. 22. Mart. de claus. claus. 81. num. 1. Barbos. de dictionib. & claus. claus. 52. num. 5.*
8 *& 10. in fin.* Maximè quando cum clausula præfata adest copula *Et*, scilicèt *Et omni alio meliori modo*, prout in casu petitionis factæ per d. Sp. Benedictum; quià tunc res transit apud *DD.* præfatos absq. controuersia, *Mart. de Claus. claus. 81. num. 3.* vbi plures *Rot. Roman. decis.* cumulat nouissimè *Paul. Gratib. iur. resolut. forens. decis. lib. 1. resol. 35. num. 56. 57. & 58. Merlin. Pignatell. controuers. forens. cap. 34. per tot. cent. 2.* vbi latè ad saturitatem *sub num. 7. & 8.* latissimè *Petr. Ridolphin. in sua prax. Iudic. par. 1. cap. 2. num. 162. cum seqq.*

9 Vltrà quod adest paritèr dispositio statutaria supradicta omnia comprobans *in cap. 15. lib. 1. Stat. V num. §. Et semper intelligatur Actor in fin.* vbi quòd respectu Actoris intelligatur intentatum illud remedium, quod magis sibi expedit, & quòd nõ adsit differentia, siuè agatur per viam libelli, siuè per viam petitionis, vt literis rotundis legitur in præfato *Statuto in finalib. verbis*.

10 Vndè infertur, quòd cùm præfatum *Statut. sub cap. 136. eiusdem libri*, iubeat, quòd in casu, quo Tertius, pendente iudicio, accipiat possessionem bonorum controuersorum, debet discuti de iuribus partium, & declarari, quis eorum iura potiora habeat, & conseruare in possessione eum, quem Iudex inuenerit habe-
11 re potiora iura, *vt in d. cap. 136.* & sic cùm non possit difficultari, quòd vitium litigiosi non fuerit contractum per d. Sp. Io. Baptistam Marchiò pendente iudicio cum dd. Reis conuentis de Fiorauantis dell'Appollonia, ac in fraudem paratæ executionis, *ad tradit. per Salgad. in commentar. de regia protect. par. 4. cap. 14. à num. 112.* & in terminis etiam *tract. labyrint. Credit. par. 1. cap. 14. à num. 15. circà fin. Nig. de execut. rei iudic. cap. 2. num. 67. & 80. & eod. cap. §. 6. num. 61. & §. 19. num. 68. DD.* clarè visum fuit præfatam *Statut.* dispositionẽ inconcussam ex omni parte remanere.

12 Et licèt posset replicari, quòd vitium litigiosi non contrahatur, quando lis est super re hypothecata, vel super actione hypothecaria, *ad tradit. per Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. de attentat. lit. pendent. limit. 2. num. 31. & seqq. Salgad. citat. tract. labyr. Credit. cap. 14. num. 14.* & est theorica *Glos.* communitèr receptæ *in cap. 1. verb. litigiosa de confirmat. vtil. vel inut.* l. vbi *Butr. sub num. 4. Abb. num. 5. Dec. num. 36.*

13 Tamen semper verum est dicere, quòd vitium litigiosi incurritur, etiam vbi lis tantùm in possessorio vertitur, *Nig. de subhastat. §. 30. num. 54. & in tract. de execut. rei iudic. cap. 2.*
14 *§. 6. num. 94.* & ratio est, quià licèt non agatur de dominio rei, agitur tamen de dominio possessionis, quam ideò non licet in alium transferri, lite pendente, *ex doctr. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de litig.* & ità fuit firmatum *per Rot. in Roman. hereditat. de Gratianis 28. Iunij 1649. coràm bo. mem. Bichio in impress. à me post Salgad. decis. 71. à num. 1. 2. & 3. cum seqq.*

Neq. obstare visum fuit, quod dicebatur de nullo dato termino ad docendum de viribus, & vniuscuiusq. partis iuribus; Nàm fuit responsum, quòd *idem Stat. cap. 136.* prouidet
15 huic obiecto, dum iubet ex eisdem actis, & iuribus, eruendam esse veritatem à Iudice, quis potiora, seù meliora in illis bonis habeat iura, circà quod cùm manifestè pateat, iura Sp. Sanctini potiora esse, hoc ideò aliud non erat quærendum; Cùm etiam absq. vllo processu Iudex ex verbis *d. Statut.* procedere posset ad dignoscendum, quisnam meliùs induceret arma; ideòq. est locus regulæ, *Donad. tract. de renunciat. cap. 27. nu. 32.* cum vulgat.

16 Neq. quod dicebatur pro exclusione *d. cap. 136.* fuit visum obstare, quòd Sp. Benedictus

San-

Sanctinus fuerit protestatus, quòd si Sp. Io.
Baptista Marchiò aliquid prætenderet in d.
petia terræ, iura sua in alio iudicio deducere
valeat, ac etiam quòd ad hoc, vt intraret *d.*
cap. 136. requirebatur, quòd d. Sp. Sanctinus
declarasset habere meliora, & potiora iura,
iuxtà illius claram dispositionem, quod cùm
minimè fuerit actum, consequens est, vt non
valeat suffragari *citat. cap.* 136. cùm minimè
fuerit imploratum, sed tantùm à Iudice peti-
tum declarari nullam possessionem.
17 Quia fuit responsum primò hanc ipsam
protestationem ostendere fuisse actum d. re-
medio *cap.* 136., cùm ipsa sit illi conformis,
dum simpliciter mandat cognosci super pos-
sessione, quis potiora iura habeat, & super
alijs meritis causæ nihil determinat, quamo-
brem in alio iudicio reseruata dici debent.
Secundò fuit responsum ad alteram obiecti
partem, quòd dùm fuit petitum declarari
possessionem nullam ex causis dicendis, ex
ista generali formula verborum, censetur etiã
deducta nullitas, quæ prouenire posset, tàm
ex prioritate, & potioritate iurium, quàm ex
18 quauis alia causa; Vltrà quod illa Iudicis of-
ficij imploratio non aliter operatur, quòd im-
plorans dicatur se restringere ad vnam actio-
nem, sed etiam confugere ad omne extraor-
dinarium remdium, *Glos. in l. cùm filius familias*
in vers. extraordinario il 2. ff. si cert. petat. Cost.
de Iudic. sub rubr. num. 115. *Nig. de execut. rei*
19 *iudic. cap.* 2. *§.* 19. *num.* 73. Imò intentato in-
dicio ordinario, non eo tollitur, quin ad ex-
traordinarium rediri non possit, quando ex-
traordinarium pinguiùs prouidet, *Capyc. decis.*
20 *96. num.* 15. & sic cùm id, quod deducitur ex
parte d. Sp. de Sanctinis non sit quid separa-
tum, & diuersum à petitione, proindè non est
diiudicandum alterius naturæ, *Merlin. contro-*
21 *uers. forens.* 34. *num.* 11. *cent.* 1. Maximè quià
d. remedium competit d. Sp. de Sanctinis ex
legis prouisione, *argum. l. item veniunt §. item*
22 *rectè ff. de petit. hæredit.* vbi quòd mitiùs in
materia variationis agitur cum lege, quàm
cùm homine, *l. Aurelius §. fin. ff. de lib. legat.*
vbi *Bart. Bald. & Castrens.*
Haudq. visum fuit obstare, quod fuit dictũ,
scilicèt quòd cùm fuerit actum via ordinaria,
dum fuit imploratum officium Iudicis in de-
clarando nullitatem possessionis, omninò da-
tia soluenda veniebat.
Quia fuit responsum, quòd non per hoc,
quòd petatur nullitas, seù illius declaratio,
potest dici ordinariè actum; Cùm via ordina-
ria, seù modus ordinarius procedendi non de-
pendeat à substantia petitionis, sed à modo,
& ordine agendi; Quarè cùm appareat in
præsenti fuisse executiuè actum, sola petitio
iudicium ordinarium constituere non potest,
cùm vtraq. tàm in iudicio ordinario, quàm
23 executiuo fieri possit, & vbi agitur de execu-
tione, & in executionem publici Instrumenti,
nullò modo soluitur datia, *Lepid. decis.* 122.
vers. nec obiectio, & processus *coram Rot.* exhi-
bitus *in causa Monasterij Seruorum cum hæredi-*
bus olim Perillustris D. Octauij de Orsuccis; in
qua fuit soluta datia pro petita associatione
in executionem publici Instrumenti, non pro-
bat stylum soluendi datiam, sed potiùs con-
24 trarium suadere videtur, dùm in eadem cau-
sa fuit soluta datia cum protestatione *Quate-*
nùs teneatur, & non aliter, quæ *clausula* condi-
tionẽ importat, *Barbos. de dictionib. diction.* 312.
25 & conditio nihil ponit in esse, *idem Barbos.*
axiomat. 48. *num.* 2. Ideòq. in huiusmodi bo-
norum immissionibus ex clausula, *Constituti,*
vel alio modo secutis, nulla soluitur in iudicio
datia, nisi donec, & quousq. post d. immissio-
nem fiat bonorum adiudicatio insolutum, &
sic ab antiquo tempore citrà fuisse practica-
tum, & obseruatum *in d. nostra Rot.* ex pluri-
bus processibus in similibus causis factis, &
actitatis compertum fuit, & per Nos etiam in
diuersis causis seruatum.
Minimè etiam fuit visum obstare obiectũ
circà defectum identitatis bonorum &c. Quià
de ipsa constare visum fuit ex collatione qua-
litatis bonorum Communis de Gragnano
luogo detto à Leccio, in quo existunt Nomen-
claturæ loci, in quo dicuntur posita loca de-
scripta in dd. Instrumentis Sp. Sanctini, &
eiusdem Sp. Io. Baptistæ Marchiò, quibus de-
26 monstrationibus identitatem probari in iure
non est, qui dubitet; Cùm sufficiat, quòd cõ-
ueniant Denominatio generalis loci, ac duæ
demonstrationes, seù confines, scilicèt viarũ,
& riuorum, qui tanquàm magis certi, & mi-
nus variabiles eò plus attendi debent, vt fuit
firmatum *per Rot. in Bononien. Fideicommissi de*
Pancaldis 15. *Februarij* 1647. *coram Eminen.*
Otthobono impress. apud ipsum decis. 102. *num.*
1. *cum seqq.* & confirmata 27. *Ianuarij* 1648.
coram bo. mem. Peutingero impress. post Censal.
in obseruat. ad Peregrin. de fideicommiss. decis. 3.
à num. 6. *&* 7. vbi aliæ *decisiones* concordantes
27 allegantur, & hoc quamuis aliæ demonstra-
tiones temporis cursu mutatæ, seù alteratæ
forent, *Rot. in recent. decis,* 87. *num.* 6. *& decis.*
118. *num.* 12. *& decis.* 160. *num.* 7. *par.* 5. &
fuit dictum in *Ariminen. Fideicom.* 14. *Martij*
1640. *§. nec obstat coram Reuerendiss. Cerro im-*
press. in par. 8. *recent. decis.* 205. *num.* 15. *& in*
Firmiana Fideicomm. 4. *Maij* 1648. *coram Emi-*
nentiss. Otthobono §. nec identitas impress. apud
ipsum

ipsum decis. 147. num. 9. cum seqq.

Quodq. magis visum fuit clarum ex actis fictis in Curia damnorum datorum, in quibus Sp. Io. Baptista Marchiò confessus fuit ad defensam illorum de Florauantis, vbi asseruit dd. bona, de quibus agitur, teneri; & per ipsum possideri, & hoc ideò non esse ex eorum cau-
28 sis molestia inquietandum; Ideòq. cùm hoc eliciatur ex eius propria confessione, probatio melior non datur, *vulgat. l. cùm te la secunda Cod. de transact. l. generaliter Cod. de non numer. pecun. Rot. decis. 7. 1. num. 3. par. 2. diuersor. in recent. decis. 245. num. 3. & 4. par. 7.* & fuit dictũ *in Romana reintegrationis 15. Iunij 1648. §. quid coram Reuerendiss. Melzio.*

Et ad vltimum fuit adductum penenum ex DD. mortiuum inconcussum pro iustitia sententiæ D. Iudicis Ordinarij, quòd cùm d. Sp. Io. Baptista Marchiò nulla præuia citatione dd. hæredum Reorum conuentorum, sed tan-
29 tùm ex vi clausulæ *Constituti &c.* immissionẽ obtinuerit, videtur ex omni parte d. possessio nullo modo esse manutenibilis, tàm attenta dispositione *Iuris Communis*, secundùm quod, licèt adsit clausula, *Constituti*, ille, qui est in possessione, semper veniat citandus, *l. de vna-*
30 *quaque ff. de reiudic.* Cùm hæres habeatur vt Tertius Possessor, & dum agitur de ipsos amouendo ab ea, debebant omninò citari, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo cap. licèt Episcopus de præbend. in 6.* ibi, *Non debebis te non vocato;*
31 Cùm dd. hæredes possent opponere contra Instrumentum, quòd non esset in forma probanti; item contra factum eorum Authoris; item contra personam, vt non possit agere ex contractu, quem non impleuit, ac etiam contra pactum, quod non potuerit opponi, & similia; Cùm illi sufficiat, vt aliquo modo possit cõpetere defensio, & an aliquod liquidandum sit, *Negusant. de pignorib. 4. par. princip. num. 21. conclus. 1 11. Chartar. decis. Genuen. 12. num. 5. Afflict. decis. 326. num. 2. & ibi Vrsill. num. 1. Vbert. in tract. de citation. tom. 3. cap. 15. num. 143. vsq. ad 147.* Quàm attenta di-
32 spositione *Stat. huius Inclytæ Ciuitat. in cap. 113. lib. 1.* vbi quando quis succedit in ius alterius, cùm possit ignorantiæ causam allegare, omninò, antequàm agatur, citatio de substantia requiritur: quodq. cùm præcisè fuerit sancitum, quicquid posset dici de Iure Communi, attenta clausula *Constituti* requiratur citatio contra hæredem; Attamen ex præfata dispositione ad effectum, de quo agitur, omninò difficultatem tolli visum fuit.
33 Neq. obstat asserta intimatio facta dd. dell' Appollonia per Sp. Marchiò, ex qua notitia in ipsis benè considerari possit, & sic verificatur, dicebant Informantes, *Stat. in cap. 113. lib. 1.* in illis verbis, *Dummodò hæres aliunde nõ habuerit scientiam, seu &c.* Quia fuit responsum vltra alias responsiones, quæ dari possent,
34 quod intimatio, quando agitur de re grauis præiudicij, puta de possessionis amissione, vt ipsa non suppleat defectum citationis, *Rot. decis. 274. num. 3. par. 1. recent. Adden. ad Greg. decis. 457. num. 10. vers. sed hoc non habet locum;* & fuit dictum *in Cathacen. hæreditatis 11. Decembris 1648. coram Reuerendiss. Cerro §. minus obstat, versus fin.* vbi latè &c. & sic ex isto capite d. possessio d. Sp. Ioannis Baptistæ Mar-
35 chiò, vitio nullitatis laborabat; Vltrà quod d. intimatio facta dd. heredibus fuit executa domi dimissa copia, quæ non sufficit, cùm simus in præiudicialibus; & in præiudicialibus intimatio debet esse personalis, vt fuit firmatũ *in Vrbeuetana pecuniaria 29. Ianuarij 1635. coram bo. mem. Buccabella*, & deducitur *ex Pisauren. pecuniaria 14. Iunij 1652. coram R. P. D. Cello §. nec refert.*
36 Et licèt quando citatio personalis non requiritur pro forma, sed tantùm ad effectum, vt citatus habeat notitiam de contentis in illa, tunc probata tali notitia, citatio domi dimissa copia, æquipolleat personali, *ex text. in Clementina quoniam in fin. de elect. Roman. cons. 410. num. 2. Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 9. num. 4. vers. tertius casus desentent. excommunicat. Rot. coram Seraphin. decis. 1298. num. 3.* & fuit dictum *in Neapolitana Iurisdictionis 11. Februarij 1647. coram bo. mem. Bichio, & in Pisauren. pecuniaria Veneris 14. Iunij 1652. coram R. P. D. Cello §. quando enim citatiò cum*
37 *§§. seqq.* & ratio est, quia cùm tota vis citationis consistat in notitia, & certa scientia Citati, si de ea constet, quilibet defectus sanatur, & arctat Citatum perindè, ac si in personam executa fuisset, vt in terminis quoquè multis *DD.* authoritatibus citatis fuit dictum *in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 25. Maij 1646. coram Reuerendiss. Cerro §. quid præter quod prædicta, versus fin.* Tamen, vt suprà fundaui, cùm agatur de re maximi præiudicij, scilicèt de auferenda possessione, tunc enim non sufficit citatio domi dimissa copia, sed requiritur personalis contra principalesmet.
38 Absoluimus ambas partes ab expensis ex multis causis animum nostrum mouentibus, *ex tradit. per DD. in l. properandum §. sin autem alterutra Cod. de iudic.*

Et ità fuit decisum vtraquè parte informante &c.

Zz ARGV-

ARGVMENTVM.

Dominium an, & quando probetur per coniecturas, & præsumptiones, siuè per Instrumentum locationis, aut concessionis, siuè per enunciatiuas antiquas, vel per publicam vocem, & famam, perue solutionem continuatam affictuum. Identitas bonorum an, & quando deducatur ex publica voce, & fama, aut ex duabus demonstrationibus, siuè ex conformi denominatione, vel ex confinibus generalibus, aut ex coniecturis, & præsumptionibus. Præscriptio etiam mille annorum non currit cum titulo inualido, aut cum mala fide. Solemnitates in alienatione stabilium Communitatis, an præsumantur ex temporis diuturnitate. Quadriennium currit à die scientiæ læsionis, & eo elapso, an, & quando competat restitutio in integrum. Mandatum, an præsumatur ex cursu longissimi temporis, etiamsi Notarius in aliquo Instrumento enunciauerit, mandatum esse rogatum ab aliquo, & per ipsum visum.

SVMMARIVM.

Dominium in antiquis probatur per coniecturas, & præsumptiones, etiamsi contingat de eo principaliter dubitari. num. 1. & 2.
Dominium probatur ex Instrumento locationis, seu concessionis, maximè concurrentibus adminiculis. num. 3. & 4.
Enunciatiuæ antiquæ valdè conferunt ad dominium probandum. num. 5.
Testes in antiquis ad probationem dominij valdè conferunt. num. 6.
Dominium probatur per publicam vocem, & famam. num. 7.
Confessio nocet confitentibus. num. 8.
Solutio continuata affictuum, probat dominium tanquam præscriptum. num. 9.
Solutio probatur per testes, & per libros Communitatis. num. 10.
Identitas bonorum in antiquis probatur ex publica voce, & fama. num. 11.
Publica vox, & fama probatur per septem testes siue requisitas. num. 12.
Confessio partis superat quamcunque aliam probationem. num. 13.
Identitas bonorum ad hoc vt probetur, sufficiunt duæ demonstrationes, etiamsi adessent aliæ, quæ non conueniant. num. 14. & 15. ampliatur. nu. 16.
Identitas bonorum probatur ex conformi denominatione, & veteri denominatione, si alia eiusdem nominis in eadem regione non probatur extare. num. 17. 18. & 20.
Identitas bonorum probatur ex tribus confinibus, licèt generalibus. num. 19.
Identitas in antiquis sufficienter desumitur ex coniecturis, & præsumptionibus, maximè simul iunctis. num. 21. & 22.
Probatio leuior, & semiplena sufficit in antiquis. num. 23.
Possidens titulo locationis sibi factæ non præscribit. num. 24.
Conductor per quodcunq. temporis spatium non potest præscribere ex cap. 116. lib. 2. Stat. Vniu. Luc. num. 25.
Locatio est inualida ex defectu mandati. num. 26.
Alienatio stabilium Communitatis est nulla ex defectu solemnitatum. num. 27.
Præscriptio etiam cursu mille annorum non currit cum titulo inualido. num. 28.
Mandatum non præsumitur ex cursu longissimi temporis, etiamsi concurrat, quòd Notarius in Instrumento locationis enunciauerit, mandatum esse rogatum ab aliquo, & per ipsum visum. num. 29. & 30.
Solemnitates requisitæ in alienatione stabilium Communitatis non præsumuntur ex diuturnitate temporis, maximè cùm non constet de actu perfecto, super quo fundatur præsumptio solemnitatis. num. 31. & 32.
Præscribi non possunt bona per quamcunq. immemorabilem præscriptionem, stante mala fide. num. 33.
Mala fides in præscriptione oritur ex scientia, quòd bona sint aliena. num. 34.
Scientia, quòd bona sint aliena deducitur ex solutione affictuum, & pensionum, addita maximè publica voce, & fama. num. 35. & 36.
Cõmunitati competit restitutio in integrum aduersus præscriptionem. num. 37.
Quadriennium non currit, nisi à die scientiæ læsionis. num. 38.
Læsio quando est enormissima, competit restitutio in integrum, etiam elapso quadriennio. num. 39.
Mala fides inducitur per litis contestationem, à die cuius condemnari debet ad fructuum restitutionem. num. 40.

Deci-

Decisio LXXX.

Resolutum fuit bona controuersa spectan-
te ad Communitatem Muttoni, eidemq.
esse relaxanda à Vannuccijs possessori-
bus, quia probauit extrema iudicij rei vindi-
1 cationis per ipsam intentata; Dominiū enim,
quod in antiquis probatur per coniecturas, &
præsumptiones, *Rot. Rom. dec. 310. num. 4. &*
decis. 15. num. 6. par. 9. tom. 1. recent. & decis.
81. num. 13. par. 5. recent. & decis. 233. num. 2.
2 *par. 7. recent. penes Rubeum*, etiamsi contingat
de eo principaliter dubitari, *Rot. Rom. d. decis.*
81. num. 1. & seqq. par. 5. recent. & decis. 233.
num. 13. par. 7. recent. inter recollect. à Rub. sa-
tis visum fuit à DD. probatum.

3 Primò ex Instrumento locationis, seu con-
cessionis anni 1503. ex *Mascard. de probat. con-*
clus. 541. num. 12. Thesaur. quæstion. forens.
quæst. 42. num. 9. Bursat. cons. 36. vol. 1. Ho-
diern. ad Surd. decis. 301. num. 12. Seraphin. decis.
4 *869. num. 2.* maximè quia est limitis admini-
culis fulcitum, *Hodiern. ad Surd. d. decis. 10. nu.*
5. & seqq. Rot. Rom. decis. 359. num. 6. & seqq.
par. 5. recent. & decis. 164. num. 4. & seqq. par.
6. recent. & decis. 36. num. 3. & decis. 150. num.
8. par. 7. recent. Burat. decis. 601. num. 17. &
seqq. & ibi *Addent.* latè *Rot. decis. 313. num. 1.*
2. & 3. par. 9. tom. 1. recent.

Secundò ex duobus Instrumentis anni 1501.
& 1572., in quibus per Syndicos dictæ Com-
munitatis fit concessio liuellaria terrarum in
eodem loco *detto al Colle dell'Embro*, & enun-
5 ciantur pro confine bona dicti Communis,
quæ enunciatiuæ in antiquis ad rem nostram
valdè conferunt, ex *Rot. Rom. decis. 91. num. 2.*
par. 1. recent. & decis. 81. num. 12. par. 5. recent.
& faciunt tradita per eandem *Rot. in decis. 112.*
num. 12. & 13. par. 8. recent. & in terminis ea-
dem Rota decis. 313. num. 10. par. 9. tom. 1. re-
centior.

6 Tertiò, accedunt depositiones duodecim
testium examinatorum pro parte Commun-
tatis, qui audiuerunt, hæc bona esse de iuribus
dictæ Communitatis, *ad Bursat. cons. 21. num.*
7. Rot. Rom. d. decis. 81. num. 14. par. 5. recent.
7 & deponunt etiam de publica voce, & fama,
quæ probat dominium, *Alba cons. 64. num. 21.*
Menoch. cons. 409. num. 20. Bursat. cons. 27. num.
8. & 9. Mascard. concl. 547. num. 12. Peregrin.
de fideicom. art. 44. num. 17.

Quartò, quia Rei conuenti in eorum preci-
bus Excellentiss. Senatui exhibitis fassi fuerunt
obseruantiam d. contractus locationis secu-
tam per plures annos vltra centum, per quam
obseruantiam oritur eorum confessio, quod
d. contractus sortitus est effectum iuxta eius
continentiam, quod dd. bona essent dictæ
Communitatis, aliàs non potuisset produce-
re effectum prædictum si bona non fuissent
8 Communitatis concedentis, & hæc confessio
nocet confitentibus, *Mascard. conclus. 368. nu.*
1. nec fuit simplex assertio prætensionis alte-
rius, vt obiectum fuit, vt ex lectura dd. precū
patet, latè *Rota decis. 313. num. 4. par. 9. tom.*
1. recent.

9 Quintò, ex continuata solutione affictuum
dd. bonorum, quæ solutio probat dominium
tanquam præscriptum, non solùm contra sol-
uentes, sed etiam contra Tertios ad fauorem
Recipientis, *Din. cons. 127. num. 1. Burat. de-*
cis. 602. num. 18. & decis. 81. num. 2. & ibi *Fe-*
rentill. Seraphin. decis. 869. num. 3. Rot. Roman.
decis. 325. num. 3. par. 3. recent. quæ est pariter
impressa *in par. 1. rec. dec. 290. num. 4. & decis.*
233. num. 3. par. 7. recent. recollect. à Rub. quæ
10 solutio fuit probata, tàm per testes, quàm
libros eiusdem Communitatis, *ad tradita per*
Rot. Roman. decis. 325. num. 3. vers. non obstat
par. 3. recent. quæ est *in par. 1. rec. decis. 290.*
num. 5. & decis. 233. num. 4. par. 7. recent. apud
Rub.

11 Identitas autem eorundem bonorum satis
probata apparuit Dominis ex publica voce, &
fama in antiquis, *Tusch. conclus. 4. num. 28. sub*
lit. F. Marescot. variar. resol. cap. 12. num. 4. lib.
1. Guarin. ad Stat. Messan. cap. 11. Glos. 4. num.
5. Rot. Rom. decis. 104. num. 15. par. 2. diuers.
12 Et sufficit, quòd de ea deposuerint septem
testes sinè requisitis, *Grammat. cons. 57. nu. 19.*
Carrer. pract. crim. tit. obseruare curabis num.
12. Mascard. de probat. conclus. 749. num. 21.
lib. 2. Clari § fin. quæst. 6. vers. sciendum, Intri-
glioli decis. 40. num. 63.

Fatentur etiam hanc identitatem Rei con-
uenti, dum fatentur, quod tres petiæ terræ ab
ipsis possessæ comprehenduntur in corpore
bonorum positorum in Instrumento, quæ
sunt eadem descripta in Instrumento dictæ lo-
13 cationis anni 1503. quæ partis confessio su-
perat quamcunq. aliam probationem, *Surd.*
decis. 10. num. 12. Barbos. in collect. ad ius ca-
non. tit. 18. de confess. lib. 2. in princip. Monach.
decis. Florent. 1. num. 99.

Additur pro iustificatione dictæ identitatis
concursus trium confinium, nam Terræ con-
tentæ in Instrumento dictæ locationis d. anni
1503. habent hæc tria confinia, videlicèt, Sul-
cum Pichidiæ, Aquam Turittæ, & bona Com-
munis Muttonis, quæ confinia habent bona
possessa à dictis Vannuccijs, super quibus mo-
14 ta fuit lis à dicta Communitate, & indubi-

tati iuris est, quod ad probandam identitatē
bonorum sufficiunt duæ demonstrationes ex
doctrina *Bartoli* communitèr recepta *in l. de-*
monstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demon-
strat. Rot. Roman. d. decis. 81. num. 16. part. 5.
15 *recent.* etiamsi adessent aliæ, quæ non conue-
nirent, *Peregrin. de fideicom. art. 44. num. 50.*
vers. amplia, Rot. Rom. d. decis. 81. nu. 17. par. 5.
16 *recent.* & multò magis in casu nostro, vbi ha-
bentur tres demonstrationes cum identitate
Communis, & loci, *Rot. Rom. d. decis. 81. nu. 17.*
17 *§. hic autem par. 5. recent.* Præsertim concur-
rente notabili illa denominatione *al Colle del-*
le Farnie, vt dixit *Rot. Rom. d. decis. 81. num. 18.*
par. 5. recent. Peregr. de fideic. art. 44. num. 48.
18 additis depositionibus testium Communita-
tis, qui attestātur in dicto loco non adesse aliū
fundum ejusdem nominis, ex *Peregrin. & Rot.*
19 *locis proximè citatis;* Et prædicta tria confinia
quamuis generalia benè probant identitatē,
Rot. Rom. d. decis. 81. num. 17. vers. hic autem
par. 5. recent.
20 Corroborantur prædicta pro demonstra-
tione eiusdem identitatis, quia testes exami-
nati à Communitate explicitè deponunt, dd.
petias terræ à Vannuccijs detentas adhuc de-
tinere veterem denominationem, & esse eas-
dem, quæ possidebantur à Io. Toto locatore,
Rot. Rom. d. decis. 81. num. 19. par. 5. recent. &
21 vis dd. probationum augetur, quia in antiquis
coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt ad
probandam identitatem, *Tusc. conclus. 4. num.*
28. sub lit. I. Marcscot. variar. resol. cap. 12. num.
38. lib. 1. Peregrin. d. art. 44. num. 48. Giurb. ad
Stat. Messan. d. Glos. 4. num. 6. Rot. Rom. d. decis.
81. num. 20. par. 5. recent. Ludouis. decis. 172.
22 *num. 5.* & latè *Addent. num. 10.* maximè simul
23 iunctis, *Afflict. decis. 23. num. 3.* Et in antiquis
leuior probatio, etiam semiplena sufficit,
Gratian. discept. 883. num. 9. Rot. Rom. d. decis.
160. num. 6. par. 5. rec.
Aliud verò extremum possessionis dd. de
Vannuccijs remanet probatum, vltrà litis sub-
stentationem, ex eorum confessione super in-
terrogatorijs.
24 Allegatam verò præscriptionem non affi-
cere dixerunt Domini, nam cùm rei conuenti
possiderint ex præcedenti titulo dictæ locatio-
nis, *ad tradita per Rotam decis. 313. nu. 6. par. 9.*
25 *tom. 1. rec.* & constat ex solutione affictuum
facta per eosdē, & ex acquisitione à Siluestro,
non possunt præscribere per quodcunq. tem-
poris spatium ex *Statut. Vrin. Luc. in cap. 116.*
26 *lib. 2.* & præter dispositionem *d. Statuti* appli-
catur aliud fundamentum, quod stante inua-
liditate dictæ locationis ex defectu mandati,
Peguer. decis. 117. Borgnin. decis. 45. num. 9. &
num. 22. par. 1. Mastrill. decis. 77. num. 1. & ex
27 defectu solemnitatum in alienatione stabi-
lium dictæ Communitatis, *Surd. cons. 28. num.*
82. & seqq. lib. 1. Loseus de iur. vniuers. cap. 5.
num. 6. tit. de alien. rer. publ. lib. 3. Menoch. cons.
726. num. 1. & seqq. Roland. cons. 90. num. 19.
28 *Osasc. decis. 173. num. 12.* nulla præscriptio po-
tuit euenire etiam cursu mille annorum, *Hon-*
ded. cons. 86. num. 18. lib. 1. & cons. 80. num.
77. vol. 2. Paris. cons. 814. num. 8. & seqq. lib. 1.
Surd. cons. 28. num. 76. Cyriac. controuers. iur.
controu. 3. num. 80. lib. 1. & contron. 321. num.
66. Osasc. decis. 101. num. 36. Mastrill. dec. 114.
num. 43. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 70.
29 Nec mandatum præsumitur ex cursu lon-
gissimi temporis, *Surd. d. cons. 28. num. 80. &*
81. Menoch. præsumpt. 33. num. 19. Borrell. in
summa decis. tit. 66. num. 85. Borgnin. decis. 45.
num. 11. par. 1. Mastrill. decis. 77. num. 3. Car-
30 *thar. decis. Genuen. 86. num. 10.* etiamsi cum
diuturnitate temporis concurrat, quod Nota-
rius in Instrumento dictæ locationis enuncia-
uerit mandatum esse rogatum à Ser Ioan. de
Mongiculo, & per eum visum, *Alex. cons. 191.*
in 1. dub. lib. 6. Decian. cons. 65. num. 22. &
seqq. lib. 5. Caball. cons. 95. num. 36. & seqq.
lib. 2. Borgnin. d. decis. 45. num. 12. Afflict. de-
cis. 273. ad fin. & ibi *Addent. in vers. Notarius.*
31 Neq. dictæ solemnitates requisitæ in alie-
natione stabilium Communitatis præsumun-
tur ex eadem diuturnitate temporis, *Surd. d.*
32 *cons. 28. num. 98. & seqq.* maximè cùm non
constet de actu perfectè, super quo fundetur
præsumptio solemnitatis, *Gabr. de præsumpt.*
concl. 1. num. 72. limit. 17. Honded. cons. 82. n.
26. & 27. lib. 1. Seraphin. decis. 1042. num. 4.
plenè *Menoch. cons. 76. num. 30. & seqq.*
33 Circumscriptis autem fundamentis proxi-
mè allegatis, adhuc ex mala fide Vannuccij,
non poterāt præscribere dd. bona per quam-
cunq. immemorabilem præscriptionem, *Mo-*
lin. de primogen. cap. 6. num. 67. lib. 2. Barbos.
in l. 26. de præscript. in suis collect. ad ius Canon.
cap. quoniam num. 6. lib. 2. decret. Cyriac. con-
34 *tron. 321. num. 48.* mala autem fides patet ex
scientia, quod dd. bona essent aliena. *Bart. in l.*
Celsus ff. de vsucap. Thesaur. lun. quæst. 41. n. 16.
35 *lib. 1.* quæ deducitur ex eo, quod pro ipsis af-
fictum, seù pensionem d. Communitati solue-
runt, *Socin. iun. cons. 145. num. 69. lib. 1. Rimi-*
nald. cons. 689. num. 33. Surd. cons. 335. num. 7.
36 Addita publica voce, & fama, quod prædicta
bona essent prædictæ Communitatis, *Thesaur.*
iun. d. quæst. 41. num. 16. Vetall. decis. 24. num.
2. & 3. lib. 2.
37 Tandem competeret restitutio in integrum
dictæ Communitati aduersus dictam præscri-

ptio-

prionem, *Menoch. d. consl. 726. num. 52. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 3. art. 2.* & quadriennium non currit, nisi à die scientiæ læ- 38
sionis, *Bertazzol. cons. Ciuil. 41. num. 63. Hon-*
39 *ded. cons. 80. num. 84. lib. 2.* & quando læsio est enormissima, vt hic, competit restitutio etiam elapso quadriennio, *Gurba decis. 106. num. 12. & decis. 110. per tot.* & huiusmodi læsio probata fuit per testes Communitatis.

Cætera verò deducta in contrarium, vel nō subsistunt in facto, vel ex prædictis tolluntur, adeò vt alia non indigeant responsione.

40 Condemnauimus eosdem de Vannuccijs ad restitutionem fructuum à die litis contestatæ, quia per eam inducta fuit mala fides, *l. 1. & 2. Cod. de petit. hæred. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 3. vers. tandem, Gamma decis. 94. num. 1. Flores Diaz in Addit. ad decis. 74. eiusdem Gamma num. 2. Personal. tract. de petit. hæred. num. 653.*

Ambasq. verò partes absoluimus ab expensis ob dubietatem articulorum, *ad l. properandum Cod. de iud.* & ibi *DD.*

Et ità fuit decisum &c

ARGVMENTVM.

Iudex Criminalis taxatiuè, siuè limitatiuè deputatus, an, & quando cognoscere valeat in causa ciuili, & sic super incidenti; & an, & quando cesset eius Iurisdictio per mandati executionem, nè possit amplius in causa manus apponere, & an ex causa non deducta, sed in processu probata, ferre valeat sententiam. Executio est nulla facta absq. Iudicis mandato, & non seruata *l. à diuo pio §. in venditione ff. de re iudic.*

SVMMARIVM.

Iudex Criminalium Causarum taxatiuè, siuè limitatiuè ad eas deputatus, Ius dicere nequit in Causis Ciuilibus, nisi incidenter de Ciuili Causa cognoscat. num. 1. & 2.

Iudex causæ principalis est etiam Iudex cuiuscunq. ibidem incidentis, & connexæ. num. 3.

Stat. Vrbis. Luc. cap. 95. lib. 4. sub rubr. de furt. *quid sanciat Prætori in causis furtiuis. num. 4.*

de Iurisdictione dependente ex clara Statuti dispositione frustrà disceptatur. num. 5.

Iudex, lata sententia, functus est officio suo, & cessat eius Iurisdictio. num. 6.

Iudicis officio mercenario expirato, remanet eius nobile officium. num. 7.

Nullitatis author non excipit de nullitate, nec potest quis aliam canonicè improperare de ijs, quæ ipse commisit. num. 8.

in Iudicijs non licet vagari per contraria. num. 9.

Lis dicitur finita per mandati executionem, subhastationem, & venditionem. num. 10. & 11.

Negatiua probatur ex actorum reuolutione. nu. 12.

Mandati tantùm consumatio super bonis creat iudiciale pignus. num. 13.

Causa frustrà contenditur esse sub eodem Iudice, cùm actus sequentes explicari nequeant, nisi seruatis solemnitatibus traditis per l. à diuo pio ff. de re iudic. *& authore Prætore. num. 14.*

Nihil dicitur actum, quando remanet aliquid faciendum. num. 15.

Actor, quòd sequatur forum Rei, non habet locum, vbi ceptum est iudicium, quod perseuerari debet vsq. ad finem. num. 16.

Delegatus quandonam pro executione sententiæ indigeat aditione Principis pro noua delegatione. num. 17.

Incidens discuti oportet coram Iudice Ordinario causæ principalis, & à suo principali diuidi non valet. num. 18. & 19.

Subhastatio facta, non curso legitimo tempore Condemnatis statuto, est nulla. num. 20.

Executio facta absq. Iudicis mandato est nulla. num. 21. & idem, non seruato ordine dato in l. à diuo pio §. in venditione ff. de re iudic. *num. 22.*

Nullitatis vitium est grande. num. 23.

Iudex, qui executionem concessit, potest cognoscere de ea, quando tractatur de suo honore, & ad ipsum spectat nullitatibus obuiare. num. 24.

Iurisdictio Iudicis non dicitur expirata, data nullitate Executoris. num. 25.

Detentor non facit fructus suos, sed pro Domino possidet, quando bona detinentur loco pignoris. n. 26.

Culpa, & vitium non debent prodesse. num. 27.

Nullitas est pœna facientis actum nullam. num. 28.

Actus vnus proficiscitur ab alio, nec est inspiciendus subsequens, sed præcedens, qui fuit causa subsequentis. num. 29.

Creditor pignoris compellendus est ad restituendum pignus ab eo Iudice, à quo obtinuit, se à suo debitore satisfieri. num. 30.

ad Interesse condemnare potest Iudex Criminalis Reum confessum, vel conuictum, parte petente. num. 31.

Iurisdictio est fauorabilis, & pro ea fit lata interpretatio. num. 32.

Quæ seminauit, vnusq. metere debet. num. 33.

Effectum bonum prodere non potest ex principio malo. num. 34.

Declaratur Rouit. *decis.* 44. num. 7. *num.* 35.
Iudex ex officio potest reijcere adiudicationem, licet pars non impugnauerit in prima instantia, neq. in secunda, num. 36.
Iudex ex causa non deducta, sed in processu probata, ferre potest sententiam. num. 37.
Res iudicata sustinetur ex præsumpta eius iustitia, de cuius contrario si constet, veritati cedit opinio. num. 38.
Sententia lata ex probationibus priuilegiatis arbitrio, seu imperfectis, nunquam in iudicatum transit. num. 39.

Decisio LXXXI.

Opposita per Sargentem Maiorem Andreã de Galganis pulsatum coram D. Prætore à Pasquino Bartellono ad dimittendum bona, ipsi aliàs in executionem Iudicati capta, & per plures annos detenta, incompetentiæ Auditorij prædicti, eaq. exceptione reiecta, adluk. appellatione interposita, Sargens prædictus ad Rotam, cui hodiè tandem proposui dubium, an in casu, & ad effectum, de quo agitur, pronunciatio d. D. Iudicis à quo sit infirmanda, vel confirmanda, & DD. vnanimitèr confirmandam esse dixerunt, tàm inspecto Iure Communi, quàm attenta sanctione Municipali huius Inclytæ Ciuitatis.

1 Licèt enim inspecta Iuris Communis censura regularitèr Iudex Causarum Criminaliũ nequeat in Causis Ciuilibus Ius dicere taxatiuè, prout hîc, sinè limitatè ad eas deputatus, *l. solemus 9. latrunculator ff. de iudic.* Attamen 2 limitatur regula, vbi non principalitèr, sed incidentèr in Iudicio Criminali de Ciuili Causa cognoscit; Nam ratione incidentis augetur, & extenditur Iurisdictio, *l. nullum vers. data Cod. de testib. l. sed & loci §. si dicantur ff. finium regund. l. quoties, &* ibi *Glos. Cod. de iudic.* vbi ro-3 tundis verbis cauetur, quòd Iudex causæ principalis, est etiam Iudex causæ cuiuscunq. ibidem incidentis, & connexæ, *Nig. de except. cap.* 12. *§.*27. *num.* 13. *& §.*30. *num.* 2. *Cost. de Iudic. num.* 251. 252. 304. *&* 312. *Merlin. Pignatell. contron. forens. cap.* 19. *num.* 5. *cent.* 1.

4 Et omnis tollitur amaritudo inspecta statutaria dispositione *sub rubr. de furt. cap.* 95. *lib.* 4. *Stat. Vrbis, Luc.* ibi quamq. in terminis sancitum legitur, D. Prætorem teneri semper conuentum actione furtiua, furem condemnare ad restitutionem rerum furto subtractarum;

5 Sicq. cum habeamus expressam Statuti dispositionem, & decisionem pro Iurisdictione, frustrà, atq. inanè de eadem Iurisdictione disceptatur, *Gall. de except. tit.* 1. *except.* 1. *par.* 1. *num.* 1.

Neq. et præsertim, obstat tex. in *l. Iudex postquam ff. de re iudic. Rot. decis.* 112. *num.* 3. 6 *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* Nam etsi lata sententia, dicatur, Iudicem functum esse officio suo, suaq. cessasse Iurisdictionem, *Nig. de except. cap.* 1. *§.* 2. *num.* 2. *&* 6. *& cap.* 12. *§.*30. *num.* 2. *&* 4. 7 non ideò fit, vt expirato officio Iudicis mercenario, non remaneat Nobile Iudicis officium, latè *Carleual de Iudic. lib.* 1. *disput. Iur. tit.* 1. *disput.* 7. *num.* 3. 4. *& seqq.*

Porrò cùm ipse Sargens Maior de Galganis post latam sibi fauorabilem sententiam in eodem Criminali Auditorio, & ad eundem Iudicem pro executione recurrerit; Nescitur hoc ideò, quo lite prætendat refricare quæstionem competentiæ illius eiusdem Tribunalis, & Iudicis, esto etiàm, quòd Iurisdictio-8 ne careret; Siquidèm nullitatis author non excipit de nullitate, nec potest quis aliam canonicè improperare de ijs, quæ ipse commisit, ad saturitat. *Nig. de excep. d. cap.* 12. *§.* 10. 9 *num.* 51. *cum plurib. seqq.* Etenim in Iudicijs non licet vagari per contraria, *Amat. decis. Macer.* 1. *num.* 50. *& decis.* 50. *num.* 10.

10 Haudq. via fuit releuans replicatio ex parte D. Sargentis Maioris data, fundataq. in mandato à D. Prætore tunc temporis iam obtento, & executioni demandato, per quam, si non per sententiam, lis dicitur finita, *Berett. cons.* 3. *num.* 15. *Nig. de execut. rei iudic. cap.* 1. 11 *num.* 63. Fuit namquè responsum Creditori hanc viam eligenti tres actus esse necessarios, executionem nempè, subhastationem, & venditionem, *Nig. de execut. rei iudic. in proœmio num.* 2. *&* 3. *Rot. post tract. de subhast. eiusd. Nig. decis.* 48. *num.* 3. *& in ipso tract. Auctorum sub §.* 17. *num.* 1. *& sub §.*21. *num.* 1. *cap.* 4. & ideò cùm non explicati fuerint actus subha-12 stationis, & venditionis, quæ negatiua ex actorum reuolutione, probatur *Heredan. de negatiu. num.* 176. *Dec. cons.* 483. *num.* 6. *Lud-13 uis. decis.* 416. *in annotat. num.* 8. Sed tantùm sit deuentum ad consummationem mandati, in & super bonis, de quibus agitur, per quem actum dumtaxat creatur iudiciale pignus, *Nig. de subhast. cap.* 4. *num.* 3. *& de execut. rei* 14 *iudic. cap.* 1. *num.* 13. frustrà contenditur, causam hanc adhuc sub Iudice esse, cum actus sequentes explicari nequeant, quàm seruatis solemnitatibus, de quibus *in l. à diuo pio ff. de re iudic.* & authore Prætore, *Negusant. de pignorib.* 2. *memb.* 6. *par. num.* 7. 9. *&* 47. *Nig. de subhast. cap.* 1. *num.* 10. *&* 11. *cum plurib. seqq. & in §.* 1. *d. cap. num.* 1. 2. 3. 4. 10. *& seqq. Rot.* 15 *post eund. decis.* 33. *num.* 2. *&* 3. Cumq. nihil dicatur actum, quando aliquid remanet faciendum, *Nig. de execut. rei iudic. cap.* 25. *§.* 1. *num.*

num. 11. & seqq.
16 Hincquè prosternitur, quod dicebatur ex
parte eiusdem de Galganis, se nempè non
posse conueniri ad hæc, nisi coràm suo Iudice
ex regula, Actor sequitur forũ Rei; Nàm cùm
obstet regula *l. vbi cæptum, & l. hæres absens
ff. de iudic.* per quam quis cogitur vsque ad finem
litis perseuerare, vbi cæptum est iudiciũ,
*Io. Bapt. de Thor. vot. decisiu. 76. num. 7. cent.
2. Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. qu. 7.*
17 *num. 928.* Vltrà quod obiectum inane redditur,
quià non sumus hodiè in executione
sententiæ Delegati, quo etiam casu oporteret
adire Principem pro noua delegatione; *Nig.
de except. cap. 12. §. 30. num. 12. & 16.* Sed
18 in discussione incidentis coràm Iudice Ordinario
causæ principalis, cuius naturam assumpsisse
dicitur *Ludouis. decis. 470. num. 12.*
19 Nec à suo principali diuidi potest, *Nig. vbi
proximè num. 2.*
20 Quod tantò fortiùs procedit, quantò iste
Sargens Maior non solùm ad subhastationem,
& venditionem eorundem bonorum, seruatis
solemnijs congruentèr, & sub aliquo legali
tempore non processit, *Boer. decis. 45. num. 1.
Nig. de subhast. cap. 2. §. 1. num. 3.* Sed ea ex
21 semetipso appropriauit, seù potiùs inuasit,
vt dixit *Nig. de execut. rei iudic. cap. 24. num. 64.
& 62. Bald. cons. 122. nu. 4. lib. 2. Roland. cons.
33. num. 35. lib. 1. Rot. decis. 463. num. 3. par.
1. in posthum. Farinac. Donat. Anton. de Marin.
quotid. resolut. lib. 2. cap. 41. num. 2.* quo fit,
22 vt de nullitate executionis ambigi nõ possit,
*Afflict. decis. 358 num. 3. & 4. & per tot. Nig.
d. tract. de execut. rei iudic. cap. 11. §. 1. num.
18.* cum ibi pleno calamo citatis; & sicneq.
23 etiam per consequens controuerti potest,
quia de vitio tàm grandi, *Nig. de subhastat. cap.
8. num. 1. & in tract. de except. cap. 12. §. 3.*
24 *num. 13.* possit idem Iudex, qui executionem
concessit cognoscere, dum de suo tractatur
honore, & ad ipsum spectat nullitatibus obuiare,
*Nig. de execut. rei iudic. cap. 3. §. 1. num.
19. & §. 6. nu. 9. & de except. d. §. 3. num. 24 &
seqq. Alex. in l. à diuo pio §. sententiam num. 11.
ff. de re iudic. Misinger. obseruat. 72. centur. 3.*
25 Data siquidèm nullitate Executoris, Iurisdictio
Iudicis minimè dicitur expirata; *Nig. de
except. cap. 1. §. 2. nu. 7. Glos. in l. 1.* & ibi *Bald.
num. 6. Cod. quando prouocare non est necesse;*
Proùt nec quando fuit in exequendo excessum,
quoad modum diceretur hic excessum,
vbi non essent, sicuti sunt fructus percepti, &
credita, si quæ exacta, in extinctionem, siuè
26 æstimationem sortis computanda; Cùm haberi
non possint prætor quam loco pignoris
detenta, nec Detentor faciat fructus suos, sed
pro Domino possideat, *Negusant. de pignorib.
1. membr. 6. par. num. 28. & 2. membr. 3. par.
num. 6. Surd. cons. 166. num. 1. Nig. de execut. rei
iudic. cap. 2. num. 83. & in tract. de except. except.
8. §. 30. num. 19. & seqq. & §. 40. num 8.
vad. except. & except. 5. §. 3. num. 6 Gab. trad.
de pignorib. & hypoth. sub rubr. quomodo hypothec.
contrahat. num. 6. Boer. decis. 78. num. 1.*
Nec vrget, si dicatur ex actis non constare
de excessu, cùm satis elicіatur ver. simile, dum
Pasquinus præsupponit, & probare intendit
ex fructibus solius quinquennalis curriculi fortem
scutorum 300. protsùs, imò superiùs extinctam,
præter id, quod culpa, & facto Sargentis
illius de Galganis (non seruans solemnitatibus
requisitis in adiudicatione iudicia-
27 lis pignoris) id procedit; Vndè eius culpa, &
vitium ipsi nõ debet prodesse, *Christoph. Marc.
Medic. examin. 51. num. 55. & decis. 100. num.
10.* Sed benè potiùs obesse, habendo scilicèt
actum prædictum executionis pro nullo;
28 Nàm nullitas actus est pœna facientis actũ,
l. Senatus ff. de contrahen. empt. cum alijs citatis
*per Nig. de execut. rei iudic. cap. 11. §. 1.
num. 16.*
Et frustrà propterea repetitur, hoc rei vindicationis
Iudicium non habere connexionẽ
29 cum causa principali; Cùm vnus actus proficiscatur
ab alio, nec inspiciendus sit subsequens,
sed præcedens, qui fuit causa subsequentis;
*Ambros. Opizo in l. filius familias §. diui
30 ff. de legat. 1. num. 85. vers. 6.* & planum est
vlteriùs, quòd ab eo Iudice compellendus est
Creditor pignoris ad restituendum pignus, à
quo, & cuius officio obtinuit, se à suo debitore
satisfieri, *Afflict. decis. 32. num. 2. & 3.*
31 Accedat insuper, quòd in terminis magis,
atq. magis ambiguis d. D. Sargens Maior de
Galganis ex hac eadem prætensi furti causa
rediuit ad idem Prætorium Auditorium, &
ideò si illud existimauit competens, dùm coram
eo curauit, & ex facilitate omnia in obtinendo
à D. Prætore tunc temporis, valuit nè
dum assequi Pasquinum leuiter de complicitate
suspectum condemnari ad interesse, quod
iurauit passum, quod sin nẽ d. Iudici liceret,
& Iurisdictionem haberet, adeò controuersum
videtur, & de Communi, & magis Communi
negatiuam partem defenderint, *Caball.
resolut. Crimin. 82. num. 15. Scannarol. de visitat.
Carcerat. lib. 2. §. 2. cap. 14. num. 32. &
33.* & latè *Merlin. Pignatell. controuers. forens.
29. num. 13. vsq. ad num. 20. centur. 1.* Sed et à
compelli ab eodem Iudice Debitores dicti
Pasquini ad se subijciendum dictæ Iurisdictioni,
& parendum condemnationibus contrà
eosdem prolatis, etsi tanquàm contrà meros
De-

Deb.tores; Quomodò hodiè non pudet omnem amouere lapidem ad impugnandum in claris eiusdem Tribunalis Iurisdictionem, vbi nec meretetur audiri etiam in dubio; Tùm
32 quia Iurisdictio fauorabilis est, & pro ea facta interpretatio, *Dec. consi. 5. num. 21* Tùm
33 quoq. quia quæ seminauit, vnusq. metere debet, vt ait *Apostol. ad Galatas cap. 5.* & ex
34 principio malo, bonum non potest prodere effectum, *Nig. de except. cap. 12. §. 15. num. 2. & 3.*

35 Frustraq. affertur in contrarium *decis. Romit. 44. num. 7.* Quià ea *decis.* nil commune habet cum casu, de quo agitur; Nam ibi præsupponitur, factam, seruatis seruandis, adiudicationem eorum, quæ in casu nostro omissa percipitur, & sic nullitas euitati non potest, & per consequens nec Iurisdictio; Et licèt fuerit
36 replicatum, quòd pars in prima Instantia d. adiudicationem non impugnauerit, & neq. pars in secunda Instantia impugnat; Tamen quòd possit Index ex officio reijcere, *Mantic. decis. 127. sub num. 2. vers. diuersum vsq. ad fin.*
37 Imò quòd Iudex ex causa non deducta, sed tamen in processu probata, potest ferre sententiam, in terminis fundat *Merlin. controu. forens. cap. 34. num. 8. & 9. cent. 1. Paul. Staib. iun. resol. forens. decis ar. resol. 35. num. 59. cent. 1.* & fuit firmatum suprà *decis. 15. n. 74. vsq. ad 78.*

Neq. deniq. obstat, quòd res iudicata pugnet, vt dicitur, pro d. D. Sargente Maiore de
38 Galganis; Nàm res iudicata sustinetur ex præsumpta eius iustitia, de cuius contrario si constet, veritati cedit opinio, *Nig. de except.*
39 *cap. 1. §. 2. num. 35.* Quod præcipuè intrat, vbi sententia fertur ex probationibus priuilegiatis arbitrio, seù imperfectis; Quoniam tunc nunquàm in iudicatum transiuisse, dici iure potest, *idem Nig. vbi proximè suprà num. 33. & de execut. rei iudic. cap. 1. num. 13.*

Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Fundus censitus, siuè res censita, si pereat, vel reddatur infructuosus absq. culpa, & negligentia Venditoris eiusdem, & quòd si de nouo construatur, seù reficiatur, an, & quando pereat etiam census quoad annuas præstationes, & restitutionem pretij, etiamsi in rei subrogatione addita fuerit obligatio personalis. Casus fortuitus quando dicatur, & quando culpa, ad hoc vt Venditor census obligetur ad restitutionem pretij ob peritionem fundi censiti, & culpa quomodo sit probanda per testes. Tectum an, & quando mutet formam domus, & quænam pars eiusdem dicatur. Testibus in arte peritis, & verisimilia deponentibus, ac minus suspectis, est maximè credendum.

SVMMARIVM.

Census fundo reddito infructuoso, siuè perempto in totum, vel in parte ob culpam, & negligentiam Venditoris census, pro rata peremptionis tenetur ad restitutionem pretij, & interesse. num. 1.

Commodum ex propria culpa, & negligentia quis non debet reportare in damnum, & praiudicium alterius. num. 2.

Damnum sua culpa sentiens, sibi ipsi imputare debet. num. 3.

Censuarius dicitur in culpa, nisi circà fundum censitum fecerit id, quod faceret quilibet diligens paterfamilias. num. 4.

in Culpa censetur omittens facere, quod tenetur. num. 5.

Argumentum valet de emphyteusi ad censum. n. 6.

in Culpa diiudicatur omittens reparare damnum imminens, ad quod tenetur. num. 7.

Venditor census veluti custos, & possessor est obligatus tueri, manutenere, reficere, & restaurare. num. 8. & 9.

Venditor census, data culpa in peritione fundi censiti, tenetur ad restitutionem pretij. num. 10.

Culpa non præsumitur, sed plenè, & concludenter probari debet. num. 11.

Testes deponentes de culpa debent esse contestes, & non interrogati reddere debent rationem eorum depositionis. num. 12.

Culpa debet probari in specie, & non in genere. num. 13.

Culpa qualibet probata debet esse ordinata ad casum, ità vt casus absq. ipsa non contigisset. num. 14.

Casus tunc dicitur fortuitus, neminiq. imputandus, quando à nullo prauideri potest. num. 15.

in Culpa non reputatur non prouidens illi, quod prauidere nequiuit. num. 16.

Testis vnicus probat contrà Inducentem, præsertim stantibus adminiculis, & verisimilitudine. num. 17. & 18.

Culpa non censetur, non facto illo, quod factum aut non releuat, aut saltem est dubium. num. 19.

Culpa

Culpa non arguitur ex actu, quando actus potest esse separatus à culpa. num. 20.

Culpa non consideratur in eo, qui impossibilia omittit. num. 21.

Culpa non datur, vbi non datur obligatio. num. 22.

Contractus censualis dicitur contractus emptionis, & venditionis. num. 23.

Empta rei periculum spectat ad Emptorem, contractu perfecto. num. 24.

Re censuata pereunte, vel infructuante in parte, pro ea perit census non solùm quoad annuas præstationes, verùm etiam quoad restitutionem pretij tàm ex Bulla Pij V. quàm ex natura contractus, etiamsi in rei subrogatione addita fuerit obligatio personalis, & adsit pactum in contrarium. num. 25. 26. & 27.

Census est ius reale inhærens, & affixum rei censui suppositæ, vnde re extincta, extinguitur census, cùm accidens non possit consistere absq. subiecto. num. 28.

Census non debetur, licèt domus censui supposita, & diruta iterùm readificetur in eodem loco, & eisdem coementis. num. 29.

Res controuersa pro medietate diuiditur, quando versatur in dubio, & in controuerso casu, maximè coram Supremis Magistratibus. n. 30. & 31.

Venditor census licèt pro conseruatione, & manutentione fundi censuati non teneatur facere magnos sumptus, ad modicos tamen est obligatus, & si eius deterioretur, diceretur in culpa, & ad interesse teneretur. num. 32.

Census difficultates resoluuntur per DD. & iura loquentia de vsufructu. num. 33.

Expensa quandonam magna, vel modica sit, Iudicis arbitrio est remissum. num. 34.

Custos, seu possessor omittens facere expensas necessarias in re possessa, dicitur in culpa, & obligatur ad interesse. num. 35.

Expensæ necessariæ sunt, sinè quibus res est peritura, & deterior factura. num. 36.

Tectum dicitur pars integralis domus. num. 37.

Domus mutat formam, & perempta remanet amittens tectum. num. 38.

Venditor census non tenetur reficere domum in parte peremptam tùm ratione magnæ expensæ, tùm quia diceretur de nouo illam facere. n. 39. & 40.

Expensa super domo ruente, & non diruta, dicitur modica, & necessaria. num. 41. & 42.

Venditor census tenetur suis sumptibus reparare domum ruentem. num. 43.

Domo pereunte, perit etiam census super ipsa impositus. num. 44.

Venditor census tenetur ad interesse, & ad restitutionem pretij pro rata, pro qua domus censita est perempta ex eius culpa, & negligentia. num. 45.

Interesse in contractu censuali est ipse census, qui soluitur. num. 46.

Census alius similis super alijs bonis quandonam constitui debet iuxtà Bullam Pij V. & quandonam est restituenda pars pretij census vnà cum interesse. num. 47.

Loci inspectio dicitur maxima probatio. num. 48.

Testis deponens inuerisimile, & contrarium veritati nullam facit probationem, quamuis sint plures, num. 49. & 50. & sunt suspecti de falso. ibid.

Testibus in arte peritis est maximè credendũ. n. 51.

Testibus verisimiliora deponentibus, ac minus suspectis magis est credendum. num. 52.

Testes contrà producentem, & reproducentem benè probant, etiamsi deponerent de credulitate. num. 53. & 54.

Iudex potest magis credere testibus vnius partis, quàm alterius, quãdo probationes sunt ipsi arbitraria, maximè in probatione culpæ. n. 55. & 56.

Expensæ remittuntur partibus, quando victoria fuit reciproca, & sententia prima fuit reformata. num. 57.

Decisio LXXXII.

SPect. Lommorus de Lommotis de anno 1618. emit à Capitaneo Petro, & fratribus de Plageis de Castro Nozzani annuũ perpetuum censum scutorum sexdecim constitutum super domo, & illius iuribus posita propè dictum Castrum *in luogo detto in piede al Castello* pro pretio scut. 200. quæ quidem impositio, ac venditio fuit facta ad formam Bullæ Sanctissimi Pij V. editæ super creatione census. De anno 1630. die 24. Decembris è monte d. Castri ruinosè, ac præcipitanter cecidit ingens saxum desuper dictam domum eamq. in vna parte grauitèr percussit, ob quã percussionẽ reddita fuit inhabitabilis. Post dictum tempus cessantibus venditoribus soluere annuam pensionem, Sp. Emptor illos executiuè conuenit pro censibus decursis, & per DD. Iudices, tàm primarum, quàm secundarum Instantiarum declaratum fuit non esse locum executioni petitæ per Sp. Actorem, cui reseruatur iura agendi contrà eosdem Reos conuentos, & Venditores pro pretio eiusdem census, & interesse ex capite tantummodò doli, culpæ, seù negligentiæ, qua stante reseruatione, Sp. Lommorus iterùm egit contrà eosdem via ordinaria, institutq. ipsos condemnari ad soluendum census decursos, omneq. aliud interesse, nec non ad restituendum sortem principalem, & ad constituendum ad ipsius fauorem nouum, ac similem censum super alijs bonis liberis, ac fructiferis. Dominus Iudex primarum Instantiarum Reos conuentos à petitis absoluit, à qua sententia Sp. Actor appellauit ad Rotam, coram qua acerrimè

fuit decertatum, an rei conuenti eſſent in ali-
qua culpa, ob quam ad petita poſſent con-
demnari.

Pro parte Sp. Lommori dicebatur, quòd di-
cta domus erat reddita infructuoſa ob culpã,
à dd. Reis commiſſam, tàm antè lapſum lapi-
dis, quàm poſteà, & conſequentèr ad petita
1 tenebantur; Nàm apertum eſt in Iure, quòd
re cenſui ſuppoſita in totũ, & in parte perem-
pta, aut reddita infructuoſa ob culpam, & ne-
gligentiam Venditoris, pro parte, pro qua eſt
perempta, & reddita infructuoſa, eundem te-
neri ad reſtitutionem pretij, & intereſſe, *Cenc.
de cenſib. par. 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 3. num. 18.
ſiuè quæſt. 101. num. 18. Duard. §. 5. quæſt. 1. n.
26. verſ. benè verum in eius tract. de Cenſib. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 354. num. 34. Mart.
Med. deciſ. Senen. 30. num. 4. & examin. 18. nu.
3. Seraphin. deciſ. 1418. num. 8. & 9.* Non enim
2 debet quis ex culpa, & negligentia propria
commodum reportare in damnum, & præiu-
dicium alterius, *Aym. conſ. 8. Surd. deciſ. 198.
num. 13. Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 43.* Sed
3 imputet ſibi, qui damnum ſua culpa ſentit,
Dec. conſ. 2. num. 145. in princ. Surd. d. deciſ. 198.
4 *num. 13.* & in culpa dicitur Cenſuatius, quan-
do non facit id circa fundum cenſitum, quod
faceret quilibet diligens pater familias, *Grat.
conſ. 49. num. 6. lib. 1. Maſcard. concluſ. 469. nu.
22.* quos refert, & ſequitur *Menoch. de præſum-
ption. lib. 5. præſumpt. 3. num. 132.*

Culpam autem Reorum demonſtrare nite-
batur. Primò, quia cùm præuidiſſet dictum
lapſum lapidis, non procurauerat ſcindere, &
remouere alium, qui paucis antè annis ab eo-
dem montis acumine ceciderat, ſeſeq. propè
dictam domum infixerat, ad hoc, vt nouiſſi-
mus cadens in eodem ſolo, ac loco ſe infige-
ret, dictaq. domus ab omni damno redderetur
tur immunis, ſicut euenit ob lapſum primi la-
5 pidis, ex qua omiſſione Rei dicebantur in
culpa conſtituti, *ad tradita per Becc. conſ. 37.
num. 24. & conſ. 105. num. 26. Mart. Med. deciſ.
22. in fin. Rot. deciſ. 216. & deciſ. 473. par. 1.
recent.* & faciunt dicta per *Surd. d. deciſ. 198.*
6 *num. 13.* Qui licèt loquatur de Emphyteuſi,
attamen quoad id, de quo diſputatur, benè
adaptantur, quia valet argumentum de vno
ad aliud, *cap. conſtitutus de relig. domib. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 208. num. 6.*

7 Secundò, dicebatur conſtare de euidenti
culpa eorundem, quia omiſſerunt reparare
damna, quæ recepit dicta domus ob lapſum
ſupradicti ſaxi, cùm illam reſarcire tenerentur,
ad dicta *per Bart. in l. 1. & l. & in totum ff.
de impenſis*, & in terminis dicit *Mart. Med. d.
8 examin. 18. num. 6.* Nàm cùm veluti Cuſtodes,
& Poſſeſſores eſſent obligati illam tueri, ac
manutenere, *l. quod ſæpè §. ſi res vendita ff. de
contrah. empt. & l. pen.* & ibi *Gloſ. in verb. tue-
ri ff. de impenſ. in res dotal. fact. Bonacin. de Cenſ.
diſp. 3. quæſt. 4. num. 27. & 28. Seraph. d. deciſ.*
9 *1418. num. 14.* tenebantur etiam reficere, &
reſtaurare, *Borgn. de vſufruct. num. 161. Boer.
deciſ. 44. num. 2. & 3. Rot. Rom. in alleg. deciſ.
216. num. 3. & 473. num. 2. par. 1. rec.*

10 Vndè, poſita culpa in dictis reis, abſq. dubio
tenebantur Sp. Actori ad reſtitutionem pre-
tij, & ſolutionem intereſſe, vt clarè teſtatur
vltrà præfatos, *Greg. de Valent. tom. 3. commen.
Theol. diſp. 5. quæſt. 22. de cenſ. punct. 3. verſ.
hoc autem, Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt. lib. 10.
quæſt. 6. num. 18.*

11 Pro parte verò Cõuentorum replicabatur,
quòd culpa non præſumitur, ſed debet plenè,
ac concludentèr probari ab allegante, *Becc.
d. conſ. 37. num. 10. Farin. quæſt. 8. & 9. num.
10. Maſcard. concluſ. 1093. num. 2. Rot. Roman.
deciſ. 521. num. 1. par. 1. diuerſ. Seraphin. deciſ.
636. num. 3. Thomat. deciſ. March. 93. num. 3.
& 4. Facchin. conſ. 82. num. 20. lib. 2.* & in pun-
cto dicit *Martius Medices dec. Senen. exam. 18.
num. 15. & 16. & examin. 53. num. 37.* & te-
12 ſtes de ea deponentes debent eſſe conteſtes,
& qui etiam non interrogati rationem reddãt
eorum depoſitionis, *Felician. de cenſ. lib. 1. ob-
13 ſeru. 7. cap. 23. num. 1.* & debet in ſpecie non
in genere probari, *Becc. ibid. num. 23. Farinac.
ibid. num. 11. Crauet. conſ. 151. num. 11. Felic.
d. cap. 23. nu. 2. Menoch. de præſumpt. præſump.
31. num. 136. lib. 5.*

14 Et non ſufficit qualibet culpa, etiam, vt ſu-
prà probata, ſed debet eſſe ordinata ad ca-
ſum, ità vt caſus abſq. illa culpa non contigiſ-
ſet, *l. non omne ff. de ſtat. lib. Natt. conſ. 41. nu.
9. Alex. conſ. 24. num. 6. lib. 6. Facchin. conſ. 8.
num. 6. in 2. Menoch. d. præſumpt. 31. num. 138.
lib. 1. Decian. reſp. 29. num. 28. vol. 1. Menoch.
conſ. 645. nu. 13.* optimè *Becc.* plures referens
*conſ. 214. num. 13. vol. 2. Gabr. conſ. 159. num.
20. lib. 1. Bart. conſ. 193. num. 3. lib. 1. Bald. conſ.
145. num. 3. vol. 3. Cephal. conſ. 362. num. 25.* &
fuit latè firmatum in meo voto Criminali Ro-
tæ Ianuen. 5. impreſſo *poſt meum tract. ad leg.
vnicam Cod. ſi quis Imperatori maledixerit à nu.
5. cum plurib. ſeqq.*

Quibus poſitis culpa prætenſa, non ſolùm
non videbatur probata pro parte Sp. Lommo-
ri, verùm etiam omninò tolli videbatur ex
deductis in proceſſu.

15 Primò, quia lapſus lapidis à nemine pote-
rat præuideri, vt dicunt teſtes pro vtraq. parte
examinati, & ſic fuit caſus fortuitus, qui ne-
mini venit imputandus, *l. quæ fortuitis Cod. de*

pigno-

36 pignoratit. act. & non est in culpa, qui non prouidet illi, quod præuidere nequimus, Franc. Costa cons. 548. num. 4.

Imò dato etiam quòd saxum, seu grotta priùs infixa ante domum fuisset in totum scissa, atq. eradicata, non tamen erat tutum, quod ruina domus postmodum secuta reparari potuisset, cùm à nemine præuideri nequiret, aut radicari, quam viam sibi fecisset incadendo, vt aiunt duo testes ex his, qui depo suerunt pro reis, & patet etiam ad sensum: & aliud dicere, prout nonnulli testes ausi sunt asserere de eorum iudicio, & alieno auditu, esset absq. dubio diuinare, & ideò vnus testis Sp. Actoris rectè deponit, quod rupto etiam saxo ruinam reparare neutiquam Rei valuis-
37 sent, qui testis licèt vnius benè probat contrà
38 inducentem, Rom. cons. 104. stantibus præsertim adminiculis, & verisimilitudine, Farin.
39 quæst. 62. num. 226. & 229. Vndè succedit conclusio, quòd non dicitur in culpa, qui non facit illud, quod factum, aut non releuat, aut saltem est dubium, Bald. cons. 145. nu. 4. Surd. cons. 86. num. 17. & decis. 87. num. 4. & decis. 260. num. 5. & 6. Becc. cons. 203. nu. 10. quid
30 quando actus potest esse à culpa separatus, ex tali actu non arguitur culpa, Rui. cons. 93. nu. 7. Felician. de Cens. d. cap. 2. 3. num. 43.

Vltrà quòd Rei conueniri procurarũt rumpere prætensum saxum, & propter impossibilitatem facere cessarunt, prout deponunt eo-
31 rum testes, & culpa non consideratur in eo, qui impossibilia omittit, Grattan. discept. forens. cap. 334. num. 37.

Addebatur etiam quòd nulla lege, & contractu videbantur obligati ad dictum saxum remouendum, vel rumpendum in totũ sum-
32 ptibus eorum, & vbi non adest obligatio, ibi non datur culpa, Surd. d. decis. 87. num. 6.

Et ex his asserebatur culpam primo loco obiectam esse omnimodò sublatam. Aliam verò secundo loco consideratam, & fundatam in eo, quòd domum à saxo dirutam, statim resarcire, ac reficere non curarunt, nullo modo attendendam satagebant, quoniam casus grottæ vno eodemq. tempore dictam domũ deuastauit quasi in totum versus Orientem, in parte verò versus Occidentem reddidit inhabitalem, vt apparet ex processu, quo casu venditor censùs ad nullam refectionem tenebatur.

33 Primò, quià contractus censualis dicitur contractus emptionis, & venditionis, Duard.
34 de cens. §. 5. quæst. 1. num. 12. cuius contractus natura est, vt eo profectò, periculum rei emptæ spectet ad emptorem, l. si in emptione §. si emptio ff. de contrah. empt. l. id quod in primo, ff. de peric. & commod. rei vend. l. fin. Cod. eod. Duard. d. quæst. 1. num. 20. Rot. decis. 386. num. 1. relat. post d. tract. Duard.

35 Secundò, quià res censui supposita pro qua parte perit, & infructuosa redditur, perit etiã census, non solùm quoad annuas præstationes, verùm etiam quoad restitutionem pretij, tàm ex dispositione dictæ Bullæ Sanctissimi Pij V. quàm ex natura ipsius contractus, Gutierrez pract. quæst. q. 177. num. 7. lib. 2. Bocc. de cens. par. 3. num. 25. Grattan. discept. forens. cap. 432. Cenc. de censib. quæst. 99. num. 10. & seqq. & quæst. 102. num. 1. 2. 3. 7. & sequentib. Duard. de cens. §. 5. quæst. 4. num. 3. & 4. & Rot. Rom. decis. 88. num. 5. & decis. 386. num. 1. ab
36 eod. relat. post Cenc. de censib. quæ conclusio procedit etiamsi in rei subiugatione adijciatur obligatio personalis, prout (contrà opinionem Feliciani, de qua in tom. 1. de Cens. lib. 1. obseru. 7. num. 13. vers. ex quo sequitur) de communi testatur Cenc. par. 1. cap. 3. quæst. 7. art. 6. num. 39. Duard. de Censib. §. 1. quæst. 2.
37 num. 18. & §. 5. quæst. 1. num. 8. & etiam si adsit pactum in contrarium, Duard. d. quæst. 1. §. 1. num. 23. Cenc. de Censib. quæst. 99. num. 16.
38 ratio est, quià census est Ius reale inhærens, & affixum rei censui suppositæ, & sic re extincta, extinguitur census, cùm accidens nõ possit consistere absq. subiecto, l. nec vllam §. si quis absentis 12. & ibi Ang. ff. de petit. hæredit. Molin. de contract. disput. 387. num. 8. Cenc. d. quæst. 99. nu. 14. & 15. Mart. Med. d. exam. 18.
39 Et adeò est vera hæc conclusio, vt licèt domus censui supposita, & diruta iterùm reædificetur, & in eodem loco, & eisdem coementis, adhùc census non debetur, Nauar. in suo Commentar. de vsur. num. 118. quæst. 25. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 5. cap. 1. num. 153. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 178. Cenc. de Censib. quæst. 101. à num. 6. & seqq. Duard. §. 5. quæst. 3. num. 2. & Rot. ibid. decis. 349. per tot.

In hac controuersia postquam diù, & acerrimè fuisset decertatum, nullaq. lex per Excellentissimos vtriusq. partis Aduocatos, & doctrina in medium afferretur, quæ in terminis
30 illam definiret: Domini censuerunt decidendam rem controuersam pro medietate diuidendo. Moti

Primò, quià ità in dubio, & controuerso casu faciendum docuere, tàm prisci, quàm moderni Legislatores, testatur Dec. cons. 176. num. 6. lib. 1. & cons. 445. vbi dicit ità iudicasse Ancharan. & in l. precibus num. 15. Cod. de impub. & alijs subst. & in cap. licèt causa col. fin. de probat. Socin. sen. cons. 150. col. fin. lib. 1. & Iunior Socin. cons. 33. lib. 2. Curtius

Aaa 2 iun.

Iun. conf. 154. *num.* 2. *lib.* 2. *& conf.* 205. *colu.* 5. *vol.* 3. *Rimin. iun. conf.* 354. *in fin. Bonn. decis.* 149. *num.* 12. *& decis.* 42. *num.* 39. *Capyc. decis.* 176. *Franc. Marc. decis.* 434. vbi ait, id tantò

31 magis fieri debere per Supremos Magistratus, *Borgn. decis. Bimezz.* 42. *num.* 58. *Thesaur.* latissimè *decis. Pedem.* 89. *per tot.* & signanter *num.* 1. 4. *&* 5. & ibi *Thesaur. iun. in addit. Pinell. in l.* 2. *in* 2. *part. num.* 40. *in fin. Cod. de rescind. vendit. Tiraquell.* pluribus laudatis more suo *de prim. genit. quæst.* 17. *opposit.* 4. *num.* 9. *& seq. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 71. *num.* 50. *Molin. in Empor. Tur. par.* 1. *tit.* 31. *num.* 18. *Costa de remed. subsid. remed.* 61. *num.* 15. *Grattian. discept. forens. cap.* 820. *num.* 27. *lib.* 5. & ità fuit per Nos pluries decisum, vt videre est in *decisionibus* suprà impressis, nempè *decis.* 22. *num.* 6. & tantè *decis.* 23. *num.* 31.

Secundò, quod ex processu resultabat medietatem dictæ domus in parte versus Orientem maximum recepisse damnum, quod non nisi magna impensa reparari potuisset; aliam verò medietatem versus Occidentem leniter fuisse offensam, partisque impensa restau-

32 rati valuisset; Et venditor census quamuis pro conseruatione, & manutentione fundi censuati magnos sumptus facere non teneatur, modicos tamen impartiri est obligatus, etsi casu fuerit deterioratus, aliàs dicitur in culpa, & tenetur ad interesse, *l. vsufructu legato §. Reifolt. vers. ballenus ff. de vsufruct. & l. omninò, vbi DD. ff. de impens. in res dot. fact. Borgnin. de vsufruct. num.* 160. *Parisi. conf.* 94. *num.* 23. *& Io. Bapt. Costa de ration. rat. quæst.* 76. *num.* 2. *Gloss. super Bulla Pij V. in glos.* 22. & ibi *Adden.* & optimè ità distinguendo tradit *Garz. in tract. de expens. cap.* 11. *num.* 29.

33 qui licèt loquatur in vsufructuario, attamen benè adæquantur eius dicta censuario, quià materia census iuxtà census dispositionem, circà vsufructum regulatur, & per iura de vsufructu loquentia, resoluuntur difficultates in huiusmodi censibus occurrentes, vt expressè notat *Phæb. Lusit. decis.* 58. *num.* 9. quem laudat, & sequitur *Rot. Roman. decis.* 349. *in impress. post Duardum de censibus*; & quo-

34 niam Iudicis arbitrio remissum est, quando nam magna, & modica sit impensa, *Gloss. in d. l. ballenus ff. de vsufruct. & l. omninò ff. de impens. in res dot. fact. Menoch. de arbitr. cas.* 215. *num.* 8. illam magnam, hanc autem partem indicauimus, inspecta qualitate personarum litigantium, vt latè *Martius Medices estat. exam.* 18. *num.* 3. ...

35 Tertiò consideratum etiam fuit, quòd quilibet rei Custos, & Possessor in re possessa tenetur facere tantummodò expensas necessarias

illasque quæ ipsas dicitur in culpa, & obligatur ad interesse, *l. & in totum*, & ibi *Gloss. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Bart. in l.* 3. *§.* 1. *ff. eod. Peregr. de fideicom. art.* 50. *num.* 81. & expensæ

36 necessariæ sunt, sine quibus res est peritura, & deterior factura, *l. impensæ ff. de verb. & rer. signific.* At domus prædicta ex parte Orientis ob offensam à præcipiti saxo receptam, non solùm partem parietis, & solariis, sed etiam

37 totum tectum, in continenti lapso lapide, amisit; ex qua amissione tecti, quod dicitur pars integralis illius, *Gloss. ord. non solùm ff. de rei vindic. Cornic. conf.* 203. *num.* 1. *verb. tertiùm*

38 *facit lib.* 1. mutauit formam, & perempta remansit, *arg. tex. in l. cum qui ædes ff. de vsurpat. & vsucap. Duard. §.* 5. *quæst.* 3. *num.* 1. 5. *& ex text. in l. repeti ff. quibus modis vsusfruct. vel vsus amittitur, & §. fin. instit. de vsufr. Surd. conf.* 155. *num.* 5. *Cephal. conf.* 20. *num.* 16. *Io. Bapt. Fenaru super Bulla Pij V. de cens. par.* 3. *Molin. de iustit. & iur. tract.* 2. *disp.* 39. *concl.* 8. *vers. quo loco*, quos sequitur *Rot. post Cencium de censib. decis.* 349. *num.* 8. In alia verò medietate versus Occidentem nullam partem integralem amisit, sed solùm in duabus fuit ali-

39 qualiter læsa; Vnde videbatur concludendum, quod dicti venditores census Rei cœnsuatæ prædictæ domus possessores, quamuis non tenerentur illam reficere in parte versus Orientem iam peremptam, tum ratione magnæ expensæ, secundùm *Menoch. de arbitrar. casu* 215.

40 *lib.* 2. tùm quid dicerentur illam de nouo facere, *Duard. dict. §.* 5. *quæst.* 3. *num.* 9. *& Rot. d. decis.* 349. *num.* 5. *&* 6. *post Cencium de censibus* ...

41 E contrà videbantur obligati ad reparandum aliam partem domus versus Occidentem non dirutam, sed ruentem, quo casu expensa non solùm dicitur modica, *per Menoch.*

42 *vbi sup. num.* 6. *cas.* 215. sed dicitur necessaria, *d. l. & in totum de impens. in reb. dot. fact. & d. l. impensæ ff. de verb. signif.* prout hanc distinctionem referendo docet *Peregrin. d. art.* 50. *num.* 75. vbi *Franciscus Censal. in vlt. annotationib.* multos casus notabiles congerit, & Peregrinum sequitur. ...

43 Quarè cùm dictam reparationem prætermiserunt, quam eorum sumptibus facere tenebantur, *l. sed vestis ff. de oper. liber. Socin. conf.* 26. *num.* 3. & domus ob id in totum in

44 ea quoq. parte peremerit, omnisq. spes in futurum ferendi fructus cessauerit, quibus casibus censum quoq. petere dicunt omnes DD. quos sequitur *Duard. §.* 5. *quæst.* 4. *num.* 8. *Cenc. de cens. par.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 9. *&* 10. aliàs *qu.* 102. *Molin. de contract. tract.* 2. *disp.* 391.

45 *claus.* 8. *num.* 5. qui loquitur in terminis domus

mus dirutæ, clarum est, quod ob eorum culpam tenebantur, non solùm ad restitutionem pretij pro rata, pro qua domus est perempta, & census est extinctus eorum negligentia, ac culpa, sed etiam ad interesse d. Emptori census. *Greg. de Valen. d. tom. 3. commen. Theolog. disput. 3. quæst. 22. de cens. par. 2. vers. hoc autē, Duard. quæst. 1. concl. 2. ampl. 5. §. 5. & qu. 3.*
46 *num. 8.* quod interesse est ipse annuus census ab initio venditionis constitutus, *Martius Medices decis. Senen. 31. num. 16. Rot. decis. 61. num. 8. decis. 62. num. 4. & decis. 63. num. 2. post Cen-*
47 *tium* 7. Et propterea iure meritò fuerunt condemnati ad restituendum Sp. Actori medietatem pretij suprascripti census vnà cum illius interesse, & ad constituendum iuxta formam *Bullæ* super alijs bonis, prout ità in dicto prædio alium similem censum, prout in puncto ità faciendum tradit *Martius Medices d. exam. 18. num. 1. & 2.*

Nec obstare visum fuit, quod pro parte Spect. Lommori primo loco asserebatur ad ostendendum dictos reos conuentos fuisse in culpa ante lapsum lapidis, & consequenter teneri ad totum damnum resarciendum.

Quia benè existimauimus fuisse ostensum, Reos conuentos nulla culpa argui posse per ea, quæ pro illis Informantes deduxerunt in prima responsione; sicuti sublatam quoq. iudicauimus culpam consideratam per eundem Spectabilem Actorem in non efficienda dictum domum in parte versus Orientem, tàm per deducta in secunda responsione ab eisdē Informantibus, quàm etiam per ea, quæ per nos pro ratione resoluendi in secundo, & tertio loco fuere considerata.

Quam resolutionem censuerunt Domini nullo pacto fuisse retardandam per ea, quæ ad fauorem Reorū dicebātur resultare ex deposi-
48 tionibus testiū pro eis examinat. tùm quia ex inspectione loci, quæ dicitur maxima probatio, *l. si irreptione §. ad officium, vbi Bald. ff. fin. regund. Barz. decis. 25. num. 1.* inuerisimile, &
49 veritati contrarium asserere videbantur; quo casu nullam faciunt probationem, *Anton. de Amat. resol. 19. num. 16. & resol. 20. num. 3.*
50 *lib. 3.* quamuis sint plures, *Mascard. conclus. 1558. num. 3. Farin. quæst. 62. num. 3. & 26. Cornezz. decis. 200. num. 4.* imò sunt de falso suspecti, *Crauet. cons. 61. num. 7. Mascard. concl. 1402. Barz. decis. 120. num. 24.* tùm etiam
51 quia oppositum apparebat probatum à testibus pro Sp. Lommoro deponentibus, quibus tanquàm in arte peritis maximè credendum, dicit *text. in l. 1. in princip. ff. de ventr. insp. Zuc-*
52 *car. decis. 20. num. 1.* & verisimiliora dependibus, ac minus suspectis, magis duximus esse credendum, *per text. in l. ob carmen §. si testes ff. de testibus, Farin. quæst. 65. num. 128. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 47. num. 169. Cornezz. decis. 18. num. 14.* Præsertim quia eorum dictum corroborabatur ex dicto testium pro reis examinatorum præcipuè secundi super 6. interrogatorio in primo processu, & alterius secundi super 7. interrogatorio in secundo processu, & tertius super 9. interrogatorio, & art. 6.
53 primi processus, qui testes cōtrà producentem, & reproducentem, benè probant *Rom. d. cons. 104. Paris. cons. 90. nu. 60. Ias. cons. 57.*
54 *col. 4. vol. 1.* etiamsi deponerent de credulitate, *Barz. decis. 101. num. 1. & decis. 123. num. 20. & decis. 140. num. 7. Cornezz. decis. 83. n. 3.*
55 Accedit etiam, quòd probationes sunt Iudici arbitrariæ, & potest magis credere testibus vnius partis, quàm alterius, *ad dicta per Gabr. commun. concl. tit. de test. concl. 2. num. 62. Menoch. de arbitr. cas. 90. Farinac. de testib. quæst. 63. Barz. decis. 120. num. 38. Merlin. decis.*
56 *Lucen. 1. num. 7.* quod multò magis procedit in probatione culpæ, *Boccat. tract. de cens. par. 2. num. 41. Mart. Medices exam. 18. n. 18.*
57 Absoluimus partes ab expensis, quia victoria fuit reciproca, & sententia prima fuit reformata, *ad tradita per Glos. in l. generaliter, §. si vero Iudex in vers. dispendia, & ibi DD. Cod. de reb. cred. Menoch. de arbitr. cas. 177. Barz. dec. 47. num. 27.*

Et ità fuit decisum vtraque parte informante &c.

ARGVMENTVM.

Requisita pro associatione concedenda quænam sint. Debitor, siuè eius hæredes, an, & quando per solutionem liberetur à debito, ità quod iteratò soluere non cogatur. Confessio non habet vim contrà Tertium, & facta animo gratificandi, an inducat receptionem pecuniarum. Personarum diuersitas quid operetur, earumq. identitas, quomodò probetur. Delegatio, an, & quando habeatur loco solutionis, & contrà quos.

S V M M A R I V M.

Associatio quænam extrema necessaria requirat, num. 1.

Solutio est plenè, & concludenter probanda à debitore. num. 2.

Solutione facta alteri, quàm vero Domino, iteratò debitor cogitur soluere. num. 3.

Solutio est facienda vero Creditori, & non alteri. num. 4.

Debitor ex suo facto non potest facere, vt Creditores eorum ius non consequantur, neq. eis præiudicium inferre, & si aliter foret, esset in potestate Debitoris Creditores suos fraudare, & cludere. num. 5. & 6.

Debitor, siuè eius hæredes, soluens de mandato Creditoris, statim liberatur à debito. num. 7.

Falsitatis vehemens suspicio desumitur ex tarditate exhibitionis receptuæ in iudicio post multos dies moti iudicij. num. 8.

Negatiua non acceptationis ordinis, seu crediti, probatur ex inspectione literarum posteriorum d. ordine. num. 9.

Testes nulliter examinantur super recognitione scripturarum absq. citatione partis. num. 10.

Recognitio scripturarum opposita redditur nulla, non seruata forma Iur. & Stat. num. 11. & 12.

Referens non attenditur, nisi exhibeatur relatum. num. 13.

Amissio non præsumitur, nisi ab allegante probetur. num. 14. & 15.

Solutionis fides, seu confessio non operatur effectum in præiudicium Tertij, & ideò non arguit verum actum numerationis. num. 16.

Verba concludunt per necesse receptionem pecuniarum, quando de confessione gratificandi animo fieri possunt. num. 17.

Confessio licèt contrà se probet, non potest operari in Tertij præiudicium. num. 18.

Soluens non consequitur liberationem, quando solutioni est data certa forma adunguem non seruata. num. 19.

Delegatio habet vim solutionis, nedum respectu illius, cui fuit facta delegatio, sed etiam respectu delegati, & est, ac si satisfactum fuisset, maximè facta præsenti, & acceptanti. num. 20. & 21.

Verisimilitudo est maximè amica naturæ, & est valdè potens ad supplendam probationem, quatenùs imperfectam, & ad monendum animum Iudicis. num. 22.

Simulatio arguitur etiam ex amicitia. num. 23.

Identitas personæ vt probetur, debet exprimi nomen cum duobus accidentibus. num. 24.

Personarum diuersitas diuidit, & diuersificat factum, & arguit diuersitatem negotij. num. 25. & 26.

Simulatio vt præsumatur, sufficiunt duæ coniecturæ tantùm. num. 27.

Plus valet, quod agitur, quam quod simulatè concipitur. num. 28.

Decisio LXXXIII.

SArgens Ioannes Chifentes se constituit debitorem Andreæ Barsantini de summa scutorum 600. vt patet ex publico Instrumento rogato manu Egr. Ser Christophori Geminiani de anno 1638., quod creditum fuit redactum ad scuta 80. de anno 1646., quæ d. Sargens promisit soluere Augustino Barsantino, & interim quolibet anno soluere promisit libras 33. pro ipsorum interesse, vt patet ex publico Instrumento manu Ser Ioan. Baptistæ Geminiani sub die 3. mensis Aprilis 1646.

De anno 1649. Presbyter Laurentius de Colis vti procurator hæreditatis d. Augustini constitutus à D. Philippa eius nepte, & hærede d. Augustini egit ad summã scutorum 75. debitorum ab hæreditate eiusdem met Augustini, qui vigore scripti soluere promisit vnà cum interesse, pro quo debito postmodum fuit d. Laurentius conuictus, & condemnatus in Curia Episcopali, vt patet ex actis, quibus &c.

De anno 1653. die 4. Iunij d. Presbyter Laurentius in extinctionem debiti præfati, quod habebat cum d. Hippolyto, ei cessit plura nomina debitorum pro saldo omnium cõputorum vsq. in illam diem, vt patet ex Instrumento in actis exhibito in fine processus sub litera B., quæ credita dictus Hippolytus exegit, vt patet ex eius receptis in processu descriptis.

Qui pariter Presbyter Laurentius vti procurator, vt suprà, vt constat ex Instrumento publico in actis producto 19. Aprilis 1655. cessit Caporali Nicolao Sanctino creditũ prędictũ scutorũ 80. quod ipsi debebat hęreditas præfata Augustini Barsantini cum d. Ioanne Chifenti vigore suprà mentionati Instrumenti anni 1646. qui Nicolaus vti cessionarius præfatus sub die 22. mensis Aprilis intimauit hæredibus d. Sargentis Ioannis præfatam cessionem d. crediti sibi factam ab hæredibus Augustini Barsantini, & illos requisiuit ad sibi soluendum prædictum creditum: & videns d. Caporalis Nicolaus in longum differri eam satisfactionem, citauit d. hæredem Sargentis Ioannis de Chifenti ad dicendum, quarè immitti non deberet in possessionem bonorum &c. & detinendum loco pignoris, & hypothecæ, donec, & quousq. fuisset satisfactus de præfato credito.

Sub die 21. Maij in processu fol. 11. cui &c. comparuerunt Tutores dd. hæredum, & nihil opposuerunt, sed post multum temporis die-

rum

rum spatium obijcerunt, quòd assertum debitum erat extinctum per solutionem factam à Christophoro Rubiginno d. Hippolyto Sanctino ex ordine d. D. Laurentij Coli, vt ex fide d. Hippolyti facta de anno 1655. mense Maij patet; quo non obstante Iudex à quo associationem petitam concessit, & deuoluta causa ad Rotam per viam recursus, fuit in ea dubitatum, an esset benè iudicatum, vel malè recursum, duo ex DD. dixerunt fuisse benè recursum, & successiuè malè iudicatum, Ego autem contrarium dixi, & successiuè benè iudicatum, maléq. recursum.

1 Fuerunt namq. in d. Iudicio per d. Cap. Nicolaum probata illa tria extrema necessaria, nempè creditum suum, possessio Sargentis Ioannis debitoris bonorum, super quibus associatio petebatur tempore contractæ obligationis, & possessio eorundem bonorum à dictis Reis conuentis, *iuxtà notat. per Bart. in l. 1. ff. de Saluian. interdict. Surd. decis. 140. num. 4. Thesaur. decis. 175. num. 2. Merlin. decis. Lucen. 22. num. 3. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 1. cap. 1. & 2. latè Rot. in Romana Salinam 12. Ianuarij 1646. coram bo. mem. Arguelles*.

Quibus enim iustificatis, fundamentum in iure satis clarum apponere primum existi-
2 maui, quòd solutio, vti quid facti, non præsumitur, sed plenè, concludenterq. est probanda à debitore, *iuxtà tex. in l. quingenta ff. de probat. Mascard. eod. tit. conclus. 1318. Honded. cons. 39. num. 47. vol. 2.* cum alijs passim; Cùmquè etiam debitor teneatur soluere suo
3 Creditori, sequitur, quòd solutio facta alteri, quàm vero Domino, iteratò debitor soluere cogitur, *l. si ego ff. de negot. gest. l. si vnus 27. §.*
4 *ante omnia ff. de pact.* Cùm solutio fieri debeat vero Creditori, & non alteri, *Bec. cons. 19. num. 1. & 2. Turret. cons. 59. num. 6. Rot. Ianuen. de-*
5 *cis. 33. num. 6.* quo casu debitor ex suo facto non potest facere, vt Creditores eorum ius non consequantur, neq. ijs præiudicium inferre, *l. debitor 25. Cod. de pact. l. debitorem 15. Cod. de pignorib. & hypothec. Valenzuel. cons. 56. num. 49. tom. 1. Gusman. de euiction. quæst. 34. num. 45. & 49.* latè *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. Glos. 8. par. 7. num. 29. & 57. tom. 2. Anton. Bellon. cons. 36. num. 6. Giurb. decis. 24. num. 4. & decis. 61. num. 21. & decis. 104.*
6 *num. 5.* à quibus subiungitur ratio, quià si aliter diceretur, esset in potestate debitoris Creditores suos fraudare, & eludere contrà ius, *tot. ff. & Cod. quæ in fraud. Credit. &c.* Vndè fit, quòd si heredes prædicti, siuè &c. malè soluerint, iteratò soluere compelluntur vero Creditori.

Neq. obstare mihi visum fuit obiectum; scilicèt, quòd dicta scuta 80. fuerint soluta Hippolyto Sanctino, antequam fieret cessio per D. Presbyterum Coli prædicto Nicolao, & hoc iuxtà ordinem ab ipso datum, qui ordo ex epistola d. D. Presbyteri Laurentij Coli sub data 23. Ianuarij 1652. directa Laurentio Rubigiono, vt solueret d. Hippolyto Sanctino, & ex quadam receputa, seù confessione de recepto per d. Hippolytum Sanctinum, appa-
7 ret; ex quo sequitur, quòd dùm dd. Tutores, siuè hæredes præfati soluerint de mandato Creditoris, statim à debito fuerunt liberati, *per tex. in l. solutam ff. de solutionib.*

8 Quià fuit responsum, quòd præfata oppositio quoad fidem receputæ fact. per d. Hippolytum Sanctinum fuit deducta in iudicio post multos dies moti iudicij, seù litis agitatæ, & consequenter d. fides non carebat vehementi suspicione falsitatis, quià tarditas magnam præbet causam suspicionis, *iuxtà text. in l. si quis fortè in fin. ff. de pœn.* vbi DD. omnes *Cranett. cons. 28. num. 6. & cons. 76. num. 9. Bertaz. cons. 521. num. 28. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. num. 8. & lib. 3. præsumpt. 122. num. 94. Osasc. decis. Pedemontan. 157. n. 9.* latè *Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 153. num. 182.* & fuit firmatum à *Rot. in illa Auenionen. Pecuniaria 18. Martij 1652. coram Reuerendiss. Rotas §. iniustitia verò.*

Secundò quoad assertum ordinem datum à d. R. D. Laurentio de Colis Laurentio Rubigiono, vt solueret d. Hippolyto, cùm ab ipso non fuerit acceptatus, vt patet ex eius epistolis sub die 15. Maij, & 2. Augusti 1652. registrat. in process. fol. 11. 12. & 13., quæ cùm sint posteriores d. asserto ordini dato
8 sub die 3. Ianuarij 1652., negatiua non acceptationis d. ordinis, seù crediti probatur ex illarum inspectione, *ad tradit. per Rot. apud Merlin. decis. 754. num. 6. & 7. tom. 2. & apud Duran. decis. 368. num. 39. & 40. ead. Rot. decis. 85. num. 6. & decis. 216. num. 9. & 10. par. 6. rec.* cum alijs passim.

Tertiò fuit consideratum, quòd tàm præfatus ordo R. D. Presbyteri Laurentij, quàm præfata fides receputæ d. Hippolyti Sanctini, non fuerunt in iudicio legitimè recognitæ, maximè cùm fuerit in processu oppositum, vt patet fol. 9. à terg. & fol. 10. Non poterat difficultari, vt ex ipsis vlla probatio induceretur, *iuxtà dispositionem cap. 97. lib. 1. Statut. Vnin. Luc.* Tantò magis quià ex reuolutione processus apparet, quòd testes fuerunt examinati extrà terminum probatorium, imò nulla priùs assignata dilatione ad probandum contrà itidèm claram dispositionem *Statut. Vnin. Luc.*

10 *Luc. in cap.74. & 76. lib.1.* Quemadmodùm
etiam absq. partis monitione, siuè citatione,
quæ semper requiritur in actù examinationis
testium circà recognitionem, aliàs ipsò iure
redditur nulla, *cap. 2. de testib. Seraphin. de*
priuileg. iuram. priuileg. 3. num.11. priuileg.74.
num.113. Mart. Medic.decis.95.num.37.& 38.
Magon.decis. Lucen.46. num.33. Rot.Rom.apud
11 *Durau. decis. 72. num. 3.* Ideòq. non seruata
forma *Iuris, & Statut.* in recognitione præfa-
ta, dum fuit opposita, *iuxtà decis.Rot. post Zac-*
ch. tract. de obligat. Cameral. decis.131. num. 3.
12 *& 4. Aymon. cons.150. num.2.* sequitur, quòd
si alitèr fiat; in ea nullum potest fieri funda-
mentum, vt in simili fundat *Magon. decis. Lu-*
cen. 9. num. 17.

Quartò fuit consideratum, quòd attestatio,
seù confessio solutionis facta per d. Hippoly-
tum do anno 1655. se referens ad receputam
factam de anno 1652. se fuisse satisfactum vi-
gore prædicti ordinis de dd. scutis 80. nullum
potuit, neq. potest parere præiudicium d. Ni-
colao Sanctino Creditori Instrumentario;
Primò, quià non apparet de d. receputa de
anno 1652., quæ omninò exhibenda venit ad
effectum videndi, an omnia contenta in ordi-
13 ne sint adimpleta, aliàs non attenditur refe-
rens, nec creditur referenti, nisi exhibeatur
relatum *vulgat. tex. in l. asse toto ff. de hæredib.*
instituen. vbi *Bart. Capyc. Latr.decis.106. lib.1.*
nu.70. Egomet in meis ad Surd. addit. decis.114.
14 *à num. 9. cum seqq.* & licèt dicatur, quòd ori-
ginalis receputa sit deperdita; Ideoq. denuò
ipsi oportuit fidem facere de ea, amissio non
præsumitur, nisi ab allegante probetur iuxtà
terminos *l. si quis ex argentarijs §. fin. ff. de*
edend. Glos. in Clementin. fin. §. cæterùm verb.
compellendo tit. de vsur. Rot. apud Baratt. de-
15 *cis. 278. num. 4. 12. & 13.* & consequentèr
ex isto capite d. fides vti se referens, non de-
bet attendi, nisi constet de relato, vt in pun-
cto, & in fortioribus terminis fundatur à *Rot.*
in Romana subhastationis de Alexijs 15. Maij
1648. coram Reuerendiss. Cerro §. quià amissio,
vbi ad saturitatem, & magis in terminis fuit
firmatum in *Bituntina Census 24. Maij 1647.*
coram Emin. Card. Corrado §. primò quià, vers.
quando enim quis intendit gaudere beneficio scri-
pturæ amissæ, debet ante omnia probare illam in
rerum natura extitisse, eaq. forma, & tenore
conceptam, vt si realitèr exhiberi posset, illi om-
ninò profutura esset, & secundò debet probare
fuisse amissam, vide d. decis. quià elegantèr lo-
quitur.

16 Secundò, quià confessio, seù fides solutio-
nis non operatur effectum in præiudicium
Tertij, & ideò d. confessio, seù fides de rece-
pto non arguit per necesse verum actum nu-
merationis, in puncto *Amat. decis. Ferrarien.*
54. num. 7. Cùm illa verba, *Io Hippolito San-*
17 *tino fò fede hauer visto &c.* non concludunt
per necesse receptionē pecuniarū, quià dictæ
confessiones gratificandi animo fieri possunt,
Capyc. Latr. decis. 111. num. 16. & 40. lib. 1.
18 & ideò talis confessio, licèt contrà se pro-
bet, non potest, vt dixi, operari in Tertij
præiudicium, *Rot. in Pistorien. Pensionis 24.*
Nouembris 1603. coram Penia, quæ est in eius
impressis *decis.162. num.7. tom.2.* latè *Barbat.*
cons.27. lib.3. Decian.cons.48. Cuman.cons.183.
Gabr. de solut. conclus.11. num. 20. & 27.

Simulq. fuit consideratum, quòd data vali-
ditate d. ordinis, & confessionis de recepto d.
Hippolyti, cùm tamen non constet de adim-
plemento ipsiusmet ordinis, qui erà conditio-
nalis, nempè vt dum Laurentius Rubigionus
soluat d. Hippolyto, scilicèt, *Dichiaro, che hò*
riceuuto da me Lorenzo Coli &c. à conto d' vn
scritto già riconosciuto &c. & infrà, *acciò detto*
Sig. Santino resti sicuro, & Io sgrauato, vt in d.
ordine in processu fol. 3. & 4. Vndè dignosci-
tur, quòd Christophorus Rubigionus, quando
etiam compræhensus esset sub nomine Lau-
rentij Rubigioni, quod expressè negatur; Cùm
neq. constet interpretatiuè de identitate per-
sonarum, debebat exequendo ordinem præ-
fatum recipere ab Hippolyto Sanctino pro-
missionē indemnitatis ad fauorē d. Presbyte-
ri Laurentij mandantis, prout ordo cantabat;
19 Nàm clara est conclusio, quòd quando solu-
tioni est data forma, ipsa adunguem nisi fue-
rit seruata, soluens non consequitur libera-
tionem, *Gerius Spino cons.23. num.2. lib. 1. So-*
cin. iun.cons. 116. num. 6. cum seqq. lib. 2. Rot.
in Romana fructuum census 22. Iunij 1646. co-
ram Reuerendiss. Cerro §. per obitum, vers. quan-
do enim solutioni, & §. multòq. minus, & fuit
aliàs dictū *in decis. hîc imprim.* quòd cùm non
fecerit soluens, præiudicium euenit d. R. D.
Presbytero Laurentio, qui iterùm de anno
1653. longè post d. assertum ordinem fuit coa-
ctus soluere d. Hippolyto totum suum asser-
tum creditum in longè maiori summa, vt
20 patet ex Instrumento in actis exhibito assi-
gnationis, & delegationis Creditorum, & ab
ipso acceptatorum, quæ cùm habeat vim so-
lutionis, ne dum respectù d. Hippolyti, cui
fuit facta delegatio, sed etiam respectù ipsius
delegati, & est, ac si ipse R.D. Presbyter Lau-
rentius satisfecisset, *l. quamuis 8. §. interdùm*
ff. ad Vellelan. l. inter causas 26. §. abesse ff. man-
dat. l. verbum exactè 187. ff. de verb. signific.
Bertaz. de Clausul. Claus.33. Glos.4. nu. 9. Surd.
decis.23. num.1. & 2. vbi *Ego* latè & *cons.269.*

num.

21 num. 16. & hoc tantò magis, quando, prout hic, est facta præsenti, & acceptanti, *Rot. Ianuen. decis. 2. num. 21. & post Cenc. de censib. decis. 238. num. 3.* cum alijs pleno calamo citatis *per Donad. de renuntiat. cap. 22. à num. 48. 49. 50. 51. & 52. Paul. Staib. iun. resol. forens. decisar. resol. 96. num. 8. tom. 1.* qui loquitur in fortioribus terminis.

Si ergò d. Hippolytus fuit satisfactus per supradictam delegationem ab ipso acceptatam, vt suprà dixi, quomodò ergò poterat facere d. fidem, se fuisse satisfactum vigore prioris ordinis dati à d. R. D. Presbytero Laurentio de Colis, si ipsemet R. D. Laurentius fuit coactus, dictam delegationem, stante declaratione in epistolis facta à d. Hippolyto in illis verbis, *V. S. pensi à darmi altra sodisfattione &c.* de nouo facere, cuius integritati maximè est deferendum, non solùm propter eius dignitatem, sed etiam propter senilem ipsius ætatem; Cùm pro certo habeatur, d. R. D. Presbyterum Laurentium non cessisse, seù tradidisse præfato Nicolao Sanctino dictum creditum contra dd. hæredes Sargentis Ioannis de Chisenti, si pro certo non habuisset, quòd d. Hippolytus fuisset plenè satisfactus per supradictam delegationem, cùm verisimilitudo aliter suadere non possit propter supracitatas
22 qualitates, & d. verisimilitudo est maximè amica naturæ. & est valdè potens ad supplendam probationem quatenùs imperfectam, & ad mouendum Iudicis animum, vt ait *Surd. decis. 325. num. 5. Rot. apud Gregor. decis. 273. num. 4. & 5. & apud Seraph. decis. 1211. num. 3. Amat. decis. 32. num. 21. Coccin. decis. 423. num. 2.*

Et demùm, relictis multis alijs non spernendis fundamentis, fuit vltimo loco consideratum, quòd ordo datus à d. R. D. Presbytero Laurentio de Colis, erat directus Laurentio Rubigiono, prout in processu fol. 2. à terg., non autem Christophoro Rubigiono, prout ipse Hippolytus Sanctinus fatetur in fide facta sub die 10. Maij 1655.; quodq. valdè est notandum ad inducendam præsumptionem simulationis præfatæ fidei factæ tantùm gratifi-
23 candi animo, cùm simulatio etiam arguatur ex amicitia, vt in puncto consuluit *Cranett. cons. 156. num. 11. Rot. decis. 283. num. 12. par. 5. recent. & apud Merlin. decis. 835. nu. 8. tom. 2.* & ad excludendum d. Nicolaum Sanctinum à suo credito verè cesso, & non soluto, quod
24 arguitur, cùm non constet de identitate personarum, quæ ad hoc vt probetur, debet exprimi nomen cum duobus accidentibus, seù indicijs, *Rot. apud Buratt. decis. 338. num. 3.*
25 & ex eo quod diuersitas personarum diuidit, & diuersificat factum, *l. non idcircò in princip. ff. de iudic. Salgad. in tract. labyr. Credit. par. 2.*
26 *cap. 22. num. 141. & 142.* ac etiam diuersitas personarum arguit diuersitatem negotij, *Buratt. decis. 514. per tot. Petr. Noguerol. allegat. 11. num. 148.* & cum supradicta fides Hippolyti non percutiat personam nominatam in ordine, ad quam identitatem probandam debet exprimi nomen cum duobus accidentibus, *Rota apud Buratt. decis. 338. num. 3.* sed di-
27 uersam, præsumitur simulatio tantùm facta ad interuertendum creditum præfati Nicolai, ad quam præsumendam duæ tantùm coniecturæ sufficiunt, *Bart. in l. post contractum 14. num 2. & seqq. ff. de donat. Rot. decis. 283. num. 13. par. 5. & in decis. 11. num. 2. & seqq par. 7. rec.* & fuit dictum in *Firmana Prædij 14. Maij 1640. §. & quod attinet coram bo. mem. Peutingero*, & fuit comprobatum in *Romana Pecuniaria 28. Iunij 1649. coram Emin. Ottobono*, quæ est in eius impressis *decis. 191. num. 3. & seqq. & post Salgad. decis. 8. per tot.* Ideòq. cùm in præsenti non solùm duæ, sed plures adsint coniecturæ ipsam suadentes, vt consideranti patebit, omninò sequitur, cauillationibus denudatis, associationem petitam con-
28 cedendam; Cùm semper attendi debeat regula illa, plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, *tot. tit. Cod. plus valer. quod agit. Ias. in l. cum ea num. 8. Cod. de transactionib. Becc. cons. 52. num. 35. & seqq. Rot. decis. 9. num. 1. par. 3. rec.*

Quibus omnibus non fuit visum obstare obiectum non solutæ gabellæ in præfato contractu cessionis factæ à prædicto R. D. Presbytero Laurentio de Colis præfato Nicolao ad formam *cap. 23. Stat. Vnin. lib.* 1. quia cùm tàm Cedens, quàm Cessionarius sint oriundi de Vicaria, notorium est, priuilegium eis concessum ab Excellentiss. Senatu non soluendi gabellam de aliquo contractu, siuè sit dotis, siuè venditionis, aut donationis, vel alterius cuiusvis modi, per quem transfertur dominiũ.

Neq. etiam in iudicijs ad dicendum quarè inceptis (& est alterum caput) solui datiam, fuit ostensum, & ità practicatum.

Et ità fuit decisum &c.

Ista mea decisio fuit confirmata per prudentissimum, atq. Excellentissimum Aduocatum Octauium Arnolphinium omni virtute præditum, eu, attenta paritate votorum, fuit pro reuisione commissa ab Excellentiss. Senatu, vt constat ex actis Ser Bernardini de Barberijs Cancellarij Excellentissimorum Antianorum in Palatio Residentium die 25. Aprilis 1656.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis, licèt adminiculis munita, an, & quando præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem; & an, & quãdo præiudicare valeat viro, eiusquè Creditoribus, ac Tertio possessori. Dos vt congrua dicatur, quænam sint attendenda, & cur maior tradi potest vni Sorori, quàm alteri. Testes deponentes de auditu, sed non à quo, non attenduntur, præsertim si auditus ortus fuerit post litem motam, & quomodò oriatur ex diuisione bonorum hæreditariorum cum alijs fratribus. Clausula, *Constituti*, quid operetur fauore Constitutarij, & quid apposita in Instrumento census. Soluens Creditori hypothecario anteriori, an, & quando absq. iurium cessione subrogetur in eius locum, & iure retentionis tueri possit aduersus Creditores posteriores.

SVMMARIVM.

Associatio competit habenti ex Instrumento facultatem capiendi possessionem propria authoritate pro fructibus census. num. 1.

Creditor posterior hypothecarius spoliare non potest possessione Creditorem anteriorem pariter hypothecarium. num. 2.

Confessio dotis, præsertim cõstante matrimonio emanata an, & quando præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem, & præiudicare valeat Creditoribus viri. num. 3.

Testes de auditu ab Inducente, interesse habentibus, ac de auditu publicè, nihil probant, & sic nè quidem numerationem dotis. num. 4.

Dotis constitutio non trahit in necessitatem consequentiam matrimonij, cùm matrimonia sine dote consistant. num. 5.

Præstatio alimentorum non concurrens cum alijs vrgentioribus adminiculis, & præsumptionibus non arguit dotis confessæ numerationem. num. 6.

Testes deponentes de auditu, sed non à quo, non attenduntur, maximè quando huiusmodi auditus ortus habere potuerit post litem motam. num. 7. & 8.

Dos maior contingi potest dari Sorori, quàm alteri propter augumentum, vel diminutionem patrimonij dotantis resultantem ex intervallo longitudinis temporis dotationis earum. num. 9.

Publica vox, & fama vt probetur, testes debent deponere, audiuisse à maiori parte populi nominando authores, à quibus audiuerint, adducendo rationes, & coniecturas, ex quibus eadem fama haberi potuerit. num. 10.

Confessio dotis adminiculis, & præsumptionibus munita præsumitur facta in fraudem Creditorum, quando alijs adminiculis, & præsumptionibus contrarijs destruitur. num. 11.

Dos congrua vt dicatur, attendendæ sunt qualitates soluentis, & eius, cui soluitur. num. 12.

Confessio mariti de dote recepta an, & quando ipsi præiudicet, Creditoribus, & Tertio possessori, ità quòd excipi non valeat de non numerata dote. num. 13. 14. & 15.

Confessio dotis quando per legem præsumitur, ipsam emanasse in fraudem donationis, non consideratur à quo, vel cui fiat, sed indifferenter nullius est roboris, & præiudicij circà Creditores. num. 16.

Creditor posterior soluens priori, vt in eius locum subrogetur, licèt nullo facto pacto, subrogatur in locum anterioris. num. 17.

Hypothecaria actio non acquiritur sine cessione facta per Creditorem anteriorem. num. 18.

Soluens si reperiatur in possessione rei hypothecatæ, potest iure retentionis de æquitate se tueri iure anteriori etiam sibi expressè non cesso. num. 19.

Clausula Constituti transfert in Constitutarium possessionem veram, licèt modus sit fictus, & tribuit omne remedium possessorium. num. 20. & 21.

Clausula Constituti in Instrumento census apposita non operatur effectum possessorium, prout in alijs contractibus, nisi in casu cessationis solutionis fructuum. num. 22.

Cessio fit tàm expressè, quàm tacitè. num. 23.

Aditio non obstante repudiatione oritur ex diuisione bonorum hæreditariorum cum alijs fratribus, quando diuisio est à iure, & nomen hæredis fieri non potest. num. 24.

Testis deponens de facto proprio plenè probat. n. 25.

Aditio hæreditatis probari valet per testes singulares. num. 26.

Solutio debiti Testatoris facta à filio facit eum hæredem. num. 27.

Notificatio succedit loco citationis. num. 28.

Sententia in executiuis ex cap. 53. Rot. Luc. an, & quando sit nulla lata extra terminum 20. dierum vtilium. num. 29. & 30.

Terminus expressè Iudici assignatus à Lege, vel à Statuto per verba generalia, & indefinita, & quæ aliqua ratione ambigua reddi possunt, non est sufficiens. num. 31.

Declaratur cap. Rot. Luc. 53. num. 32.

ddd

Deci-

Decisio LXXXIV.

SEntentiam D. Iudicis Prim. Instantiarum, cōfirmantis præceptum de associando obtentum ab Egr. Ser Iacobo de Mottonis pro consequendis fructibus decursis, & non solutis census ab olim Signifero Marco Christophori de Corelio vsq. de anno 1633. constituti, & venditi q. Egr. D. Laurentio de Mottronis d. D. Iacobi patri, in omnibus eius partibus confirmauimus.

1 Cùm de credito censuum decursorum, pro quibus fuit petita, & obtenta associatio in possessione fundi censiti, de qua facultate apprehendendi propria authoritate dictam possessionem dubitari non possit, stante quod de hisce omnibus apparet publicum Instrumentum confectum de dicto anno 1633. sub die 3. Nouembris, cuius vigore ex causa census competit D. Iacobo creditori remedium intentatum, vt post alios, quos allegat, firmat *Rota coram Bichio in Romana census 26. Iunij 1647. num. 3. & 4.* quæ est *decis. 16. impressa post Salgad. in labyrint. Credit.*

2 Nec obstat hypothecæ anterioritas pretensa à Signifero Io. Baptista filio prædicti Marci pro credito dotis D. Camillæ eius vxoris originem habente vsq. de anno 1631. & sic per duos annos ante census constitutionem, cuius vigore fuit institum D. Iacobo creditori posteriori esse denegandam actionem contra ipsos Iugales creditores anteriores, ad effectū præsertim eos spoliandi possessione illorum bonorum, quæ pro eorum anteriori hypothecario credito possident, *ad tradita per Bart. in l. gerit ff. de acquir. hæred. Gabr. cons. 41. num. 1. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 844. num. 1. & decis. 539. num. 6. par. 4. recent.*

3 Quia non satis constare visum fuit de prætensæ dotis præfato credito, cùm ad illud iustificandum non fuerit exhibitum aliud, nisi Instrumentum confessionis de recepto, quæ simplex confessio non probat in præiudicium creditorum anteriorum, siuè posteriorum; nisi aliundè constet de vera, & reali numeratione, vel adminiculetur confessio ex præcedentis dotis promissione, aut ex verificatione solutionis aliquarum partitarum summæ confessatæ: & præsertim quando confessio, prout in occurrenti casu, emanauit constante matrimonio, quia tunc præsumitur facta in fraudem donationis prohibitę inter virum, & vxorem, tàm de iure Communi, *l. 1. & 3. §. sciendum ff. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. 2. §. creditum sub num. 5. ff. si cert. petat. Mart. Medic. decis. Sen. exam. 5. num. 35. & 40. Rot. decis. 683. num. 2. par. 2. recent. & post Merlin. de pignor. decis. 23. num. 3. & coram Greg. XV. decis. 67. num. 4. & 7.* quàm de iure Municipali *in cap. 24. lib. 2. Stat. Vrnu. Luc.*

4 Nec obstant depositiones testium ad probandum realem numerationem, & solutionē pro Io. Baptista inductorum, & examinatorū, quia cùm primus, & secundus deponant de auditu ab ipsomet inducente, à Marco eius patre, & ab alijs interesse habentibus, & testis de auditu publicè nihil probat, *Farinac. qu. 69. num. 1. & seqq.* cum alijs per eum relatis.

Minusq. releuantia visa fuere adminicula adducta ad adiuuandum, & adminiculandam eandem dotis confessionem, quòd scilicèt ad eius computum fuerint soluta scuta centum, vt ex recepta confecta manu Signiferi Marci patris Io. Baptistæ; matrimonia regularitèr non esse solita contrahi sinè dote; quod à Io. Baptista, & Marco eius patre fuerint præstita alimenta D. Camillæ eorum vxori, & nurui respectiuè; congruitas dotis confessatæ; & publica vox, & fama de præcedenti promissione, & subsequenti eiusdem dotis numeratione.

Nam primum de solutione partis eiusdem dotis (quod esset efficacissimum, si iustificaretur) non potest attendi, & ex facto tollitur, quoniam ex dicta recepta non probatur numeratio, sed tantùm confessio de recepto, quæ non potest esse maioris probationis & efficaciæ ipsomet Instrumento confessionis receptæ dotis per rationes, & iura proximè allegata.

5 Alterum consuetudinis cōtrahendi matrimonia sinè dote de per se, nullius, aut parui ponderis est, cùm dotis constitutio non veniat in necessariam consequentiam matrimonij, ex eo quod matrimonia sinè dote subsistunt, *l. vlt. de repud. l. fin. Cod. de donat. ante nupt. Magon. decis. Luc. 76. num. 6. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 36. Gratian. discept. forens. cap.*
6 *567. num. 14.* prout etiam tertium præstationis alimentorum, cùm ambo non nisi in concursu cum alijs vrgentioribus adminiculis, & præsumptionibus soleant *à DD.* & præsertim *à Rot. Rom.* haberi in consideratione, *Mart. Medic. decis. Senen. 80. num. 33. Buratt. decis. 108. num. 3. Rot. decis. 683. num. 13. par. 2. recent. & decis. 23. num. 18. post Merlin. de pignor. idem Merlin. lib. 3. tit. 2. quæst. 58. num. 123. & 124.*

Quartum congruitatis dotis, quod deducebatur ex alijs dotibus eiusdem quantitatis receptis per sorores D. Camillę vxoris Io. Bapti-
7 stæ, non fuit probatum, attento quòd duo pri-

mi teſtes eiuſdem Ioan. Baptiſtæ ſuper 4.& 5.
capit. pro eius parte productis deponunt tan-
tummodò de auditu, & non adducunt à quo
audiuerint, & propterea non ſunt attendendi,
Magon. deciſ. Luc. 74. num. 6. Farin. de teſt. qu.
8 *69. n. 2.* Maximè cùm huiuſmodi auditus po-
tuerit euenire poſt litem motam, & ſic in
9 fraudem, *Dec. conſ. 82. num. 1.* Tertius ſuper
iiſdem articulis dicit ignorare quantitatem
præciſam dotium Brigidæ, & Magdalenæ ſo-
rorum Camillæ, & in omnem caſum propter
augumentum, & diminutionem, quod patri-
monium Dotantis potuerit recipere, non fuiſ-
ſet inconueniens, quòd vni ex ſororibus ma-
ior, vel minor dos eſſet data, quam non fue-
rit data alteri, dum longum tempus inter-
ceſſit inter deſponſationem vnius, & matri-
monium alterius, vt conſiderat *Honded. conſ.*
24. num. 64. lib. 2.

10 Quintum deniq. adminiculum publicæ vo-
cis, & famæ ceſſat paritèr in facto, nàm pri-
mus, & ſecundus teſtis interrogati ſuper *6. 7.*
8.& 9. articulis ſuper prædicta voce, & fama
de loco, tempore, & conteſtibus deponunt ſe
non recordari; & tertius deponit de ſe teſte
tantùm, & propterea non attendendi, cùm ad
effectum probandi publicam vocem, & famã,
opus ſit, quòd teſtes deponant audiuiſſe à ma-
iori parte populi, nominando authores, à qui-
bus audiuerint, adducendo rationes, & con-
iecturas, ex quibus eadem fama ortum habe-
re potuerit, *Bart. in l. de minor. §. plurimùm nu.*
19. & ſeqq. ff. de quaſt. Lepid. deciſ. Luc. 24. col.
2. & dec. 127. col. 4. Merlin. deciſ. Luc. 34. num.
12. Borgn. deciſ. 3. num. 22. par. 2.

11 Et ex his fuit viſum, Io. Baptiſtam iuuari nõ
poſſe regula illa, quòd plures præſumptiones,
pluraq. adminicula coniungantur, adeò quod
quæ ſingula non proſunt, ſimul vnita iuuent,
cùm ad hunc effectum requiratur, quòd vna-
quæq. præſumptio de per ſe ſit concludentèr,
& perfectè probata; id autem ex ſuprà dedu-
ctis non verificabatur in præſenti caſu, imò
pro D. Actore non deſinebant coniecturæ, &
vrgentes, ex quibus deſumebatur inuerìſimi-
litudo dictæ dotis, inter quas præcipua erat,
quòd de huiuſmodi ſumma notabili dotis ſo-
let confici ſcriptura publica, vel priuata, vt
etiam deponit tertius teſtis Io. Baptiſtæ ſuper
tertio interrogatorio; altera quòd ex proceſ-
ſu apparet, eundem Io. Baptiſtam, & eius pa-
trem tempore receptæ dotis non habuiſſe bo-
na propria æquiualentia doti confeſſatæ, &
quòd non conſtat de alienationibus per eos
poſtea factis, & propterea tantò magis præ-
ſumitur aſſerta confeſſio facta in fraudem cre-
ditorum, vt animaduertit *Mantic. de tacit. lib.*
11. tit. 20. num. 37. & ſtante, quod non ap-
12 paret, ipſos habuiſſe in bonis valorem æqui-
ualentem, illa dos ſcut. 300. præſumitur ex-
ceſſiua, & inuerìſimilis, & conſequentèr con-
feſſio nullius momenti, vt ponderat *Rot. deciſ.*
683. num. 6. par. 2. recent.

13 Neq. prædictis obſtare viſum fuit, quòd ex-
aduerſo replicabatur de lapſu temporis à le-
ge præſcripti ad excipiendum de non nume-
rata dote, quæ operatur, vt etiam nuda, &
ſimplex confeſſio præiudicet, tàm marito,
quàm creditoribus anterioribus, ſiuè poſte-
ribus, *per Gloſ. in l. 1. verb. facit Cod. de dot. non*
numer. Bart. in l. aſſiduis num. 11. Cod. qui potior.
in pign. hab. Crauett. conſ. 4. num. 6. Gratian. di-
ſcept. foren. cap. 362. num. 16.

14 Nàm vltrà quòd opinio *Gloſæ, & Bartoli*
reſpectù creditoris, & maximè docentis de
ſuo credito per realem numerationẽ, eſt valdè
controuerſa, & contrariam opinionem vti ve-
riorem amplexa fuit, *Rot. Rom. in d. dec. 683.*
num. 11. par. 2. rec. prout refert, & plura, alio-
rum auctoritate, congerendo firmat, & ſequi-
tur *Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. qu. 17. num. 6.*
15 *& 7.* & forſan procedere poſſet in caſu, in
quo appareret, dotem fuiſſe confeſſatam ſub
ſpe futuræ numerationis, non autem quan-
do fuit dos confeſſata animo donandi, prout
eſt caſus noſter, tunc enim non attenditur
lapſus biennij; prout nec locum habet prædi-
cta exceptio non numeratæ dotis, *Felin. in cap.*
ſi cautio num. 56. in fin. de fid. Inſtrum. Rol. conſ.
4. num. 23. & 31. lib. 4. Rebuff. de chirog. &
ſched. art. 2. aliàs *93. num. 54.* & benè declarat
Rot. deciſ. 22. num. 6. poſt Pacif. de Saluian. in-
terdict. & coram Greg. deciſ. 67. num. 6.

Nec ex eo quod confeſſio dotis in caſu, de
quo agitur, facta fuerit per maritum, & ſoce-
rum non ipſi vxori, ſed eiuſdem patruo, ſubla-
tam dici poſſe cenſuimus præſumptionem do-
16 nationis, nàm quando lex indiſtinctè præſu-
mit, confeſſionem emanaſſe in fraudem dona-
tionis, prout præſumit *Scat. in prœallegato cap.*
24. lib. 2. tunc non intereſt à quo, vel cui fiat,
ſed indifferentèr nullius eſt roboris, & præiu-
dicij circà creditores, vt tradunt *Bellon. ſen.*
conſ. 48. num. 6. & 7. Rimin. iun. conſ. 411. nu.
10. 24. & 25. Rot. in ſæpiùs citata deciſ. 683.
num. 2. in fin. par. 2. rec. & tantò magis, quia ex
Inſtrumento conſtat, dictam confeſſionem fa-
ctam fuiſſe R. Michaeli, & Notario pro vxore
acceptantibus, & propterea perindè habenda
ſit, ac ſi ipſi mulieri facta fuerit.

His omnibus accedat, quòd ſi inſpiciantur
origo, & cauſa creationis cenſus, cuius vigore
actum fuit pro parte D. Iacobi, dos per d. Io.
Baptiſtam, & vxorem prætenſa, dato, quòd de

illa

illa legitimè constaret, censenda esset posterior ipso censu; nàm cùm Signifer. Marcus vtq. de anno 1628. remansisset debitor olim D. Io. Maffei, & posteà Egreg. D. Augustini Maffei vtì prædicti D. Ioannis hæredis fideicommissarij de scut. 300. pro residuo pretij bonorum per ipsum, vt suprà emptorũ, dictũ censum super eisdem bonis imposuit, ac supradicto D. Laurentio pro totidem scutis 300. vendidit, vt ex illis debitum persolueret, & bona liberaret, vt apparet ex publicis Instrumentis in processu productis; Nàm ipse
17 D. Laurentius, qui propriam pecuniam in hunc effectum erogauit, subintrauit in ius, & hypothecam, quæ D. Ioanni venditori competebant; Itaut iura, quæ habet D. Actor super bonis censuatis metienda sint non à tempore stipulationis Instrumenti census, sed à die venditionis factæ per D. Ioannem Signifero Marco, vt tradit in puncto post alios, quos allegat *Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 3.*

18 Et quamuis regularitèr sinè cessione facta per anteriorem creditorem hypothecaria actione non succedatur, *ex traditis per Glos. & DD. in l. 1. verb. non accepisse Cod. de his, qui in prior. cred. loc. succed. & Carleual in d. disp. 35.*
19 *num. 12. & seqq.* Attamen quando is, qui soluit reperitur in possessione rei hypothecatæ, potest iure retentionis de æquitate se tueri inre anteriori, etiam sibi expressè non cesso, vt benè *per Rot. coram Mantic. decis. 69. num. 3. Franc. decis. 134. per tot. Iuerigliol. decis. 28. num. 6. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 190. num. 3.* & fuit latè firmatum suprà *decis. 2. à num. 5. cum plurib. seqq.*

20 Nec in proposito de possessione D. Iacobi videbatur dubitandum ex clausula *Constituti*, dequa in Instrumento census, quæ transfert in constitutarium possessionem veram, licèt modus sit fictus, *Giurb. decis. 112. nu. 13. Mart.*
21 *cons. 146. num. 6.* & tribuit eidem omne remedium possessorium, *Roman. cons. 26. num. 19. Aldou. cons. 69.*

22 Et quamuis clausula, *Constituti*, in Instrumẽto census nõ operetur effectum possessoriũ indistinctè, prout in alijs contractibus; attamen ad effectum, de quo in præsenti, nempè in casu cessationis solutionis fructuum, est eiusdem virtutis, & efficaciæ.

Accedebat, quòd cessio saltem tacita, & virtualis ex parte D. Augustini intercesserat, nam in secundo Instrumẽto Magnif. Ser Christophori Geminiani de anno 1633. sub die 19. Decembris, non solùm dicitur pecunias sibi per Signiferum Marcum solutas, fuisse easdemmet ad censum à d. D. Laurentio accepptas, consentiente d. Ser Augustino, & præsente, & acceptante d. D. Laurentio, sed vltimus dictus Ser Augustinus promisit non molestare in bonis censuaris d. D. Laurentium pro interusurijs, seù fructibus decursis, & non solutis, quod ferè est, ac si dixisset, eum ponere in locum suum: neq. enim ad alium effectum, præterquàm ad reportandam tacitam cessionem à D. Augustino, fuisset necessaria præsentia D. Laurentij in actu inter alios celebrato, & multò minus expressio, quòd pecuniæ, quæ soluebantur, essent ipsæmet, quas Marcus à
23 D. Laurentio acceperat, certi enim iuris est, tàm expressè, quàm tacitè cessionem fieri, prout in fortioribus animaduertit *Cyriac. controu. 338. num. 12. & seqq.*

Irreleuantem paritèr iudicauimus alterã exceptionem per Io. Baptistam oppositam, nempè repudiationis hæreditatis paternæ per ipsum factæ, sub cuius clypeo, negando se esse hæredem, prætendebat se tueri.

24 Nàm quamuis instrumentalitèr Io. Baptista paternam repudiauerit hæreditatem, facto tamen in illa se immiscuisse nobis cõstitit ex processu, tùm quià statim secuta morte patris, bona paterna tàm mobilia, quàm stabilia partitus est cum suis fratribus, vt deponunt testes pro parte D. Iacobi examinati, ex quo actu hæreditario resultat aditio, cum citrà ius. & nomen hæredis fieri non possit, *Mascard. de probat. concl. 46. num. 1. Merlin. decis. Luc. 49. num. 5. Cornaz. decis. 112. num. 7.* tùm etiam quià debitum, de quo agitur, ex causa census agnouit, & partem debiti soluit, vt de-
25 ponit secundus ex testibus D. Actoris super tertio artic. qui cùm deponat de facto proprio, plenè probat *Lepid. decis. 33. vers. & licèt, Merlin. decis. Lucen. 30. num. 12.* vbi plures
26 alij cumulantur: iuncto præsertim quòd aditio etiam per testes singulares potest probari, vt *per Mascard. concl. 52. num. 2. & seqq.*

27 Quòd autem solutio debiti Testatoris facta à filio faciat eum hæredem, est omnibus in cõfesso, vt tradunt *Mascard. de probat. conclus. 41. n. 29 Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. num. 80.* & est *tex. in l. 2. Cod. de iure deliberandi.*

Ex quibus etiam cessat in facto prætensa nullitas præcepti de associando cõfirmati per D. Iudicem, à quo, eo quià fuerit relaxatum, & executum cõtrà tertium possessorem absquè præcedenti citatione.

Siquidèm ex prædictis apparet, Io. Baptistã, contra quem vti hæredem Marci patris petita fuit associatio, fuisse, & esse verè talem, & non tertium possessorem, nec potuisse, aut posse eius vxorem possidere bona, de quibus agitur, ex asserto titulo dotis, cùm nondum restitu-

tionis

tionis illius casus euenerit per mortem viri, aut vergentiam eiusdem ad inopiam.

Vltrà quòd huiusmodi mandatum de associando conceditur passim absq. vlla præcedenti citatione contrà possidentem, etiam tertium, nullamq. causam habentem à debitore, cùm ipsius tertij iuribus satis consultum remaneat per clausulas *saluo iure cuiuslibet ter-*
28 *tij*, & subsequentem notificationem, quæ loco citationis succedit, vt firmat *Magon. decis. Luc.* 87. *num.* 16. 17. 18. *&* 19.

29 Demùm non subsistere visa fuit prætensa nullitas sententiæ D. Iudicis à quo, ex eo quòd lata fuerit iamdiù lapsis 20. diebus vtiliter, intra quos *ex cap. Rotæ* 53. dispositione terminati debent causæ executiuæ, & sic extra instantiam.

30 Quamuis enim *d. cap.* 53: in principio vtatur verbis illis indefinitis, nè causæ executiuæ protelentur, eius tamen dispositio intelligenda non est indefinitè, & vniuersalitèr de quibuscunq. causis executiuis; Nam sic compræhenderet causas caducitatis, & sequestrorum in executionem publicorum Instrumentorum intentatas, quæ tamen compræhenduntur *sub cap.* 52. prout paritèr compræhenderet causas super recognitionibus scripturarum, quæ nihilominus regulantur secundùm formam *cap.* 43. *Rot.* sed restringenda, & limitanda est infrà terminos casuum inferiùs expressorum, nempè quando causa incepta fuit à citatione, vel executione personali, mediante captura, vel præda, vt patet ex verbis illis, *Et incipiat instantia prædicta die prima, qua partes in Iudicio comparere debuissent, si à citatione fuerit inceptum, seù à die data, & notificata fideiussionis, si ceptum fuerit ab executione:* quem sensum faciliùs amplecti debuimus, quòd ad effectū, vt dici possit Iudicem sententiasse in aliqua causa extrà instantiam, oportet, quòd *per statuta, vel capitula Rotæ* talis instantia reperiatur expresè præfixa, & assignata, vt apertè elicitur ex illis verbis *cap.* 43. *Rotæ*, & vbi ex-
31 presè non est assignatus Iudici certus terminus ad pronunciandum quando, aut aliquid expresè apparere requiritur à *Lege*, vel *Statuto*, expressio per verba generalia, indefinita, & quæ aliqua ratione ambigua reddi possint, non sufficit, vt notat *Gabr. commun. concl. tit. de claus. concl.* 5. *num.* 23. cum alijs, quos refert *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 455. *num.* 25.

32 Cùm igitur causa, de qua agebatur, non esset de expressis in *d. cap.* 53.: nec in aliquo alio *Statuto*, cùm non inceperit à citatione, neq. à captura, neq. à præda, sed ab executione merè facti, mediante appræhensione possessionis in vim pacti executiui, & præcepti de associando, non poterat censeri sub dispositione ipsius *cap.* 53. sed regulanda erat secundùm formam præallegati *cap.* 45. *Rotæ* nuncupari *ad excitandam*, quarum nempè instantia est trium dierum vtilium tantùm, & incipit à die petitionis factæ de sententia cum protestatione ipsius *cap. ad excitandam*, prout in casibus nostris omninò similibus fuit pluriès per hanc Rotam decisum, & signantèr *per Zuccar. decis.* 35. *& de anno* 1641. *in causa Confraternitatis SS. Francisci, & Mariæ Magdalenæ*.

Sed prædicta ex abundanti sint dicta, cùm pars non institerit pro decisione huius articuli intra tres dies vtiles *iuxtà dispositionem cap.* 31. *Rotæ*, attento quòd pronuncia super non peremptione instantiæ est merè interlocutoria, præcedens sententiam diffinitiuam, sola nobis competijt iurisdictio circà merita causæ, & iustitiam, vel iniustitiam sententiæ D. Iudicis à quo, validitate illius iam in iudicatum transactæ. Et ità fuit decisum &c.

ARGVMENTVM.

Locatio, seù emptio rei propriæ scientèr, aut ignorantèr facta, an sustineatur etiam quoad possessionem, quando possessio auocari potest per actionem spolij, & an in dubio quis præsumatur ignorare esse rem propriā. *Statutum* si in conductione prohibeat, nullas allegari posse defensiones, an proponi valeant, quæ *incontinenti* deducuntur, & an intrusio locandi præiudicare possit hæredibus absentibus, minoribus, & ignorantibus, ad præsumendum simulationis contractum, & agens remedio. *l. Conductores Cod. locat.* quid probare debeat, & quando illud intentare possit. Possessio est manutenibilis per Clausulam *Constituti*, & an idem procedat in detentatione, & quando persona est mutata. Nullitas an, & quando opponi valeat, etiāsi per *Statutum* prohibeatur de nullitate dici. Dolus an, & quando dicatur inesse in locatione rei propriæ. Simula-

tio

tio in alienationibus an, & quando probetur, quamnam causam requirat, & ex quibus excludatur. Confinium expressio an, & quando inducat concessionem totius intrà fines demonstrati. Quietatio generalis quomodo sit extendenda. Ciuis quandonam quis dicatur, ad hoc ne veniat sub nomine forensium, & gaudere valeat honoribus Ciuitatis, & de alijs ad materiam.

S V M M A R I V M.

Appellatione partis non venit totum. num. 1.

Agens remedio l. Conductores Cod. locat. probare debet, in locatione contineri id totum, quod petit. num. 2.

Agens ad bona, vel ad ipsum spectantia, probare tenetur, quæ, & quanta sint illa bona spectantia. num. 3.

Conducens ignoranter suam rem non conuenitur remedio l. Conductores Cod. locat. num. 4.

Ignorantia præsumitur in hærede, vel successore in alterius Ius. num. 5.

Dominium rei propriæ vt quis amittat, accipiendo eam tanquam alienam, necesse est, quod scienter faciat id, & non ignoranter. num. 6.

Locatio, seu emptio consistit eisdem regulis, & si sit facta rei propriæ, siue ignoranter, siue scienter, non valet, nec subsistere potest quoad possessionem. num. 7. 8. & 9.

Emptio seù locatio rei propriæ siue scienter siue ignoranter facta, non valet nec quoad possessionem, quando possessio auocare potest per actionem spolij. num. 10.

Conductionem esse rei propriæ, in dubio magis præsumitur quis ignorare, quàm scire. num. 11. & 12.

Conductor debet prius restituere rem conductam, & posteà litigare de proprietate. num. 12.

Agens remedio l. Conductores &c. non potest obijci exceptio dominij, nisi notoriè constet de dominio Conducentis. num. 13.

Detentor quando petit ipsam possessionem, potest de eo agi in manutentionis iudicio. num. 14.

Instrumentum publicum facit probationem probatam. num. 15.

Notorium inducitur per confessionem, vel rem iudicatam. num. 16.

Possessio auferri non potest ab illo, qui se Dominum ostendit. num. 17.

Clausula Constituti transfert possessionem manutenibilem. num. 18.

Detentatio habetur pro possessore, & habet remedia possessoria retinendæ, & recuperandæ. num. 19.

Possessio ab Emptoribus acquisita, & titulus non mutantur, mutata persona. num. 20.

Conductor à Statuto prohibitus nullas allegare posse defensiones, non prohibetur proponere, quæ incontinenti ex publico Instrumento deducuntur. num. 21. & 22.

Nullitas notoria nec à Statuto, nec à Principe sublata censetur, & plus est, quàm defensio, imò non defensio, sed offensio. num. 23.

Nullitas dolosa opponi potest, etiamsi sub defensionis appellatione per Statutum prohibeatur de nullitate dici. num. 24.

Dolus inest in locatione quoad partem prius venditam, tanquam de re aliena in præiudicium veri Domini hæredis propriam rem ignorantis. n. 25.

Dolosus dicitur tacens ad proprium commodum veritatem hæredi ignoranti. num. 26.

Dolus vbi adest, actus ipso Iure est nullus. num. 27.

Possessio iniusta contra rei Dominum non est manutenibilis, nullumque possessorium ius tribuit. num. 28.

Alienationis simulatio probatur, quando alienans permansit in possessione post alienationem. n. 29.

Exceptio clara non efficitur altioris indaginis, neque est reijcienda, si illud, quod est discutiendum, venit ex partis replicatione. num. 30.

Simulationis replicatio in possessorio non est discutienda. num. 31.

Contractus simulatio, deficiente simulandi causa, opponi nequit. num. 32.

Causa simulationis contractus debet esse certa, idonea, & multum verisimilis. num. 33.

Simulatio excluditur ex veritate, ac pretij solutione. num. 34.

Simulatio tollitur ex publico, & inuato Instrumento tribuente dominium, & possessionem Emptori, eiusque hæredi, & ex actuali pecunia numerata, replicanti de simulatione. num. 35.

Iuramentum suscepitur in venditionis contractu operatur, vt de simulatione excipi nequeat. n. 36.

Intrusio locanti non valet præiudicare hæredibus absentibus, minoribus, & ignorantibus, ad simulationem venditionis præsumendam. num. 37.

in Pensione excessus arguit insolitam, non vsurariam & fictionem, ac simulationem. num. 38.

Confinium expressio facit, vt quicquid intra fines demonstretur, censeatur concessum, quando tota res est in dominio Concedentis. n. 39.

Identitas requirit speciales demonstrationes, quæ alijs bonis conuenire non possunt. num. 40.

Locatum non præsumitur omne id, quod continetur intra fines descriptos.

Confinia non videntur concludentia pro animo locationis intentione, quando ex Instrumento emptionis per duas, aut tres demonstrationes ostenditur intra fines, in alio Instrumento locationis adnotatos, adesse acquisitā partē rei locatæ. n. 41.

Quæ-

Quietantia generales non extenduntur ad non specificata, ignorata, & incognita. num. 42.
Quietatio, & liberatio est stricti Iuris, & strictissimè intelligenda. num. 43.
Ignorantia de Instrumento acquisitionis sufficit ad impediendam remissionem, de qua agitur. n. 44.
Statutum Luc. lib. 2. cap. 24. *prohibet forensi contrà Ciuem acquisitionem bonorum immobilium existentium in Ciuitate Lucensi, etiam per vltimam voluntatem. num. 45.*
Forensis non dicitur, qui domicilium habet, et domum apertam, & aliquid possidet, vxoremq. duxit. num. 46.
Statutum loquens de Ciuibus habet locum in habente domicilium. num. 47.
Domicilium, seù incolatus contrahitur in loco ex decennali habitatione. num. 48.
Fisco non opponente, non potest alius de Iure Fisci excipere. num. 49.
Emptoris hærede excluso sub forensitatis prætextu, pretium priùs reddendum esset hæredi, qui rem interim retinet. num. 50.
Stat. Luc. cap. 12. lib. 6. *declaratur circà forensium Ciuilitatem. num. 51.*
Forensis non potest gaudere dignitatibus, magistratibus, honoribus, & omnibus officijs Lucensis Communis, & Ciuitatis. num. 52.

Decisio LXXXV.

Domina Isabella Arena vidua de anno 1651. Carolo Antonio Leonardio locauit, *Tatta la parte del sito ad vso d' hosteria, che spetta alla Signora Isabella posto in Lucca &c. confinano la via, beni dello sp. Martini, e beni del Conduttore*, pro annua pensione scutorum 60.

Contrà quem currente anno 1653. præceptum de dimittendo obtinuit, hoc est, *Tutta quella parte del sito, che serue ad vso d' hosteria della Fratta spettante alla detta Signora, nella quale sono vn' andito per ingresso dell' hosteria, vna cucina, vna sala, cinque camere, vno flambugio, & cinque cantine, confinano beni del Conduttore, beni del Sig. Martini, hora di detta Locatrice, e la via publica.*

Opposuit Carolus Antonius hospitij partis se esse Dominum vel filium, & heredem Ioannis Petri Genitoris hæredis Ioannis Baptistæ fratris cum solemnitatibus, & Iudicis decreto, ab ipsa ementis illam pro scutis quingentis partim numeratis, partim bonificatis, vigore publici, & iurati Instrumenti cum clausula *Constituti* de anno 1624., nec non hanc partem scientèr saltem haud conduxisse, vt ad eā euacuandam cogi possit; Deindèq. illorum mortem, & propriam à Io: Petro descendentiam, ac eius patrem fuisse Io. Baptistæ hæredem, & ab hac Vrbe obitus Patris sui tempore de anno 1631. circitèr absentiam, ac in illis diebus minorem suam ætatem demonstrauit.

Aliam verò partem ad D. Isabellam spectantem, quam locasse asseruit, dimittere, & relaxare paratum in processu fol. 37. se exhibuit.

A præcepti confirmatione, quam Perillustris D. Iudex decreuit, fuit recursum, & dubitatum an Decretum esset confirmandum, vel infirmandum.

Et pro reuocatione fuimus in voto, quoad partem alienatam, scilicèt, *La camera sopra la loggia dell' entrata della Casa dell' Venditori, con vno flambugio, vna sala in cima di scala, oue si và di sopra all' hosteria, vna camera à lato, un' altra, che risponde verso l' horto sopra la cucina, l' entrata della bottega con la cucina, & cinque cellieri sotterranei*, & reliquam hospitij partem de itribus Locatricis iuxtà Conductoris obligationem restituendam esse.

Nam ex Instrumento de totius hospitij locatione non apparet, sed de parte ad eā pertinente. Ergò pars, Ioanni Baptistæ Caroli Antonij patruo vendita, non fuit compræ-
1 hensa; Cum totum partis appellatione non veniat, *l. qui solidum 78. in princ. ff. de leg. 2. l. nomen filiarum §. portionis, & l. rectè §. finali ff. de verb. signif. Surd. decis. 102. num. 11. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. omnia, vel partem num. 8. Cod. de reuoc. donat. Sim. de Praetis de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 7. num. 7. fol.* 388. *Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 24. Rota Rom. coram Merlino decis. 578. n. 6. tom. 3.*
2 Hinc est, quòd agens remedio *l. Conductores Cod. locat.* probare debeat in locatione contineri totum id, qnod petit, *Rota coram Coccino decis. 55. num. 1. & 2. decis. 207. num.*
3 *1. & 2.* Et probare quæ, & quanta sint illa bona ad Locatricem spectantia, *Rota decis. 295. num. 4. par. 1. rec.*
4 Additur quòd quando quis ignorantèr sua rem conducit dictæ legis remedio non conueniatur, *Vrsill. ad Afflict. decis. 12. num. 8.* sicuti Carolus Antonius ignorans fecisset, si ambas partes conduxisset.
5 Et Instrumenti ignorantia præsumitur in eo, in quo scientia non probatur, si est hæres, aut in alterius ius successit; *l. qui in alterius*, & ibi *DD. ff. de reg. iur. Cyriac. controu. 257. num. 22. cum sequent. & controu. 261. num. 41. & controu. 388. num. 26. Rota decis. 60. num. 7. post Zacch. de oblig. Camer. Ludouis. decis. 511. num. 28. Rota decis. 257. num. 3. decis. 258. num. 3. decis. 259. num. 7. post Staeil. de Saluian. Durand. decis.*

decis. 436. num. 9. & 10. Rota decis. 538. num. 4. par. 3. recent. & decis. 914. num. 4. apud Posum.

6 Quamobrem dominium, vt quis perdat rei
propriæ, accipiendo eam tanquàm alienam,
necesse est, quòd scientèr, non ignorantèr id
faciat, *l. qui rem propriam 20. l. ad probatio-
nem 23. Cod. de locat. & conduct. l. res tua 18.
Cod. de rei vindicat. l. sub prætextu 29. in fin. C.
de transact. l. seruum 22. Cod. famil. ercisc. l. in-
ter officium 54. ff. de rei vindic. l. etsi 15. §. fin.
ff. de contrah. empt. l. mater 19. §. cæterùm,
vers. nec enim quæ ff. de inoff. testam. Cyriac. con-
trouers. 139. num. 40.*
7 Imò locatio, seù emptio rei propriæ, quæ
eisdem consistunt regulis. *l. 2. in princ. ff. locat.
& conduct. & instit. eodem in princ. Mantic.*
8 *de tacit. lib. 5. tit. 1. num. 1.* Siuè ignorantèr,
siuè scientèr facta, non valet, *l. sua rei in verb.
sciens ff. de contrah. empt. Mantic. de tacit. lib. 5.
tit. 3. num. 3.* dicens de communi opinione.
9 Nec quoad possessionem sustineri potest,
iuxta text. in l. si in emptione §. rei suæ ff. de con-
10 *trah. empt.* Quia dùm per actioné spolij pos-
sessio auocari poterat, nec possessionis ratio-
ne locatio, vel emptio valida fuit, *Bart. d. §.
rei suæ & Rot. coram Durano decis. 64. num. 8.
& 9.*
11 Et si in dubio magis præsumitur quis igno-
rare, quàm scire rem suam conduxisse, *Bald.
in l. ad probationem num. 7. in vers. quæro si In-
strumentum, Cod. de locat. & conduct. Natt cons.
36. num. 2. Mantic. d. tit. 3. num. 4.*
12 Non obstat, quòd finita locatione Condu-
ctor nec dominium, nec possessionem Locan-
ti controuertere possit, & rem locatam di-
mittere teneatur, *l. si quis conductionis Cod. de
locat. & conduct. Cyriac. controuers. 60. num. 7.
Merlin. Pignatel. controuers. forens. cap. 90. tom.
1. Rota coram Merlino decis. 376. nu. 1. Rubeus
in annotat. ad decis. 420. num. 45. cum sequent.
par. 4. recen. tom. 2.* & sancitur *per Stat. Vrum.
Luc. lib. 1. cap. 167.*
13 Etenim respondetur, quòd etiam si pars
vendita in locationis Instrumento compræ-
hendi videretur; Nihilominùs dominij exce-
ptio Locatrici opposita, cùm sit clara, & noto-
ria, ad repellendum ab agendo in omni pos-
sessorio quoq. summarissimo, est valens, *Cy-
riac. controuers. 10. num. 39. Rota decis. 642.
num. 2. post Post. de manuten. & decis. 55. nu. 7.
coram Coccino, & decis. 453. n. 7. par. 1. & dec.
57. nu. 4. par. 2. nouiss.* & sic plurimorum au-
thoritate limitat prædicta *Rubeus in annotat.
ad decis. 420. num. 82. ad 88. & num. 93. Post.
de manuten. obseru. 42. num. 140. & seqq. Giurb.
obseruat. 13. sub num. 10. vers. verùm frustrà.*
14 Secundò respondetur, quòd quando peti-
torium perimit ipsam possessionem, potest de
eo agi in manutentionis iudicio, *iuxta* celebre
*cons. Bald. 141. num. 3. lib. 1. Rota diuers. decis.
34. num. 21. in fin. & num. 22. par. 2. & coram
Coccino decis. 488. num. 11. in fin. & num. 12.
& coram Panzirolo in Romana Officij mandata-
riatus 1. Iulij 1637. § demùm, & Rubeus ead.
annot. sub num. 87. in d. decis. 420. par. 4. tom.
2. recent.*
15 At publicum, solemne, & iuratum Instru-
mentum *constituto* munitum à Conductore,
sui patris hærede, qui fuit hæres mansionum
Emptoris in præcepto contentarum, in prima
instantia productum, probationem probatam
facit *l. fin. vbi Glos. in verb. manifestum Cod. de
reb. credit.* ac millies decisum fuit, vt inquit
*Rota decis. 253. num. 1. par. 4. tom. 2. recent.
Grass. except. 5. num. 13. & 15. & except. 7. nu.
8. Giurb. obseruat. 13. num. 19. & 20.* Et no-
16 torium etiam ex iurata Instrumentali ven-
ditricis confessione, resultat *ad decis. 27. num.
7. penes Post. de manuten. & Post. obseruat. 42.*
17 *num. 154.* & consequentèr possessio ab eius
manu, qui se Dominum ostendit, auferri non
potest, ità *ex Rip. Alex. Socin. Abbat. & Ca-
ball.* respondet *Giurba obseru. 13. num. 28.*
18 Et qui vti hæres est venditarum mansionũ
possessor in vim *Constituti*, quod efficit, vt pos-
sessio manutenibilis transferatur, *l. quod meo,*
vbi *DD. ff. de acquir. possess.* latè *Post. de manu-
ten. obseruat. 20. num. 4. cum seqq. Rota post
eundem Post. decis. 565. num. 1. & seqq.*
19 Siuè tanquàm detentator consideretur ha-
bens nihilominus retinendæ, ac recuperandæ
remedia, *Rota decis. 295. num. 18. 19 post Post.*
20 *de manuten.* Cum ex mutatione personæ ti-
tulus mutatus non fuerit, nec mutata posses-
sio, quàm ementes acquisiuerunt, *ex decisio-
nib. cumulat. in decis. 295. num. 15.* mox citata.
21 Quibus non aduersatur *d. Statut. lib. 1. cap.
167.* vt conductor nullas possit proponere,
vel allegare defensiones.
22 Quoniam exceptio nullatenùs sublata cen-
setur, de qua incontinenti ex publico Instru-
mento docetur, quamuis aliàs admittenda
non esset, *Rubeus ad eandem decisionem 420.
par. 4. tom. 2. recen. num. 89. & 90.* infinitos
adducens, & facit *Merlin. Pignatel. controuers.
forens. cap. 10. num. 14. tom. 1. Post. de manu-
ten. obseruat. 42. num. 140. Giurb. obseruat. 13.
num. 19. & 20.*
23 Ampliùs, cùm rei propriæ conductio eui-
dentèr nulla esset, verùs iudicauimus, vt sub-
latis defensionibus, remota non sit huiusmo-
di contractus locationis nullitas, quæ vti no-
toria, nec à Statuto, nec à Principe sublata

cenſetur, & plus eſt quàm defenſio, imò non defenſio, ſed offenſio, *Graſſ. except. 20. nu. 21.* ac huius opinionis fuit *Conſiſtorii Siciliæ apud Giurb. deciſ. 67. num. 10. ad finem, & obſeruat. 92. num. 8.*

24 Fortiùs, ſuppoſito etiam, quòd ſub defenſionum appellatione prohibeat *Statutum* de nullitate dici, attamen doloſa nullitas oppo-nī poteſt, *Graſſ. & Alex. & Socin. ubi. except. 20. num. 18.* Et jam fuit oſtenſum rei propriæ conductionem non valere, ac ſi locantis dolus eſſet inſimul apertus; Nàm poſtquàm ſolemnitèr hoſpitij manſiones vendidit, pretiumq. recepit, illumq. Dominum, & poſſeſſorem conſtituit, immemor huiuſce alienationis, non solùm ipſas locaſſe Emptoris earum hæredi prætendit, ſed etiam de dimittendo præceptum, ac illius confirmationem obtinere voluit.

25 Vndè aſſerta locatio dolo non careret quoad partem priùs venditam, tanquàm de re aliena in præiudicium veri Domini hæredis propriam rem ignorantis, *l. ſi alienum, vbi Bald. Cod. de furt.* quam allegat *Rot. deciſ. 48. num. 9. 10. & 11. part. 7. recent. Surd. deciſ. 253. num. 17.*

26 Vel quià ad ipſius commodum Carolo Antonio hæredi ignoranti veritatem tacuit, *Scapucc. de ſing. ſucceſſ. limit. vltim. num. 4.* Ideò

27 vbi adeſt dolus, ipſo iure actus eſt nullus, *Rot. coràm Caualer. dec. 301. num. 5.*

28 Iniuſta igitur poſſeſſio contrà rei Dominū manutenibilis non eſt, nullumq. poſſeſſorium ius tribuit, *l. fin. vbi Gloſ. & DD. ff. de acquir. poſſeſſ.* cum abundè citatis *à Giurb. de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 2. Gloſ. 9. num. 14. 15. 61. & 63. Poſt. tract. de manuten. obſeruat. 42. num. 150. & ſeqq.*

29 Non obſtat, rem notoriam Inſtrumentum non facere, ſi aliquid etiam coloratè objiciatur, & locatrix replicauit, alienationem intelligi fictitiam, & ſimulatam, eaq. non obſtante, illam partem tenuiſſe, & poſſediſſe, *Rota ex Menoch. Hondell. & Mantic. deciſ. 308. num. 13. & 14. par. 5. recent. Statut. Vniu. Lucen. lib. 1. cap. 142.*

30 Quià clara exceptio dominij Caroli Antonij hæredis ex ſolemni, & iurato Inſtrumento oriens, reijci non debet; præcipuè cùm ſimulatio diſcutienda proueniat ex replicatione D. Iſabellæ aduerſus inſtrumentalem ipſius ſtipulationem iuratam, *ad Poſt. in tract. de manuten. d. obſeru. 42. num. 143.*

31 Et cùm ſimulationis replicatio in poſſeſſorio minimè admittatur, *Giurb. deciſ. 69. num. 18. in fin. & num. 19. Rota deciſ. 307. num. 14. par. 1. recent. deciſ. 677. num. 2. par. 2. recent. deciſ. 507. num. 6. par. 4. recent. tom. 3. & deciſ. 308. num. 15. par. 5. & deciſ. 725. num. 8. tom. 2. apud Merlin. deciſ. 1581. nu. 3. & dec. 1688. num. 9. tom. 2. coram Penia*

32 Quinimò contractus ſimulatio ſine ſimulandi cauſa deficiente opponi nequit, *l. patronum ff. de probat. Rot. deciſ. 609. num. 4. coram Merlino tom. 2. deciſ. 253. num. 32. par. 4. tom. 2. recen. & deciſ. 308. num. 16. par. 5.*

33 Quæ cauſa etiam eſſe debet certa, idonea, & multùm veriſimilis, *Rot. coram Penia deciſ. 1594. num. 1. tom. 2. Fc. tentil. ad Burato. deciſ. 99. num. 3. & ad deciſ. 724. num. 1*

34 Vlteriùs motiuata præſumptio in vim *Statuti* ex veritate, ac pretij ſolutione tollitur, *Merlin. deciſ. 609. num. 5. tom. 2.* de qua con-

35 ſtat, tùm ex publico, & iurato documento dominium, & poſſeſſionem emptori, & eius hæredi tribuente, nec non ex actuali pecuniæ pro manſionum valore numeratæ ipſimet de ſimulatione nunc replicanti, *ad Giurb. obſeru. 92. ſub num. 28.* Tùm quoniam certò certius eſt poſt earundem alienationem fuiſſe diminutam penſionem ſcutorum 90. pro annuo cauponæ affictu, ac reducta ad ſcutos 60. uſq. ad poſtremam locationem, adeò vt *Statuto* in præſumptione alienationis fictitiæ, ac ſimulatæ fundato, non ſit locus.

36 Maximè quià *Statutum* non loquitur de iurato contractu, qui non compræhenderetur ſub generali illius diſpoſitione, atq. alteritèr iuramento per D. Iſabellam ſuſcepto in venditionis Inſtrumento, de ſimulatione excipi non poteſt, ſecundùm magis receptam opinionem *Rota deciſ. 1688. ſub num. 8. apud Peniam tom. 2. ac Carena reſol. 14. num. 16.*

Non releuat, quòd detentatio, aut prætenſa D. Iſabellæ poſſeſſio deſumi etiam videatur ex nonnullis totius cauponæ locationibus poſt annum 1631., quo fratres Leonardi, quorum hæres eſt Carolus Antonius, mortui erant.

37 Quià hæc fuit intruſio locandi totum hoſpitium, quæ hæredibus abſentibus, minoribus, & ignorantibus, præiudicare nequiuit ad ſimulationem venditionis præſumendam, *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 36. num. 14. & ſeqq. Farinac. quæſt. 161. num. 255.*

Nihil refragatur exceſſiua penſio ſcutorum 60. cùm pars manſionum remanſarum D. Iſabellæ tantam penſionem haud mereatur.

38 Quandoquidèm exceſſus in penſione arguit iniuſtitiam, non vſuram, & fictionem, ac ſimulationem, *ex opinione Rotæ, de qua Carena d. reſol. 14. num. 7.*

Non refert, quòd intrà fines deſcriptos in locationis, de quo agitur, Inſtrumento, inclu-

datur

datur etiam pars vendita, & sic conductum fuisse totum hospitium existimetur.

39 Nam licèt confinium expressio faciat, vt quicquid intrà fines demonstratur, concessum censeatur, tamen intelligitur, quando tota res confinata est in dominio concedentis, *l. ade sacra ff. de contrab. empt. Gratian. discept. foren. cap. 657. num. 26. & 27.*

40 Et ad probandam identitatem, speciales demonstrationes, quæ alijs bonis conuenire non possunt, requiruntur; Adeò vt non omne id, quod continetur intrà fines descriptos, locatum præsumatur, *Rota decis. 295. num. 8. & 9. par. 1. rec.*

41 Leonardi autem ex emptionis Instrumento per duas, aut tres demonstrationes ostendunt intrà fines in alio locationis Instrumento adnotatos, adesse acquisitas mansiones; Ergò pro omnimoda locatricis intentione confinia non videntur concludentia, *Rot. d. decis. 295. num. 11. par. 1. rec.*

Non officit Instrumentum ferè transactionis, & mutuæ liberationis de anno 1633. inter Virum D. Isabellæ, ac Leonardum Caroli Antonij fratrem, ex quo elici videtur mutui scutorum præsumptio, & iurium remissio quo ad mansiones emptas ab antedictis fratribus Io. Baptista, & Io. Petro.

Quoniam nullo modo argui potest ex illo imaginarium mutuum, nec sub inuolucro generalitatis verborum pars aliàs vendita comprehendi pro retrouendita ad formam instru-
42 mentalis pacti; Cùm quietantiæ quando generales essent, non extendantur ad non specificata, ignorata, & incognita, *Rota decis. 1026. num. 4. & 5. tom. 2. coram Penia, Escobar de ratiocin. cap. 40. num. 21. & 22.* Et
43 quietatio, & liberatio est stricti iuris, & strictissimè intelligenda, *Rota decis. 25. num. 4. par. 2. recent.*

44 At ignorantia Caroli Antonij de præmisso Instrumento acquisitionis mansionum cauponæ, sufficit ad impediendam prætensam remissionem, *ad tradita per Fusar. de substit. qu. 593. num. 91. & seqq. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 41. num. 31. 32. & 33.*

45 Minùs obstat *Statut. lib. 2. cap. 74. à Rota Rom. canonizatum decisione coram Coccino in Lucana Maioratus 4. Iulij 1640.* quòd forensi non sit licitum acquirere contrà Ciuem bona immobilia existentia in Ciuitate Lucensi etiã per vltimam voluntatem.

Respondetur enim, emptum fuisse hospitiũ cum licentia Excellentissimi Senatus, ac post Emptorũ obitum, illud transiuisse ad Carolum Antonium filium, & hæredem, qui non
46 dicitur forensis in hac Vrbe, vbi domicilium habet, ac domũ apertam, & vltrà hospitij mãsiones tenet, & possidet, & vxorem duxit, *Crauet. cons. 585. num. 28. vol. 4. Siluan. cons. 91. num. 108. Rouit. cons. 48. num. 3. & 4.* vbi pro-
47 bat, quòd *Statutum* loquens de Ciuibus, habeat locum in habente domicilium, *Cyriac. controuers.* extrà eius volumina impressa pro Excellentiss. Principe Bozuli *num. 52. Rota coram Merlino decis. 193. num. 7. tom. 1. & decis. 52. num. 10. par. 5. rec. Marta de success. par. 2. qu. 4. art. 9. num. 20. 21. & 22.*

Et in locationis Instrumento nuncupatus fuit de Luca, & si talis non sit, habetur tamen
48 pro Incola; Domicilium verò ex decennali habitatione in loco contrahitur, *l. Ciues Cod. de incolat. lib. 10. Ferentil. ad Baratt. decis. 344. num. 11. & 12. Duran. decis. 19. num. 3. & decis. 365. num. 4. Merlin. decis. 331. nu. 4. tom. 1.*

Sed animaduertendum est *Statutum* loqui, nè forensis stabilia contrà Ciuem acquirere queat; Hic autem non cadit concursus contrà D. Isabellam, vel cum ipsa, quia ab initio validè vendidit emptori licentiam Principis habenti, & hodiè aduersus illius hæredem nullam habet actionem, nè hæreditaria bona retinere possit.

49 Quia de hæreditatis incapacitate obijcit solus Fiscus, prætèr quem nemo de iure ipsius opponere potest, *Peregrin. de iur. Fisci tit. de indigno lib. 2. tit. 2. num. 7. & 8. & de fideicom. art. 9. num. 81. Farinac. fragm. crimin. par. 1. in verb. Fiscus num. 252 Surd. cons. 93. num. 15. & cons. 469. num. 16. Giurb. de success. feud. §. 1. Glos. 16. num. 27. & §. 2. Glos. 4. sub num. 7. & Glos. 10. num. 92. Excellentiss. D. Præses, & Com. Andreol. controuers. 239. num. 4. par. 3.*

50 Et quatenus casus dari posset in fauorem D. Isabellæ pro excludendo hærede emptoris, sub forensicatis prætextu, pretium quingentorum scutorum priùs reddendum esset Carolo Antonio, qui rem interim retineret, *Carpan. in cap. Collegijs non. Constit. num. 176.* cum ibi citatis.

51 Non aduersatur *Statut. Priu. Luc. lib. 6. cap. 12.* quomodò forenses Ciuilitatem adipiscantur.

52 Quia disponit circà dignitates, magistratus, honores, & omnia officia Lucensis Communis, & Ciuitatis, quibus eos gaudere non posse, indubitati iuris est, *l. libertus §. sola ratio, & §. sola domus ff. ad municipal. Martà de success. par. 3. qu. 15. art. 3. num. 1.*

Aliud esse videtur quoad stabilium acquisitionem, pro qua domicilium, & incolatum sufficere diximus in terminis Statuti, quòd forensibus acquirere nõ liceat; Insupèr his ex abundanti fuit responsum, cùm in prima in-

ſtantia forenſitatis exceptio fuerit prætermiſſa, prout in ſecunda ex actis priùs geſtis terminanda.

Et ità fuit deciſum vtraquè informante &c.

ARGVMENTVM.

Reus an cenſeatur conuictus ex teſtibus ſingularibus etiam numero mille, & examinatis abſq. citatione, vel alijs defectibus patientibus, ità quòd ſententia indè ſecuta dicatur nulla, maximè ſi infligat rigoroſiorem pœnam à *Statuto* indictam. Inimicitia, ſeù odij præſumptio tollit fidem teſtibus, quæ inimicitia an oriatur ex lite, & eius cauſa quomodo eſſe debeat, cuius reconciliatio an ſit ſufficiens, probata odij cauſa.

SVMMARIVM.

Reus non dicitur, qui accuſatus eſt, ſed qui confeſſus, vel conuictus reperitur. num. 1.

Sententia condemnatoria iniuſta cenſetur, fundata ſuper irrelevantia dicta teſtium defectibus laborantium. num. 2.

Iniuriarum actio non datur, vbi incertis facta eſt perſonis. num. 3.

Teſti deponenti de credulitate, nulloq. prævio interrogatorio, nulla eſt præſtanda fides, maximè cùm videatur contrarius ſibi ipſi. num. 4. & 5.

Inuerſimile dicitur falſitatis imago, nec iure inuerisimilibus, neq. his, quæ naturæ, reiq. geruntur, conſona videntur, fides præſtari debet. num. 6.

Imputatio falſa, vel dubia redditur impoſſibilis. num. 7.

Proceſſati iuramento ſtandum eſt in his, quæ in animo conſiſtunt. num. 8.

Teſtes à Fiſco approbati plenam probationem faciunt. num. 9.

Teſtis efficitur ſuſpectiſſimus, ſi alleget aliquem in conteſtem circà aliquid, quod à conteſte negatur. num. 10.

Teſtes ſingulares non probant, etiamſi eſſent mille, præſertim quando ſingularitas eſt obſtatiua, quæ tolerari non poteſt, & ſingularitati adiuncta inuerſimilitudo. num. 11. 12. & 13.

Teſtes licèt innumeri nihil probant propter omiſſam citationem in examine, eiuſdemq; repetitionem, nec conſtituunt indicium. num. 14. & 15.

Inimicitia, ſeù odij præſumptio tollit omnem fidem teſtibus. num. 16.

Negatiua probata dicitur ex reuolutione proceſſus. num. 17.

Teſtes redduntur ſuſpecti, ſi ſponte ſe ſubijciant examini, eorumque dicta non ſunt attendenda. num. 18.

Teſtes inuerisimiliter deponunt, probata præcedenti amicitia inter prætenſos Reos, & Offenſum. num. 19.

Inimicitia cenſetur oriri, & præſumi ex lite. num. 20.

Inimicitia præſumpta, & vera conſtituit idem iudicium. num. 21.

Teſti de fide diminuitur, ſi inimicitiæ cauſa non induceret odium capitale, & alijs accedentibus defectibus, non eſſet recipiendus. num. 22. & 23.

Teſtium defectus non ſuppletur numero. num. 24.

Teſtis reconciliatio non ſufficit, probata odij cauſa. num. 25.

Comparitio ſpontanea præbet maximum indicium innocentiæ. num. 26.

Bona fides minuit fidem probationibus Fiſci. n. 27.

Teſtes Fiſci in dubio ſunt dijudicandi ad fauorem Inquiſiti. num. 28.

Prouocatus non tenetur actione iniuriarum. n. 29.

Delinquens excuſatur data cauſa iracundiæ. nu. 30.

Dolorem iuſtum refrenare difficile eſt, & lubricum linguæ de facili ad pœnam trahendum non eſt. num. 31.

Sententia corruit, vbi rigoroſior appareret pœna infligenda à Statuto ſancita. num. 32.

Deciſio LXXXVI.

Condemnato Mariano *Banchenio* in libris 100. bonæ monetæ, cauſa, quod verba minatoria protulerit contrà D. Benedictum de Altogradis, deuolutaq. per appellationem interpoſitam à dicta D. mei Prætoris ſententia huiuſmodi cauſa ad Rotam; Fuit dubitatum, an dictæ condemnationi ius aſſiſtat, vel potiùs reſiſtat, ſicq. an infirmanda, vel confirmanda veniat, & DD. vno ore dixerunt reuocandam, & irritandam, eo po-
1 tiſſimùm fundamento, quià Reus non dicitur, neq. poteſt condemnari, qui accuſatus eſt, ſed is ſolùm, qui vel confeſſus, vel conuictus reperitur, *Io. Bapt. de Thor. vot. deciſiu. 100. nu. 65. Bertazzol. conſ. crimin. 140. num. 1. lib. 1. Caball. reſol. Crimin. caſ. 200. num. 110. Menoch. controuerſ. forenſ. contron. 54. num. 25. ſtatur. 1.*

2 Neq. vt profertur, obſtant depoſitiones ſeptem teſtium pro Fiſco examinatorum: quoniam ſi eorum dicta, & perſonæ benè examinentur,

centur, aut nihil dicunt, quod releuet, aut alijs defectibus, quibus laborant, nullum probationis gradum constituunt, & ideò iniustitia sententiæ condemnatoriæ patens efficitur, *l. qui sententiam Cod. de pœnis cap. nos in quemquam. & cap. prohibcantur in fin. 2. quæst. 1.*

Primus namquè ex testibus Fisci, tantùm abest, vt quòd dicat pro Fisco, vt potiùs delictum excludat; Siquidèm ait, audiuisse quidē Marianum turbato animo propè domū DD. de Altogradis proferentem hoc verbum, scilicèt *Briconaccio*, aut simile, haud tamen scire aduersùs quem illud verbum iniuriosum protulisset; Cùm in loco nullus adesset ex præfatis DD. de Altogradis, aut alius: neq. enim alicui legalis philosophiæ Professori nouum est,
3 quòd actio iniuriarum non datur, vbi incertis facta est Personis, *Menoch. cons. 107. num. 10. Rimin. iun. cons. 118. num. 2.*

Et licèt iste idem testis subdat, se credere, quòd d. Marianus contenderet cum dd. Iulio, & Benedicto de Altogradis, siuè cum altero
4 eorum; Tamen cùm de sua credulitate id dixerit, nulloq. præuio, vt placet credere, interrogatorio, ex quo non caret vitio suggestionis, & hoc ideò nulla est danda fides. *Rot. decis. 553. num. 3. par. 4. in nouiter nouiss. diuers. vers. & vltrà quod, & num. 5. Ludouis. dec. 317. num. 17. & decis. 578. num. 12.* & maxi-
5 mè cùm videatur sibi ipsi contrarius, dùm superiùs dixerat D. de Altogradis prædict. à loco abesse, *Ludouis. decis. 298. num. 8.* Cumq. eius dictum in hac parte inuerisimile quoq. eliciatur, ex quo repugnat, quòd vti pauper, senex, & rusticus, atq. inermis, vt in suo examine dixit, ausus sit petere domum dd. DD. de Altogradis Nobilium, atq. potentium, & illos iniurijs afficere, à quibus facili negotio posset, & licuisset grauitèr mortificari; Quod
6 autem est inuerisimile, falsitatis dicitur imago, nec iure in verisimilibus, neque his, quæ naturæ, reique consona non videntur, fides præstari debet, *Monac. decis. Floren. 14. num. 6. & decis. Bonon. 22. num. 8. & decis. 42. num. 35. Ludouis. decis. 245. num. 7. 8. & 9. Rot. d. decis. 553. num. 11. par. 4. inter nouiter nouiss. diuers.*

Secundus similitèr testis eadem ratione nihil officit Mariano, quinimò ex illius testis dicto eò clariùs comprobatur, quòd Marianus prædictus contrà incertos authores recluserat transitū super suis bonis, ea irato animo emittebat iniuriosa verba, ibi, *Ma Io non sò con chi l'hauesse, poiche iui non vi erano altri, che detto Mariano, & il Sargente suo figliolo,* subdens, *Ma Io non vi viddi in luogo alcuno il Sig. Benedetto figliolo del Sig. Gioseppe Altogradi, che passando auanti la loro Casa, trouai, che era serrata;*
7 Quo fit, vt imputatio, vel falsa, vel saltem dubia reddatur, & sic impunibilis, *Crauett.*
8 *cons. 151. num. 19.* Præsertim cùm de his, quæ in animo consistunt, standum sit iuramento processati, *Glos.* communitèr recepta *§. sed iste Instit. de actionib.*

Idem memorati duo testes deponūt, Quintus in ordine, & Septimus ex testibus eiusdem Fisci; Quintus nempè ibi, *Ma il Sig. Benedetto Io non lo viddi;* Septimus autèm ibi, *Tornando Io da Messa con Mariano Banchieri, gionto li vicino à Casa, e trouando vn passo vn poco guasto, & aperto &c. si alterò, dicendo, mi è stato aperto questo passo, questi Budellacce, non sò poi di chi volesse inferire, perche lui non nominò Niu-*
9 *no;* & cùm non de præsentia D. Benedicti, nec de certitudine liqueat per tot testes à Fisco approbatos ad plenam probationem istis standum est in hac parte, *Roman. cons. 104. num. 7. Socin. iun. cons. 59. num. 12. & cons. 69. num. 11. lib. 1. Cephal. cons. 82. num. 47. & cons. 141. num. 16. Boer. cons. 96. num. 11. lib. 3.*

Neq. enim faciunt verba testimonialia illa dicti Quinti testis, scilicèt ibi, *Il Caporale Gio. di Stefano Tranucci, & il Caporale Vincenzo Porretti erano lì, quando ciò successe &c. & essi mi dissero, che Mariano la voleua con detto Sig. Benedetto;* Nàm tàm Caporalis Ioānes, quàm Caporalis Vincentius, Primus scilicèt, & Secundus testes vnanimitèr deponunt totum cōtrarium, vt iam superiùs annotatum est, Quinimò Caporalis Vincentius conuincit hunc Quintum testem de mendacio, ibi, *E con me vi erano Stefano di Domenico Bandoni, e Giouanni di Stefano Tranucci; Ma questi non arriuarono tanto oltre, che passarono per l'altra strada;* Quod confirmatur ex depositione etiam aliorum supradictorum testium, omnium asserentiū ignorare, contrà quem, seù quos præfatus Marianus proferret ea iniuriosa verba; Vndè
10 intrat Iuris conclusio se habens, quòd testis, qui aliquem allegat in contestem circa aliquod, si talis sic nominatus id negat, testis ille efficitur suspectissimus. *Gabr. de testib. conclus. 2. num. 11. Bald. in cap. cùm causam num. 17.* vbi etiàm *Felin. de testib. Alex. cons. 33. col. fin. in 3. Bursatt. cons. 154. num. 7. & cons. 192. num. 8. & cons. 216. num. 100. vol. 2. & cons. 69. num. 26. vol. 1. Crauett. cons. 31. num. 8. & cons. 26. num. 28.*

11 Tertiò deniq. Quarto, & Sexto ex dd. testibus Fisci, fides vlla adhibenda non est, tùm quia singulares, qui non probant, etiamsi mille essent, *Ludouic. decis. Perusin. 9. num. 7. & 8.* & est text. *in l. ob carmen §. fin. ff. de testib.*
12 Præsertim vt hic, vbi singularitas est obsta-

tiua.

tiua, quæ tolerari non poteſt, *Crauett. conſ.*
267. num. 3. Thob. Non. conſ. 86. num. 11. Ma-
13 ximè ſi ſingularitati adiuncta eſt inuerisimi-
litudo, *Rot. decif. 16. num. 1. & decif. 533. num.*
11. d. par. 4. in nouitèr nouiſſ. diuerſor. Tùm pa-
14 ritèr quià nullitèr examinati fuerint propter
omiſſas citationes, & repetitionem eorundē
prorsùs neceſſarias, vt huiuſmodi teſtimonia
afficiant Inquiſitum; Cùm aliàs etiamſi innu-
meri eſſent, nihil probarent, *Gabr. conſ. 178.*
num. 32. & ſeqq. Zaſius conſ. 19. num. 22. lib. 2.
Grammat. vot. 30. num. 7. & 8. Thor. vot. deci-
ſiu. 17. num. 59. centur. 2. Monac. decif. Lucen.
17. num. 1. vbi in hoc Rotali Auditorio ità
plurièsindicatum teſtatur, *Grammat. decif. 11.*
15 *num. 7. 8. & 13.* vbi quòd nec indicium ali-
quod conſtituunt, *Rot. decif. 146. num. 24. &*
decif. 165. num. 7. & decif. 317. num. 4. part. 4.
16 *diuerſ. in nouitèr nouiſſ.* Tùm tertiò, quià ini-
micitiæ, ſiuè odij præſumptio inter eoſdem
Tertium, Quartum, & Sextum teſtes ergà
Marianum, & filios viget, cuius natura eſt tol-
lere omnem fidem teſtibus, *Grammatic. decif.*
33. num. 7. Mart. ſuo method. ff. nouiſſ. in verb.
teſtis cap. 27. lib. 1. vbi *plures decif.* allegantur;
17 Tùm deniq. quià eò magis ſuſpecti efficiun-
tur ob eorum ſpontaneam comparitionem
ad ſe ſubijciendum huic examini; Siquidèm
ex reuolutione proceſſus non conſtat de ali-
qua eorum citatione, *Dec. conſ. 483. num. 6.*
18 *& dec. 416. apud Ludouiſ. n. 8.* Etenim hoc caſu
minimè ſunt attendenda eorum dicta, latè
Thor. vot. decif. 17. num. 55. cum ſeqq. cent. 1.
19 Neq. eſt in dubium reuocanda inuerisimi-
litudo depoſitionum eorundem, tùm ex iam
dictis, tùm quoq. quià probata eſt in proceſſu
defenſiuo præcedens amicitia inter d. D. de
Altogradis cum dicto Mariano, & filijs, *Fer-*
rett. conſ. 230. num. 18. lib. 2.

Minùs viſum fuit DD. poſſe dubitari de ve-
riſimili odio prædictorum teſtium ergà dictũ
Marianum; Quandoquidèm inter hunc Ma-
rianum, & Tertium, atq. Quartum ex dd. te-
ſtibus agitata fuit lis propter ſuſpicionem, nè
ſequerentur mala, non defuerunt, qui eos ad-
inuicem componere, licèt fruſtrà laborane-
rint, vt deponit Martius Laudonius teſtis ad
defenſam, atq. alij ſinguli teſtes examinati
pro Mariano; Vndè ſi lite vigente inter præ-
latos ſigna apparebant odij adinuicem, mul-
tò credibilior redditur ex parte dd. Matthæi,
& Paſquini aduersùs d. Marianum hodiè vi-
gere, cùm paſſi fuerint ſuccumbentiam,
20 ex lite autem inimicitiam oriri, & præſumi,
teſtatur *Odd. conſ. 15. num. 36.* vbi *num. 42.*
21 ait, idem iudicari de inimicitia præſumpta,
ac de vera, *Paul. Merend. inter conſ. Crimin. di-*
uerſ. conſ. 91. num. 4. tom. 2. Rimin. ibid. conſ. 83.*
num. 7. eod. tom. 2. Foller. conſ. 137. num. 2. inter
ead. conſ. Crimin. diuerſ. tom. 1. Gabr. conſ. 178.
num. 8.
22 Quinimò etiamſi inimicitiæ cauſa non eſ-
ſet talis, quæ induceret odium capitale, adhùc
ſi non reijceretur teſtis, ei tamen de fide di-
minuendum eſſet, *Gabr. d. conſ. 178. num. 9.*
23 Ità vt alijs accedentibus defectibus nè quidē
recipiendi ſint, *Grammat. conſ. 47. num. 22.*
Cephal. conſ. 65. num. 28. Burſatt. conſ. 239. nu.
12. lib. 3. Rolan. conſ. 16. num. 20. lib. 1. Hippol.
de Marſil. conſ. 102. num. 12. Natt. conſ. 298.
num. 6. & 7. Rimin. iun. inter conſ. Crimin. diuerſ.
conſ. 84. num. 8. lib. 2. Guald. de treg. & pac. qu.
24 *131. num. 43.* Idq. adeò verum eſt, vt teſtium
defectus neq. ſuppleatur numero, *Bald. in cap.*
ad noſtrum de probationib. Marſil. ſingul. 477.
25 Quo autem ad Ioannem Stephani Fanini
ſatis probata elicitur cauſa odij inter ipſum,
& filium d. Mariani ex rixa, denudatis etiam
armis, adinuicem habita, vt deponunt teſtes
ad defenſam Primus, & Secundus in ordine;
Maximè tùm de reconciliatione haud appa-
reat, quæ tamen neq. ſufficeret, *Clar. §. fin. qu.*
24. verſ. ſed quid ſi ſecuta &c. Et cùm iſte Ioan-
nes ſingularis ex ore proprio conuincatur,
ibi, *Et quando io mi trouarò queſto, non vi era*
nium' altro, che io vedeſſi; Cumq. ex teſtibus
Fiſci conteſtibus conſtet, Marianum ſe alte-
raſſe, ſtatim atq. ad paſſum deuaſtatum in
ſuis bonis peruenit, & ſic antequàm ſcire poſ-
ſet damni ipſi illati authorem, cepiſſe iniurio-
ſa proferre illinc verba, nulla præuia perſonæ,
aut perſonarum nominatione; Cumq. deniq.
abundè probatum extiterit, neminem in lo-
cò adfuiſſe, & quòd ex indè ad domum DD.
de Altogradis adeſt diſtantia paſſuum 150.
Talitèr, vt nec audiri, eoq. minùs videri poſ-
ſet ab aliquo ex dd. DD., licèt fuiſſent in do-
mo, & ad domus feneſtras poſiti; Hinc pro-
ptereà viſum fuit DD. nullam legem ità rela-
xare habenas Iudici, vt valuerit ex teſtibus in-
citata parte receptis, & de iudicio tantùm
proprio, & propria credulitate, vel ex odio
deponentibus veriſimilis, atq. ex inuerisimi-
libus atteſtationibus eorundem, deuenire ad
ſententiam condemnatoriam contrà Proceſ-
ſatum; Maximè attenta eius ſpontanea com-
26 paritione, & probata bona fama; Cùm ſpon-
tanea comparitio maximum præbeat inno-
centiæ indicium, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
27 *192. num. 20.* & bona ſama minuat fidem
probationibus Fiſci, *Grammat. decif. 60. n. 12.*
28 Accedat prædictis, quòd omnes teſtes Fi-
ſci, vbi antedictis non laborarent defectibus,
nec ſingulares eſſent, etiam in dubio talitèr
dijudi-

dijudicandi, *Cranett. cons. 151. num. 14. Hippol. Rimin. cons. 52. num. 39.* concordant tamen Marianum furore percitum ex passo damno in proprijs bonis, cepisse contrà authores verba iniuriosa emittere, & sic sequitur, vt etiã si Authores certi, & præsentes fuissent, adhùc non potuisset D. Iudex arbitrari pœnam, nisi
29 ordinaria mitiorem; Quandoquidèm prouocatus neq. etiam tenetur occasione iniuriarum, *l. quicquid calore ff. de reg. iur. Thor. vot. decisu. 77. num. 2. 3. 4. & 5. & vot. 92. num. 26. & 22. centur. 2. Bolognett. cons. 63. num. 2. Grammatic. decis. 37. num. 3. & 4. Merlin. controuers. forens. cap 66. num. 17. & 18. & cap. 97.*
30 *num. 3. & 4.* vbi quòd data causa iracundiæ, delinquentẽ excusat *centur. 1.* Iustum
31 namq. dolorem refrenare difficile est, & lubricum linguæ de facili ad pœnam trahendũ non est; *Marc. suo method. ff. in verb, iniuria cap. 4. & cap. 37. lib. 2. Paul. Merend. cons. 25.*
32 *num. 11.* & tamen si inspiciatur tàm *cap. 213. Stat. Vrbis,* quàm si accipiatur pœna sancita *sub cap. 214. lib. 4.* semper apparebit fuisse rigorosiorem amplexam de toto rigore, ac si delictum plenariè, & dolo commissum fuisset, & appensatè; prout gratis in inquisitione præsupponitur; Vndè etiam ex hoc capite DD. dixerunt, sententiam latam per D. Prætorem corruere, *Marsil. singul. 187. incipien. qualitas, Angel. de malefic. in vers. in facie nu. 3. & 4. Bart. in l. denontrasse §. quid tamen num. 2. ff. ad l. Iul. de adulter. Marsil. cons. 7. num. 70. & cons. 48. num. 16. & seqq. & in prax. Crimin. § quoniam num. 521 & seqq. Io. de Anna. cons. 7. num. 32. & seqq. Roman. cons. 100. num. 3. & seq.*

Et ità fuit decisum vtraquè parte, & Fisco acerrimè informante.

ARGVMENTVM.

Possessorium plenarium quàm probationem requirat. Saluianum an, & quando intentari possit contrà Creditorem anteriorem, & possessorem bonorum hypothecatorum. Cessio Iurium præbet successionem in ius Cedentis ad exclusionem posterioris Creditoris; & an, & quando inducat præsumptionem calumniæ, ac litium redemptionem, iuxtà terminos *l. ab Anastasio, & l. per diuersas Cod. mandati.* Sententia an, & quando inducat hypothecam in bonis condemnati. Tutrix an, & quando pro tali censeatur, non docto de tutelæ susceptione, ad hoc vt per eam gesta sint valida. Pupillus an, & quando habeat electionẽ agendi ad interesse contrà Tutorem, vel in integrum restitui, & inuentario totius rei pupillaris non confecto, an ante illius confectionem Tutor sustineat legitimi administratoris personã, ità vt contractus per eum initi validi dicantur. Bona delinquentis an, & quando recipiant hypothecam pro restitutione rerum furto sublatarum.

SVMMARIVM.

Probationes plenæ, & concludentes requiruntur in possessorio plenario. num. 1.

Possessorium plenarium probatur per vnicum testem omni exceptione maiorem, iuncto iuramento suppletorio. num. 2.

Testis qualitas, quòd sit omni exceptione maior, est probanda. num. 3.

Quisq. præsumitur bonus, non tamen omni exceptione maior. num. 4.

Bona delinquentis, vt furis, censentur tacitè hypothecata pro restitutione rerum sublatarum. n. 5.

Sententia non inducit hypothecam in bonis condemnati ante factum executionem, ita vt non possit dici, bona esse obligata à die sententiæ. n. 6.

Saluianum cessat contrà Tertium possessorem docentem de sua hypotheca anteriori. num. 7.

Qui prior in tempore, est potior in iure. num. 8.

Saluianum intentari potest contrà Tertium possessorem docentem de sua hypotheca anteriori, si posterior soluat, vel offerat anteriori suum creditum, num. 9.

Cessionarius succedit in ius cedentis ad exclusionem posterioris Creditoris. num. 10.

Cessio Iurium vltrà pretium solutum præsumitur simulata, & inualida. num. 11.

Cessio nominis debitoris vt constituat modicitatem pretij, debent deduci expensæ, & considerari labor in exactione, ac dubius litis euentus. nu. 12.

Cessa actio si plus valeat, quàm fuit empta, deductis expensis, & alijs &c. adhuc præbet simulationem. num. 13.

Cessiones pretium an modicum nec ne sit, est remissum Iudicis arbitrio. num. 14.

Cessio

Cessio Iurium non dicitur continere modicitatem pretij, si non inseruiat pro molestatione aliorum, sed pro tuitione sua propriæ possessionis. num. 15.

Cessum ius quando est indubitatum, an faciat cessare rationem prohibitionis ob calumniam, ac redemptionem litium. num. 16. & 17.

Instrumentum probat quoad omnes rem ità gestam, & factum ipsum. num. 18.

Possessio probatur per litis sustentationem, iunctis alijs adminiculis. num. 19.

Contractus factus per Tutricem, de cuius tutela solemniter suscepta non constat, est ipso iure nullus in his, quæ pupillo obesse possunt. num. 20.

Nullitas potest etiam à Tertio allegari, quando actus ipso iure pro nullo habetur. num. 21.

Exceptiones debent opponi, sed specialitèr, & non generalitèr, & causa non expressa propositæ non releuant, nec iudicium impediunt. nu. 22. & 23.

Exceptio falsi Tutoris est opponenda. num. 24.

Exceptiones generales præseruant ius specialitèr opponendi vsq. ad sententiam. num. 25.

Tutrix talis præsumitur, si probauerit diù se gessisse tanquam Tutricem. num. 26.

Minor maior factus potest ratificare gesta per Tutricem, vel pro Tutrice approbare. nu. 27. & 28.

Tutor, seù Tutrix, non confecto inuentario totius rei pupillaris, nec administratione decreta, an ante illius confectionem legitimi Administratoris personam sustineat, ita quòd contractus per eum initi dicantur validi. num. 29. 32. & 33.

Confessio de recepto non facit fidem de recepto in præiudicium pupilli, nisi aliter de numeratione appareat. num. 30.

Pupillus habet electionem agendi ad interesse contrà Tutorem, vel in integrum restitui, quando agitur de contractù cum causa, in quo, quatenùs Tutor damnificasset pupillum, actus non dicitur ipso iure nullus. num. 31.

Decisio LXXXVII.

CEssare visum fuit Saluianum, in quo prætendunt obtinere Magnif. D. Ioannes Bondacca, & litis Consortes, tanquam creditores in vna manu Paulini olim Cæsaris Garbocci de Antraccole, in & de scut. 18. pro pretio Equæ venditæ, & de scutis 40. pro pretio vnius paris bouum, eorumq. affictu vsquè de anno 1621. Nec non tanquàm creditores Sebastiani alterius filij dicti q. Cæsaris Garbocci vigore sententiæ Perillustris D. Prætoris, in qua de anno 1623. præfatus Sebastianus, tanquàm de furto Inquisitus fuit condénatus ad restituendum bouem valoris scut. 25. & currum valoris scut. 14. & eorum valorem in duplum.

1 Tùm quià non fuit probata possessio dicti
Paulini de tempore hypothecæ, vel post, cùm
tamen plenè, & concludentèr hoc extremum
sit probandum, non autem per vnicum testé,
de veriori, & magis communi firmat *Menoch.
de recuper. possess. remed. 15. num. 413. Rolan.
cons. 50. num. 16. lib. 2. Farinac. quæst. 63. num.
32. & seqq. Pacific. de Saluian. inspect. 1. cap. 5.
num. 57. & seqq.* quam sequitur *Rot. Roman.
decis. 861. nu. 1. par. 3. diuers.* & ob id in indi-
cando non esse ab ea recedendũ, inquit *Scap-
puccin. de Saluian. lib. 1. qu. 30. n. 2.* Et quate-
2 nùs etiam placeret opinio illorum, qui dicunt,
hoc extremum probari etiam per vnicum te-
stem omni exceptione maiorem, iuncto iura-
mento suppletorio, quam defendit *idem Scap-
puccin. de Saluian. lib. 1. quæst. 30. num. 3.*

3 Tamen hæc qualitas in teste, quod sit omni exceptione maior, non fuit nec articulata, nec probata, prout aliàs requireretur, vt in his terminis refert, & sequitur *Beniutend. decis. Bonon. 62. num. 14. Farinac. d. quæst. 62. num. 12. & 14. & quæst. 63. num. 34. Rolan. d. cons. 50. ante num. 17. lib. 2. Scappuccin. d. quæst. 30. lib. 1. num. 6.*

4 Nàm etsi quisq. bonus præsumatur secundùm præscriptionem naturæ, non tamen præsumitur omni exceptione maior, vt aduertunt omnes supradicti, & in specie *Scappuccin. in d. num. 6.*

Hæc omnia dicta fuerunt ex abundanti, quià contrà dictos Actores, respectù prætensi crediti, contrà Paulinũ obstat præsertim antedicta anterioritas crediti tertij possessoris.

5 Quo verò ad creditum circà Sebastianum dato etiam, quod de æquitate Canonica detur tacita hypotheca in bonis furis pro restitutione rerum ablatarum pro liberatione delinquentis à peccato, quod resultaret ex retentione rei alienæ, *Bald. in l. furt. Cod. de furt. argum. cap. Parochianũ de sepult. & l. iubemus Cod. de Sacros. Eccles. Negusant. de pignor. memb. 4. par. 2. num. 14.*

6 Quamuis alitèr sententia hypothecam non inducat in bonis condemnati, ante factã executionem; Ita vt dici non possit bona esse obligata à die sententiæ, *l. non est mirum ff. de pignor. act. Gratian. cap. 545. num. 38. & seqq.* videndus de hac materia *Thomas. decis. 99. à nu. 10. vsq. ad num. 18.*

7 Nihilominùs cessat Saluianum contrà ter-
tium possessorem docentem de sua hypothe-
8 ca anteriori *ex vulg. reg.* qui priòr in tempo-
re, potior est iure, *cap. qui prior de reg. iur. in 6.
Pacific. de Saluian. inspect. 5. cap. vnic. num. 6.
Scappuccin. de Saluian. lib. 2. quæst. 6. per tot.* &
ibi Adden. Rot. coram Buratt. decis. 286. nu. 15.

Nisi

9 Nisi posterior soluat, vel offerat anteriori
suum creditum, l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pign. hab.
cum concordantibus, Gratian. discept. 269. nu.
30. & seqq. Scappuccin. lib. 2. quæst. 6. num. 5.
10 & ibi Adden. prout euenit in præsenti casu,
in quo Philippus Alexandri Garbocci vnus ex
reis conuentis, & possessoribus tanquàm ces-
sionarius Caroli olim Pauli de Massaris de Lu-
ca habet hypothecata bona Sebastiani, & Pau-
lini pro scutis 80. residui à libris maioris sum-
mæ ex rogitu Egr. D. Basilij Bondacca sub die
21. Aprilis 1618. & propterea in ius cedentis
succedit ad exclusioné posterioris creditoris,
l. si potiores Cod. de his qui in priorum creditorum
loco succed. Rota coram Caualer. dec. 653. nu. 1.

11 Non obstat, quòd hæc cessio iurium de
sc. 160. fuerit facta modica quantitate scuto-
rum decem, & octo, quæ propterea præsumi-
tur simulata, & per consequens inualida vltrà
dictum pretium solutum, l. per diuersas 22. &
l. ab Anastasio 23. Cod. mandati, Gratian. cap.
826. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præ-
sumpt. 129. num. 2.

12 Ità vt deductis etiam expensis, labore in
exactione, ac dubio litis euentu, quorum om-
nium habenda est ratio in cessione nominis
debitoris ad dignoscendam modicitaté pre-
tij, Gratian. d. cap. 826. num. 3.

13 Tamen satis plus valeret dicta actio cessa,
quàm fuit empta; vndè dictæ simulationi ad-
huc esset locus, Glos. in d. l. per diuersas. Cod.
mandat. in verb. quam alij causis. versus med.
vers. sed quantum pretium dicitur modicum, Me-
noch. d. præsumpt. 129. num. 4. lib. 3. Maximè
quià d. Philippus vigore dictæ cessionis obti-
nuit, aliàs sibi adiudicari quoddam petium
terre dicti Sebastiani valoris scutorum 70.
14 quod multùm valeret ad mouendum animũ
Iudicis, cuius arbitrio remittitur à lege hæc
pretij modicitas ad effectum, de quo agitur,
Menoch. de arbitrar. cas. 248. num. 2. & de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 129. num. 4. in fin.

15 Respondetur cessare obiectum præsumptæ
simulationis, quià agitur non de molestando
alios cum hac iurium cessione, ad tradita per
Rotam decis. 274. num. 2. par. 3. recentior. vers.
rursùs, verùm pro tuitione suæ propriæ pos-
sessionis, qui casus expressis verbis est vnus
de illis exceptuatis in ipsamet l. per diuersas
Cod. mandati dicit ibidé Glos. in verb. & de his,
& Bart. nu. 19. Menoch. de præsumpt. præs. 129.
num. 11. nouissimè Paul. Staiban. iun. resolut.
forens. decis. resolut 82. num. 18. & 22. lib. 1. &
resol. 83. n. 36. eod. lib. 1. Regens de Ponte cons.
77. num. 4. vol. 1. qui fundat dictam conclu-
sionem, non solùm vindicare sibi locum ad
effectum, & finem retinendi, sed etiam ad fi-
nem agendi, Staiban. citat. resol. 82. num. 19.

16 Vlteriùs non procedit dicta præsumpta si-
mulatio, quando illud ius, quod ceditur, est
indubitatum, tanquàm debitum ex Instru-
17 mento, quasi tunc cesset ratio prohibitionis
ob calumniam, & redemptionem litium, quæ
non militat stante veritate causæ, Aretin.
cons. 136. col. penult. in princip. Gabr. cons. 67.
num. 7. & seqq. Gratian. cap. 826. num. 43. Paul.
Staiban. iun. cit. resol. 82. num. 17. & 22. & fuit
dictum in Ferrarien. Domus 17. Maij 1651. §.
paritèr respectu Crediti coram Reuerendiss. meo
Meltio dignissimo Episcopo Papien. & priùs fuit
firmatum per eandem Rotam in Aesina bonorũ
1. Iulij 1639. coram bo. mem. Bichio, & in Ro-
mana, seù Florentina Cambiorum 3. iunij 1650.
coram Emin. Corrado §. quandoquidèm iustum
pretium, vers. neq. vrget, & decis. 307. vers.
accedat par. 1. recen.

18 Quo verò ad creditum, quod habent su-
pradd. Actores contrà Thomasium q. Nico-
lai Garbocci, dixerunt Domini esse locum
immissioni, quià de eo constat per publicum
Instrumentum cum hypotheca bonorum ex
rogitu Egr. Cæsaris Ghiutzzani sub die 22. No-
uembris 1625. pro starijs centum grani, quæ
reddere promisit insolidum quælibet ex Tu-
tricibus contrahentibus infrà annos duode-
cim, l. cum precibus Cod. de probat. Thomas. dec.
209. num. 3. Greg. decis. 484. num. 3.

Fuit tamen declaratum, debitorem esse de
starijs 72. habito respectù ad intimationem,
seù præceptum de soluendo factum contrà di-
ctum Thomasium ad instantiam supradicto-
rum Actorum in libro Egr. D. Cæsaris Carelli
in Curia ordinaria sub die 15. Iulij 1637. &
illa quidèm iuxtà valorem de anno in annum
secundùm obligationem eiusdem Thomæ de
tradendo staria decem quolibet anno.

De possessione dicti Thomasij de tempore
dictæ hypothecæ, vel post saltem pro tertia
parte deponunt testes, habito respectù, quòd
Thomasius possideret vnà cum alijs eam tan-
tùm portionem spectantem ad dictum q. Ni-
colaum eius patrem.

De possessione verò dictorum Reorum
non dubitatur, stante eorum confessione,
19 cùm aliàs etiam sufficeret litis substentatio
iunctis adminiculis, Seraph. decis. 1415. num.
3. Greg. decis. 491. num. 11. in fin.

20 Non obstat, quòd supradictum Instrumen-
tum crediti fuerit stipulatum per Tutricem,
de cuius tutela solemnitèr suscepta non con-
stat, & propterea ipso iure nullus fit in his, quæ
pupillis obesse possunt, l. in dubium Cod. de Tu-
tor. vel Curat. qui satis non dedit, d. l. 2. ff. de eo
qui pro tutor. in puncto matris Gabr. cons. 36.

num. 17. *& num.* 32. *lib.* 1. cum quo concordat
Statut. lib. 2. *Statutor. Vniu. cap.* 44.

21 Quæ nullitas potest etiam à Tertio allega-
ri, quando actus ipso iure à lege pro nullo ha-
betur, post alios *Gratian. cap.* 691. *num.* 9. *&*
seqq. qui tamen loquitur de contractu nullo
ob non seruatas solemnitates necessarias in
contractibus minorum.

Etenim respondetur, quòd Rei conuenti in
responsione ad quartam positionem, in qua
hoc Instrumentum productum fuit, confessi
fuerunt, prout in dicto Instrumento quarendis
de eo legitimè constet, & ideò hanc exceptio-
nem defectus tutelæ non legitur fuisse in actis
22 oppositam; Cùm habeamus regulam in cō-
trarium, quòd exceptiones debent opponi,
23 *Seraph. decis.* 1350. *num.* 4. & quidem specia-
litèr, non generalitèr, & causa non expressa,
propositæ non releuant, nec iudicium impe-
diunt, *l. scire oportet §. scire ff. de excusat. Tu-
tor. Alex. cons.* 181. *in causa post princip. lib.* 6.
post Bart. in l. 1. *ff. de except.* his relatis *Vant.
de nullit. cap. vlt. num.* 90.

24 Prout in simili dicunt *DD.* hanc exceptio-
nem falsi Tutoris esse opponendam, *Montan.
de offic. Tutorum cap.* 32. *num.* 6.

25 Et quamuis exceptiones generales preser-
uent ius specialitèr opponendi vsquè ad sen-
tentiam, *Rot. coram Verall. decis.* 180. *&* 181.
part. 2. *Adden. ad Gratian. decis. Marchia* 122.
num. 3.

Tamen non debent opponi in vltima diē
instantiæ, quia debet remanere parti aduer-
sæ tantùm temporis congrui ad probandum
sua incumbentia contrà dictam specialem
exceptionem, & hoc ad æqualitatem seruan-
dam in iudicijs: Quia data oppositione po-
tuisset Instrumentum Tutelæ produci in
26 actis; Vel probari, quòd ista mater diùs
gesserit tanquam Tutrix, ex quo oritur præ-
sumptio, quod talis esset, *ad relata per Tho-
mas. decad.* 2. *in tit. de Tutor. & Curat.
num.* 13.

27 Vel quòd minor maior factus ratificasset
gesta per Tutricem, *Gratian. cap.* 711. *num.* 60.
28 *& seqq.* Vel illam pro Tutrice approbasset,
Buratt. decis. 524. *num.* 7. & alia similia.

29 Secundò respondetur, quòd licèt non con-
stet, dictam Tutricem Inuentarium confecis-
se, nec illi fuerit decreta administratio, tamen
sufficit pro validitate Actorum, quòd se ges-
serit pro Tutrice, quamuis potuerit à tutela
remoueri, *Buratt. decis.* 526. *num.* 8. qui loqui-
tur de Tutrice recipiente sortem principa-
lem census pupilli.

30 Non obstat, quòd confessio de recepto non
faciat fidem de recepto in præiudicium pu-
pilli, nisi de numeratione aliter appareat, *l.
certum §. sed an ipsos ff. de confess. Mascard.
concl.* 370. *per tot. Surd. decis.* 229. *num.* 24.

Respondetur, nos esse in diuersis terminis,
videlicèt in debito pro affictibus bonorum
decursis, & non solutis à die mortis patrum
pupillorum, qui eadem bona denuò recipiūt
31 ad liuellum, & sic in contractu cum causa,
in quo quatenùs Tutor contrahendo damni-
ficasset pupillum, actus non dicitur ipso iure
nullus, sed in pupilli electione stat contrà Tu-
torem agere ad interesse, vel in integrum re-
stitui, *DD. in l. etiam Cod. si Tut. vel Curat. Mon-
tan. de offic. Tut. & Curat. cap.* 32. *num.* 282.

Fuerunt hinc indè absolutæ partes ab ex-
pensis, stante mutua victoria iuxtà stylum
Tribunalis.

Et ità fuit decisum vtraq. parte acerrimè
informante &c.

CVius decisionis, sumpta occasione, referam
casum in Excelso Consilio Placentiæ deci-
sum inter Illustrissimum Marchionem de Pa-
ueris de Fontana ex vna, & Illustrissimum
Fortunatum Pauerū ex altera de anno 1661.
32 in articulo, an Tutor non faciens inuentariū
totius rei pupillaris, ante illius confectionem
legitimi administratoris personam sustineat;
Ità vt contractus ab eo perfecti dicantur vali-
di, & latè disputato articulo, dicebat vnus ex
DD., quòd contractus validi iudicari debe-
bant, *ex tradit. per Merlin. Pignatell. controu.
forens. centur.* 2. *cap.* 73. *num.* 13. secutus do-
ctrinam *Bart. in l. qui repertorium num.* 4. *vers.
contrarium puto ff. de administrat. Tutor.* quem
sequitur *Rot. penes sanct. mem. Ludouis. decis.*
31. *num.* 4. *& apud Seraphin. decis.* 1004. *num.*
7. cum alijs pleno calamo citatis *per D. Iupam
Gargiar. olim Collegam meum in insigni Tribunali
Rot. Crimin. Genuæ in suis decisionib. for. mercat.
Bonon. decis.* 30. *à num.* 18. *vsq. ad fin. lib.* 3. *in
suis tract. varijs.*

33 Verùm in contrariam sententiam iuit Ex-
celsum nostrum Consilium declarando, quòd
acta facta per Tutorem ante Inuentarij confe-
ctionem, esse ipso iure nulla, *per text. in l. fin.
Cod. de arbitr. tutel.* quem secuti fuère relictis
antiquioribus, *doctissimus Donat. Antonius de Ma-
rin. nunc meritò ob eius inclytas virtutes ad Su-
premum Italiæ Senatum euectus Regens appella-
tus quotid. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 1. *&
seqq. Rot. Roman. in recollect. per me post Sal-
gad. in tract. Labyr. Credit. decis.* 1. *à num.* 14.
15. *&* 16. & hanc opinionem nouissimè re-
portato, ac confutato *Merlin. Pignatell. citatis
controuers.* 73. *cent.* 2. tenet, & tuetur respon-
dendo omnibus motiuis, quæ pro contraria
parte fuerunt excogitata, & quæ casu euenien-

te

tae excogitari possunt, satis optimè meritus de nostro iure *Gregor. de Ganauert. in sua cons. 6. gl. 1. num. 1. vsq. ad num. 97. impress. post suas decis. Cam. Neapoli*; ac etiam ita fuisse decisum in *Rot. Roman.* nuperrimè refert *Emin. Ottoborius in suis decisionib. decis. 170. num. 22.* & magis nouissimè fuit firmatum *per eand. Rot. Roman. in vna Romana Societatis Veneris 15. Martij 1658. coram Reuerendiss. Cerro Decano nunquam satis laudato §. non obstat cum §. seq.* cum qua opinione Ego etiam semper persuasus fui, licèt *in Rot. Lucana* à Coniudicibus meis non fuerim secutus, vt suprà, amantissime Lector, benè vidisti: etsi benè verùm ibi concurrebant aliæ facti circumstantiæ, vt in ea videre est, propterea non incongruum existimaui Tibi indicare, de quonam sensu Ego semper extiterim in iudicando.

ARGVMENTVM.

Delegatus remittere debet causam ad Principem, nisi specialitèr habuerit commissionem cognoscendi super re indicata, & quarè. Sententia an, & quando pariat iudicatum. Clausulæ in rescripto appositæ, *Stante ferme le cose giudicate, caso che ve ne siano*, & generales quid importent. Res iudicata quid sit, & quando dicatur, & *de Iure Commun.* & *Stat. Luc.* an semper opponi valet ad impediendum processum *ad vlteriora*, maximè si agatur de eisdem meritis, & an possit ad merita causæ reseruari. Iurisdictio Delegati à quo pendeat, & limitata, an, & quãdo extendatur ad causas diuersæ speciei, & cognoscendi super competentia cognitionis causæ cuinam tribuatur *ex Stat. Luc. cap. 45. lib. 1.* Rescripta Principũ ad lites emanata an sint impropriandũ, nè derogent Iuri Communi, vel Municipali, aut tollant ius Tertio quæsitum. Laudum nullum, & iniustũ habere nequit vim rei iudicatæ, & an talis præsumatur, nõ interposita appellatione infrà legitima tempora, & ex *cap. 58. Rot. Luc.* an, & quãdo sustineatur nullis factis probationibus, etiamsi esset iniquum. Nullitas notoria ex defectu Iurisdictionis, atquè ex actis patens per ocularem inspectionẽ, an prohibita censeatur, elapso termino Statutario dato ad opponendum eam. *Cap. Rot. Lucen. 57. & 58.* declarantur. Arbitri valentes altè, & bassè procedere, an possint diffinire causas sine constructione processus, & habere in consideratione, quæ dependent à futuro euentu; & an, & quando arbitrari possint super annexis, & dependentibus, & re non petita, ac in compromisso non deducta. Reseruatio iurium facta per Arbitros nihil disponẽtes de eis, quid operetur.

SVMMARIVM.

Delegati non possunt manus apponere super iam iudicatis, nisi Princeps specialitèr commisisset. num. 1.

Sententia contrà rem iudicatam est nulla. num. 2.

Clausula concepta per ablatiuum absolutum, importat conditionem. num. 3.

Pronunciatio ad vlteriora esse procedendum, fieri non potest super petitionibus, quibus obstat res iudicata. num. 4.

Clausula, Stante ferme le cose giudicate, caso che ve ne siano, *importat conditionem, & per ipsam non intelligitur data Iurisdictio, sed spes Iurisdictionis. num. 5.*

Princeps non censetur tribuere Iurisdictionem Delegatis cognoscendi super rem iudicatam, nisi exprefsè in rescripto dixerit, nõ obstante tali sẽtentia in iudicatum transacta. *num. 6. Ampliatur. num. 7.*

Res iudicata quid sit, & quando dicatur. n. 8. & 9.

Sententia parit rem iudicatam, quando lapsum est tempus ad appellandum, vel quando à sententia interdicta est appellatio. num. 10.

Mandati fines diligentèr sunt custodiendi. num. 11.

Iurisdictio Iudicis Delegati in totum pendet à rescripto delegationis. num. 12.

Rescripti forma non seruata, contrà illud facta sunt ipso iure nulla. num. 13.

Res iudicata non est dubia, concurrente identitate rei, actionis, & personarum. num. 14.

Decisio LXXXVIII.

INito compromisso inter DD. VV. Brigidā, & Mariam sorores, & filias q. Sp. Petri Dati nobiles Lucen. super pluribus differentijs inter ipsas, & earum respectiuè Viros ortis quorundam creditorum, quæ vtraq. ex dd. sororibus in hæreditate paterna, mutuo consensù acce-

acceptata cum beneficio legis, & Inuentarij, habere asserebant, & volentes quietè viuere, & vnaquæq. dd. sororum recognoscere eius partem, sub die 9. Augusti 1655. mediante præfato compromisso rogato per Egreg. Ser Ioannem Paulettum prædictas differentias dirimendas, decidendas, ac terminandas commiserunt Excellentissimis DD. Francisco Palmæ, & Aloysio Mansio cum amplissimis clausulis, tàm circà modū procedendi, quàm circà compræhensionem omnium, & quarumcunq. causarum, inter ipsas partes quoquomodò vertentiū, prout latiùs in eo, quod paritèr confirmatum fuit ab Excellentissimo Consilio *iuxtà decis. cap. Rot. 58.*; Coràm quibus DD. Arbitris in executionem præfati cōpromissi dictæ partes, & vnaquæq. ipsarum suas deduxit petitiones, supposito priùs, quòd prædictis Arbitris fuerit data amplissima potestas, quòd nullus esset formandus processus, sed tantùm sufficeret apparere de acceptatione, & sententia, & quòd omnes censerentur in eo compræhensæ lites; Ità vt procedere possent ad sententiam absq. citatione aliquâ, & basis, prout latiùs in eo.

Sub die 15. Septembris 1655. dd. DD. Arbitri laudauerunt, assignando cuilibet ex eis suam partem bonorum hæreditariorum, vt latiùs paret ex d. laudo, à quo nulla ex partibus recursum interposuit, sed potiùs approbarunt facto, vt ex actis patere visum fuit.

Transactis paucis mensibus à die prolationis eiusdem laudi, DD. Iugales de Sinibaldis porrexerunt Excellentissimo Senatui preces pro obtinenda delegatione earundem præfationum à dd. DD. Arbitris decisarum, & facta contrasupplicatione per DD. Iugales de Castagnolis, fuit expositum, dd. controuersias fuisse terminatas mediante laudo in rem iudicatam transacto; Qua sumpta occasione placuit Excellentissimo Senatui committere tribus Excellentissimis DD., qui partes ad concordiam reducerent, sin minùs referrent, quid de iure deliberandum: qui DD. in executionem præfati rescripti, cùm tractassent concordiam, & ab ipsa cecidissent, sub die 26. Ianuarij 1656. fuit facta relatio per eosdem, in qua suadebant Excellentiss. Senatui delegationem omnium controuersiarum cū clausula tamèn, *Stante ferme le cose giudicate, caso che ve ne siano*; Quapropter sic complacuit Excellentiss. Senatui rescribere, & præsentato rescripto sub die 22. Iunij Excellentissimis DD. Io. Baptistæ de Diuersis, Alexandro Mazzarosæ, & D. Francisco Palmæ per DD. Iugales de Sinibaldis, factaq. petitione per eos, continente octo capita, quorum septem iàm erant terminata per præfatum laudum, ac etiam facta oppositione per DD. Iugales de Castagnolis coràm præfatis DD. Iudicibus de defectû Iurisdictionis, & quòd essent prorsùs incompetentes in procedendo, & sententiando super prædictis iàm per Arbitros decisis per sententiam in iudicatum translactam; ideòq. obstare exceptionem *Statut. lib. 1. cap. 45.* ad impediendum processum ad vlteriora in vim declinatoriæ; Quibus non obstantibus duo ex tribus DD. Iudicibus delegatis Excellentiss. D. Francisco Palma tertio dissentiente, sub die 30. prætereti mensis Iunij declarauerunt se competentes, & ad vlteriora esse procedendum dixerunt, à qua pronuncia interposito recursu ad Rotam *iux. form. cap. Rot. 30.* Dubitaui coràm DD. meis, an d. recursui esset deferendum, & successiuè, an exceptio incompetentiæ obstaret, & procul dubio fuit responsum d. recursui esse deferendum, & incompetentiæ exceptionem obstetisse, & obstare (licèt aliqui ex DD. in contrariam inclinare sententiam viderentur.)

Etenim Delegatio Excellentissimi Consilij hinc indè partibus supplicantibus, & petentibus, *saluis rebus inter eas iudicatis*, non est dubium, quòd sit abdicatiua cognitionis, & Iurisdictionis super rebus iàm iudicatis proptèr illam clausulam in rescripto insertam, *Stante ferme le cose giudicate, caso che ve ne siano*, quæ
1 clausula etiamsi abesset, adhuc Delegati non potuissent manus apponere super rebus iàm indicatis, nisi specialitèr, & expresse Princeps commisisset cognitionem rerum iudicatarū, *Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. 52.* & senten-
2 tia contrà rem iudicatam est nulla, *l. 1. Cod. quando probare non est necesse*; Ideòq. cùm rescriptum expressè cantet, vt præfati DD. Iudices Delegati in rebus in iudicatum transa-
3 ctis non se ingerant, stante præfata clausula, quæ vti concepta per ablatiuum absolutum, conditionem importat, *l. à Testatore ff. de conditionib. & demonstr. Barbos. de clausul. claus. 132. num. 12. Caputaquen. decis. 150. num. 2.
4 par. 1.* non poterant pronunciare ad vlteriora esse procedendum super dd. petitionibus, quibus obstabat res iudicata, in puncto *Rot. apud Caputaquen. d. decis. 150. num. 5. Put. decis. 429. par. 1. Barbos. d. claus. 132.* Quæ clau-
5 sula, *Stante ferme &c.* non solùm importat conditionem, sed etiam quòd per ipsam non intelligatur data Iurisdictio, sed spes Iurisdictionis, *l. multum ff. de condit. & demonstrat. Ancharan. cons. 36. num. 4. vers. idem ex alio*; Cùm ad fundandam eorum Iurisdictionem per processum ad vlteriora præcedere debuisset cognitio super verificatione cognitionis;

Ità

6 Ità quòd etiamsi Rescriptum delegatorium
esset obtentum à Principe absq. præfata *clausula*, nullam potuisset ipsis tribuere iurisdictionem cognoscendi rem iudicatam, ea
ratione, quia non censetur Princeps velle
ei præiudicare, nisi expressè dixerit, non obstante tali sententia in iudicatum transacta;
prout latissimè firmat *Ludouic. Sacca cons. 74. per tot. post Alexan. cons. 94. num. 2. lib. 2.* &
ibi *Adden. vers. nec virtus, Menoch. cons. qu. 52. Dec. cons. 178. & cons. 308. num. 1. Tornial. cons. 97. col. fin. in princip. Curt. iun. cons. 209. num. 17. Bellon. cons. 19. num. 1. & Ludouic. Sacc. citat. cons. 74. num. 1. &* [illegible]
7 pliat etiam in casu, quo Princeps in Rescripto
dixerit, *Non obstante tali sententia*; nisi vlterius
addiderit, *In rem iudicatam transacta.*
8 Res autem iudicata nihil aliud est, nisi effectus sententiæ, sicuti executio est effectus rei
iudicatæ; *Castrens. in rubr. de re iudic.* & res iu-
9 dicata dicitur eo ipso, quod per Iudicis pronunciam finis controuersiæ imponitur, *ad*
10 *tex. in l. 1. ff. de re iudic.* & tunc sententia parit rem iudicatam, quando lapsum est tempus
ad appellandum, vel quando à sententia interdicta est appellatio, prout in præsenti casu,
vt in puncto tradit *Muscatell. in sua prax. Iudiciar. in 2. instant. in par. 1. in Glos. verb. deman-*
11 *datur in princip.* Vndè propositis rebus, super
quibus iàm fuerat iudicatum ab Arbitris, Iudices nouitèr delegati debebant se abstinere
à ius dicendo de illis, tanquam exemptis à Iurisdictione delegata propter illam clausulam,
scilicèt, *Stante ferme le cose giudicate*, cuius fines diligentèr custodiri debuissent, *l. diligentèr ff. mandat. Speculat. tit. de Iudic. deleg. §. 5. in*
12 *princip.* Cùm Iurisdictio Iudicis delegati pendeat in totum à rescripto delegationis, *cap. 1. de offic. Iudic. Delegat. Vant. de nullit. tit. de de-*
13 *fect. Iurisdict. Iud. Deleg. num. 93.* & sic facta
contra formam rescripti sunt ipso iure nulla,
cap. cum dilect. extr. de rescript. Cephal. cons. 236. num. 6. Dec. cons. 603. num. 11. Surd. decis. 268. num. 8. Ancharan. cons. 207. vol. 2. Vant. vbi sup. num. 91. Gratian. decis. Marchiæ 44. n. 1. Merlin. decis. Lucen. 96. num. 98. Rot. Rom. decis. 200. num. 4. par. 6. recent. & sic si Delegati cognoscerent de rebus iudicatis, an obstent, vel non, est de illis ius dicere contra formam Rescripti, & ipsius fines excedere; Qua-
14 proptèr cùm non possit dubicari de re iudicata, dùm etiam concurrebat identitas rei,
actionis, & personarum, *l. cum quæritur cum duab. seqq. de except. rei iudic. Dec. cons. 96. n. 5. Gaill. lib. 1. obseruat. obseru. 70. num. 17. Menoch. cons. 501. num. 15. Ioseph Ludouic. decis.*
15 *Luc. 14. num. 4.* Ideòq. cùm exceptio rei iudicatæ habeat vim litis finitæ, poterat semper
opponi ad impediendum processum ad vlteriora, *ad tradit. per Rot. decis. 89. num. 7. & 8.*
16 *post Zacch. de oblig. Cameral.* quod etiam statuitur de Iure Municipali huius inclytæ Ciui-
17 tatis *lib. 1. Statut. cap. 49.* & præsumptio semper stat pro sententia, & re iudicata, quæ etiã
sufficit ad denegandum restitutionem in integrum aduersùs eam, *DD. omnes in l. si cùm dotem §. transgrediamur ff. solut. matrim. Cagnol. in l. fin. num. 37. Cod. de pact. Rot. in Cæsaraugustana de Casper. 18. Martij 1639. coram Reuerendiss. Ghisilerio §. quia cùm agatur, quæ est decis. 118. num. 1. cum seqq. par. 8. recen.* & ita
dictum in *Vercellen. Decimarum 9. Maij 1647.*
18 *coram Reuerendiss. Rotas* [illegible] vt semper sit verum dicere, quòd exceptio rei iudicatæ obsistet, ac impediat processum ad vlteriora,
quando sumus in re, in qua debet agi de eisdem meritis, *vt per DD. in l. eandem ff. de except. rei ven. à Ponte cons. 49. num. 3. 4. & 5. cum seqq. lib. 1. Lanar. cons. 62. num. 35. & seqq.*
19 *lib. 1.* Maximè concurrentibus illis tribus requisitis, *cap. fin.* cum ibi notatis *per Glos. in verb. admitti tit. de re iudic.* & in terminis sic
consuluerunt *Surd. cons. 11. num. 21. cons. 165. num. 11. & cons. 418. num. 13. Abb. cons. 50. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 445. num. 43. Theodor. alleg. 63. num. 25. in fin. de Ponte cons. 6. num. 44. vol. 1. Scacc. de sent. & re iudic. Glos. 14. qu. 2. num. 11. & de appellat. cap. 2. quæst. 10. num. 24. vers. subdeclarat. Giurb. decis. 20. num. 1. Rot. Rom. decis. 100. num. 3. & 4. par. 1. diuers.*
20 Ex quibus omnibus cõclusiuè dicitur, quòd
existentibus rebus iàm iudicatis, & sententijs,
vel confirmatis, vel inappellabilibus, ex quibus, vt suprà tetigi, resultet res iudicata, si de
viribus earundem esset quærendum, consulendus magis esset Princeps delegans, quàm vt
Iudex delegatus ad iudicandum manus apponat; Idcòq. benè facit Iudex in isto casu
remittere cognitionem ad Superiorem, prout
ità in terminis ratiocinatur *Innocent. in cap. ex parte de verb. signif.* quem sequitur *Angel. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. Hippol. Riminal. cons. 660. num. 11.*

Neq. obstat, quod dicebatur de huiusmodi
exceptione rei iudicatæ in vim dilatoriæ opposita ad excludendam Iurisdictionem, potuisse eosdem DD. Iudices delegatos cognoscere tàm *de Iure Communi*, quo inspecto Iudex delegatus cognoscit, an sua sit Iurisdictio,
quàm etiam attento eorum Rescripto in illis
verbis, videlicèt, *Stante ferme le cose giudicate*,
adduntur illa verba, scilicèt, *Casasbe ve ne stano*; Ex quibus dicebatur, deprahendi intentionem Principis rescribentis fuisse, quòd Iudices

dices Delegati examinarent, an adessent res
iudicatæ.

Fuit enim pluribus modis responsum, da-
to, quòd DD. Iudices Delegati habuissent Iu-
risdictionem cognoscendi de viribus rei iudi-
catæ, seù exceptionis incompetentiæ opposi-
21 tæ, hoc ideò fuit intentata dispositio *cap. 45.*
lib. 1. Stat. Vnin. in quo Iurisdictio cognoscen-
di de viribus exceptionis incompetentiæ, Iu-
dici, cui obijcitur, apparet concessa, dummo-
dò tamen forma *in d. cap.* tradita, à Iudice
Delegato seruetur, scilicèt, vt infrà terminum
trium dierum pronunciare teneatur super d.
exceptione, qua forma non seruata, actus om-
ninò corruit iuxtà vulgata; & sic in præsenti
casu duo ex Iudicibus Delegatis pronuncia-
uerunt se competentes, mandando ad vlte-
riora procedi, & assignando tempus ad pro-
bandum, non obstante, quòd tempus in dicto
Statuto præfixum esset elapsum, infrà quod
22 tenebantur cognoscere de re iudicata, qua
stante, erant reijciendæ dictæ exceptiones,
iuxtà dispositionem *præfati cap.* ac etiam tra-
duntur in puncto *Ancheran. cons. 372. num. 2. in*
fin. Tusc. in suis conclusionib. conclus. 383. nu. 4.
23 Cùm exceptio rei iudicatæ per indirectum
importet incompetentiam Iudicis, & Iurisdi-
ctionis defectum: & sic fundamentum Iurisdi-
ctionis erat cognoscere infrà terminum de re
iudicata, nec ipsius exceptio ad merita causæ
erat reseruanda sinè vitio nullitatis, vt post
alios clarè firmat *Papien. in forma libelli decli-*
nat. Iurisdict. vers. exceptiones declinatoriæ,
Gaill. obseru. 21. num. 2. lib. 1. prout vigore
24 *eiusd. cap.* tenebantur: Cùm verbum illud *in*
d. cap. existens, scilicèt *Teneatur*, importet
præcisè necessitatem ita faciendi, *Ias. in l. à*
Iudice Cod. de iudic. Magon. decis. Luc. 9. num. 2.
25 Cùm certum sit, quòd defectus Iurisdictio-
nis etiam circà tempus committatur, *Vant.*
tract. de nullitat. tit. ex defect. Iurisdict. Deleg.
26 Neq. obstat, quòd d. laudum non possit ha-
bere vim rei iudicatæ, vtì nullum, & iniustum,
adiatè tradita *per Rot. Roman. decis. 574. num.*
1. part. 1. & decis. 594. num. 4. par. 2. recent.
Inc. nostra apud Merlinum decis. 8. num. 4. cum
27 Etenim fuit responsum, d. laudum fuisse
latum in vim compromissi conuentionalis
confirmati ab Excellentissimis DD. Antianis,
& Vexillifero Iustitiæ cum Clausula, *Vt non*
posset ab eodē laudo appellari, recurri, aut quouis
modò de nullitate dici, seù reductio ad arbitrium
boni viri ab aliquo Iudice peti, vt ex decreto la-
to sub die 13. Augusti 1655. in processu com-
promissario fol. 11. Ideòq. non poterat corā
aliquo Iudice, nec de nullitate, nec de iniusti-
tia contrà d. laudum opponi, nisi ex tribus
tantùm capitibus, scilicèt ex defectu Iurisdi-
ctionis ipsorum DD. Arbitrorum, proptèr do-
lum præsumptum, ac proptèr dolum verum,
vt puta, proptèr enormissimam læsionem ex-
cedentem dimidiam, quæ appareret ex dedu-
ctis coram eis, nisi facto priùs deposito pœnæ
in eodem compromisso conuentæ in manibus
Camerarij Generalis, vt clarè disponitur *in d.*
cap. Rot. 58. in vers. & vlteriùs, & in vers. &
28 *prædicta*, vbi fuerunt ponderata ea verba,
idest, *Non possint audiri vllo modo*, quæ verba
vtì vniuersalia comprahendunt omnem mo-
dum, & casum, proptèr quem potuissent par-
tes proponere nullitatem, si *d. cap.* factum nō
esset, etiamsi nullitas excipiendo, vel repli-
cando proponeretur, *Dec. cons. 599. num. 3.*
Decian. cons. 51. num. 12. lib. 1. Surd. cons. 453.
num. 8. Cephal. cons. 451. num. 187. Zuccar. dec.
Lucen. 18. num. 25. 28. 29. & 30. Quaproptèr
29 cùm DD. Iugales de Sinibaldis non seruaue-
rint formam prædictæ Constitutionis, nō po-
terat ab aliquo Iudice, etiam Delegato ab
Excellentiss. Senatu, de prætensa nullitate,
seù iniustitia laudi cognitio accipi, vt in his
terminis fuit decisum *per istam Rot. coram*
Merlino decis. 96. in princip. vers. nec prædictis.

Ità quòd dispositio *d. cap. 58.* etiam proce-
dat, dato, quòd in Rescripto Excellentiss. Se-
natus eidem Iudici Delegato fuisset data au-
thoritas cognoscendi, & iudicandi super nul-
litatibus prædictis quatenùs de Iure; Cùm
30 semper Rescripta Principum ad lites emana-
ta, interpretationem recipiant, vt non dero-
gent Iuri Communi, vel Municipali, *cap. cau-*
sam quæ extr. de rescript. l. vlt. Cod. de precib.
Imperat. offeren. Surd. cons. 203. num. 33. Hon-
ded. cons. 24. nu. 9. vol. 2. Petr. Caball. cons. 124.
31 *num. 2.* & nisi Rescriptum expresè deroget
Iuri Communi & Municipali, nunquàm præ-
sumitur derogatio, *Roman. cons. 334. num. 20.*
32 *Fab. de Anna cons. 62. num. 32.* & Rescriptum
sēper eo modo intelligitur, nè tollat ius Ter-
tio quæsitum, *Surd. cons. 203. num. 38. vol. 2.*
Paris. cons. 108. num. 19. lib. 4. Gomes. ad reg. 1.
33 *Cancell. vers. solatio*; Imò in tali casu verba
Rescripti veniunt impropriánda, *ad latè tra-*
dita per Alb. cons. 557. num. 17. & fuit dictum
per istam Rot. etiam apud Merlin. decis. 96. à nu.
1. vsquè ad 6.
34 Secundò fuit responsum, quòd cùm *d. cap.*
Rot. non prohibeat in totum partibus, dicere
non posse de nullitate laudi, sed eis præfigat
certum tempus ad dicendum de nullitate,
finito tempore à *Statuto* præfixo, prout in
casu, de quo agitur, quælibet nullitas prohi-
bita censetur, etiam notoria, & concernens
dese-

defectum Iurisdictionis, quæ ex actis ictu ocu-
li pateret, vt per Alex. cons. 105. sub num. 7.
lib. 5. Rolan. cons. 83. sub num. 16. lib. 1. Surd.
cons. 160. num. 20. vol. 2. Marescott. var. reso-
lut. lib. 2. cap. 51. num. 5. ista Rot. apud Merlin.
decis. 96. num. 8. & apud Zuccarum decis. 23.
num. 18. & magis in terminis apud eund. Zuc-
35 car. decis. 58. num. 6. & ratio patens est, quià
Arbitrium, seù Laudum semper præsumitur
iustum, dùm ab eo non fuit infrà legitima tē-
pora reclamatum, Rot. Rom. decis. 154. nu. 5.
36 par. 3. recent. & sic quando Statutum præfigit
certum terminum ad dicendum de nullitate,
nullitas etiam notoria, ac ex defectu Iurisdi-
ctionis haud opponi valet, Cephal. cons. 138.
num. 20. cum alijs per Rimin. iun. cons. 178. nu.
37. lib. 2. Lancellott. de atent. cap. 17. num.
114. par. 2. cum innumeris per Borgnin. decis.
19. num. 6. par. 3. Zuccar. decis. 18. num. 26. &
37 hoc dato, quòd nullitas per viam actionis,
siuè per viam replicationis opponatur, vt in
puncto firmat Aymon. cons. 179. num. 4. Ro-
land. cons. 83. num. 16. Rot. Rom. apud Achill.
de Grass. de constit. decis. 8.

38 Tertiò fuit responsum, quòd DD. Iugalibus
de Sinibaldis incumbebat onus probandi cō-
cludentèr notoriam nullitatem, vt post Vant.
in tract. de nullit. tit. à quo, & quib. mod. num.
2. D. Lal. Altograd. cons. 74. num. 5. cum seqq.
39 lib. 1. Ità vt nullam pati posset controuersiam,
siuè in facto, siuè in iure, ex quo omnis dubie-
tas vim notorij adimit, & facit, quòd aliquid
notorium non dicatur, ità post Contard. in l.
vnic. Cod. de momentan. possess. limit. 7. num. 57.
Lancellot. de attent. appellat. pendent. cap. 12.
limit. 9. num. 5. Surd. cons. 406. num. 21. cum
seqq. vol. 3. Rot. ista apud Merlin. in totiès citat.
40 decis. 96. nu. 7. & ad hoc, vt sententia possit
dici notoriè, nulla, & iniusta. Nullitas, & in-
iustitia debet esse ità patens, vt nulla tergiuer-
satione cęlari possit, vt in puncto Felin. in cap.
inter cætera num. 11. de senten. & re iudic. Ce-
phal. cons. 201. nu. 10. lib. 1. Menoch. cons. 478.
num. 54. lib. 5. Caball. cons. 31. num. 5. & 6.
Honded. cons. 28. num. 48. & 49. lib. 1. cum
alijs per Surd. cons. 324. num. 7. vers. circà verò
secundum, Rot. nostra apud Zuccarum decis. 23.
num. 43. & fuit in præcisis terminis firmatum
in Romana Fideicommissi 3. Martij 165 coràm
Eminentiss. Cardin. Ottbobono §. eademq. respon-
sio, quæ est in eius impressis decis. 242. à n. 33.
41 vsq. ad fin. & hoc tantò magis, quià notoria
nullitas non potest resultare ex d. laudo, ex
eo quià dd. Arbitri in eorum prolatione ex-
pressè, ac per modum causæ ad acta se non
retulerunt, scilicèt in ipsis actis laudum fun-
dando, prout exigitur, ad effectum, vt sen-
tentia iniqua, notoria, & nulla censeri de-
beat, prout de magis cōmuni testantur Alex.
cons. 123. num. 7. lib. 1. Surd. cons. 223. num. 18.
& 19. Gabr. de senten. conclus. 10. per tot. cum
alijs per Vant. de nullit. ex defect. process. num.
129. & 130. Barz. decis. 33. num. 6. & 7. Put.
decis. 401. num. 1. lib. 1. in terminis Rot. nostra
penès Zuccarum decis. Ciuil. 23. num. 41. Et hoc
42 clarè patere visum fuit, cùm vigore eiusdem
compromissi fuerit concessa facultas dd. DD.
Arbitris ferendi laudum, nullo præcedente
processu, nullisq. apparentibus probationi-
bus, sed tantùm assumptis informationibus
extraiudicialibus; ex quo sequitur clarè, non
adesse acta, ex quibus constare posset de as-
sertis nullitatibus; Cùm hoc casu vigore d. au-
thoritatis sustineatur laudum, nullis etiam
factis probationibus, vt per Merlin. totiès citat.
decis. 96. Zuccar. d. decis. 23. num. 40. & quan-
43 do Arbitris fuit data potestas procedendi si-
nè scriptis, nullis admissis probationibus, tunc
ipsis adhibetur fides de gestis coràm ipsis, Rot.
44 decis. 553. par. 1. rec. & ratio est, quià tunc
possunt iudicare secundùm veritatem quo-
modolibèt, notat Rot. decis. 380. num. 2. par. 3.
45 rec. Imò dato, quòd talis nullitas apparere
posset, non ex extrinsecis probationibus, sed
ex eisdem actis resultantibus fuisset iustifi-
canda, vt disponitur per Stat. in lib. 1. cap. 109.
& 110. & lib. 5. cap. 2. in illis verbis, De nul-
litate sententia constaret ex actis; Ità quòd nec
altior indago, nec noua probatio super ipsa nulli-
tate requireretur, vt eod. lib. 5. cap. 7. vers. &
sententia, & per d. cap. Rot. 58. in vers. & præ-
dicta. Ibi. Quæ appareret ex deductis coràm eis,
46 & non alitèr; Ideòq. dato, quòd nullitates
essent notoriæ, non merentur attendi, cùm
laudo etiam iniquo per partes standum sit, vt
per Merlin. decis. 96. num. 32. per tex. in l. diem
proferre §. tali ff. de recept. Arbitr. Cephal. cons.
740. num. 16. Barbat. cons. 40. num. 54. vol. 4.
47 & hoc clarè disponitur per cap. Rot. 57. & 58.
Vbi. Cùm nullus Iudex possit cognoscere, aut
procedere, nec habeat aliquam Iurisdictionem
cognoscendi, aut procedendi super aliquo appel-
latione, aut nullitatis dictione, vel reductione,
aut recursu, qui, seù quæ quouis modo, aut sub
quouis colore, aut prætextù interponeretur à sen-
tentia laudi, teneatur omninò audientiam dene-
gare. Quæ verba sunt adeò ampla, vt non
possit dubitari, quin, illis attentis, etiam nulli-
tas, seù notoria iniustitia censeatur exclusa, vt
in terminis consuluit Hippol. Rimin. cons. 655.
& ità decisum dicit Zuccar. decis. Ciuil. 23. num.
21. & 22.

Ex quibus omnibus visa fuit resultare iusti-
tia dd. DD. Iugalium de Castagnolis super

com-

competentia, & minùs opus fuisse ingredi di-
scussionem nullitatũ aduersùs laudum à DD.
Iugalibus de Sinibaldis oppositarum; Verùm
nè aliquid intactum remaneat, opus fuit illas
gustare; ità vt luce clariùs appareat, quòd
nullo modo sententia DD. Arbitrorum vitiũ
nullitatis, & iniustitiæ notoriæ contineat; Ità
vt valeat infringere laudum ab ipsis prolatũ;
48 Nàm, vt suprà fuit fundatum, notorium non
dicitur, quod aliquo modo turbiditatem ad-
mittit, *ad doctr. Felin. in cap. inter cæteras num.
11. de senteat. & re iudic.* eum alijs suprà *in §.
3. fuit responsum*, & fuit dictum *in Romana So-
cietatis de Rotignis 5. Nouembris 1646. coram
Reuerendiss. Ghisilerio §. omnis in fin.*

Quo themate retento, non obstat, quòd
DD. Arbitri manus apposuerint in ijs, quæ eo-
rum cognitioni fuerant penitùs sublata, vide-
licèt credita propria Sp. Iacobi.

49 Quià obiectum ex facto corruit, dùm appa-
ret, quòd circà d. creditum nihil ipsi Arbitri
disposuerunt, quæ Iurium reseruatio nihil no-
ui operatur, nec tribuit ius, nisi aliundè com-
petat, *Oldrad. cons. 214. Becc. cons. 74. num. 6.
50 Surd. cons. 375. num. 21.* & reseruatio Iurium
nullius partis ius lædit, & iuri, & iustitiæ benè
deseruit, *iuxtà doctr. Bald. in l. peremptorijs col.
4. in verb. non deseruit Cod. quando sententia re-
scin. non poss. Socin. cons. 287. & 288. col. 1. lib.
2. Castrens. cons. 311. lib. 2. Rot. apud Buratt.
decis. 448. num. 4. & decis. 567. in fin. par. 2.
recent.*

Neque obstat, quod dicebatur, d. laudum
fuisse latum vigore asserti Instrumenti dotalis,
quod tamen dicitur non productum, seù mi-
nùs cognitum.

51 *Fuit* enim responsum, omissis alijs, quòd
cùm Arbitri prædicti haberent facultatem
did, & basse procedendi, & de facto, poterant
sine aliqua constructione processus causas cõ-
promissas diffinire, *Menoch. de arbitrar. quæst.
19. num. 19. lib. 1. Mart. de clausul. claus. 8. Mer-
lin. citat. decis. 96. num. 22. Gratian. discept. fo-
52 rens. cap. 23. ferè per tot.* & sic dato, quòd In-
strumentum, siuè Instrumenta dotis non vi-
derint, quià potuerunt dd. Arbitri à se ipsis
informationes sumere, & Instrumenta videre,
& sic ipsis præcognitis sententiam ferre, *iuxtà
doctr. Bart. in l. prolatam num. 8. & 9. Cod. de
53 sentent.* Tantò magis quià dd. Arbitri in pro-
latione sententiæ dicunt, vidisse scripturas, &
Instrumenta, vtiq. eorum assertioni standum
est, cùm ex iusta causa moti præsumantur,
*Rot. apud Gregor. decis. 106. num. 2. Rot. decis.
380. num. 2. par. 3. recen.* & consuluerunt *So-
cin. cons. 23. vers. sed præmissis vol. 3. Menoch.
cons. 208. nu. 19. Merlin. decis. Lucen. 96. nu. 26.*

Neq. obstat, quod dicebatur de hæreditate
q. Nicolai Federici, de legato scilicèt scutorũ
400. dictos DD. Arbitros nihil definijsse, ex
eo, quod per cautionem ad fauorem Iugaliũ
de Sinibaldis fuit consultum, & cautio sit fra-
gile remedium ad allegata per Informantes.

54 Fuit enim responsum, quòd ex tenore sen-
tentiæ terminatio, & decisio d. legati contro-
uerti non potest; Cùm appareat, ipsum fuisse
assignatum Sp. Iacobo ad formam scripti ma-
trimonialis, ac etiam fuisse eidem in recom-
pensationem d. legati assignatam annuam
redditam soluendam per DD. de Castagnolis,
donec &c. & cùm d. legatum dependere pos-
set à futuro euentu, poterant de ipso non ha-
bere considerationem, prout habuerunt, *ad
tradit. per Rot. decis. 100. post Zacch. de obligat.
Cameral. num. 3. Seraph. decis. 855. num. 3.*

Neq. obstat illud, quod dicebatur circà le-
gatum scutorum 200. DD. de Bonuisis, in
quo prætenditur, DD. Arbitros excessisse fines
computandi illud in dotem contrà formam
scripti matrimonialis.

Fuit enim responsum, quòd cùm per publi-
cum Instrumentum Sp. Iacobus de Sinibaldis
iam declarasset, dd. scuta 200. recipere in
causam dotis, & in computum summæ scuto-
rum 1800. ex d. causa sibi debitorum, quod
Instrumentum apparet ex rogitu Io. Pauletti
sub die 20. Ianuarij 1651. & sic excessus con-
siderari non potest in dictis Arbitris, qui nil
noui circà d. summam disposuerunt, sed fa-
ctum ipsiusmet Sp. Iacobi comprobarunt, &
sic vigore authoritatis, dd. Arbitris in præfato
compromisso attributæ ad seruandam æquali-
tatem, ità fuit pronunciatum, stante quòd in
computatione dotis D. Mariæ fuit calculatũ
idem legatum scutorum 200. vt patet ex chi-
55 rographo matrimoniali, & in iure quælibet
interpretatio est sumenda pro æqualitate ser-
uanda inter liberos, & sorores, *§. illud quoq.
authen. de nupt. Bart. in l. paterfamilias num. 2.
ff. de collat. dot. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 2.
56 num. 5. cum seqq.* Vbi quòd gratia seruandæ
æqualitatis res, quæ non est conferenda, de-
bet conferri, *Barbos. axiomat. 16. num. 4. Tira-
quel. de primogen. quæst. 4. num. 2. & 3.* Et sic
57 pro seruanda dicta æqualitate, æquitate sua-
dente, iurisdictionem etiam limitatam exten-
di ad causas etiam diuersæ speciei, *l. quotiès*,
vbi *DD. Cod. de iudic. Bart. & alij in l. interdùm
§. qui furem ff. de furt. Rot.* in puncto *apud Mer-
lin. decis. Lucen. 96. num. 37. & 38.* & latè fuit
dictum *in Pisauren. Donationis 8. Februarij
1647. coram Eminentiss. Ottbobono impress. post
Salgad. tract. labyr. Credit. decis. 87. num. 23. &
apud eund. dec. 88. num. fin.*

Neq. tandèm, alijs omissis, fuit visum obstare, quod dicebatur, dd. DD. Arbitros vtriq. partium assignasse pro earum respectiuè creditis, partem hæreditariorum bonorum diuisam, & separatam, & sic abstulisse DD. Iugalibus de Sinibaldis electionem eis vti anterioribus, competentem, vt latè in obiecto, ac etiam excesserint in faciendo, & in assignando partes.

58 Fuit enim responsum, quòd d. electio minimè erat concedenda, dùm vtriusq. ex sororibus par esset conditio, & sic ex præfata assignatione nullum fuit illatum præiudicium. Neq. etiam obstare, quòd dd. DD. Iudices, seù Arbitri partes assignarunt, & sic excesserunt eorum fines; Nàm fuit responsum, quòd licèt *de Iure Communi* simpliciter, & indistinctè procedere possit, quòd Iudices non possint facere partes; Tamen *de Iure Municipali* contrarium disponitur, vt videre est *in lib. 2. Stat. Vniu. cap. 61. §. vbi autem, & cap. 63. §.*
59 *factis igitur*; Quò verò ad alia credita fuit animaduersum, DD. Arbitros specialitèr, & expresse fuisse constitutos ad dirimendas controuersias, quæ occasione diuisionis faciendæ inter easdem sorores hæreditatum paternæ, maternæ, ac aliorum quorumcunq. bonorũ, & effectuum, inter eos communium, cum facultate designandi, & ponendi terminos de bono, & æquo, summariè, & de plano, & sine figura iudicij, *altè, & bassè*, ad quem effectum fuit electus Paulus Natalinus Agrimensor publicus, vt legitur in d. compromisso de communi consensu, ex quo potestas Arbitri concessa metiri debet, *iuxta decis. Rot. 515. num. 1. par. 1. rec. ead. Rot. apud Mohedanum decis. 5. de Iudic. num. 3. & decis. 759. num. 2. par. 3. recen. Surd. decis. 133. num. 15.* & sic conclusi-
60 uè dicitur in annexis, & dependentibus, posse Arbitros super ipsis laudare, *Rot. decis. 540. num. 6. par. 1. recen. Gratian. decis. Marcb. 6.*
61 *num. 8. & 16.* Maximè quando agitur pro bono pacis, quià tunc etiam super re non petita, siuè in compromisso non deducta, posse Arbitros laudare, firmant *Socin. iun. cons. 135. num. 9. lib. 1. idem Gratian. d. decis. 6. num. 33. cum seqq.*

62 Ex quibus vndiq. patet, leuioribus omissis, ingenuitas DD. Excellentissimorum Arbitrorum, qui hinc indè libratis prætensionibus dd. Iugalium respectiuè iustum protulerunt laudum, non autem nullum, & iniquum, vt prætendebatur, quod dato, quòd esset, prout non est, illi esset standum, *ad text. in l. diem proferre §. stari ff. de recept. arbitr.* cum alijs suprà citatis §. *ideòq.*

Et ità fuit decisum &c.

Quam causam postindè, mediante authoritate Excellentiss. Senatus, auditis fuisse terminatam ad euitanda scandala, quæ inter partes imminebant.

ARGVMENTVM.

Adiectus an, & quando agere possit contrà Promissorem, & stantibus verbis, *Siuè futuro eius viro* Maritus nõ dicitur adiectus, sed procurator in rem propriam constitutus. Creditores an, & quando habeant actionem conueniendi in iudicio Emptorem, si eis Emptor de voluntate Venditoris pretium soluere promiserit. Actio personalis fauore dotis, an statim oriatur, quando quis se obligat ad aliquid dãdum mulieri, vel eius futuro viro, & an quæratur absenti, licèt non sit adiecta, nec stipulata. Accollatio, seù Compensatio extinguit debitum. Solutio facta, certa forma tradita non seruata, non inducit liberationem; & an, & quando legitimè fiat ei, cum quo contractum fuit.

SVMMARIVM.

Instrumentum publicum omni solemnitate vallatum facit probationem probatam, & reddit rem certam, manifestam, & euidentem, & contrarium asserens per concludentissimas probationes probare debet. num. 1. & 2.

Via executiua alicui competens, competit quoque eius hæredibus. num. 3.

Actio consecutiua dotis vnà cum fructibus competit etiam hæredibus. num. 4.

Adiectus non habet vllam actionem aduersùs eum, qui ex alterius mandato soluere promisit. nu. 5.

Adiectus potest tantùm recipere solutionem à Promissore. num. 6.

Creditores, quibus in Instrumento nominatis Emptor de voluntate Venditoris pretium soluere promisit, nullam actionem habent conueniendi in iudicio Emptorem. num. 7. Declaratur. num. 8. & 9.

Maritus non simpliciter dicitur adiectus, sed censetur Procurator in rem propriam constitutus, stantibus

tibus verbie, Siuè futuro eius viro. *num.* 10.

Actio personalie fauore dotie statim oritur, quando quis se obligat ad aliquid dandum, vel soluendum alicui mulieri, siuè eius futuro viro. num. 11.

Actio fauore dotis quæritur etiam absenti, quamuis sit adiecta, & non stipuletur. num. 12.

Actio fauore dotis quæritur mulieri absenti ex contractu cum alye celebrato. ibid.

Compensatio extinguit debitum. num. 13.

Soluens non consequitur liberationem, quando solutioni est data certa forma, forma adunguem non seruata. num. 14.

Solutio regulariter rectè fit ei, cum quo contractum fuit. num. 15. *Fallit. num.* 16.

Notario pro aliquo simpliciter stipulante, accollatio, facta per Emptorem ad fauorem mulieris de aliqua re, fit irreuocabilie, etiam ante acceptationem. num. 17.

Accollatio habet vim solutionie. num. 18.

Consensus resultans ex accollatione operatur tacitam obligationem ad fauorem Creditorum. n. 19.

Statutum contrarium Iuri Communi est strictè intelligendum. num. 20.

Compensatio non fit de credito vnius cum alterius debito. num. 21.

Decisio LXXXIX.

EX soppositione in facti serie indubitata; quòd Cæsar Marci Antonij Georgij retroactis annis vendidit Dominico Georgij quædam bona pro scutis 731. de quibus d. Cæsar venditor relaxauit in manibus dicti Dominici Emptoris scuta 88÷ pro illis soluendis D. Lucretiæ Sorori ionuptæ, tempore eius matrimonij, siuè eius futuro Viro, pro quibus non intelligeretur translatum dominium, donec effectualitèr dd. scuta 88÷ non fuissent soluta, vt supra, & interim correspondere promisit fructus, donec &c. prout latiùs in Instrumento, cui &c. Præsopposita etiam morte D. Dominici Emptoris, relicta hærede eius filia Elisabetha, & præsopposita similitèr morte Lucretiæ, quæ collocata in matrimonium cum d. Cæsare cum dote 600. aureorũ, cum quo procreauit duas filias fœminas, nempè Catharinam, & Mariam, quæ cùm instituissent iudicium, tanquam hæredes earũ matris contrà d. Elisabetham pro consecutione dd. scutorum 88÷ obtinuerunt sequestrum super quodam Instrumento, & facta legitima instantia coram Iodice Ordinario pro adiudicatione, instructo processu, sententiauit, non esse locum petitæ adiudicationi: & deuoluta causa ad Rotam per viam appellationis, fuit dubitatũ, an sententia D. Iudicis Ordinarij esset confirmanda, vel infirmanda.

Et DD. dixerunt, d. sententiam esse infirmandam: etenim iniustitia visa fuit patens,
1 cum de debito constet per publicum Instrumentom omni solemnitate vallatum, quod
facit probationem probatam, ac rem certam,
manifestam, & euidentem reddit, *ad text. in l. cum precibus 18. Cod. de probat. Bart. in l. 1. col. 2. ff. de nou. oper. nunciat. cap. cum olim, & Clementin. sæpè de verb. signific.* cum alijs *per Rot. in Ramana Census 14. Decembris 1648. §. creditam coram bo. mem. Arguellee, & in Beneuentana Saluiani 14. Maij 1649. coram eod. Ludo-*
2 *uis. decis. 157. num. 13.* & qui contrarium dicit,
vel supponit, per concludentissimas probationes d. Instrumento aduersatioas probare debet, *Rot. penès Farinac. decis. 89. num. 1.* & cõ-
3 sequentèr cùm ex d. Instrumento omni solemnitate vallato competat via executiua D. Lucretiæ, vt hæc etiam suffragetur eius hæredibus, *Rot. decis. 630. num. 1. par. 1. rec.* & quòd
4 actio pro consecutione dd. scotorũ 88÷ dotalium vnà cum fructibus etiam ad hæredes
D. Lucretiæ transiuerit, est *tex. in l. si Socer §. Lucius ff. solut. matrim. Ruin. cons. 133. num. 6. vers. alia etiam ratio, Gabr. cons. 82. num. 8. lib. 2. Triuisan. decis. 22. lib. 1. Vinc. de Franch. dec. 33. num. 4. & 5. Rot. decis. 124. num. 2. par. 4. recen.* & nouissimè fuit dictum *in Romana Dotis Luna 13. Maij 1652. §. actio verò coram bo. mem. Peutingero* cum alijs *per Merlin. de pignorib. lib. 3. quæst. 79. num. 5.*

Nec DD. fuit visum releuans obiectum,
quòd D. Lucretia, seù illius maritus debeat
considerari tanquam Adiecta, seù Adiectus;
5 Propterea cùm Adiectus nullam actionẽ habeat ad exigendum aduersùs eum, qui ex mãdato alterius soluere promisit, *iuxta text. in l. quod stipulatus ff. de solut. Strace. tract. de adiecto par. 1. num 46. & seq. Chart. decis. 126. nu. 1. Franc. Marc. decis. Delphin. 468. par. 1. Magon. decis. Florentin. 106. num. 3.* cum alijs *per Gratian. discept. forens. cap. 49. num. 8.* Cùm
6 tantùm Adiectus possit recipere solutionem à
promissore, *ad decisa per Surd. decis. 229. num. 8.* & in dictis terminis dicit decisũ Pisis *Marc.*
7 *vot. 48. in princ.* vt Emptor, qui pretium de
voluntate Venditoris soluere promisit certis Creditoribus in Instrumento nominatis, vt prędicti Creditores nullam actionem habeant conueniendi in iudicio dictum Emptorem, *ex tex. in l. cum res 22. Cod. de donationib.* & ibi *Cyn. num. 2.*

8 Tamen per DD. meos plura fuerunt data
responsa, primò quòd omnes sopradicti *text. & DD.* loquuntur in simplici Adiecto, non
autem quando quis est Adiectus vel in rem

suam; Nam tunc ratione sui interesse benè agere potest, ità *Rot. in Romana septem millium 15. Decembris 1603. coram Iusto, & apud Coccin. decis. 402. num. 2. & 3. Magon. decis. Lucen. 34. num. 8. Chartar. decis. Iannen. 126.* Et hanc
9 conclusionem vendicare sibi locum etiam daro probabili interesse, vt rectè Adiectus agere valeat, *Ruin. cons. 209. num. 9. lib. 1. Vrseill. in suis conclus. conclus. 49. num. 12. & 13.* Sed interesse in casu *decis.* est patens propter onus matrimonij contemplatione, cuius emanauit promissio.
10 Secundò dixerunt DD. ad tollendas omnes amaritudines, ponderando illa verba, *Siuè futuro eius viro*; Nã in isto casu Maritus non simplicitèr adiectus, sed in rem propriam constitutus dicitur Procurator, ità *Aretin. in l. liber homo §. fin. in fin. ff. de verb. oblig. Decian. respons. 52. num. 38. cum seqq. lib. 3. Stracc. de adiect. par. 1. num. 51. cum seqq. Barz. decis. 26. num. 2. Rot. Iannen. decis. 4. num. 13. & seqq.* & in proprijs terminis *Fontanell. de pact. nuptia. lib. Claus. 6. Glos. 1. par. 1. num. 34. vsq. ad 40.*
11 Tertiò dicebat vnus ex DD. ad confirmationem prædictorum, quòd actio personalis fauore dotis statim dicatur nata, quando quis se obligat ad aliquid dandum, vel soluendum alicui Mulieri, siuè eius futuro viro, cùm sic dicat decisum *Gram. decis. 103. num. 102.* & licèt non adfuerit (& est responsio ad alterum obiectum) qui acceptasset pro ipsa Lucretia, siuè eius futuro viro, promissionem d. Dominici Emptoris, penès quem remanserunt dicta scuta 88÷ ad effectum soluendi vt suprà, prout effectualitèr soluere promisit; Tamen
12 quòd d. actio fauore dotis queratur etiam Absenti, quamuis sit adiecta, & non stipuletur, est *tex. in l. Caius ff. solut. matrimon. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 28. in princ. Surd. cons. 206. num. 25. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 49. num. 23. lib. 1.* in terminis *Rot. in Romana Saluiani 6. Iunij 1639. coram R. P. D. Verospio §. 1.* vbi quòd fauore dotis quæratur actio Mulieri absenti ex contractu cum alio celebrato, *ex text. in l. 1. §. accedit Cod. de rei vxor. act. & in l. vlt. Cod. de iur. dot. in princip.* & voluit *Bart. in cons. 123. num. 1. lib. 1. Dec. in cons. 35. num. 1. Alex. in l. admonendi num. 41. ff. de iureiuran. & in cons. 4. num. 8. lib. 2.*

Vltrà quod adest *Seat. V nin. Luc. cap. 76. lib. 2.* quod aufert omnem dubietatem, vt videre est.

Neq. releuans fuit DD. visa exceptio, quòd d. Cæsar, re integra, fecit se graduari in hæreditate data pro decocta d. Dominici Emptoris pro dd. scutis 88÷, & quòd pro prædictorum consequutione dicto Cæsari ab Illustribus Consulibus fuerunt assignata quædam bona, ex quibus posset satisfieri de prædicta summa, prout euidentèr apparet ex quadam vacchetta manu Dominici Iulij Georgij, & per testes formiter recognita, tenoris prout in ea &c.

Nam primò fuit responsum, quòd d. vacchetta facit potiùs contrà, quàm pro respectu producentis, quandoquidem in ea legitur hæredes Marci Antonij Georgij esse debitores Perillustrium DD. Syndicorum Curiæ Mercatorum in starijs 80. frumenti, occasione conductionis bonorum, à dd. DD. Syndicis Dominico Georgio locatorum, quo supposito, cessat, quòd ex d. vacchetta detegatur compensatio, sed potiùs contrarium, cùm aliàs in
13 ea non se creasset debitorem; Cum compensatio extinguat debitum, *per tex. in l. solutionis ff. de solutionib. l. Iulianus ait ff. de condictionib. & demonstrat. l. si debitor ff. qui potior. in pign. habeant. Salgad. in suo tract. labyr. Credit. par. 2. cap. 28. num. 10.* cum alijs per ipsum allegatis.

Secundò fuit responsum, vt quicquid dici possit per decoctionem, & graduationé prædictam; Attamen vllum præiudicium per hoc fuit inductum d. Lucretiæ, & successiuè eius viro, & filiabus, qui omnes habent directam actionem contrà Promissorem, cùm ipse Dominicus, siuè alius pro eo non debebat soluere, seu solutionem præactam permittere, Nam de accollatione dd. scutorum 88÷ non pote-
14 rat esse controuersia; Quapropter, quandò solutioni est data certa forma, soluens non consequitur liberationem, nisi forma adunguem fuerit seruata, *Gerius Spin. cons. 49. num. 20. lib. 1. Socin. iun. cons. 116. num. 6. cum seqq. lib. 2. Rot. in Romana Fructuum census 22. Iunij 1646. coram Reuerendiss. Cerro Decano §. per obitum, vers. quando enim solutioni, & §. mul-*
15 *tòq. minus,* & sic non releuat, quòd restitutio sit facta ei, cum quo contractum fuit, cui regularitèr rectè soluitur, *Surd. decis. 229. num. 8. cum seqq. Canaler. decis. 147. num. 1. & 2.*
16 Cùm conclusio non procedat, quando aliàs constat de voluntate Contrahentis, qui omnem penitùs authoritatem à se abdicare voluit super dd. scutis 88÷ & totum onus transfudit in d. Emptorem, qui ad fauorem d. Lucretiæ donec &c. soluere promisit fructus, & sic apparet voluntas Cæsaris Venditoris clara, & acceptatio Dominici Emptoris clarissima, *ead. Rot. in Romana Fructuum census 22. Iunij 1646. §. nec releuat coram Reuerendissimo*
17 *Cerro Decano,* & in puncto quòd Accollatio facta per aliquem Emptorem ad fauoré mulieris de aliqua re, Notario stipulante simplicitèr, vt d. accollatio fiat irreuocabilis etiam

ante

ante acceptationem, firmant *Cyriac. controu. 332. num. 8. & controuers. 425. num. 22. Lederb. cons. 76. num. 1. Ruin. cons. 119. sub num. 8. & cons. 126. sub num. 10. Olasc. decis. 32. d. num. 10. cum seqq.* & fuit firmatum in *Romana Census 16. Decembris 1647. coram bo. mem. Bi-*
18 *chio §. accedit*, & quòd Accollatio habeat vim solutionis, *ead. Rot. in Romana Saluiani 30. Ianuarij 1645. §. neq. iustificatur coram eod. bo. mem. Bichio*, quæ est *in par. 9. tom. 2. recen.*
19 *decis. 328. num. 17. & 18.* & Consensus ex Accollatione resultans operatur tacitam obligationem ad fauorem Creditorum, *eadem Rot. in Leodien. Pecuniaria 28. Iunij 1647. §. transijt coram eod. Bichio, & in Romana Census 16. Decembris 1647. coram eod. Bichio §. accedit.*

Neq. tandem obstare visum fuit *Stat. Luc. Vniu. cap. 27. lib. 2.* loquens de dotatione facta mulieri à patre, vel ab Auo, aut ab alijs Ascendentibus, siuè Descendentibus, vel Collateralibus, vt dos data computari debeat in 90. quod de tempore dictæ dotationis deberetur eidem mulieri dotatæ ex quocunq. capite, vt latiùs in eo, cui &c.

20 Quia fuit responsum, quòd *d. dispositio statutaria* est contraria dispositioni Iuris Cõmunis, *per tex. in l. fin. Cod. de dot. promiss. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 6. num. 1. cum seqq.* Ideòq. strictè intelligenda, & consequenter quòd *d. Statut.* loquatur de compensatione facienda tempore dotationis, quando Dotans ipsi dotatæ aliquid debebat; Secùs tamen quando alius Tertius dictæ dotatæ ali-
21 quid debebat, quia tunc non fit compensatio de credito vnius cum debito alterius, *Bertazzol. cons. Ciuil. 58. num. 52. Surd. cons. 69. num. 12. tom. 1. & cons. 327. num. 39. tom. 3. Medic. decis. March. 53. num. 1. Rip. obseru. 199. nu. 8.* & sic apparet, quòd nihil commune habet debitum Dominici de Georgijs cum dote data per filios Marci Antonij de Georgijs Lucretiæ eorum sorori, vt in ipso Dominico nullatenus qualitas *d. Statuti* compensationem inducentis, verificari possit.

Et ità fuit decisum vtraq. parte acerrimè informante &c.

& prouidentia, an in vnam lineam ingressa in eà perpetuare debeat. Declaratur *text. in cap. 1. de natur. success. feud.* Linea emanans à primo Acquirente, quando dicatur vna, vel plures, data pluralitate filiorum eiusdem. Ponderatur *cons. Castrens. 300.* Diuisio bonorum emphyteuticorũ sequuta inter filios primi Acquirentis quid operetur, & an importet dominium irreuocabile portionis, vnicuiq. ex filijs obuentæ. Ius accrescendi an, & quando habeat locum in emphyteusi ex pacto, & prouidentia. Proximitas in emphyteusi ex pacto, & prouidentia quomodò consideretur *per Statut. Luc. de success. abintest.* super quo ponderatur *cons. Menoch. 1154.* Et an, & quando emphyteusis dicatur habita à Concedente, vel à primo Acquirente. Identitas bonorum emphyteuticorũ quomodò probetur, data diuisione inter filios, & an coniecturæ sufficiant, accedente maximè temporis diuturnitate. Fœminæ propter totalem extinctionẽ lineæ masculinæ, an, & quando metiantur originem à primo Acquirente, vel ab vltimo Defuncto ad effectum succedendi, & quando etiam pro ipsis stipulatum dicatur per primũ Acquirentem; & concinnè explicatur materia linearũ, quomodò in emphyteusi, & feudo accipi debeat, & de alijs ad materiam notatù dignis latè differitur.

ARGVMENTVM.

Proximitas in emphyteusi tàm hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia quomodò dimetiatur, an ab vltimo Defuncto, vel à primo Inuestito. Emphyteusis, seù feudi portio ex pacto,

SVMMARIVM.

in *Transuersalibus in linea inæquali quoto gradu distat remotior à communi stipite, eodem gradu distant inter se. num. 1.*

Proximior Defuncti excludit remotiorem à successione; num. 2.

Proximitas vltimi Defuncti est attendenda in successione emphyteusis, siuè hæreditaria, vel non hære-

hæreditariæ, aut ex pacto, & prouidentia secundùm opinionem communiorem, reiecta distinctione aliorum DD. *hic recensitorum. num. 3. 4. 5. & 8. Ampliatur, quòd procedat etiam in feudo. num. 6.*

Rot. Roman. *est omnium Curiarum mater, & omnium Tribunalium magistra. num. 7.*

Emphyteusis quòd habeatur ex persona, seù prouisione primi Acquirentis, & quòd successio illius deferatur proximiori vltimi decedentis, stare possunt inter se. num. 9.

Gradus quòd sumatur à Moriente, sanguis verò à primo Acquirente simul benè stant. num. 10.

Emphyteusis portio, seù feudi quantumuis ex pacto, & prouidentia ingressa in lineam alicuius, nunquam debet ab illa egredi, donec in illa extet aliquis, qui sit capax successionis. num. 11.

de Linea ad lineam transitus fieri non debet, nisi post lineam possessoris omninò extinctam. num. 12. & 59.

Emphyteusis ex pacto, & prouidentia non admittit transitum de linea ad lineam, nisi omninò extincta linea possessoris. num. 13.

Text. in cap. 1. de natur. success. feud. *an comprehendat tàm feudum ex pacto, & prouidentia, quàm illud hæreditarium. num. 14.*

Feudum paternum idem sonat, quod feudum ex pacto, & prouidentia. num. 15. & 16.

Emphyteusis, seù feudum ex pacto, & prouidentia continetur sub dispositione cap. 1. de natur. success. feud. *num. 17.*

Feudum ex pacto, & prouidentia ingressum in lineam vnius debet in illa conseruari, donec in ea extet aliquis capax successionis, in quo termino loquitur d. text. *num. 18.*

Diuisio simplex facta inter fratres non alterat naturam feudi, seù emphyteusis à patre acquisiti, nec operatur aliquam consolidationem in linea alicuius ex diuidentibus. num. 19.

Lineæ tot constituuntur, quot sunt filij à primo stipite, & ab vno tantùm Acquirente procedentes. num. 20.

Lineæ duæ ab eodem stipite descendentes procedunt, & vnam faciunt transuersalem. num. 21.

Linea deriuatur, & incipit à patre, sicuti à fonte, & stipite. num. 22.

Fratrum quilibet cum suis descendentibus constituit propriam, & distinctam lineam. num. 23.

Lineæ à filio, & non à patre, veluti à centro ad circumferentiam ductæ eousq. protrahuntur, quousq. descendentes vixerint. num. 24.

Frater licèt ex eodem latere patris descendat, non potest dici de linea alterius fratris. num. 25.

Lineæ plures descendentium ab vno descendere possunt, quæ tot esse dicuntur, quot sunt filij. num. 26.

Linea noua dicta inchoatur à quolibet filio, & plures lineæ descendentium faciunt vnam transuersalem. num. 27.

Lineæ nouæ tot pullulant, quot sunt filij descendentes à feudi possessore. num. 28.

pro Stipite primo habetur ille, in quem portio obuenit per diuisionem. num. 29.

Linearum distinctio nunquam daretur, si omnes descendentes à primo stipite per lineas plurium filiorum semper dicerentur de vna, & eadem linea. num. 30.

Linea emanans à primo Acquirente, vel Inuestito, quando dicatur vna, vel plures, data pluralitate filiorum dicti Inuestiti. num. 31.

in Linea communi cum mortuo, existentes primò vocantur, & nullo superexistente in illa linea, transeundum est ad alias lineas, seruata gradnum prærogatiua. num. 32.

Filiorum vnumquemq. prædilexisse censetur primus Acquirens in portione illi obuenta priuatiuè, & exclusiuè quoad alios, & sic pariratione eius descendentes. num. 33. & 34.

Pater, qui acquisiuit, præsumitur magis diligere filios, seù filias vnius sui filij in portione ei delata, quàm alium filium suum, seù ex illo descendentes. num. 35.

Fœminæ an, & quando propter totalem extinctionem lineæ masculinæ dicantur de vnica linea, ità vt mediante originem à primo Acquirente, vel ab vltimo defuncto: & an, & quando paritas masculorum, & fœminarum pariformiter circà proximitatem debeat considerari. num. 36.

Proximitas primi Acquirentis est attendenda, vbicunq. agitur de mutando statum personarum, & qualitatem sexus. num. 37.

Emphyteusis ingressa in lineam vnius, debet in illa conseruari, donec in ea extet capax successionis. num. 38.

Emphyteusis quomodò fuit diuisa, & cui obuenit iuxtà Castrens. cons. 300. *& ponuntur aliqua verba eiusdem. num. 39.*

Emphyteusi semel transfusa in descendentes, si vnus ex ipsis decedat sine filijs, eius portio spectat ad ipsius proximiorem agnatum, & non ad proximiorem agnatum primi Acquirentis. num. 40.

Proximiores morienti semper succedunt, quando nomine collectiuo vocantur plures ordine successiuo, siuè simus in vltimis voluntatibus, siue in contractibus. num. 41.


Emphyteusis diuisio operatur, quòd facta diuisione, seù assignatione vni ex filijs, semper transit ad descendentes habiles eius, cui obuenit. num. 42.

Emphyteusis si sit semel diuisa inter descendentes, qualibet portio diuisa spectat ad descendentes habentis, & dimittentis partem diuisam, etiamsi tales diuidentes sint remotiores à primo Acquirente. num. 43.

Masculi omnes à primo Inuestito descendentes di-

cuntur

Bartho-



Decisio XC.

ACquisiuerat vsq. ab anno 1524. Bartholomæus Francisconus quædam bona emphyteutica à D. Ioanne olim Martini Bernardini pro se, & suis filijs masculis legitimis, & naturalibus per lineam masculinam descendentibus in infinitum, quæ, sequuta illius morte, fuerunt per quatuor eius filios, videlicèt Pasquinum, Iacobum, Laurentium, & Simeonem inter se diuisa; Ità vt vnicuiq. eorum quarta pars obuenerit: Cùm autem nupèr de anno 1653. decessisset Cap. Paulinus sine filijs masculis; Contendebant tàm Bartholomæus Iunior à Iacobo altero ex filijs Bartholomæi primi Acquirentis descendens, & existens in illius linea, quàm Pasquinus, & Paulinus ab alio Paulino paritèr d. Bartholomæi Senioris filio descendentes, ad se spectare portionem bonorum emphyteuticorũ obuentam Iacobo, & deriuatam in d. Paulinũ vltimo loco defunctum, & quilibet præferri prætendebat; Bartholomæus vtì de linea cõmuni, sumpto illius initio à Iacobo, & proximior vltimo defuncto; Paulinus verò, & Pasquinus vtì primo Inuestito proximiores, & paritèr in linea communi cum Defuncto existentes, si attendatur Bartholomæus primus Acquirens: Nos verò Bartholomæum, vtì proximiorem vltimo loco Defuncto, exclusis Pasquino, & Paulino illi remotioribus, licèt primo Acquirenti proximioribus, præferendum censuimus.

Proximitas ipsius Bartholomæi cum Cap. Paulino vltimo defuncto in arctiori gradu, quã sint Pasquinus, & Paulinus negari nequit; Cùm ipse sit in tertio gradù in linea æquali secundùm *Ius Canonicum*, & in sexto secundùm *Ius Ciuile*; Dicti verò Pasquinus, & Paulinus sint in septimo gradù in linea inæquali secundùm *Ius Ciuile*, & in quarto secundùm *Ius Ca-*
1 *nonicum* ob illam regulam, quòd in Transuersalibus in linea inæquali, quoto gradù distat remotior à communi stipite, eodem gradù distant inter se, quam plenè exornat, & comprobat *D. Altograd. cons. 46. num. 13. cum seqq. & 47. num. 17. lib. 2. Barbos de successionib. lib. 18. cap. 3. quomod. Collateral. succed. inter se in fin.* & consequentèr habet intentionem fundatã:
2 Cùm proximior Defuncti excludat remotiorem à successione, *l. Iurisconsultus ff. de grad. & affi-*

& affinib. l. 2. ff. de suis, & legitim. §. si plures §. Proximus Instit. de legit. agnat. success. Magon. decis. Florent. 105. num. 7. & Lucen. 83. nu. 6. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 8. num. 1. & cap. 10. num. 1. Becc. cons. 142. num. 18. Castill. Sotomayor lib. 2. controu. cap. 4. num. 4. 16. & 109. & in terminis emphyteusis, dixit Rot. in Romana Domus 15. Iunij 1615. coram bo. mem. Card. Sacrato in princip. in vers. Quia ipse tanquam proximior.

Neq. ab hac regula recedendum esse censuimus propter distinctionem, quam Informantes pro Pasquino, & Paulino afferebant, quòd scilicèt Proximior vltimo Defuncto præ-
3 feratur in successione emphyteusis hæreditariæ; Secus verò in ea, quæ dicitur ex pacto, & prouidentia, qualis est hæc, de qua agitur; Cùm in hac proximitatē primi Acquirentis esse attendendam affirmarunt dicentes, ità distinguendo docuisse Castr. cons. 300. sub num. 1. vers. sequitur igitur lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. Glos. 1. num. 19. in fin. Menoch. cons. 124. num. 41. cons. 507. num. 11. cons. 690. nu. 6. cons. 511. num. 59. & cons. 974. sub num. 18. Peregr. qui de communi testatur, cons. 2. num. 6. lib. 4. & in tract. de fideicom. art. 51. num. 59. vers. quæ tamen, Surd. cons. 120. num. 18. & 20. & cons. 517. sub num. 1. Paris. cons. 65. nu. 22. lib. 3. Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 149. num. 2. & obseru. 154. num. 3. Hartmnn Pistor quæst. Iuris lib. 2. par. 3. quæst. 19. num. 37. Clar. in §. feudum quæst. 9. num. 5. in fin. vbi quòd ità iudicauit Senatus Mediolani; Giurb. de success. feud. in prælud. prælud. 6. num. 14. & 15. Fusar. de substit. quæst. 484. sub nu. 19. vers. respondetur; Couar. pract. quæst. cap. 38. sub nu. 1. vers. huic opinioni; Mart. de success. legal. par. 3. quæst. 1. art. 8. num. 44. & seqq. & de Claus. par. 2. Claus. 43. num. 4. Cyriac. controuers. 4. num. 2. & 7. & sub num. 77. vers. ad sextum, tom. 1. Fulgin. de success. in bon. emphyteut. qu. 1. num. 3. & seqq. Michalor. de fratribus par. 3. cap. 47. num. 14. & 15. vbi quòd Omnes hanc distinctionem approbant, Thomas. decad. 1. tract. 7. tit. 10. num. 607. vbi de communi, Borell. in summa decis. tit. 34. num. 298. Monac. decis. Florent. 53. num. 11. Ludou. decis. Lucen. 29. num. 39. Rot. decis. 121. num. 7. par. 7. recen. & hac Rot. nostra de anno 1638. in causa illorum de S. Maria ad Collet in vers. ex his patet per acta Fabritij Macchiarini, quibus adduntur Bald. in cap. 1. §. fin. de success. fratr. & in cons. 137. num. 1. lib. 2. Angel. cons. 101. vers. secundò est notandum, Paris. cons. 23. num. 129. lib. 2. Gratian. discept. foren. cap. 456. n. 32. Gabr. cons. 85. n. 17. lib. 2. Dec. cons. 193. sub num. 4. & cons. 390. nu. 2. in fin. Crauett. cons. 579. num. 25. lib. 4. Natt. cons. 128. num. 5. Sacca cons. 80. per tot. lib. 1.

4 Contraria tamèn opinio, quòd imò etiàm in successione emphyteusis ex pacto, & prouidentia attendatur proximitas vltimi decedētis ad effectum successionis, nobis magis placuit, vtiq. communis magis videtur, & firmiorum rationum robore munita: & hanc opinionem tuentur Corn. cons. 22. num. 18. lib. 2. Vbi refert, quòd cùm accidisset huiusmodi quæstio in quadam emphyteusi apud Camerinum, & fuisset transmissa Perusias consulenda, fuit adducta copia cuiusdam cons. decisiu. Pauli de Castro; Quod reperiebatur sigillatum in illa Ciuitate, in quo concludebat, quòd in emphyteusi stipulata pro se, & descendentibus vsq. in Tertiam generationem, attendatur, & succedat proximior ei, qui vltimo loco decessit, excluso proximiore primo Inuestito, & quòd hoc habebat pro expedito, per cap. primum de nat. success. feud. Socin. sen. in l. si cognatis in vltim. col. ff. de reb. dub. vbi quòd ità pluriès consuluit; & quòd subscripserunt se DD. Perusini, & Senenses; & quòd etiàm ità fuit iudicatum Florentiæ; & in cons. 249. sub num. 10. vers. septimò ad idem adducitur lib. 2. vbi refert; & sequitur d. cons. decisiu. Paul. de Castr. Ruin. cons. 159. num. 6. vers. & ideò Paul. de Castr. & cons. 191. num. 8. vers. & istud etiàm voluit lib. 2. & cons. 47. num. 6. lib. 3. Roland. cons. 100. num. 16. lib. 1. vbi pariter sequitur cons. decisiu. Paul. de Castr. Decian. respons. 3. nu. 271. lib. 4. vbi latè, & benè Gabr. cons. 86. nu. 11. vsq. in fin. cons. 90. num. 23. & cons. 121. nu. 16. lib. 1. & cons. 68. num. 8. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 18. num. 38. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 12. art. 1. num. 9. vers. idem in emphyteusi, Neguzant. Iun. resp. 263. num. 2. & 14. Honded. cons. 13. num. 29. lib. 1. vbi sequitur Gabr. d. cons. 86. & dicit
5 procedere etiàm in emphyteusi non hæreditaria; Malvasia cons. 31. num. 10. Adden. ad Magon. decis. Lucen. 59. lit. B. vers. quo verò ad materiam emphyteusis, Anton. de Amat. resol. 10. num. 16. & num. 19. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 57. num. 10. & 11. Giouagnon. cons. 24. num. 35. & seqq. lib. 2. Giurb. de success. feud. §. 2. Glos. 13. num. 37. & seqq. Vbi quòd indistin-
6 ctim in successione feudi attenditur proximitas vltimi Defuncti, Spino in specul. testam. Glos. 19. principal. num. 60. & seqq. Mart. vot. 106. num. 7. Venturin. cons. 48. num. 105. D. Altograd. cons. 13. num. 52. lib. 2. Camill. Medic. cons. 1. num. 44. & 45. & cons. 2. num. 23. & seqq. Caren. resol. 234. num. 3. Paul. Melius allegat. 13. lib. 2. Cyriac. controuers. 4. num. 47. & num. 77. vers. ad sextum, & vltimum, Rot. nostra de anno 1596. in causa quorundam de Fagnano per acta

*Iacobi Macarini, & de anno 1646. per acta Frã-
cisci de Stocchettis*, vbi quòd ista opinio est ma-
gis communis, & nuperrimè *de anno 1656. die
29. Martij in causa illorum de Sbragia*, quæ est
decis. 9. superiùs impressa *à num. 15. cum seqq.*
vbi plures aliæ authoritates cumulantur *Rot.
Roman. coram bo. mem. Merlino decis. 699.
num. 12. tom. 2. & in Eauen. seù Senogallien. Bo-
norum super bono Iure 14. Martij 1646. coram
Reuerendiss. Meltio vers. quod procedit, & in Ca-
senaten. emphyteusis 16. Iunij 1651. §. quod au-
tem coram R. P. D. Albergato.*

Ex quibus cùm hæc opinio communior
Nobis visa fuerit, illi adhærere tutius existi-
7 mauimus, præcipuè verò cùm illam sequuta
fuerit *Sacr. Rot. Roman.* quæ omnium Curia-
rum mater, & omnium Tribunalium magistra
iure meritò dicitur, *Gratian. decis. Marcb. 1.*
8 *num. 21.* & hoc eò magis cùm cognouerimus,
allatam distinctionem inter feudum, seù em-
phyteusim hæreditariam, & ex pacto, & pro-
uidentia non carere Contradictoribus; Siqui-
dèm eam esse reijciendam, dixit *Gabr. d. cons.
86. num. 9. & cons. 92. num. 22. & 23. lib. 1.
Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 38. in fin.*
eamq. leuissimam appellat *D. Altograd. cons.
25. num. 20. lib. 1. Gratian. discept. forens.* de
veriori, & communiori *cap. 347. num. 8. vers.
non est tamen recedendum, Giurb.* plures cumu-
lans *de success. feud. §. 2. Glos. 13. num. 38. vers.
sed illam reijciendam, Rot. nostra in d. decis. anni
1646. in §. respondetur primam opinionem, & in
§. imò dicimus,* vbi quòd ista distinctio est ima-
ginaria; id quod videtur conuinci ex eo, quia
licèt in emphyteusi ex pacto, & prouidentia
succedatur primo Acquirenti, nõ ideò ex hoc
necessariò inferri potest, quòd in successione
9 debeat attendi proximitas ipsius; Compa-
tiuntur enim hæc inter se, quòd emphyteusis
habeatur ex Persona, seù prouisione primi
Acquirentis, & quòd successio illius deferatur
proximiori vltimi Decedentis, *Giurb. d. Glos.
13. num. 41. Rosental. de feud. d. cap. 7. conclus.
57. num. 10. Giouagnon. cons. 24. num. 39. & 40.
lib. 2.* vbi allegat *Paris. cons. 23. num. 262. lib. 1.
Peregr. cons. 5. num. 3.* & benè *Cephal. cons. 600.
nu. 19. & 20. lib. 1. Censal.* meus Germanus *in
suis addit. ad Peregr. art. 20. in fin. vers. & binc*
10 *obserua fol. mibi 34. impress. Venet.* vbi quòd
stant benè simul, quòd sanguis sumatur à pri-
mo Acquirente, gradus verò à moriente.

Sed quicquid dici posset in puris terminis
quæstionis suprà relatæ, extrà difficultatem
Nos versari existimauimus in præsenti causa;
Quia cùm Bartholomæus primus Acquirens
stipulatus fuerit emphyteusim pro se, & suis
filijs masculis &c. eamq. emphyteusim inter
se diuiserint filij ipsius; Ità vt vnicuiq. eorum
quarta pars bonorum emphyteuticorum ob-
uenerit, sequitur, quòd pars obuenta Iacobo,
& ab eo deriuata in Franciscum, & Bartholo-
mæum eius filios pro medietate pro quolibet
ipsorũ, & à d. Francisco perueuta pro sua rata
in Cap. Paulinum vltimo loco defunctum sine
prole masculina, non ad alium spectet, quàm
ad Bartholomæum Iuniorem, qui est de linea,
11 & columnello dicti Iacobi, ex communi illa
regula, quòd vbi portio emphyteusis, seù feu-
di, quantumuis ex pacto, & prouidentia, in-
gressa est in lineam alicujus, nunquàm debet
ab illa egredi, donec in illa extat aliquis, qui
sit capax successionis, quod optimè probat
tex. in cap. 1. de natur. success. feud. in quo dis-
ponitur primò esse vocandos proximiores ex
illa linea, de qua defunctus fuit, & cui feudum
per diuisionem obuenerat; Deindè verò illos,
qui sunt de alia linea secundùm gradum, &
12 ordinem successionis; Et hoc est, quod inten-
dit vulgatum illud Iuris axioma, quòd non
debet fieri transitus de linea ad lineam, nisi
post lineam possessoris omninò extinctam, vt
probant citati à *Socin. in l. si cognatis num. 14.
ff. de reb. dub. Natt. cons. 22. per tot. Cephal. cons.
301. num. 110. lib. 3. Gabr. cons. 68. num. 8. lib.
2. Molin. de Hispan. Primog. lib. 3. cap. 4. num.
24. Gratian. discept. foren. cap. 493. num. 26. &
cap. 773. num. 3. Menoch. cons. 690. nu. 21. Surd.
de alimen. tit. 1. quæst. 103. num. 6. Sacca cons.
233. num. 28. & seqq. Giouagn. d. cons. 24. num.
38. vers. & facit quoque, & num. 51. vers. non
obstat vltimum,* vbi quòd est verissima, & com-
munis opinio *Fusar. de substit. quæst. 484. num.
21. & 23. Amat. d. resolut. 10. num. 23. Cyriac.
controu. 2. num. 51. D. Franc. Palma inter cons.
sui Genitoris cons. 91. num. 16. D. Altograd. cons.
92. nu. 35. in fin. lib. 2. Censal.* meus Germanus
*ad Peregrin. de fideicomm. art. 20. vers. secunda
sit conclusio fol. mibi 30. col. 2. impress. Venet.* &
multi ad satietatem congesti per *Giurb. de
feud. d. §. 2. Glos. 10. num. 21. & 25.* & in ter-
13 minis emphyteusis ex pacto, & prouidentia,
*Corn. d. cons. 22. num. 28. lib. 2. & in cons. 190.
num. 3. & 4. lib. 3. Ruin. cons. 166. num. 10. lib.
1. & cons. 167. num. 7. lib. 1. Michaler. de fratr.
par. 3. cap. 27. num. 5. & seqq. Fulgin. de emphyt.
tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 2. num. 18.
Rot. nostra per Cornazan. decis. 121. num. 3. vers.
nàm & ità demùm d. diuisio excluderet, Caron.
d. resolut. 234. num. 3. Rot. in Romana Domus
25. Iunij 1615. coram bo. mem. Card. Sacrato,
& coram Merlino decis. 699. nu. 11. & 12. tom.
2. & in Romana Domus 20. Maij 1647. corã bo.
mem. Peutingero in cumulatis per me post Sal-
gad. tract. labyr. Creditor. decis. 35. num. 29. &*
in

in Casenaten. emphyteusis 15. *Martij* 1652. *coram Reuerendiss. Meltio in cumulatis post eund.*
14 *tract. decis.* 38. *num.* 21. Gratis autèm ad subuertendam claram dispositionem *d. text. in*
cap. 1. *de nat. success. feud.* aliqui *DD.* voluisse,
illud procedere solummodò in feudo hæreditario, non verò in illo ex pacto, & prouidentia, *ad Menoch. cons.* 124. *num.* 41. *Surd. cons.*
110. *num.* 18. *Mart. de success. legal. par.* 3. *quæst.*
1. *art.* 2. *num.* 44. Quia hæc Nobis visa fuit diuinario potiùs, quàm explicatio *illius tex.* qui
15 prætèr quàm quod loquitur de feudo paterno, quod idem sonat, quòd feudum ex pacto,
& prouidentia, *per tex. in cap.* 1. *An agnati*, vbi
fit mentio de feudo paterno, & omnes ibi intelligunt esse feudum ex pacto, & prouidentia, & idem habetur *in cap.* 1. *de alienat. feud.*
patern. & in cap. 1. *§. deniq. in fin. tit. quæ fuit*
causa beneficij amittendi, & in cap. 1. *An ille, qui*
16 *interficit fratrem Domini sui*, & in pluribus alijs
Iuribus feudorum, in quibus feudum paternū
capitur pro feudo ex pacto, & prouidentia;
17 Et firmat *Giouagn. d. cons.* 24. *num.* 38. *vers. nec*
obstat, illius dispositionem procedere etiàm
in feudo, seù emphyteusi ex pacto, & prouidentia voluere *DD.* suprà citati; Dùm in his
18 præcisis terminis asseruere, quòd feudum ingressum in lineam vnius, debet in illa conseruari, donèc in ea extet aliquis capax successionis feudi: & in specie, quòd *text. ille* loquatur de feudo ex pacto, & prouidentia, firmant
Camill. Medic. d. cons. 1. *num.* 43. *& cons.* 2. *num.*
24. vbi quòd ità illud intelligit *Andr. de Isernia feudistarum Coripheus, Giouagnon. d. cons.* 24.
num. 38. *vers. facit etiam apertus tex. Caren. d.*
resol. 234. *num.* 3. vbi quòd est *text.* rotundus,
Giurb. de feud. §. 2. *Glos.* 13. *num.* 37. *Paul. Mel.*
alleg. 13. *num.* 7. *& seqq. lib.* 2. vbi testatur ità
fuisse decisum *per Rot. in vna Ciuitatis Castelli*
emphyteusis 23. *Februarij* 1643. *coram Reuerendiss. Meltio*, quæ est *decis.* 151. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.*
num. 17. & ità illum inducit *ead. Rot. in d. Romana Domus coram bo. mem. Card. Sacrato*.

19 Maiorem facere videbatur difficultatem interpretatio, quam Informantes pro Pasquino, & Paulino adducebant, quòd scilicèt dispositio *illius tex.* locum obtineat in eo solùm
casu, quo per diuisionem solemnem factam
inter filios Inuestiri cum Clausulis amplissimis, feudum fuit consolidatum in linea vnius;
Non verò quando post acquisitionem factam
à Patre, fratres simplicitèr inter se illud diuiserunt; Cùm per hanc simplicem diuisionem
non possit dici alterata natura feudi, seù emphyteusis, nec facta aliqua consolidatio in
linea alicuius ex diuidentibus, & hunc intellectum videntur comprobare, *Rot. coram Cavaler. decis.* 623. *num.* 3. *vers. ad text. & decis.*
176. *num.* 16. *par.* 5. *recen. post Ruin. cons.* 142.
num. 17. *lib.* 3. *Surd. cons.* 120. *sub num.* 16. *vers.*
respondeo, & cons. 517. *sub num.* 3. *Thomas. in*
append. ad 4. *decad. fol.* 188. *sub num.* 43. *vers*
intelligi tamèn, & D. Altograd. cons. 25. *nu.* 40.
lib. 1. Ideòq. hoc casu dicebant non habere
locum distinctionem linearum, nec procedere regulam suprà firmatam; Sed ad effectum
succedendi alicui ex descendentibus primi
Acquirentis mortuo sine filijs capacibus, omnes alios dici de vna linea, inspecto communi
stipite.

20 Sed & huic etiàm obiecto, & interpretationi fuit responsum; Et primò quidem absolutè
negando, quòd in casu, quo emphyteusis fuit
ab vno solummodò stipulata, non possit dari
pluralitas linearum in eius filijs, & descendentibus; Sed quòd omnes debeant dici de vna
linea; Siquidèm & hoc etiam casu tot lineæ
constituuntur, quot sunt filij ab illo primo stipite, & Acquirente procedentes, *tex. est in cap.*
quod dilectio de consanguin. & affinit. vbi etiam
notat *Glos. in verb. descendentem*, vbi quòd ab
21 eodem stipite duæ lineæ descendentes procedunt, & vnam faciunt transuersalem, *cap. fin.*
& ibi etiàm *Glos. in verb. remotior eod. tit. Castr.*
cons. 164. *num.* 5. *lib.* 2. *Sacca cons.* 3. *num.* 222.
Valasquez cons. 69. *num.* 19. & quamuis à pa-
22 tre, sicuti à fonte, & stipite incipiat, & deriuetur linea, *l. stemmata, & l. Iurisconsultus ff.*
de gradib. & affinit. Bald. cons. 334. *num.* 10.
vers. est, & alia linea lib. 3. *Osasc. cons.* 74. *nu.* 9.
23 Attamen quilibet fratrum cum suis descendentibus constituit propriam, & distinctam
lineam, *Dec. cons.* 376. *num.* 4. *Cels. Hugo cons.*
120. *num.* 12. *&* 14. latè *Rimin. cons.* 543. *nu.*
4. *& seqq. Giurb. de success. feud. §.* 2. *Glos.* 6.
24 *num.* 13. *omninò videndus*, vbi quòd lineæ à
filio non à patre veluti è centro ad circumferentiam ductæ eò vsq. protrahuntur, quòusq.
25 descendentes vixerint; Ideòq. alter frater licèt ex eodem latere patris descendat, de linea
alterius fratris dici non potest, *Socin. cons.* 33.
num. 8. *Mart. cons.* 199. *num.* 15. *Robles de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *Ponte de potest.*
Proreg. tit. 9. *de success. mulier. num.* 42. *Gutierrez*
cano. 99. *lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 55. *Ruin. cons.*
98. *sub nu.* 3. *vers. sed præmissis lib.* 1. vbi quòd
26 ab vno procedere, & descendere possunt plures lineæ descendentium, & tot esse dicuntur,
27 quot sunt filij: Quià à quolibet filio inchoatur noua linea directa, & plures lineæ descendentium faciunt vnam transuersalem: & sequitur *Menoch. cons.* 205. *num.* 19. *Robles vbi*
28 *sup. num.* 15. vbi quòd tot pullulant lineæ nouæ, quot sunt filij à feudi Possessore descen-

dentes, *Mart Venturin. d. cons. 48. num. 41. &*
29 *num.* 45. vbi ostendit illum, in quem portio
per diuisionem obuenit, haberi pro primo sti-
pite, & allegat *Surd. cons. 317. sub num. 38.* qui
in terminis feudi docet, illum, cui feudum per
diuisionem obuenit, haberi pro primo sti-
30 pite, & re vera si omnes descendentes à pri-
mo stipite per lineas tamen plurium filiorũ,
dicerentur semper de vna, & eadem linea,
nunquàm daretur distinctio linearum, vt opti-
mè ad propositum dixit *Rot. in d. Romana Do-
mus 15. Iunij 1615. coram bo. mem. Card. Sa-
crat. in §. Nec dicatur*, Et superuacua esset do-
ctrina communi *DD.* calculo firmata, quòd
vbicunq. feudum, emphyteusis, vel fideicom-
missum est ingressum in lineam alicuius, de-
bet in illa conseruari, donèc linea duret, &
quousq. totalitèr non sit euacuata.

31 Et quamuis Nos non lateat, plerosq. *DD.*
etiam firmasse, vnam esse lineam fratrum di-
uidentium, emanantem à primo Acquirente,
vel Inuestito: Attamèn non illam indistinctè
esse accipiendam iudicauimus, sed in termi-
nis casuum, in quibus loquuntur, qui cùm sint
valdè dissimiles à casu nostro, illi propterea
non sunt adaptabiles; Hoc enim firmant vel in
casu, quo extincta totalitèr linea vnius ex fra-
tribus diuidentibus, portio emphyteusis illi
obuenta debet peruenire ad alias lineas trans-
uersales, & tunc quià succedere volentes non
veniunt continuando successionem vltimi De-
functi, debent sumere initium, & habilitatem
ad succedendũ à primo Inuestito, & secundùm
proximitatem illius Iura sua metiri; Cùm ille
omnium linearum transuersaliũ sit caput, &
origo, vt suprà firmauimus, & hoc casu debeat
præferri ille, qui primo Acquirenti est proxi-
mior, ità distinguit *Decian.* benè, & claré *cons.
21. n. 7.* omninò videndus, *& cons. 98. num. 13.
& 14 & cons. 127. num. 14. lib. 3. Socin. sen.
cons. 249. num. 21. vers. sextò confirmatur, &
vers. seq. lib. 2.* pulchrè *Ias. cons. 182. col. 3. vers.
ista conclusio est verissima lib. 2.* vbi quòd primò
32 vocantur existentes in linea communi cum
mortuo, & si nullus in ea linea superest, quòd
tunc transeundum est ad alias lineas, seruata
graduum prærogatiua, *Mantic. de tacit. lib. 23.
tit. 29. num. 10. Gratian. disceptat. forens. cap.
456. num. 17. Michalor. de fratrib. par. 3. cap.
47. num. 8.* benè *Rot. decis. 693 sub num. 3. par.
2. recent.* Et hi termini non possunt applicari
casui nostro, in quo extat adhùc Bartholo-
mæus, qui est de eadem linea, & Colummello
Cap. Paulini vltimo loco defuncti, quo casu ex
suprà firmatis debet succedere ille, qui est de
linea, in quam emphyteusis fuit ingressa; Quià
33 sicuti primus Acquirens censetur prædilexis-
se vnumquemq. ex filijs in portione illi obuẽ-
ta priuatiuè, & exclusiuè quoad alios, *ad l. cùm
Anus ff. de conditionib. & demonstrat.* Pari ra-
34 tione eius descendentes prædilexisse præsu-
mitur, vt benè ratiocinatur *D. Altograd. d.
cons. 13. num. 44. & 45. lib. 2.* & cumulatis per
ipsum addo *Redenasch. cons. 10. num. 92. &
seqq. Bero. cons. 152. num. 42. lib. 2.* vbi quòd
35 pater, qui acquisiuit, præsumitur magis dili-
gere filios, seù filias vnius sui filij in portione
ei delata, & acquisita, quàm alium filium
suum, seù ex illo descendentes, *Mart. Ventur.
d. cons. 48. num. 37. & 40. Cels. Hugo cons. 120.
num. 14. in fin. Franc. Mar. de Plot. inter cons. vlt.
vol. lib. 1. cons. 112. num. 15. in fin.*

36 Alter verò est casus, quandò emphyteusis
stipulata à patre pro se, & filijs masculis, &
fœminis, & linea masculina vnius ex fratribus
diuidentibus fuit extincta; Adeò quòd in illa
non superest, nisi sola filia fœmina, & tunc
quià ardua est quæstio, an masculi aliarum li-
nearum excludant dictam fœminam in por-
tione eius patris, ità vt masculi illam exclu-
dere prætendentes, omnes vtiq. dicantur de
vna linea, cuius caput, & initium est primus
Acquirens, & Stipes communis tàm masculo-
rum, quàm fœminarum, vel si extinctà totali-
tèr linea masculina omnium fratrum proce-
dentium à primo stipite, ex illis solùm extant
fœminæ, & hoc paritèr casu, omnes fœminæ
ad emphyteusim admissibiles proptèr tota-
lem extinctionem lineæ masculinæ dicuntur
de vnica linea, metiendo pari modo originẽ
à primo Acquirente, & hoc etiàm casu non
considerantur proximiores vltimo Defuncto,
sed primo Inuestito, qui sicuti vocando ma-
sculos dicitur inchoasse à proximioribus;
Ità paritèr in mutatione status Personarum
præsumitur voluisse præferri fœminas proxi-
miores, vt benè firmauit *Menoch. cons. 216. num.
176. & cons. 957. num. 12.* in puncto *Bero. cons.
95. num. 8. lib. 1. Socin. iun. cons. 71. num. 14.
vers. hoc ità præsupposito lib. 1. Fusar. quæst. 484.
num. 23. Giouagn. cons. 24. num. 41. D. Altograd.
d. cons. 25. per tot. lib. 1.* & præcipuè *num. 29.
in fin. vers. stat igitur firma conclusio, Rot. d. dec.
693. num. 3. par. 2. recent.* Nàm vbicunq. agi-
37 tur de mutando statum Personarum, & qua-
litatem sexus, attenditur proximitas primi
Acquirentis, *Giouagn. cons. 62. num. 15. lib. 1.
Paul. Mel. alleg. 25. num. 25.* cum pluribus per
eum cumulatis, & hic paritèr non est casus
noster, in quo emphyteusis fuit concessa so-
lummodò masculis, neq. est extincta totalitèr
linea Iacobi, & quæstio est inter masculos.

38 Remanet itaq. in hoc casu firma conclusio
suprà firmata, quòd emphyteusis ingressa in
lineam

lineam vnius, debeat in illa conseruari, donèc
extet in ea capax successionis, & in his termi-
nis loquitur *Castren. cons.* 300. *num.* 2. *vers. sed*
39 *certè fateor lib.* 2. in quo licèt sustineat, & de-
cidat, fratres, & filios primi Inuestiti exclu-
dere Margaritam Neptem ex Francisco alte-
ro fratre, non obstante, quòd tota emphyteu-
sis per diuisionem peruenisset in patrem dictæ
Margaritæ, & alij renunciassent omni iuri,
quod habebant in eorum partibus, fatetur ta-
mèn, & hæc sunt verba *Castren.* quòd *quousq.
durasset generatio masculina Magistri Francisci,
successisset in portione tangente ipsum Magistrum
Franciscum, etiam in obueniente sibi per diuisio-
nem, exclusis fratribus suis, & descendentibus ex
eis, & hoc non quidem propter diuisionem cum
amplissimis clausulis*, *sed* per text. in cap. 1. de
nat. success. feud. *& quia Magister Martanus,
qui fuit primus Inuestitus, non plùs censetur dile-
xisse generationem vnius ex filijs, quàm alterius;
Cùm omnes dicantur generationes sua, sed plùs di-
lexit masculos, quàm fœminas etiam in portione
alterius*, & hanc *Castrens.* doctrinam sequuti
fuerunt *DD.* suprà citati, quibus addimus
Thusc. lit. C. conclus. 179. *num.*8. vbi ait, *Limi-
40 ta quando semel est transfusa in descendentes;
Quia si contingat, vnum ex descendentibus dece-
dere sine filijs, eius portio spectat ad proximiorē
agnatum decedentis, non ad proximiorem agna-
tum primi Acquirentis*, & dat regulam gene-
41 lem; Quia siuè sumus in vltimis voluntatibus,
siuè in contractibus, semper quando nomine
collectiuo vocantur plures ordine successiuo,
succedunt morienti proximiores, & *num.* 9.
42 subdit, quòd diuisio emphyteusis operatur,
quòd facta diuisione, seù assignatione vni ex
filijs, semper transit ad descendentes habiles
43 *ipsius, cui obuenit*, & *num.* 17. quòd quando
semel est facta diuisio emphyteusis inter de-
scendentes operatur, quòd quælibet portio
diuisa spectat ad descendentes eius, qui habet,
& dimittit partem diuisam, etiàm quòd tales
descendentes sint remotiores à primo Acqui-
rente. *Magon. dec. Florens.* 62. *num.* 1. vbi lo-
quitur de simplici diuisione in plures por-
tiones.

44 Et in terminis supradictis loquuntur *DD.* in
obiecto citati. *Rot. namq. coram Cauales. in
decis.*623 *num.* 3 expressè loquitur in concur-
su masculorum cum fœminis, quo casu quan-
do feudi Inuestitura fuit facta aliqui pro maf-
culis, & fœminis cum clausula, quod *extanti-
bus masculis fœminæ non succedant*, tunc ma-
sculi vnius lineæ excludunt fœminas alterius
lineæ, & hoc casu omnes masculi à primo In-
uestito descendentes dicuntur ex vna linea, vt
ad litteram decidit *Rot. d. decis.* 623. *per tot.*

45 Sed hoc non procedit indistinctè quoad alios
effectus, vt suprà fuit dictum, & doctè decla-
46 rat *Gabr. cons.* 70. *num.* 11. *lib.* 2. Vbi quòd
omnes descendentes censentur vnius lineæ ad
effectum, vt fœminæ excludantur; Vndè se-
quitur, quòd in terminis *cap.* 1. *de nat. success.
feud.* si ab vno ità Inuestitura facta est, vt filiæ
solùm, deficientibus masculis, admittātur, di-
spositio *illius tex.* admittitur inter masculos;
Sed si ex vltimo adsunt solùm fœminæ, tunc
eis præferuntur masculi ex alijs lineis ex men-
te omnium in *cap.* 1. *de eo qui sibi, & hæred.
mascul.* & per eadem ferè verba loquitur *Man-
tic. d. tit.* 34. *num.* 22. & clariùs hoc declarat
Venturin. d. cons. 48. *sub num.* 102. vbi quòd
47 omnes masculi à primo Acquirente descen-
dentes censentur vnius lineæ, ad effectum,
quod fœminæ excludantur; Licèt in reliquis
etiam in materia feudali Proximitatem vltimi
possessoris potiùs, quàm primi Acquirentis
esse attendendam probet *tex. in cap.* 1. *de nat.
success. feud.* & in his paritèr terminis concur-
sus masculorum cum fœminis, loquitur *Rota
decis.* 176. *par.* 5. *recent. & D. Altograd. cons.*
25. *lib.* 1. & ipsemet se explicat *sub num.* 9. &
10. *vers. & solùm controuersiam restringo*: Et
vt verè fatear, quot quot *DD.* hactenùs vidi,
& Nobis adducti fuere, loquuntur in vno ex
casibus suprà ponderatis, nec adhùc vidi ali-
quem, qui ausus fuerit affirmare, quòd om-
nes masculi descendentes à primo Acquiren-
te dicantur de vna linea, & debeant succedere
in portione emphyteusis vni ex filijs peruenta,
exclusis proximioribus vltimi decedentis, &
ex eodem columnello.

Sed neq. dici posse, Nos versari in terminis
simplicis diuisionis dicebat vnus ex DD.; At
imò potiùs in diuisione facta cum clausulis
aptis importare remissionem Iuris ex Inuesti-
tura vnicuiq. ex diuidentibus competentis; Ità
vt quilibet ex diuidentibus fuerit effectus Do-
48 minus irreuocabilis suæ portionis, idq. colli-
gi videbatur ex obseruantia contractus diui-
sionis subsequuta inter filios, & descendentes
Bartholomæi primi Acquirentis; Siquidèm
cùm illa declaret qualis fuerit natura contra-
ctus, & qualis ab initio mens contrahentium,
Surd. dec. 134. *num.* 9. *Rot. apud Gregor. dec.* 502.
num. 10. *& dec.* 511. *num.* 8. & fuit dictum in
Romana pecuniaria 27. *Iunij* 1653. §. *remanens
49 coràm Reuerendiss. Melzio*; Cùm dentur plures
permutationes, alienationesq. patris horum
bonorum emphyteuticorum factæ à filijs, &
descendentibus dicti primi Inuestiti, & praci-
puè alienatio facta à Ventura filio Simeonis
altero ex filijs Bartholomæi Senioris de por-
tione obuenta eius patri in Franciscum patrē

dd.

Ii i

dd. Paſquini, & Paulini, vt ex Inſtrumento ro-
gato die 27. Iunij 1600. à Ludouico Vrſio,
vtiq. probata remanet intentio, & voluntas
dd. filiorum primi Acquirentis, quòd per di-
uiſionem inter eos ſequutam quilibet efficeretur D. irreuocabilis portionis ſibi obuentæ
in diuiſione, vt optimè in noſtris terminis cõ-
ſideratur *in d.Caſenaten. emphyteuſis 15.Martij
1652. §. præterea verſ. tùm demùm coram Melio
tio impreſſ. poſt Salgad. deciſ.* 38. Poteſt enim
50 voluntas diuidentium renunciandi iuri ex In-
ueſtitura competenti probari nè dùm ex cla-
ris, & expreſſis verbis Inſtrumenti diuiſionis,
ſed etiàm ex coniecturis,& præſumptionibus,
vt firmat *Fulgin. de emphyt. tit. de renunciat.*
51 *quæſt. 6. num.2.* Neq. alter Ventura, qui obijt
ſine filijs, & deſcendentibus, vt de iure præſu-
mitur, contrario non probato, *Rot.coram Du-
rano deciſ. 301. nu. 5. & in Auximana Pradij
15. Maii 1645. coram R. P. D. Dunozet. & in
Bononien. Fideicommiſſi 28. Iunii 1651. §. ete-
nim deficientia coram R. P. D. Celſo*, potuiſſet
52 per alienationem ſupradictam præiudicare
filijs, & deſcendentibus Iacobi, & Laurentij,
ad quos ſi non per ius accreſcendi, ſaltìm ex
virtute cuiuſdam tacitæ, & repetitæ conceſ-
ſionis, vel ex pacto ex Inueſtitura ipſa ſpecta-
bat portio Venturæ mortui ſine filijs, vt *per
Rot. in Fulginaten. emphyteuſis 20. Iulij 1622.
coram bo. mem. Vbaldo impreſſ. poſt Fulgin. tit.
alienat. emphyt.quæſt. 10. ſub num.* 4. Niſi inter
primos Diuidentes alitèr fuiſſet conuentum:
53 & hæc obſeruantia interpretatiua meotis cõ-
traheotium educitur etiàm ex vnico actu,
*Decian. reſponſ. 5. num. 56. lib. 2. Rot. Roman.
deciſ. 419. num. 36. par. 1. rec.* & fuit dictum in
*Rauennaten. ſeù Ferrarien. Decimarum 5. Martii
1649. §. accedit etiàm circà fin. coram Reueren-
diſſ. Meltio*, & fuit in fortioribus termiois fir-
matum ſuprà *deciſ.* 15. hìc impreſſa *à nu.* 111.
54 *vſq. ad* 116. Extrà verò omnium difficulta-
tum ambages Nos poſiti exiſtimauimus, ex
eo, quòd quarta pars, de qua agitur, in præ-
ſenti cauſa peruenit ad Iacobum, non tàm
Iure diuiſionis, quàm Inueſtituræ; Quid cùm
emphyteuſis fuerit conceſſa Bartholomæo
Franciſcooo recipienti pro ſe,& ſuis filijs ma-
ſculis legitimis, & naturalibus; Perindè eſt, ac
ſi primus Acquirens pro Iacobo, Paſquino,
Laurentio,& Simeone ſuis filijs nominatim ſti-
pulatus fuiſſet, vt latè oſteodit *Menoch. conſ.
825. num. 17. & 18. & ſeqq.* vbi quòd licèt fi-
55 lij ſint vocati ſub nomine appellatiuo, tamen
quoad comprehenſionem perindè eſt, ac ſi
proprio nomine vocati, & nominati fuiſſent,
& ex tali ſtipulatione acquiritur ius, & actio
filijs, vt decidit *text. in §. ſi quis alii in fin. in
verſ. ei verò Inſtit. tit. de inutilib. ſtipulat. l. ſti-
pulatio iſta §.alteri ff.de verb.oblig. Capyr.Latr.
conſult. 23. nu. 4. & conſult.46.nu. 6.tom.1.* vbi
56 quòd quando pater ſtipulatur pro filijs, ijs
quæritur actio ex tali ſtipulatione; quod pro-
cedit etiàm in filijs poſthumis, quià pro ijs
etiàm poteſt Pater ſtipulari, *l. ſi quis operas
cum Gloſ.in l.poſthumos ff.de oper. libert.* Tamen
57 etſi priùs quàm naſcantur non ſint in pote-
ſtate, *l. vlt. ff.de collat.bonor.* & ſiuè ſint in vte-
58 ro vxoris tempore ſtipulationis, ſiuè noo, vt
pluribus relatis firmat *Mantic. de tacit. & am-
59 big. lib. 14. tit. 16. num. 6.* Illud autem omni
caret difficultate, quòd linea poſſeſſoris feudi
eam habeat prærogatiuam, vt quouſq. ex ea
Aliquis duret, ipſe, excluſis alijs cuiuſcunquè
qualitatis prætẽſoribus, præferatur, vt fuit ſu-
60 prà firmatũ *nu.* 12. Ideòq. vbi ſemel admiſſa
fuit vna linea, proximitas gradus metienda
erit à conſtitutis io linea; Quià non dicitur
io gradu, qui non eſt in linea, *Oſaſc. dec. 23.
num.30.& 34. Caſanat.conſ.38.num.14.* Quarè
cùm Iacobus Senior ſucceſſerit in quarta par-
te, ſeù portione iure Inueſtituræ, omnes ſuc-
ceſſores illius, ac de illius linea debent præ-
ferri quibuſcunq. alijs aliarum linearum, licèt
primo Acquirenti proximioribus &c.

Pro ſecundo fundamento, quòd io præſen-
ti cauſa eſſet attendenda proximitas Paulini
ad effectum ſucceſſionis, fuit etiam conſide-
ratum, plures dari caſus, ſecundùm quorum
contingentiam etiam in terminis conceſſio-
nis emphyteuſis ex pacto, & prouidentia vna
magis, quàm alia æquior videri potuit opinio.
61 Siquidèm ſi emphyteuſis fuerit habita ex
mera gratia Concedentis, & ab ipſo tantùm,
vt quià primus Acquirens non fuerit præſens,
aut ſtipulatus noo ſic pro ſe, & pro eius filijs,
& deſcendentibus; Sed fortè ſtipulatus ſit No-
tarius, quo caſu vocati dicuntur habere ex
mera Concedentis gratia, & ab eo immediatè
acquirere, vt animaduertit in terminis *Fon-
tanell. de pact. nuptialib. clauſ. 4. Gloſ. 9. par. 1.
num. 10. verſ. ſecùs verò, D. Altograd.conſ. 37.
62 num.4. lib. 2.* hoc caſu locum habebit opinio
*Ruin. conſ. 142. num. 17. verſ. propterea proxi-
miores lib. 3.* quam ſequutus fuit *Gabr. conſ.86.
63 num. 12. lib. 1.* Dùm aiunt, emphyteuſim ex
pacto, & prouidentia haberi ex mera gratia
Concedentis, ex quo Concedens non habuit
magis affectum ad vnum, quàm ad alium;
Ideòq. nil mirum ſi in dubio cenſeatur, ſe vo-
luiſſe conformare cum diſpoſitione *ſtatut. de
ſucceſſ. abinteſtato agen.* concedendo nimirum
ſucceſſionem ad emphyteuſim ad exemplum
inteſtatæ ſucceſſionis; Neq. tamen igooramus
contrarium in puncto aſſeruiſſe *Menoch. conſ.*

1154. num. 31. dùm voluit ex eo, quòd quis acquisiuit immediatè à Concedente, attendendam esse proximitatem ipsius primi Acquirentis, non verò vltimi decedentis; Ea ratione, quià si Dominus Concedens primum dilexit Acquisitorem, ei concedendo feudum, vel emphyteusim, ità quoq. eius proximiores prædilexisse præsumitur, sed quià hic non est casus præsentis causæ, super eo non insistimus,
64 Alius est casus, quando emphyteusis habetur, vel solùm à primo Acquirente, vt quando D. concedit emphyteusim patri, & eius tantùm contemplatione; Ipse tamèn pater stipulatur pro se, & filijs, & descendentibus suis, quo casu filij, & descendentes dicuntur solùm habere à patre, *Fontanell. de pact. nuptial. d. claus. 4. Glos. 9. par. 1. num. 10. Surd. dec. 322. num. 54. Capyc. Gal. contr foren. lib. 1. contr. 57. nu. 18.* Vel quando habetur non solùm ex mera gratia Concedentis, sed etiàm ex beneficio, & stipulatione primi Acquirentis, vt quando Concedens non mouetur sola gratia patris, & pater stipulatur pro se, & descendentibus suis,
65 prout posse patrem stipulari pro filijs suis, indubitati iuris est, vt *in §. si quis alij in fin. vers. & verò Instit. tit. de inutil. stipulat. l. stipulatio*
66 *ista 38. §. alteri ff. de verbor. oblig.* & hoc casu non modicam pateretur difficultatem opinio
67 *Gabr.* quià emphyteusis non tàm dicitur haberi à Concedente, quàm à primo Acquirente, qui pro filijs, & descendentibus stipulatus fuit, & hoc casu agendo de successione, An attendatur proximitas vltimi decedentis, vel primi Inuestiti in emphyteusim ex pacto, & prouidentia? Rursùs subdistinguendo censuimus, quià resolutio hujus quæstionis pendet à voluntate disponentium, vt plurimùm etiàm coniecturis elicita, vt in simili dicimus de proximitate grauantis, vel grauati attendenda, *Socin. sen. cons. 249. num. 21. & 24. lib. 2. Gabr. cons. 107. num. 8. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 484. num. 15. in fin. vers. Ideò Doctores, Bellon. Iun. cons. 17. num. 34. Rot. in Bononien. de Mulettis 26. Iunij 1602. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & dec. 627. num. 4. par. 1. recent. & dec. 72. num. 4. par. 1. diuers. & dec. 510. num. 2. par. 1. recen. & dec. 460. n. 3.*
68 *ead. par. 1. recent.* Aut enim primus Acquirens fuit stipulatus pro se, filijs, liberis, & descendentibus, vel sub alio simili nomine collectiuo plurium graduum, & personarum, vt in casu nostro, & tunc quià indistinctè de omnibus agit sub tali nomine collectiuo, non habito respectu ad vnum potiùs, quàm ad alium, intrat præsumptio, quòd voluerit se conformare cum dispositione *Statuti de success. loquen.* non quià sit agendum de succedendo vltimo, sed quià præsumitur Disponens voluisse in tali emphyteusi ità vocatos successiuè esse admittendos secundùm ordinem, quo deuoluitur successio abintestato, & ità declarant *Ruin. cons. 159. num. 6. in princ. & vers. & ideò*
69 *Paulus lib. 2.* Vbi vim facit in hoc, quòd primus Acquirens stipulatus fuerat pro se, & suis descendentibus; Neq. in tertiam generationem, quo casu vult admitti ordinatim Proximiores vltimo defuncto, *Socin. sen. cons. 51. n. 11. & 12. iuncto num. 20. & 21. lib. 4. Portius cons. 54. num. 25. Petr. de fideicomm. quæst. 11. num. 121. vers. respondet plenè, Surd. cons. 31. num. 30. vers. secundò dato, Decian. cons. 26. nu. 76. vers. 4. casus lib. 2. Ludersch. cons. 136. num. 5. Marzar. cons. 1. num. 28. Fusar. de substit. qu. 484. num. 46. Maluas. cons. 31. num. 12. lib. 1.* optimè *Giouagnon. cons. 62. num. 7. & 8. lib. 1. Rot. dec. 72. num. 2. vers. quartus par. 1. diuers.*
70 & hic est casus præsentis causæ, in quo Bartholomæus primus Acquirens stipulatus fuit pro se, & filijs masculis per lineã masculinam descendentibus in infinitum, & sic per verba de futuro, quo casu intelligitur vocatus proximior grauato, & Acquirens præsumitur se voluisse cum iure communi se conformare, vt optimè dicit *Rot. d. dec. 72. num. 2. in fin. par. 1.*
71 *diuers.* Quicquid esset dicendum, si adsint aliæ coniecturæ suadentes, Acquirentem de suis proximioribus sensisse, *ad Giouagnon. & Rot. locis sup. citat.*

De identitate verò bonorum satis abundè constare DD. visum fuit; Quià cùm per partes non controuerteretur, filios Bartholomæi primi Acquirentis diuisisse inter se bona emphyteutica ab eorum patre acquisita, vtiquè etiàm indubitatum est Iacobo altero ex dd. fratribus, & filijs respectiuè, & à quo descendũt tàm Bartholomæus Actor, quàm Cap. Paulinus vltimo loco defunctus, quartam partem obuenisse, in qua quidèm successerunt filij, & descendentes d. Iacobi, & hoc constat ex confessione Pasquini ad positionem sextam, in qua fatetur, *Che li descendenti di Giacomo Francesconi il vecchio hanno goduto, e posseduto la quarta parte di detto liuello distinta, e separata dalla parte de gli altri,* & clariùs hoc confitetur in Instrumento inito inter eum, & Camillã filiã d. Cap. Paulini de anno 1653. in quo d. Pasquinus asserit, ad se spectare successionẽ bonorũ emphyteuticorũ à Cap. Paulino possessorum, & hoc vigore cõcessionis liuellatiæ factæ Bartholomæo Francescono seniori, & eius descendentibus à q. D. Io. Bernardini ex Instrumento per Michaelem Mazzarosam de anno 1524. ad quod &c. Neq. enim alitèr d. Pasquinus ad successionẽ dd. bonorum aspirare potuisset,

tuisset,

tuisses, nisi eum supposito proximioritatis suæ
ergà Bartholomæum seniorem, & quòd hæc
bona essent eadē Iacobo obuenta; Nàm aliàs
Bartholomæus iunior, vti Cap. Paulino proxi-
mior in successione dd. bonorum, illum exclu-
sisses; si ea non emphyteutica, sed allodialia
fuissent, vt de per se satis notum est.

Insupèr cùm d. Paulinus possideret in eodē
loco, in quo Iacobus senior illius author, &
ascendens possidebat, præsumuntur hæc esse
eadem bona, quæ à Iacobo possidebantur;
72 Identitas namq. probatur ex eo, quòd hæres,
& descendens possideat in eo loco, in quo
Defunctus possidebat, *ad vulgat. cons. Fulgos.*
145. *sub num. 2. vers. porrò si aliundè*, quod se-
quuti fuere *Ias. cons. 5. sub num. 19. lib. 1. Peregr.*
cons. 48. num. 13. lib. 1. & de fideic. artic. 44. num.
22. *Fusar. cons. 107. num. 2. & cons. 161. num. 1.*
& de substit. qu. 618. num. 4. & probatur *Rot.*
coram Greg. dec. 575. num. 9. vbi *Adden. lit. C.*
& in recen. dec. 131. num. 5. vers. & satis dicitur
par. 1. dec. 407. num. 4. par. 2. & dec. 42. num. 4.
& dec. 129. num. 2. par. 5. cum alijs *in Bononien.*
fideicomm. de Nascentorijs 6. Februarij 1645. §.
fin. coram Reuerendiss. Roias, & in Perusina bo-
norum 14. Iunij 1647. §. fideicommissum vers.
hinc enim præsumitur coram R. P. D. Cerro, & in
Bononien. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648.
§. quo verò ad identitatem coram Reuerendissimo
73 *Melzio*, etiàm absq. specificatione confinium,
Peregr. cons. 48. vol. 1. Fusar. cons. 161. num. 2.

Et cùm ex depositionibus testium constet,
bona descripta in fine libelli *sub num. 1. & 2.*
esse eadem; Cùm petia terræ descripta in In-
strumento emphyteusis receptæ per Bartho-
lomæum seniorem à D. Ioanne Bernardini;
Cùm conueniant tàm identitas loci, confine
Ecclesiæ S. Cassiani, & illorum de Angelellis;
74 ex quibus identitatem probari, non est ambi-
gendum; Cùm ad illam probandam duæ solæ
sufficiant demonstrationes, iuxtà doctrinam
Bart. in l. demonstratio num. 14. ff. de condit. &
demonstr. Alex. cons. 133. num. 5. lib. 5. Rot. co-
ram Card. Canaler. decis. 311. num. 4. & apud
Gregor. decis. 172. num. 2. & decis. 575. num. 4.
& 5. & in Auximana Fideicommissi 22. Aprilis
1641. §. quo verò coram Reuerendiss. Dunozetto:
75 Necessariò ex supradictis videtur inferen-
dum, hanc esse portionem obuentam Iacobo
seniori, & ab eo vti authore, & ascendente de-
riuatam in Paulinum, & Vincentium eius fra-
trem: Cùm nullus alius titulus ostendatur, nec
per partem Aduersam allegetur, quòd dd.
Paulinus, & Vincentius hæc bona possidere
potuerint, *Rot. in Perusina Bonorum 14. Iunij*
1647. §. fideicommissum enim vers. hinc enim præ-
sumitur coram R. P. D. Cerro.
76 Nec obstat, quòd portio Iacobi possit dici
incerta, tùm ratione quantitatis, seù quotæ,
tùm ratione loci; Ideòq. ratione huius incer-
titudinis videretur deneganda successio, *ad l.*
locus ff. de acquiren. possess. Rot. decis. 58. per tot.
77 *par. 2. diuers.* Quoniam cùm ex prædictis ap-
pareat, Iacobum possedisse suam quartam
partem in illo corpore bonorum à Bartholo-
mæo illius patre acquisitorū titulo emphyteu-
sis à dd. de Bernardinis, & apud partes sit, in
cōfesso, bona possessa per Cap. Paulinū vltimo
loco defunctum esse sita intrà eosdem confi-
nes; Incertitudo quotæ Iacobi certificatur per
quotā possessam à d. Paulino dicti Iacobi de-
scendente, *Rot. dec. 279. num. 8. par. 5. recent.*
& fuit dictum *in Auximana fideicommissi 28. Ia-*
nuarij 1641. §. quid cùm ex prædictis coram Re-
uerendiss. Dunozetto, & in Narnien. fideicommissi
4. Aprilis 1642. §. non obstat, quòd in prædicto
78 *coram eodem*, quæ faciliùs procedunt, quan-
do vltrà possessionem successoris in eodem
loco, in quo possidebat Ascendens, concur-
runt etiàm alia adminicula, *iuxtà d. cons. Ful-*
gos. 145. num. 2. Marescott. variar. resolut. lib. 1.
cap. 12. num. 49. Rot. decis. 706. num. 2. vers.
nam licèt par. 2. & dec. 120. n. 18. par. 6. rec.

Et eò faciliùs prædicta omnia admittenda
dixerunt DD., quià agitur de emphyteusi an-
tiqua, cùm à die concessionis effluxerint 135.
79 anni; Quòd tempus excedit metam annorū
centum, dicitur antiquissimum, *Regens Reuer-*
tera decis. 412. vbi latè doctissimus *Regens Do-*
natus Anton. de Marinis notabilia obseruat. Rot.
80 *dec. 694. par. 2. recen. num. 2.* Hoc namq. casu
identitatem probari ex vnica demonstratione
particulari cum alia generali, dixit *Rot. decis.*
81. n. 17. & dec. 87. n. 10. par. 5. rec. & in Ro-
mana deuolutionis 6. Martii 1636. coram bo. me.
Buccabella, & in Romana emphyteusis 30. Maii
1653. §. quo verò ad identitatem coram Reue-
81 *rendiss. Dunozetto*; Imò solis præsūptionibus,
& coniecturis probari, *iuxtà cap. cum causam*
de probat. dixit *Socin. sen. cons. 166. nu. 2. lib. 1.*
Rimin. iun. cons. 254. nu. 11. Rot. in recen. decis.
81. nu. 20. & 360. nu. 10. par. 5. rec. & dec. 164.
n. 38. par. 6. rec. & in Bononien. fideicommissi de
Pancaldis 23. Ianuarii 1643. §. maximè cùm
versemur coram R. P. D. Cerro impressa *in par.*
9. tom. 1. recen. dec. 144. num. 8.

Absoluimus ambas partes ab expensis, *ad*
tradit. per DD. in l. properandum §. sin autem
alterutra Cod. de iudic.

Et ità fuit decisum &c.

FINIS DECISIONVM.



AVTHOR

AD CANDIDVM LECTOREM.



HAS tibi Lector benignissimè, Decisiones Almæ Rotæ Lucensis propono meas non vulgari Idiomate ordinatas, quià vnaqueq. roborata authoritate S.R.Romanæ, aliquid exquisitum, & notabile continet, quas proptereà tibi offero, easq. beneuolus accipe, & iudica, & maiora, Deo adiuuante, expecta.

Ad laudem Dei, Beatissimæque Immaculatæ semper Virginis, sub cuius auspicijs, & Indiuiduæ Trinitatis, ac Diui Christophori protectoris mei miraculis clari, Decisionibus hisce meis finem imposui. Cum protestatione tamen, quod omnia, & quæcumq. hìc & vbiq. dixerim, Iudicio, & Censuræ S. R. Ecclesiæ submitto, ac etiam Examini Dominorum Superiorum, nec non alterius cuiuscumq. rectius sentientis.

SVBSEQVVNTVR

DECEM CONSILIA

Pro veritate in diuersis Causis edita,

SELECTA, ET ELABORATA AB EODEM

ANDREA CENSALIO, &c. AVTHORE.

In quibus nè dùm aliquæ Quæstiones in Decisionibus superiùs impressis propositæ, sed etiam alij Illustres, ac magis controuersi Iuris Articuli excitantur, breui, faciliq. methodo more Romano, & cum eiusdem Rotæ authoritate, discutiuntur, & resoluuntur.

Interim his fruere, quæ suasionibus Bibliopolæ ad Operis augumentum, & complementum Centuriæ apponere decreui: & si grata optimè de Iure meritis fore cognouerim, ad maiora Deo auspice propediem accingam.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica an, & quandò non sit transitoria ad extraneos, siuè ad aliam Ecclesiam, aut ad manus mortuas, etiam quoad consecutionem æstimationis, licèt sit concessa cum Clausulis, *Ad habendum, cui, vel quibus dederit in perpetuum*. Clausulæ *Ad habendum prò hæredibus, & successoribus, cui &c.* an, & quandò protrahant concessionem vltrà propriam naturam emphyteusis, & appositæ in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos perpetuant concessionem tantùm inter personas comprehensas in Inuestitura. Inuestitura an, & quandò alterari possit præter solitum antiquarum. Beneplacitum Apostolicum, an in similibus concessionibus, attento temporis longæui curriculo an, & quandò præsumatur, & quid attento motù proprio *VRBANI VIII. edito de anno 1641. incipien. Romanus Pontifex*. Consuetudo, siuè obseruantia, aut stylus, vel solitum, an sit trahendum ad alios casus, quandonã allegari possit, & quomodò inducatur.

SVMMARIVM.

Refertur Propertij *dictum. num. 1.*

Clausula Pro se, suisq. hæredibus, & cui &c. vel quibus dederit &c. *importans liberam facultatem alienandi, & faciuns emphyteusim transitoriam etiam ad hæredes extraneos, & Monasterium, & titulo vniuersalis institutionis absq. deuolutionis pœna, itâ vt nisi reddant capacem ad effectum retinendi rem emphyteuticam, saltem ad effectum vendendi, & recipiendi æstimationem. num. 2. 3. & 4.*

Emphyteuſis Eccleſiaſtica natura eſt, vt finita generatione, ad ipſam Eccleſiam reuertatur, nec tranſeat ad extraneos. num. 5.

Hæredum, & ſucceſſorum appellatione in materia emphyteutica veniunt ſoli hæredes ſanguinis, & ſic deſcendentes ab ipſis Inueſtitis. num. 6.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica reuertitur ad Dominum directum, finita linea Inueſtiti, nec tranſire poteſt ad hæredes extraneos, ſiuè ad manus mortuas, num. 7.

Bona Eccleſiaſtica prohibentur tranſire ad alias Eccleſias, & loca pia per inſtitutionem, aut quamcunq. aliam diſpoſitionem, etiam ad effectum conſequendi æſtimationem, num. 8. 9 & 10.

Pactum, nè bona emphyteutica transferri poſſint ad Eccleſiam, ſeù Monaſterium, impedit etiam conſecutionem æſtimationis eorundem, & idem operatur, licèt expreſsè non fuerit appoſitum in Inſtrumento Inueſtituræ, quandò tamen conceſſio fuit facta iuxtà formam antiquarum, quæ contineant idem pactum, num. 11. & 12.

Clauſulæ generales Inueſtituræ aptæ comprehendere extraneos reſtringuntur ad hæredes ſanguinis, num. 13.

Verba, Non poſſint, *in Inueſtitura appoſita quid operentur. ibid.*

Emphyteuſis conceſſa cum Clauſulis, Ad habendum, cui, vel quibus dederit in perpetuum, *non eſt tranſitoria ad extraneos, ſeù manum mortuam, quando adeſt prohibitio legis, & hominis ſimul, num. 14.*

Clauſula, Ad habendum cui &c. *eneruantur per prohibitionem expreſſam alienationis emphyteuſis, & tribuunt tantùm alienationem inter illos de linea comprehenſos in Inueſtitura, ſecùs in extraneos. num. 15.*

Clauſula, Ad habendum cui &c. *appoſita in conceſſione de ſui natura non tranſitoria ad extraneos perpetuant conceſſionem tantùm inter perſonas comprehenſas in Inueſtitura. num. 16.*

Clauſulæ generales regulantur, & intelliguntur iuxtà ſubiectam materiam, in qua apponuntur. num. 17.

Clauſulæ, In perpetuum, *& ſimiles appoſita in conceſſione ex pacto non faciunt illam hæreditariam. num. 18.*

Prohibitio alienationis magis attenditur, quàm Clauſulæ generales, vt plurimùm per Notarios apponi ſolitas, num 19.

Res ſemel effecta tranſitoria ad extraneos, ſeù ad manus mortuas, ſemper retinent eandem qualitatem. num. 20.

Conſuetudo, ſeù obſeruantia in vno caſu ſequuta ad alios caſus non eſt trahenda, neq. de re ad rem, nec de perſona ad perſonam. num. 21. & 22.

Conſuetudo eſt ſemper probanda in indiuiduo caſus controuerſi. num. 23.

Facultatis quæ ſunt, nunquam inducunt conſuetudinem reſtrictiuam liberæ poteſtatis. num. 24.

Inueſtitura non poteſt alterari præter ſolitum antiquarum abſq. Beneplacito Apoſtolico, præſertim quando adeſt Eccleſiæ præiudicium. n. 25. & 26.

Inueſtituræ nullius ſunt roboris ex defectu ſolemnitatis, & iuſta cauſa, quæ concurrere debent pro validitate alienationis, attenta nouitate pactorum, etiamſi alienatio fieret in aliam Eccleſiam. num. 27. & 28.

Inueſtituræ præter formam antiquarum alterata nõ ſuſtinentur, deficientibus ſolemnitate, & cauſa. num. 29.

Clauſula, Ad habendum prò hæredibus, & ſucceſſoribus, cui &c. *non protrahunt conceſſionem vltrà propriam emphyteuſis naturam, non impetrato, ſeù reſeruato Beneplacito Apoſtolico. num. 30.*

Immemorabilis præiudicialis Eccleſiæ quomodò in præteritum ſe habebat, hodiè tollitur ex Conſtitutione VRBANI VIII. *num. 31.*

Iuſta cauſa debet eſſe, vel neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, nè excludatur præſumptum Beneplacitum Apoſtolicum. num. 32.

Stylus, ſeù obſeruantia allegari nequit, dato modico præiudicio in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, etiam in aliam Eccleſiam, num. 33. & 34.

Solitum, ſeù conſuetudo nunquam inducitur ex actuũ difformitate. num. 35.

Conſuetudo longa non excluditur per aliquem actum in contrarium, qui quatenùs attenderetur, à ſe fundante in eo plenè eſſet probandus. num. 36.

Stylus, ſeù conſuetudo probata tantùm per fides non attenditur. num. 37.

Stylus, ſeù conſuetudo vt probetur, debet percutere tempus conceſſionum factarum, & concludere Inueſtituras aliter fieri non potuiſſe. num. 38.

Pactum expreſſum derogat conſuetudini contrariæ. num. 39.

Aſſiſtat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Placentina Deuolutionis Emphyteuſis.

Conſilium I.

SVppoſita facti ſerie indubitata, quòd cùm Reuerendiſſimum Capitulum Cathedralis Placentiæ iuxtà formam, & tenorem antiquarum Inueſtiturarum conceſſerit in emphyteuſim nonnulla bona D. Virginiæ Furlonæ pro ſe, eiusq. hæredibus, & cui &c. *Excepto, quòd &c. non poſſet vendere, donare, nec aliena-*

re

ne alicui loco Religioso; Cumq. dicta D. Virginia suum condiderit testamentum, & Admodùm RR. PP. Sanctæ Brigidæ hæredes sibi nominauerit: Fuit à me quæsitum de duobus pro parte dicti Reuerendissimi Capituli, vt quid pro veritate sentirem in hoc, de quo agitur, negotio, calamo submittere vellem.

Primò, an potuerit fieri per dictam D. Virginiam Furlonam alienatio dictæ emphyteusis, instituendo sibi hæredes dd. Admodùm RR. PP., & hoc siuè attento Iure Communi, siuè peculiari conuentione in Instrumento emphyteusis adhibita de non alienando in locum Religiosum.

Secundò, an in causa, de qua agitur, valeat per dictos Admodùm RR. PP. præfati Collegij Sanctæ Brigidæ aliqua consuetudo allegari, per quam licitum fore existimetur, prædictam emphyteusim contrà eius propriam naturam fieri posse transitoriam ad extraneos, & sic etiàm ad manus mortuas, non obstante duplici prohibitione Iuris, & hominis in præfata emphyteusi concurrente.

Et licèt in primo articulo adeò plenè, & eruditè scripserit *Excellentiss. Dominus meus Comes, & Præses Io. Franciscus Andreolus*, respondendo ad obiectata per Adm. Reuer. P. Bossium contrà prænominatum Reuerendiss. Capitulum, vt videre est *in eius controuers. 378. par. 5.* vt mihi quicquam addendi locum præreptum esse cognouerim; Attamèn vt morem gererem prædicto Reuerendiss. Capitulo, cui plurimùm debeo, post Messorum terga spicas colligendo, primum articulum absoluam, & quid pro veritate sentiam cum opinione Rotæ Romanæ sæpè sæpiùs canonizata absq. verborum fuco proferam; Postmodumq. luce clariùs demonstrabo, allegaram consuetudinem per dictos Admodùm RR. PP. S. Brigidæ Reuerendissimo Capitulo in nihilo officere; Cùm in hoc, vt mihi suppositum fuit, dd. Admodùm RR. PP. Aduersarij multùm insistere videantur, producendo plurium testium fides, de præfata consuetudine attestantium, &
1 proptereà magis occurrendum, *iuxtà illud Propertij*:

Prospectandum vetulo latrante cane,
Non eum latrat temerè, vt catuli solent.

Et quoad primum quæsitum, prima fronte affirmari posse videtur, emphyteusim, de qua in præsenti agitur, omninò alienabilem, & transitoriam ad extraneos extare; Cùm fue-
2 rit stipulata *pro se, suisq. hæredibus, & cui &c. Vel quibus dederis &c.* Quæ quidèm *Clausula* liberam alienandi facultatem important, & emphyteusim etiàm ad hæredes extraneos transitoriam faciunt, ad tradita *per Roland. cons. 55. num. 40. lib. 3. vers. vbi feudum, Cravett. cons. 84. sub num. 11. vers. & eodem modo, & cons. 92. num. 6. Curt. Iun. cons.* ℞ *in princip. Mantic. de tacit. num. 22. tit. 19. num. 29. Cyriac. controu. 146 num. 11. Rot. apud Caualer. decis. 293. num. 2. & decis. 261. num. 4. par. 1. recent.* & fuit dictum *in Romana Domus 15. Februarij 1647. coram R. P. D. Celso*; Ità quòd mi-
3 nimè dubitationi locus relinquatur, quin præfata bona in emphyteusim concessa dictæ D. Virginiæ Furlonæ à prædicto Reuerendissimo Capitulo, licitè, & absq. deuolutionis pœna transire potuerint titulo vniuersalis institutionis in Monasterium Admodùm RR. PP. Sanctæ Brigidæ à d. D. Virginia hæredem institutum, in puncto *Berou. cons. 93. num. 46. & 47. vers. vt ad Monasterium, Glos. in authen. ingressi verb. dedicunt*, & ibi *Bart. num. 37. vers quæro ego circà hoc Cod. de Sacrosanct. Eccles. Innocen. in cap. in præsentia num. 5. vers. emphyteusis de probat. Ancharan. cons. 165. num. 1. vers. si autem succederet, Corbul. de Iur. emphyteut. tit. de caus. priuat. ob mort. ciuil. fol. 38. sub num. 6. & sub num. 8. vers. quid cùm Monasterium* cum Alijs pleno calamo relatis *per Fulgin. de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. sub num. 21. in fin. Gratian. discept. foren. cap. 481. num. 61. cum seqq.*
4 *vers. quibus stantibus*; Ità quòd concludendũ videtur, prædictos Admodùm RR. PP. S. Brigidæ, siuè illius Monasterium optimè extare, & extitisse capax, si non ad effectum retinendi, saltèm ad effectum vendendi rem emphyteuticam, & illius æstimationem recipiendi, iuxtà doctrinam *Specul. lib. 4. tit. de emphyt. §. nunc aliqua quæst. 117. num. 143.* communitèr receptam *Ancharan. cons. 165. num. 1. post med. vers. sed ibi loquitur, Gratian. discept. foren. cap. 481. num. 67. cum duob. seqq. Rot. in recent. decis. 261. num. 7. vers. & cessat difficultas par. 1. & in alia Mediolanen. Beneficiorum coram Merlino dec. 649. per tot.*

Quibus tamèn non obstantibus existimo iustitiam Reuerendiss. Capituli ex pluribus, quæ infrà adnectentur, in propatulo euidentem secerni; Ità vt vllo velamine, seù quæsito
5 colore offuscari valeat, ex quo de natura emphyteusis Ecclesiasticæ est, vt finita generatione, ad ipsam Ecclesiam reuertatur, nec trãseat ad extraneos, *§. emphyteusim auth. de non alienan. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 19. num. 6. Caldas de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 23. à num. 23. vers. in emphyteusi verò cum seqq. Rot. in recen. decis. 381. num. 2. par. 5. & decis. 217.*
6 *num. 9. par. 6.* Quamuis concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus: Cùm in hac materia illorum appellatione veniant soli hæredes sanguinis, & sic descendentes ab ipsis inuestitis,

stitis, vt docuerunt *Imol. in l. quod dicitur ff. de verb. obligat. Castren. in l. etiam num. 4. ff. solut. matrimon. Bald. cons. 114. num. 2. vers. sed istud lib. 5. Alex. cons. 83. num. 1. & 2. lib. 7. Rolan. cons. 96. & seqq. lib. 1. Rimin. sen. cons. 437. num. 2. Socin. sen. cons. 121. num. 18. lib. 4. Socin. iun. cons. 71. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 171. num. 1. & 2. Ruin. cons. 33. num. 34. lib. 5. Honded. cons. 92. num. 19. & seqq. lib. 1. Bero. cons. 102. num. 14. lib. 1. Cephal. cons. 400. nu. 56. & 57. Gabr. cons. 84. num. 51. lib. 2. Mantic. vbi sup. lib. 22. tit. 19. num. 20. cum seqq. Clar.* plures referens *in §. emphyteusis quæst. 28. sub num. 5. §. tertius est casus vers. fundamentum autem, Grattian. discept. foren. cap. 351. num. 17. Rot. apud Seraphin. decis. 868. num. 1. & 2.* & latiùs *dec. 211. num. 3. & 4. cum seqq. par. 6. recent.* & fuit dictum *in Nouarien. Bonorum 13. Ianuarij 1642. coram bo. mem. Merlino §. peccat demùm*, quæ est in eius impressis *decis. 887. num. 18. tom. 2. & 1. Iulij 1644. coram Reuerendiss. Dunozetto*
7 *Decano §. 1.* Quapropter cùm defecerit linea
d. D. Virginiæ Furlonæ, ipsa iam defecta, ad
Reuerendissimum Capitulum vti Dominum directum reuerti debuerat emphyteusis hæc Ecclesiastica; Non autèm poterat ad extraneos hæredes, siuè ad manus mortuas, videlicèt ad dd. Admodùm RR. PP., seù Monasterium S. Brigidæ transire, *Glos. in l. etiam ff. solut. matrim.* latissimè *Rot. in vna Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 7. Iunij 1647. §. vltimo coram Reuerendiss. meo Meltio* confirmata *sub die 27. Martij 1648. cor. R. P. D. Verospio*; Ex
8 quo Ecclesiastica bona ad manus mortuas,
hoc est, ad alias Ecclesias, seù loca pia deuenire prohibentur, *per text. in cap. 1. de alienat. feud.* vbi *Afflict. in princ. num. 4. & 5.* notant *DD. in cap. potuit post Glos. in verb. prohibeatur,* præsertim *Abb. num. 10. & Imol. num. 25. extra locat. Bursatt. cons. 199. num. 42. vers. 3. Rot. decis. 603. num. 1. par. 1. recent. & in Ferrarien. Bonorum 9. Decembris 1611. coram bo. mem. Coccino, & apud Greg. decis. 520. num. 11.* vbi latè *Adden. num. 14.* referunt concordantes, *& apud Duran. decis. 334. num. 11. in fin.* & fuit dictum *in Neapolitana Laudemij 14. Decembris*
9 *1640. coram bo. mem. Coccino*; Ità vt nec minùs
per viam institutionis, seù cuiuscunq. alterius dispositionis in dictum Monasterium præfata bona transire potuerint, ad in puncto tradita *per Rot. decis. 211. num. 20. par. 6. recen.* & fuit firmatum *in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. §. sed vlteriùs dixerunt DD. coram Reuerendiss. Cerro nunc dignissimo Decano* impressa *in par. 9. tom. 2. recent. dec. 427. num. 27. & 28. & in Romana Deuolutionis Domus, Lunæ 4. Decembris 1651. §. ex quibus coram bo. mem. Bichio* confirmata, *Lunæ 15. Iunij 1654. coram Reuerendiss. Meltio §. denique il 2.* & nec etiam
10 ad effectum consequendi æstimationem, hoc
licere, plenè fuit firmatum *in d. decis. 211. num. 22. & seqq. par. 6. recen. & in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 7. Iunij 1647. §. fin. coram Reuerendiss. Meltio, & in Bononien. Bonorũ 27. Martij 1648. coram R. P. D. Verospio, & in dict. Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coram bo. mem. Bichio §. ex quibus circa*
11 *fin.* Præsertim resistente etiam peculiari con-
uentione, & explicita prohibitione in antiquis inuestituris apposita, iuxtà quarum formam facta fuit hæc, de qua agitur, nè bona deueniant ad manus mortuas, vigore cuius relationis pactum hoc habetur perindè, ac si in ista quoq. magis explicitè fuisset appositũ, vt in fortioribus terminis dixit *Rot. d. decis. 211. num. 5. & 6. par. 6. recent.* Tunc enim
12 procul dubio bona in emphyteusim conces-
sa ad Ecclesiam, seù Monasterium transferri non possunt, nec minùs pro assequenda æstimatione, quia pactum huiusmodi resistit acquisitioni, *Altobrandin. cons. 40. num. 9. lib. 1. Bursatt. cons. 299. num. 48. vers. 3. DD. lib. 2. Rot. apud Gregor. dec. 529. num. 10.* & latiùs *d. decis. 211. num. 31. par. 6. recent.* & in terminis præfati nostri casus fuit dictum *in d. Caietana bonorum 3. Decembris 1646. §. Imò cùm in antiquis Inuestituris &c.* quæ est *decis. 427. num. 29. par. 9. tom. 2. recent. & in d. Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. §. ex quibus coram bo. mem. Bichio, & in eadem Romana Deuolutionis Domus 15. Iunij 1654. coram Reuerendiss. Meltio §. deniq. il 2. in fin. vers. præsertim resistente.*

Vltrà quàm quòd pro prædictorum comprobatione in præsenti casu vlteriùs ponderaui, prohibitionem esse arctissimam cum vna solùm negatiua, ibi, *Excepto, quòd non possit vendere, donare, nec alienare alicui loco Religioso*: Ex quibus verbis, *Non possit* deducitur prohibitio absoluta, & præceptum negatiuum
13 importat; Ità vt Clausulæ Generales inuesti-
turæ aliàs aptæ comprehendere extraneos restringantur ad heredes sanguinis, vt in puncto in fortioribus terminis tradit *Afflict. in cap. 1. §. feudum ex lege num. 35. vers. Videlicèt quandò contractus tit. si de feud. fuer. controuers. inter Domin. & Agnot. Boss. de bonor. publicat. sub num. 34. Dec. cons. 171. vers. Quartò, & vltim. Rosental. de feud. cap. 2. concl. 36. num. 5. vers. Vbi idem Caldas de Iur. emphyt. lib. 2. quæst. 10. num. 16. vers. Cæterùm ego. Cæsar Manent. dec. 2. num. 38. cum seqq.* & fuit firmatum *in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. §. prò quorum comprobatione coràm Reuerendiss. Cerro*, quæ est ex

im-

impressis in par. 9. tom. 2. rec. decis. 427. n. 20. cum seqq. & latissimè fuit dictum in *Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coràm bo. me. Bichio §. cò minùs*, & fuit firmatum supra decis. 4. à num. 6. vsq. ad num. 12.

14 Quibus omnibus non obstant ea, quę à principio fuerunt ponderata ad fauorem Admod. RR. PP. Sanctæ Brigidæ; Vnica enim responsione tolluntur, procedunt enim, quandò adest simplex prohibitio legis; Puta, vt quia de Iure regulariter sit prohibita alienatio rei emphyteuticæ in manum mortuam, Tunc enim accedentibus Clausulis, nempè *Ad habendum, Cui, vel quibus dederit, In perpetuum* &c. & similibus, non obstante legis prohibitione ex mutuo partium consensu emphyteusis, quæ non est transitoria ad extraneos, seu manum mortuam, vigore præfatarum *Clausularum* fit transitoria ad quoscunquè hæredes, & successores; In casu autem nostro non solùm concurrit prohibitio legis suprà indicata, verùm etiàm cum d. legis prohibitione concurrit quoquè prohibitio hominis, nempè pactum expressum, per quod impeditur alienatio in locum Religiosum, vt non obscurè, & in præcisis nostris terminis deducitur nouissimè per *Rot. in Mediolanen. Prætensæ Deuolutionis Lunæ 5. Iulij 1655. §. nec aduersatur coràm Reuerendiss.*

15 *meo Meltio*; & in isto casu præfatæ *Clausulæ*, nempè *Ad habendum, Cui, vel quibus dederit; In perpetuum, Prò hæredibus, & successoribus*, & similibus, non operantur effectum suum, attenta dicta expressa alienationis prohibitione, quæ infringit, & eneruat vim præcedentium *Clausularum* proximè enarratarum; Adeò vt tribuere solùm possint facultatem alienandi inter illos de linea, comprehensos in Inuestitura, secùs in extraneos, *Dec. cõs. 171. sub nu. 3. Gratian. discept. forens. cap. 344. n. 11. Rot. in recen. dec. 294. num. 8. par. 2. & dec. 74. n. 13. 14. & 15. & dec. 211. n. 8. par. 6. recent.*

16 Vbi respondetur omnibus contrarijs: Maximè quià quandò dictæ *Clausulæ* apponuntur in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos, perpetuant concessionem tantùm inter personas comprehensas in Inuestitura, *ad tex. in d. §. emphyteusim vers. Licentia auth. de non alienan. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 21. & lib. 27. tit. 10. nu. 21. Rot. d. decis. 211. num. 7. par. 6. recent.* Et ratio est, plus attendi debere prohibitionem alienationis

17 maturo consilio appositam, quàm huiusmodi *Clausulas* Generales suprà indicatas, quæ regulantur, & intelliguntur iuxtà subiectam materiam, in qua apponuntur *ad doctr. Glos. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. Alex. in l. 2. ff. solut. matrim. Seraph. dec. 874. nu. 5.* & fuit dictum *in Bononien. Census 21. Februarij 1642. coràm Reuerendiss. Tertacinen.* quæ est impressa

18 *in par. 9. tom. 1. recent. decis. 72. numer. 5.* Et propterea Clausulæ *In perpetuum*, & similes appositæ in concessione ex pacto, non faciunt illam hæreditariam, vt de magis communi testatur *Dec. in cap. in præsentia num. 35. vers. Sit ergò conclusio de probat. Rolan. cons. 96. n. 6. 18.*

19 *& 19. vol. 1.* Ideòq. magis attendendam prohibitionem alienationis, quàm huiusmodi Clausulas Generales, vt plurimùm per Notarios apponi solitas, *Dec. cons. 171. num. 3. vers. Quartò, & vltim. Gabr. cons. 91. num. 12. & 13. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 344. num. 11.* & in præcisis terminis fuit firmatum *in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. §. quod sine difficultate*, quæ est in impressis *in par. 9. tom. 2. rec. decis. 427. à num. 33. cum seqq. & in eadem confirmata 10. Iunij 1648. §. & proindè versic. Loquitur*, impressa in cumulatis per me post *Salgad. tract. labyrint. credit. decis. 79. n. 4. & 5.* vbi conciliantur omnes *decisiones* contrariæ *coràm Reuerendiss. Cerro*, & latè etiam fuit firmatum in *Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coràm nunquàm satis laudato bo. me. Bichio §. contrarium tamen his non obstantibus, & in Romana Deuolutionis Domus 20. Iunij 1653. coràm R. P. D. Verospio §. hinc verò sequitur circà fin.*

Nequè prædictis obstare videtur, quòd prò parte dd. Admodum RR. PP. S. Brigidæ replicari potest, nempe Reuerendiss. Capitulum aliquandò solitum fuisse in emphyteusim concedere bona etiàm ad manus mortuas transi-

20 toria; Et sic res semel effectæ transitoriæ ad extraneos, seu ad manus mortuas, eandem qualitatem semper retinere dicantur, vt firmauit *Ruin. cons. 161. numer. 33. & 34. lib. 1. Rot. decis. 381. num. 12. par. 5. recen. & decis. 245. sub num. 2. vers. Et videbatur coràm Card. Millino.*

Respondetur enim, quòd vel dicti Admodum RR. PP. consuetudinem allegant respectu aliorum bonorum in emphyteusim concessorum per Reuerendissimum Capitulum etiam ad manus mortuas; Vel ipsam allegant specialitèr respectu istorum bonorum, de quibus nunc controuertitur.

Primo enim casu quia sumus in actibus reiterabilibus, voluntarijs, seu facultatiuis, consuetudo, seu solitum in alijs bonis eiusdem Reuerendissimi Capituli, quatenùs obseruatum probaretur, non habet locum in istis concessis cum expresso pacto de non transeundo

21 ad manus mortuas; Ex quo consuetudo, seu obseruantia in vno casu sequuta, non est ad alios casus trahenda, nequè de re ad rem

ad

ad tex. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuat. Corn. cons. 42. lib. 1. Alex. cons. 68. lib. 2. sub n. 13. Thesaur. dec. 299. n. 9. in fin.
22 Nequè de persona ad personam, *Gall. pract. q.*
23 *bar. obseruat. lib. 2. obseru. 60. num. 14.* Vlteriùs quàm quòd consuetudo semper venit probanda in indiuiduo casus controuersi, in puncto *Oldrad. cons. 257. Ancharr. cons. 339. numero 9. Aymon. cons. 96. num. 4. Cæsar de Graffis decis. 15. sub d. num. 5. de praben. Rot. apud Ludouis. dec. 162. num. 9. & 15.* Vbi Ampliatur,
24 & est propositio vulgata, quod quæ facultatis sunt, nunquam inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis iuxta doctrinam Abbatis *in cap. ex parte vestra, num. 7. in vers. Notabilis versic. Secundo potest solui de concessione præbendæ,*

Secundò verò casu dato, & non concesso, quòd hoc probaretur per dd. Admodum RR. PP. prout minimè probatur, vt inferius demonstrabo;
25 Attamen cùm Inuestituræ prædictæ fuerint alteratæ præter solitum antiquarum, in quibus expressè prohibetur transitus bonorum emphyteuticorum d. Reuerendiss. Capituli ad manus mortuas; Ideò nullius momenti sunt existimandæ, cùm Inuestituræ antiquæ nequeant absque Beneplacito Apostolico alterari; in puncto *Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3. Curt. Iun. de feud. par. 2. qu. 6. Rodoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 21. num. 28. Rot. dec. 176.*
26 *nu. 43. par. 5. recent.* Præsertim quandò adest Ecclesiæ præiudicium, prout in puncto docuit *Dec. in auth. quì rem num. 22. et ibi Cagnol. n. 58. Cod. de Sacrosanct. Eccles. latè Vrsill. ad Afflict. dec. 305. num. 8. Duran. decis. 150. num. 22. et dec. 211. n. 15. par. 6. & par. 7. recen. decis. 36.*
27 *num. 10. & seqq.* Ità quòd Inuestituræ prædictæ, quatenùs admittant alienationem in manus mortuam, nullius sunt roboris tàm ex defectu solemnitatis, quàm iustæ causæ, quæ tamen omninò concurrere debebant pro eius validitate, attenta nouitate pactorum, *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6. Clementin. 1. eod. tit. Rot. apud Seraph. decis. 508. num. 1. & seqq. per tot. & dec. 1490. sub num. 1. & seqq. & apud Mantic. decis. 41. num. 1. vers. Nam in alienatione rei Ecclesiæ;*
28 Ità vt conclusio procedat etiam, quandò alienatio fit in aliam Ecclesiam, *cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat. Rot. apud Seraphin. decis. 196. sub num. 2. versic. Et tantò magis quia seq.* & fuit plenissimè firmatum *in Leodien. Dominiorum Veteris 15. Iunij 1649. §. quoniam alienatio illa, & vers. quæ conclusio procedit, etiamsi alienatio fiat in aliam Ecclesiã cor. Emin. Corrado;*
29 Cum itaque vtrumque requisitum tàm solemnitatis, quàm causæ omninò necessarium, ibidem deficiat, vtiquè dictæ Inuestituræ præter formam, & antiquam inalteratæ, minimè sustinentur, & in puncto respondet *Rot. in Rauennaten. Domus Luna 14. Iunij 1649. coram Reuerendiss. Roias, §. vltimo quod, & in Romana Deuolutionis Domus Lunæ 4. Decembris 1651. §. Deuer. suum* etiam quia deficit Beneplacitum Apostolicum *coram bo. mem. Bichio, &* confirmata *20. Iunij 1653. coram R. P. D. Verospio,*
30 *§. hinc verò sequitur circa fin.* Vbi etiam dicitur, quòd non impetrato, seu reseruato Beneplacito Apostolico, Clausulæ *Ad habendum, pro hæredibus, & successoribus, Cui, vel quibus dederit, In perpetuum; & similes,* non protrahunt cõcessionem vltrà propriam emphyteusis naturam, ex traditis *per DD. in cap. emphyteusim de reb. de non alienan. & in l. etiam, ff. solut. matrim. & in cap. in præsentia de probat.* vbi in specie *Dec. num. 153. Felin. nu. 27. Abb. n. 29. Aldobrand. cons. 42. num. 3. Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 5.* & fuit etiam quarto loco firmatum *in ead. Romana Deuolutionis Domus Lunæ 15. Iunij 1654. coram Reuerendiss. Meltio, §. nequè Angela vers. Nàm cum vtrunque requisitum.*
31 Nequè prædictis replicetur, ex longitudine temporis presumi Beneplacitum Apostolicum intercessisse attenta obseruantia, quòd præfata bona aliàs fuerint in emphyteusim concessa alicui loco Religioso; Cùm hodiè huiusmodi præsumptio fuerit sublata *per Constitutionem felic. Record. VRBANI VIII.* infrà citatam, præseruatiuam Iurium Ecclesiæ; omnem tollentem obseruãtiam etiam immemorabilem, quæ tamen aliquo pacto Ecclesię præiudicium tangere posset, tollitquè etiam præsumptionem interuentus Beneplaciti Apostolici, quæ anteà, stante lapsu temporis, iuncta etiam obseruantia, præsumebatur; vt in terminis præfatæ Bullæ fuit firmatum *in Tiburtina Affictus 19. Iunij 1648. §. nequè prodesse coram Eminen. Card. Corrado, & in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. coram Reuerendissimo Roias §. nec huiusmodi* confirmata *17. Maij 1651. coram eodem §. præsumptio, & in Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coram bon. mem. Bichio §. fin.* & confirmata *15. Iunij 1654. coram Reuerendissimo Meltio §. huiusmodi autem Beneplacitum Apostolicum, & in eadem Romanã Deuolutionis Domus 20. Iunij 1653. coram R. P. D. Verospio, §. hinc verò, & § fin.* cùm alijs per me adductis *in meo tractat. ad l. vnic. Cod. si quis Imperat. maledixer. §. 21. à numer. 11. & 12. cum seqq.*
32 At semper pro exclusione, & irreleuantia præsumpti Beneplaciti Apostolici viget ratio, quæ deducitur ex defectu iustæ causæ, quę cùm debeat esse vel necessitatis, vel euidentis vtilitatis,

tatis,

tatis, *iux. tex. in cap. si exceptione 12. quæst. 2. Rot. decis. 430. sub num. 4. versic. vtilitas verò part. 2. recent. & part. 1. diuers. decis. 463. n. 1. vers. Res enim Ecclesiæ, & dec. 65. num. 16. vers. Et præmissa, & decis. 178. num. 9. versic. Et eò magis par. 2. diuers.* Cumquè causa vtilitatis, seù necessitatis in casu nostro deficiat, imò præiudicium maximum Ecclesiæ consideratur ex non reuersione emphyteusis ad ipsam, propter transitum, quem facit in manus mortuas;

33 Concluditur, quod dato modico præiudicio in alienatione rerum Ecclesiæ etiam in aliam Ecclesiam, vt supra fuit demonstratum ex firmatis *per Rot. in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. coràm Eminentissimo Corrado §. quoniam;*

34 Stylus, seu obseruantia minimè allegari potest, *ex præcitato motu Vrbani VIII. edito de anno 1641. incipiente Romanus Pontifex in Sacra Beati Petri Sede sub §. itē quascunq. prorogationes.*

Vltrà quàm quòd ad excludendum stylum, seu solitum sufficiunt aliqui actus contrarij,
35 & data actuum difformitate, nunquàm solitū, seu consuetudinem esse inductam, firmarunt *Surd. cons. 393. num. 23. & 24. Scrader. de feud. par. 10. sect. 20. num. 157. Gratian. discept. forens. cap. 679. num. 12. Rot. apud Gregor. decis. 162. num. 9.* ibiquè *Adden. num. 15.* & fuit firmatum *in Romana fideicommissi de Victorijs 19. Ianuarij 1652. coràm Emin. Ottbobono §. allegatus autèm stylus*, quæ est in impressis apud ipsū
36 *decis. 271. numer. 22.* Cumquè Reuerendiss. Capitulum videatur antiquitus semper concessisse in emphyteusim bona cum pacto expresso, ne valerent transire in manum mortuam, licet postmodum respectu aliorum bonorum deducatur aliquis actus in contrarium, *non est* attendendus, qui plenè, & præcisè quatenus &c. esset probandus à dictis Admodum RR. PP. Sanctæ Brigidæ, qui in eo se fundant *ad doctr. Glos. in l. 1. verb. probatis Cod. quæ sit long. consuetud. Riminald. sen. cons. 307. n. 16. Paris. cons. 25. num. 18. lib. 1.*

37 Neque obstant attestationes, seu fides extraiudiciales factæ, attestantes de dicto stylo, seu consuetudine; Quia vltra responsiones iam datas, dicitur, quòd dùm ipsa non probatur aliundè, quàm ex fidibus, non est ei quicquam deferendum, *l. 3. §. idem diuus, ff. de testib. auth. si quis in aliquo Cod. de eden. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 912. cum duob. seqq. Rot. decis. 255. sub numer. 3. part. 1. recent.*
38 Maximè cùm dictæ fides non percutiant tempus prætensarum concessionum factarum à Reuerendissimo Capitulo, & non concludant Inuestituras aliter fieri non potuisse, vt in terminis probationis styli, & consuetudinis hoc requiri, respondet *Rot. coram Seraphin. decis. 1249. num. 1. cum seqq. versic. Neque obstat,* & fuit dictum *in Ianuen. Quarti Dotalis 27. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. Terracinen. §. non obstant attestationes*, allegata *in dicta Mediolanen. prætensa deuolut. Lunæ 5. Iulij 1655. coram Reuerendiss. Meltio §. vllius neq. irreleuantia.*

39 Et prò complemento dicitur à primo ad vltimum, quòd cum in casu nostro adsit pactum expressum de non alienando in locum Religiosum, cōpertum in Iure est, dictum pactum esse derogatorium consuetudini contrariæ, quatenùs adesset, vt *post tex. in l. si quando, ff. de legat. 1.* in indiuiduo firmarunt *Gratian. discept. forens. cap. 447. n. 30. & cap. 679. n. 13. & 14. Bece. cons. 94. num. 28. ad med. Surd. cons. 34. n. 28. lib. 1. Manent. decis. 1. à n. 47. ad 55.* Quare &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus an, & quando alienare possit res particulares Fideicommisso subiectas pro debitis fideicommittentis, maximè existentibus bonis liberis eiusdem, & quid dicendum, quando interuenit factum Iudicis, an tunc hæres dicatur alienare animo interuertendi fideicommissum; & an, & quando ob culpam fauore Fideicommissarij teneatur ad æstimationem, seu ad pretium rei alienatæ fideicommisso subiectæ. Fideicommissarius, an habeat hypothecam tacitam super bonis hæredis grauati pro reintegratione bonorum fideicommissi ab ipso hærede grauato consumptorum. Reijcitur opinio *Thesaur. lib. 2. q. 84. per tot.* & eodem tempore saluatur cum distinctione. Mulier, vel eius hæres an, & quando repetere possit dotem super bonis primogenituræ, non discussis bonis liberis, & de alijs ad materiam reintegrationis ad fideicommissum, breuitèr, & elegantèr discutitur.

Hhh SVM.

SVMMARIVM.

Res fideicommisso subiecta alienari possunt pro ære alieno à Testatore debito, non obstante quacunque strictissima prohibitione. num. 1. & 2.

Testatoris prohibitio non potest impedire Ius Creditoris. num. 3.

Res particulari fideicommisso subiecta distrahi non potest, quandò alia suppetunt bona, ex quibus æs alienum satisfieri potest, nisi ex facto Iudicis ad Creditoris instantiam sint iudicialiter exequuta, & subhastata. num. 4. & 5.

Alienatio non dicitur facta animo interuertendi fideicommissum, si ad instantiam Creditorum bona alienentur ex facto Iudicis pro ære alieno à Testatore debito. num. 6.

Fideicommissarius non habet hypothecam tacitam super bonis hæredis grauati pro reintegratione bonorum fideicommissi ab ipso hærede grauato consumptorum, nisi concurrat culpa, & dolus respectu hæredis grauati alienantis. num. 7. & 8.

Debitor non valet fideicommisso impedire, quin Creditores executionem faciant super bonis particulariter alteri relictis, & alienari prohibitis. n. 9.

Hæres grauatus alienare potest bona particulariter fideicommisso subiecta, si alia bona libera vendi nequeant, quia Emptor non inueniretur. num. 10.

Mulier, vel eius hæres pro dote repetenda, non tenetur excutere bona libera intricata, à fideicommittente relicta. num. 11.

Executio arbitrio mulieris dotem repetentis fieri potest super bonis primogenituræ, quæ essent magis expedita, & facilioris exactionis, num. 12.

Hæres grauatus non tenetur saltem ad æstimationem fauore fideicommissarij, qui rem iudicialiter alienatam vindicare non valet, nisi sit in culpa. num. 13. & 14.

Hæres grauatus compelli potest saltim pro pretio, si pretium rei alienatæ peruenisset ad hæredem grauatum, & ab illo fuisset consumptum. num. 15.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. prætensæ Reintegrationis Fideicommissi.

Consilium II.

PRo veritate censeo, Mag. Vincentium de Auria fideicōmisso particulari grauatum super domibus cum eius pertinentijs vigore Testamenti conditi à qu. Mag. Stephano de Auria, minimè in præsenti compelli posse ad instantiam Mag. Pauli Francisci de Auria ad prætensam reintegrationem prædicti fideicommissi ob alienationem dd. domorum expressè distrahi prohibitarum.

1 Etenim, vt mihi supponitur, cum alienatio processerit ex causa necessaria, & pro ex soluendis debitis Testatoris, ipsomet Mag. Vincentio reluctante, non solum sufficit, vt hæres grauatus ad nil aliud teneatur, *iuxta textum*
2 *in l. alienationes, ff. familiæ erciscundæ*, minimè obstante quacunq. strictissima prohibitione, *Caph. cons. 13. num. 25. & cons. 47. numer. 21. Franc. Becc. cons. 100. num. 6. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 18.* & ibidem *Franciscus Censalius meus Germanus in obseruat. in folio mihi 265. col. 1. vers. Secundò obseruo in nouiss. impress. Venetâ*, & latissimè *Fusar. de substit. quæst. 541. per tot.* signanter *ex num. 9.* & communiter firmant *DD. in l. filius familias §. diui, ff. de legat. 1.*
3 Quia prohibitio Testatoris non potest impedire ius creditoris, *Socin. Sen. cons. 16. ex n. 13. lib. 3. Hond. cons. 58. ex num. 25. & 45. lib. 1. Menoch. cōs. 245. ex n. 22. Fusar.* & alijvbi suprà.

4 Et licèt hæc alienatio fuerit rei particulari fideicōmisso subiectæ, quæ regulariter distrahi non potest, quandò alia suppetunt bona, ex quibus Testatoris æs alienum satisfieri possit, *iuxta* latè *tradita per Peregrin. de fideicom. dicto art. 40. ex num. 28. Caphal. cons. 920. num. 27. & cons. 634. num. 4. Gabr. consil. 118. num. 8. lib. 1. Fusar. de substit. d. quæst. 541. ex num. 19.*
5 Tamen conclusio procedit, quando grauatus absq. alio facto Iudicis, existentibus bonis liberis, dat Creditoribus in solutum bona particulari fideicommisso subiecta: secus quandò iudicialiter illa sunt ad Creditoris instantiam exequuta, & subhastata. Tunc enim quia nulla grauati concurrit culpa, etiam existentibus alijs bonis, ad nihil aliud remanet obligatus, argumento *text. in l. qui solidum §. vlt. ff. de leg. 2. Gabr. dicto cons. 118. num. 8. lib. 1.*
6 Quia tunc dici non potest alienationem fuisse sequutam animo interuertendi fideicommissum, quæ est ratio, ex qua mouentur *DD.* contrarium sentientes, vt benè deducitur *per me in vlt. Consilio impresso post Censal. meum Germanum in obseruat. ad Peregr. de fideic. inspect. 2.*
7 *n. 20. & seqq.* & nullo Iure reperitur cautum, quòd fideicommissarius habeat hypothecam tacitam super bonis hæredis grauati pro reintegratione bonorum fideicommisso ab ipso hærede grauato consumptorum, vt latissimè tuentur *D. Petrus Noguerol. alleg. Iuris prima ex n. 11. ad 24. Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1. q. 3. per tot.* ingeniosissimos, & de Iure nostro optimè meritus *Præs. Andreol. cōtr. 92. per tot. lib. 1.*

Egomet

Egomet in annot. ad Surd. decis. 3. ex num. 2. & 3. Thes. in Compendio decis. Regni part. 3. verb. hypothecæ an competat fol. mihi 533. & in verbo fideicommissarius fol. mihi 429. Cancer. variar. lib. 1. cap. 2. ex numer. 104. cum pluribus seqq. Adden. ad Buratt. decis. 297. ex num. 22. Rot. in Romana fideicom. seu Saluiani 26. Nouemb. 1650. §. vltq. facte cordas bon. mem. Dunozet. Decano, 8 vbi subdit, quòd opinio Thesauri contrarium sententis lib. 2. q. 84. per tot. nullatenus sit verum, & in omnem casum illius opinio procedat concurrente dolo, & culpa respectu hæredis grauati alienantis, & cum hac distinctione sunt etiam intelligendi alij, qui Thesaur. sectantur; vt optimè demonstrauit Andreoli & Noguerol. locis supra adductis, vt latiùs videre est supra in decis. 23. à num. 91. & 93. vsq. ad fin.

Quæ propositio pro exclusione prætensæ reintegrationis eò magis procedere videtur, quia executio super domibus fideicommisso subiectis fuit facta ex causa crediti dotalis, pro quo omnia bona Fideicōmittentis erant obligata, & sic virtute principalis obligationis, non autem vigore Auth. res quæ C. commun. de legat. quæ quatenus intraret, & non præberet 9 actionem, nisi in subsidium; hoc tamen procederet, quando versaremur in fideicommisso alterius, quàm eiusdem debitoris, qui in præiudicium creditoris prohibitionem adijcere minimè potuit, nec illum impedire, quin ad sui libitum super bonis sibi benè visis exequi possit, vt benè per Fusar. d. quæst. 541. ex n. 20. 10 in fine, versic. Et ratio est; hocq. casu sufficit, quòd hæres grauatus se opposuerit, nihilq. ipsi imputari debet, si Creditor cætera bona forsitan libera, quatenùs extitissent, acceptare, vel exequi noluerit, cùm ad hoc compelli non possit, & maximè si bona libera fuissent aliquo pacto intricata, vel extra statum, vel aliàs difficilis exactionis, aut distractionis, quæ proindè ad effectum, de quo agitur, nec etiam potuissent dici libera, vt potè quia Emptor non inueniretur, vt egregiè Beroius cons. 93. nu. 19. & 26. lib. 2. Fusar. de substit. d. q. 541. ex n. 22.

11 Nec mulier, vel eius hæredes pro dote repetenda tenentur illa bona excutere, Peregr. de fideicom. art. 42. ex n. 18. versic. Contra verò etc. Rot. apud Duran. decis. 145. ex num. 42. Vbi 12 quòd arbitrio mulieris repetentis dotem potest fieri executio super bonis Primogeniture, quæ essent magis expedita, & facilioris exactionis, & decis. 212. ex num. 16. cum alijs relatis in Interamnen. fideicom. 15. Martij 1647. §. non obstat il secondo, vers. Ea essens nihilominus coram Reuerendiss. Meltio.

13 Neq. hoc casu hæres grauatus tenebitur saltem ad æstimationem fauore fideicōmissarij, qui rem iudicialiter alienatam vindicare non potest, quia conclusio firmata per Fusar. dicta quæst. 541. num. 20. & per Peregr. d. artic. 40. ex num. 28. qui omnes mouentur ex doctrina Bald. in l. vltima §. & si præfatam q. 4. C. de iur. 14 deliber. procedit tantùm, quando aliqua culpa hæredi grauato imputari potest, vt firmat Bald. in l. 1. C. de debitor. vendit. pignor. impedir. non posse, quem sequitur Florianus de S. Petro in d. l. qui solidum §. final. ex num. 2. in princ. ff. de leg. 2. vbi etiam Glos. quem sequitur Salicet. in l. si prædia num. 2. C. de fideicomm. non entis enim nullæ sunt qualitates; ergò si fideicommissum euanuit per talem executionem iudicialiter factam absq. culpa hæredis, qui potiùs se opposuit, neutiquàm poterit ad reintegrationē, vel pro æstimatione, vel prò re cōsimili vrgeri;

15 Quicquid aliud esset, si precium rei alienatæ peruenisset ad hæredem grauatum; & ab illo fuisset consumptum, quo casu posset compelli ad reintegrationem, saltem pro precio, & in his terminis loquuntur quotquot in contrarium adduci possunt, & rectè explicat D. Altograd. cons. 68. ex nu. 23. vers. At secundo casu, & num. 24. cum seqq. lib. 1.

Et ita &c. Saluo semper &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Corpus delicti legitimè, & clarissimè debet probari in Iudicijs Criminalibus, etiamsi Reus fuisset confessus, vel per testes conuictus, aut agatur de casibus, in quibus procedi potest ex abrupto. Fuga ante accusationem, & inquisitionem formatam an, & quandò faciat indicium ad torturam. Publica vox, & fama orta ante capturam an faciat indicium ad torturam, iunctis adminiculis, & quomodò ipsa probetur. Confessio extraiudicialis quandò transit ad specificum nomen delicti an inducat plenam, vel semiplenam probationem, & an, & quandò plura indicia valeant coniungi ad constituendam plenam probationem, licèt sint diuersæ speciei,

ità vt deueniri valeat ad pœnam capitalem, & an pœna ordinaria imponi possit ex violentissimis præsumptionibus, quæ loco probationis succedit in delictis occultis, & an Iudices in delictis magnis, & enormibus, & Reipublicæ perniciosis valeant extendere eorum arbitrium vsque ad mortem, & de alijs circa materiam indiciorum indubitatorum latè discutitur.

S V M M A R I V M.

de Corpore delicti legitimè, & concludentissimè constare debet, quod est præcipuum in Iudicijs Criminalibus, etiamsi Reus fuisset confessus, vel per testes conuictus, aut agatur de casibus, in quibus procedi potest ex abrupto. num. 1. 2. 3. & 4.

Corpus delicti vt verificetur, debet de eo constare cum omnibus qualitatibus per euidentiam facti. num. 5.

Societas, & conuersatio mala continua ante delictum, in delicto, & post delictum inducunt consensum, & participationem, & concurrente alio adminiculo indiciant ad torturam. num. 6.

Coniectura verisimiles in Iure attenduntur in indicijs pensandis. num. 7.

Verisimilitudo in indicijs pensandis capitur ex generalitate facti, & conditione personarum. num. 8.

ex Conuersatione in loco, vbi quis conuersatur, præsumitur pro aliquo, vel contra aliquem. num. 9.

Fuga ante accusationem, & inquisitionem formatam facit indicium ad torturam. num. 10.

Fuga incontinenti, illicò Ciuitatis ianuis apertis post maleficia patrata indiciat ad torturã, etiam nullo accedente alio adminiculo. num. 11. & 12.

Indicium solum oriens ex fuga post delictum immediatè sequutum, & non post accusationem, sufficit ad torturam. num. 13.

Latitatio indiciat ad torturam. num. 14.

à Confessione propria nulla datur maior probatio. num. 15.

Publica vox, & fama orta ante capturam est sufficiens ad torturam, maximè iunctis alijs adminiculis, & indicijs, & quando illicò, statim commisso facinore, illa ortum habuit, & agatur de ijs, quæ sunt difficilis probationis. num. 16. 17. & 18.

Fama probatur per duos testes dicentes publicè audiuisse contra Bart. opinionem. num. 19.

Testes singulares admittuntur ad publicam vocem, & famam probandam. num. 20.

Confessio extraiudicialis cum alijs particularitatibus facit semiplenam probationem. num. 21.

Confessio extraiudicialis magis operatur, quàm simplex indicium, et sufficit ad torturam inferendam. num. 22.

Iudicium est minus semiplena probatione. ibid.

Confessio extraiudicialis sola, & de per se facit indicium ad torturam. num. 23.

Confessio extraiudicialis plenè probat, præsertim si transeat in specificum nomen delicti cum omnibus suis qualitatibus ex processu resultantibus, maximè si concurrant aliæ coniecturæ, veluti publica vox, & fama, & agatur de his, quæ sunt difficilis probationis. num. 24. 25. & 26.

Confessio extraiudicialis, concurrentibus præsumptionibus, & coniecturis, plenè probat. num. 27.

Confessio extraiudicialis geminata idem operatur, quod confessio iudicialis. num. 28.

Bona derobata penès aliquem reperta, & attenta mala qualitate personæ, faciunt indicium ad torturam. num. 29.

Pœna ordinaria secundum Menoch. imponi potest, quandò vnà cum mala qualitate, & fama illius, penès quem res furata reperta fuit, concurrit aliqua alia coniectura, videlicet si res furata teneretur in abscondito. num. 30.

Mendacium præbet indicium ad torturam, maximè concurrentibus adminiculis, & tangens substantialia. num. 31. 32. & 33.

Mendacium prolatum animo fallendi Iudicem, etsi non versetur circa substantialia ex Gabr. est sufficiens ad torturam. num. 34.

Mendacium dicens præsumitur esse in dolo. num. 35.

Dolus remanet comprobatus ex mendacio, & dolosa machinatione, ex quibus tortura inferri valet. num. 36. & 37.

Inuerisimile dicens præsefert imaginem falsitatis, & includit dolum. num. 38.

Dolus simpliciter oriens ex inuerisimilitudine est sufficiens ad torturam infligendam. num. 39.

Tortura inferri potest ob trepidationem, titubationem, pallorem, & suspiria Constituti, etiam per se sola. num. 40.

Indicia simul iuncta constituunt plenissimam probationem, & ex eis deueniri potest ad pœnam ordinariam. num. 41. & 43.

Singula, quæ non prosunt, cumulata iuuant. num. 42.

Indicia multa, etsi diuersæ speciei, inducunt plenam probationem, etiam ad condemnationem capitalem. num. 44.

Probatio ex multis indicijs, etiam diuersæ speciei, ad capitaliter condemnandum illa est sufficiens, quæ inducit Iudicem ad credendum. num. 45.

Probare nihil aliud est, quàm inducere Iudicem ad credendum id, quod intenditur. num. 46.

Indicia plura coniunguntur in Criminalibus ad puniendum Reum in pœnam ordinariam delicti. n. 47.

Probatio plena resultat ex pluribus indicijs, etiam ad imponendam pœnam ordinariam. num. 48.

Indi-

Indicia animum Iudicis reddentia ad credendum, quòd aliter res se habere non potuit, sunt sufficientia ad pœnam mortis imponendam. num. 49.

Iudicia valdè vrgentia faciunt plenam probationem. num. 50.

Indicium indubitatum dicitur plena vel demonstratio per signa sufficientia, per quæ animus cuiusque in aliquo, tanquam existenti veraciter conquiescit, vt plus inuestigare non curet, vnde pœna ordinaria condemnari debet. num. 51. & 52.

Delictum occultum, & de nocte commissum, est difficilis probationis. num. 53.

Testes inhabiles iunguntur ad imponendam pœnam capitalem in delicto occulto, & de nocte commisso. ibid.

Delictum occultum, & de nocte commissum plenè probatur ex coniecturis, & præsumptionibus. num. 54.

Pœna ordinaria in delictis occultis imponi potest ex violentissimis præsumptionibus. num. 55.

Præsumptiones loco probationis habentur in delictis occultis. num. 56.

Delicta magna, & enormia, ac insolita committi exigunt pœnas insolitas. num. 57.

Iudices in delictis magnis, & enormibus, ac committi insolitis habent latissimum arbitrium. num. 58.

Iudicari potest etiam contrà Iuris tramites, quando res est mali exempli, & Reipub. perniciosa, & damnosa. num. 59.

Pœna etiam arbitraria extendi valet vsque ad mortem, stantibus circumstantijs grauantibus delictum. num. 60.

Maleficos Deus Noster viuere non patitur. num. 61.

Malos interfici sanctiùs est, quàm vniuersam Remp. perturbari. num. 62.

Malorum correctione placatur Deus Omnipotens, secus è contra. num. 63.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Assassinij, Proditorij, Infanticidij, Sororicidij, & Robariæ.

Consilium III.

SAnguis Ioannis al Bosco, Magdalenæ eius vxoris prægnantis, ac Margarithæ eorundem Ancillæ crudeliter, & inhumanè interfectorum cum funiculis ad collum appensis, clamat ad Vos Serenifs. Patres, vt qui sub Regio vultu se tutos esse existimarint, nec talia pertimescentes, impiè ab humanis sublati, Regij etiam gladij ictu, Rei de medio sunt tollendi. Ego, cui in tam graui causa Consultoris partes à DD. VV. Serenissimis demandatæ fuerunt, votum meum in scriptis proferam pro veritate, in quo Fisci Iura, quantum mei ingenij patietur tenuitas, tueri conabor, & sole clariùs DD. VV. Serenifs. demonstrabo, d. Franciscum Cauannam nō solùm indicijs indubitatis grauatum, verùm etiam, omnibus simul iunctis conuictum, & respectiuè confessum; ideòq. pœna cōdigna, indictā summa cùm maturitate alijs Correis, licèt in contumaciant, teneri eundem Cauannam, ex infrascriptis latè patebit.

Et quia secundùm Iuris principia, facti series semper est præmittenda ad hoc, vt ex ea Ius oriatur; ideò breuitèr hic in medium proferam, vt illa redacta ad Iuris normam dignoscant DD. VV. Serenifs. me non in sole calligasse.

Sub die igitur 24. Ianuarij de præsenti anno 1661. præuio tractatu, & conspiratione inter d. Franciscum Cauannam Reum carceratum, Pasqualinum Costam, Thomam de Barberijs, & Franceschinum Rapallinum fratrem dictæ Margarithæ de infrascriptis maleficijs committendis, non tamen semel, sed pluriès, opportuniorem eam noctem consentes, omnes vnà se se receperunt domum solitæ habitationis prædictorum interfectorum, sitam in præsenti Ciuitate in vicinia de Biscotti, cuius ostium d. Franceschinus Rapallinus, vti domesticus, sibi pandendum curauit ab incauta eius Sorore, & introductus, omnes supradicti ingressi simulantes se se amicos, & animi recreandi gratia eò tantùm se contulisse, dissimulantes eorum improbum animum, inibi se se continuerunt, poculenta, & esculenta ab ipsis Iugalibus sumentes, donec aduenta sexta hora noctis inter eos conuenta; Dum cuncta silebant, d. Franciscus Cauanna Reus constitutus, dato signo Socijs exequendi eorū improbum animum, iam per antea præmeditatum, vt tutiùs scelus compleretur, & à Vicinis non exaudiretur strepitus, ficto quodam sermone, se contulit ad claudendas fenestras, & illicò d. Franceschinus, Pasqualinus, & Thomas diuinæ, & humanæ iustitiæ timore posthabito, proditoriè, inhumanitèr, & ex proposito immemores salutis æternæ, spirituq. diabolico ducti, scienterquè, ac dolosè adorti fuerunt, dictus scilicèt Franceschinus d. Margaritham ipsius Sororem, Pasqualinus Ioannem, & Thomas Magdalenam prægnantem partui proximam, dictosq. Miserandos manibus, & laqueis gulæ applicatis suffocarunt; cum ope, consilio, & auxilio cooperatiuis præstitis per ipsum

Fran-

Franciscum Reum constitutum d. Pasquino in
interimendo Ioannem vtì viribus magis valen-
tem; Ideoquè domum prædictam aureis, &
argenteis, alijsquè pretiosis ingentis valoris
expoliarunt, ldenatataquè ad eorum [illegible]
contrectarunt, sibi diuiserunt, ac in proprios
vsus conuerterunt, prout ex bonis penès ipsos
repertis respectiuè, postindè clarè compertum
fuit.

Ex qua facti serie sic præhabita, attenta
atrocitate, ac immanitate præfatorum delì-
ctorum, ad indicia ex processu resultantia me
transfero ad hoc, vt illis degustatis, & ad tu-
trinam Iuris redactis, valeant DD. VV. Serenis.
in eorum animis concipere, prout Ego con-
cepi, d. Franciscum omninò obnoxium esse
pœnæ inflictæ alijs Correis, licèt in contuma-
ciam.

1 Et exordium sumendo, in primis suppo-
nendum est, quòd legitimè, & clarissimè con-
stat de corpore præfatorum delictorum, quod
est præcipuum in Iudicijs Criminalibus *iuxta
vulgatam l. 1. §. item illud, ff. ad Syllanian. Iul.*
2 *Clar. in prax. Crimin. q. 4. num. 1.* vbi testatur
de communi, & practicata opinione, & de
indubitabili firmat *Honded. cons. 107. n. 9. vol. 1.*
3 *Petr. Caball. centur. 3. cas. 255. num. 3.* vbi post
alios, quos allegat, dicit procedere etiam si
Reus fuisset confessus *Vermigliol. cons. 190. n. 3.*
vel si per testes de delicto conuictus, latè *Maur.
Burg. de mod. procedend. ex abrupt. quæst. 22. n. 3.*
4 *& seqq.* & *num. 16. & seq.* dicit procedere
etiam in casibus, in quibus potest procedi ex
5 abrupto; Cumquè haud dubitari valeat in
casu, de quo agitur, de illo non constare cum
omnibus eorum qualitatibus per euidentiam
facti, cùm reperta fuerint cadauera prædicto-
rum laqueis soffocatorum, prout verè ad ve-
rificationem corporis delicti requiritur *ad tra-
dit. per Vermigliol. cons. 11. nu. 12. & cons. 190.
num. 1, 2. & 3. Boss. de delict. n. 18. 19. et seqq.
Farinacc. q. 2. num. 27. post med.* Sequitur non
posse ex hoc capite aliquid in controuersiam
deduci posse, nempè de corpore delicti legi-
timè non constare.

Verificato autem corpore præfatorum de-
lictorum, indicia, indubitata, quæ contra
d. Franciscum Cauannam hùcusquè resultant,
propter quæ fuit constitutus Reus, & pro con-
uicto, & respectiuè confesso habitus, sunt in-
frascripta.

6 Primum etenim indicium desumitur ex so-
cietate, & conuersatione continua dictorum
baiulorum hìc in Ciuitate ante delictum, in
delicto, & post delictum, quod indicium
contrà d. Franciscum Cauannam nè dum con-
cium, sed participem, ipsaque mala conuer-
satione dd. Sociorum, alio concurrente admi-
niculo satis est ad torturam, *ad tex. in l. Aediles
§. pedius ff. de ædilit. edict. l. si plures §. qui mutis,
ff. de administrat. & perit.* [illegible] *Cod. si
mancip. ità fuerint alienat. Bald. in l. 1. num. 11.
Cod. de seru. fugitiu.* [illegible] *Grammat.
decis.* [illegible] *ad fin. &* [illegible] *cons. 83.
num.* [illegible] optimè *Farinac. in prax.* [illegible] *Cri-
minali q.* [illegible]
7 *cons. 99. num. 1. lib.* [illegible] Cùm in Iure verum
sit in indicijs pensandis, attendendas esse cōie-
8 cturas verisimiles, quas verisimilitudo capit
ex generalitate facti, & conditione perso-
narum, *ad tex. in l. cum* [illegible] *ff. de donation. inter
vir. & uxor. l. fin. de actionib. & obligat. Gram-
mat. dec.* [illegible] *Consil. Neapolit.* [illegible] *& 62.*
9 Cùm ex conuersatione in foro, vbi quis con-
uersatur, præsumatur pro aliquo, vel contra
aliquem, *Paris. de Put. in* [illegible] *de syndicat.
in versic. Iudices in verb. tortura cap. de Indic.
& Inquisitionib. per tot.* Quod indicium non
solùm fuit probatum per plures testes, sed etiā
per propriam ipsius Carcerati confessionem
extraiudicialem, nempè plures discurrendo
inter se se de modo tenendo circa præfata faci-
nora patranda, postmodumq. domum eorun-
dem Iugalium raubis despoliando, quam do-
mum multotiès frequentarunt ad prædictum
effectum vna cum dd. eius Socijs, & demùm
post perfecta flagitia, existimantes se in tuto
ponere, vna simul discesserunt à Ciuitate cum
raubis derobatis in eadem domo: & ideò ex
his dignoscitur principium, medium, & finis,
& sic conuersatio ante, in, & post dictorum
Sociorum crimina in contumaciam damna-
torum ex eadem causa.

Secundum indicium consecutiuum præce-
denti, consideratur fuga eiusdem Francisci de
10 societate Correorum, quæ fuga antè accusa-
tionem, & inquisitionem formatam non est
dubium in Iure, quòd faciat indicium ad tor-
turam, *ad text. in leg. Cornelia, ff. ad Senat. Con-
sult. Syllanian.* de communi testatur *Ias. in l. ad-
monendi num. 169. ff. de Iur. Iur. Iul. Clar. in §.
fin. quæst. 21. in verb. fuga. Ludouic. à Peguer.*
11 *decis. Senat. Cathalon. 17. num. 31.* Maximè
quia fuga incontinenti post maleficia, vt suprà
mane sequenti, illicò Ciuitatis ianuis apertis,
sequuta fuit, quæ non est dubium, quin sit
sufficiens indicium ad torturam *iuxta* latè
*tradit. per Bart. in l. fin. ff. de quæst. Clar. §. fin.
quæst. 21. nu. 22.* vbi *Baiard. Caball. cas. Crimin.
288. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu. 89.
num. 36. Farinac. cons. 5. n. 83. Decian. cons. 18.*
12 *num. 331. 1. vol.* Quod indicium, etiam nullo
accedente alio adminiculo, satis ad torturam
esse sufficiens, firmat *Blanc. in l. fin. num. 32.*

ff. de

ff. de quæst. Boss. de indic. num. 29. Giurb. cons. 13. num. 19. Grammatic. decis. 11. num. 13. & n. 14. inquit per hæc formalia verba, *Accedit insuper & fuga Sociorum, qui vna cum ipso Cæsare in homicidio præfato interuenerunt, quorum nemo ex Reis, licèt citatis, comparuit, ex qua fuga similiter resultat indicium cõtrà ipsum Cæsarem Socium carceratum ad solemne cons. Alex. 65. vol. 1. & vol. 2. cons. 41. idem Gram. cons. 57. num. 20. et decis. 22. Sacr. Consil. Neapolit. nu. 13.* Cumq. indicium sit in processu perfectè probatum, ex isto dũtaxat posset deueniri ad torturã, cùm non solùm adsint testes, verùm etiam cõfessio eiusdem Cauannæ, licèt cum generalitate nexa, casu coincidisse cum dicto Francischino, & Pasqualino eius Socijs tempore, quo proprias
13 Oras petebant; Cumq. indicium præfatum ortum trahat ex fuga post delictum immediatè sequutum, non autem post accusationem: Ideò fatendum est, istud tantùm esse sufficiens ad torturam, vt in terminis, & solidè fundauit *Regens Reuerter. decis. Cam. Neap. 44. num. 5. vbi Donat. Anton. de Marin. obseruat. num. 4. tom. 1.* & comprobat, & rationem differentiæ assignat.

Tertium indicium cõprobatur ex eo, quod post quam dictus Cauanna se absentauit ab Vrbe, semper latitauit in nemoribus, & syluis, sclopo armatus, nec vnquàm in eius domo
14 extitit; Ex tali enim latitatione in Iure compertum est, oriri indicium ad torturam, vt latè fundat *Plot. in repet. l. si quando §. 53. num. 8. Hippolyt. de Marsil. singul. 114. & singul. 497. Ludouic. à Peguer. decis. Senat. Cathalon. 17. n. 31. versic. Quod ita restringendum est, vsq. ad n. 32.* quod indicium cùm sit perfectè probatum, resultat, quòd veritus, nè in laqueos iustitiæ incideret, sui conscius, armatus cum dd. Socijs incedebat.

Quartum indicium, supradicta omnia mirificè comprobans, causatur non solùm per depositionem testium deponentium vidisse dictũ Cauannam in loco *à Cà de' Cuccoli*, deferentem
15 saccum plenum raubis, nec per ipsum Cauannam ex proprijs oris confessione negatum, à qua nulla datur maior probatio *iuxta latè tradit. per Me in vot. 18. numer. 4. impress. post tractat. ad l. vnic. Cod. si quis Imperat. maledixer.* asserentem, dicta bona esse de illis, quæ erant in domo d. Aurificis derobata, prout ipse asserit per d. Francischinum, & Pasqualinum post commissa scelera supradicta, vt ex illorum ore audiuit, & auxilium ipsum Cauannam prò illis deferendis præstitisse, rogatum tamen à dicto Francischino, prò quorum delatione, vt ipse fatetur, recepit solidos 48. nec non postmodũ in loco dicto *à Cà de' Cucculi*, recepisse duo coclearia, & ferculam vnam ad eundem effectũ, cum promissione eorundem Francischini, & Pasqualini de repartiendo, seu participem d. Cauannam faciẽdo opportuniori tempore, de alijs raubis in abscõdito repositis; quod indiciũ quis non fateatur, licèt coloratè, & callidè per d. Cauannam palliatum, non esse sufficiens ad torturam, imò verius ipsum plenam inducere probationem non solùm de robaria in domo d. Aurificis sequuta eadem nocte, post patrata facinora, verùm etiam de dd. facinoribus de societate eius Correorum ea nocte commissis.

16 Quintum indicium ortum trahit à publica voce, & fama contra dictum Cauannam, orta ante capturam, quæ sola est sufficiens ad torturam, *ad doctrinam Bart. consil. 191. cum seq. Boss. de indic. nu. 65. Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu. 89. num. 32. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 754. num. 7. Bald. in cap. 1. de pac. Iurament. firm. extr. de feud. Iul. Clar. §. fin. q. 21. vers. Famæ;*
17. Maximè iunctis adminiculis, & Indicijs suprà ponderatis, *Rimin. lib. 1. cons. 88. numer. 43.*
18 ac etiam quandò illicò, statim commisso facinore, illa ortum trahit, & sumus in ijs, quæ difficilis sunt probationis, *Iul. Clar. in d. §. fin. quæst. 21. Menoch. de præsumptionib. lib. 1. qu. 89. num. 35. Farinac. qu. 47. lib. 2. tit. 5. num. 11. 91. & 92. Caball. resolut. Crimin. cas. 200. n. 134. Giurb.* latissimè *cons. 13. n. 18. Grammat. vot. 35. n. 17. Auchar. cons. 253. Theb. Non. cons. 99. n. 29.*
19 Quam famam sufficit esse probatam per duos testes dicentes publicè audiuisse, contrà *Bart.* opinionem tenuit *Bald. in cap. per litteras n. 2. de præsumpt. et in cap. præterea num. 10. de testib. & in cap. per tuas de probat.* & ista opinio est magis communis, & seruatur in praxi *Alex. cons. 102. q. 22. in princip. Io. de Amic. cons. 127.*
20 *n. 10. Farinac. q. 47. n. 257. & 259.* Et *num. 265.* probat, quòd etiam testes singulares ad eam probandam admittuntur, prout in casu nostro minimè singulares, imò omni exceptione maiores, & contestes adsunt de fama deponentes nõ solùm ante capturam, verùm etiam ante formatam inquisitionem: Tantò magis quià in casu, de quo agitur, hæc publica vox traxit originem ab ipsis Delinquentibus.

Sextum indicium desumitur ex extraiudiciali confessione per d. Cauannam facta ante illius capturam Bartholomæo Cauannæ, & Ioanni Serrono contestibus de loco, & tempore, se vna cum Francischino Rapallino, Pasqualino Costa, & Thoma de Barbetijs sub d. die 24. mensis Iannarij contulisse domum propriæ habitationis Ioannis Alboschò Aurificis in vico dicto *de Biscotti*, & Magdalenæ eius vxoris prægnantis, & Margarithæ ipsorum

iuga-

Iugalium Ancillæ, & sororis dicti Francischini
Rapallini, ibiq. post sumpta poculenta, & os-
culenta ab eisdem Iugalibus, dato signo per
ipsum Cauannam eius Socijs exequendi eorũ
improbum animum sub ficto colore, nè à Vi-
cinis exaudiretur, fingens iter sumere, se rece-
pit ad claudendum fenestras, & illicò præfati
eius Socij, vt suprà in facto fuit demonstratum,
proditoriè, scientèr, ac dolosè adorti fuerunt,
scilicèt Francischinus Margaritam Sororem,
Thomas Magdalenam prægnantem, Pasqua-
linus Ioannem, cui adiutorium præstitit, vtì
magis viribus valentem d. Cauanna, manibus,
& laqueis gulæ applicatis, illos suffocantès,
postmodumq. domum præfatorum Iugalium
21 preciosis raubis spoliando, quæ confessio ex-
traiudicialis cum tot particularitatibus, cum
expressione nominum, & cognominum dd.
miserabilium interemptorum, ac loci expres-
sione, & causa, nulli dubium, quòd non solùm
semiplenam probationem contrà d. Cauannã
constituit, *iuxtà tradit. per Bart.* & reliquos *in
l. admonendi ff. de iureiuran. Menoch. in tract. de
præsumptionib. lib. 1. quæst. 89. num. 15.* qui di-
22 cit, quòd confessio extraiudicialis operatur
magis, quàm simplex iudicium; Cùm illud sit
minus ipsa semiplena probatione, & sic esse
sufficientem ad inferendam torturam, vt tra-
dunt omnes Criminalistæ, præsertim *Iul. Clar.
quæst. 21. num. 19. Farinac. quæst. 37. num. 47.
& quæst. 84. num. 23.* qui testatur de communi
23 *Caball. cas. 81. num. 2.* qui fundat, quòd sola,
& de per se confessio extraiudicialis faciat in-
dicium ad torturam, *Ludouic. à Peguer. dec. 17.
num. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89.
num. 14. & 15. Marius Giurb. cons. 87. num. 20.*
24 Verùm etiam quòd d. confessio extraiudicia-
lis plenè probet, maximè cùm confessio tran-
seat in specificum nomen delicti, prout in ca-
su nostro, cum omnibus suis particularitati-
bus ex processu resultantibus, vt in puncto fir-
mat *Abb. in cap. at si Clerici num. 6. vers. fallit
quinto, & in cap. olim de rescript. Bertaz. cons.
Crimin. 42. num. 2. Aldoun. 4 cons. 6. num. 14.
Gabr. tit. de confess. conclus. 1. num. 46. Felic. al-
25 leg. 10. nu. 38. par. 1.* Maximè si aliæ concur-
rant coniecturæ, veluti publica vox, & fama;
*Socin. Iun. cons. 32. num. 17. vol. 2. Farinacc.
26 quæst. 82. num. 2.* Præsertim in his, quæ sunt
difficilis probationis, *Socin. Iun. cons. 32. num.
12. vol. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 116. num. 11.
& de præsumpt. lib. 1. quæst. 5. num. 3. & lib. 5.
præsumpt. 41. num. 1. Farinac. qu. 86. num. 35.*
27 & quòd quando concurrunt præsumptiones,
& coniecturæ, puta, quià adest publica vox, &
fama, tunc etiam confessio extraiudicialis,
plenè probat, ità *Tyndarus de varietat. sect. fol.
11. cap. 6. incipien. dic valdè quæso*, & sequitur
Felin. in cap. olim num. 8. vers. fallit 8. de rescript.
& in puncto consuluit *Bertaz. cons. 42. num.
2. 3. & 4.*

Imò in casu, de quo agitur, non solùm adest
simplex confessio extraiudicialis tot admini-
28 culis suffulta, & corroborata, verùm etiam
ipsa confessio extraiudicialis geminata, cuius
geminationis virtus operatur idem, quod iu-
dicialis, ità in puncto *Bart. in l. cùm scimus Cod.
de agric. & censit. lib. 11. Paul. de Castr. in l.
publia §. Titia ff. deposit. Felin. in cap. de hoc nu.
3. vers. tertiò limita de simon. & in cap. olim*
latissimè ferè *per tot. de rescript. Socin. reg. 63.
verb. confessio absente parte vers. fallit in confes-
sione geminata*, idem *Bertaz. vbi sup. num. 2. &
3.* qui loquitur in terminis geminatæ, & tri-
plicatæ confessionis extraiudicialis, compræ-
hensa iudiciali.

Septimum indicium resultat ex parte bo-
norum derobatorum reperta penès ipsum tẽ-
pore eius capturæ, quæ bona cùm fuerint re-
cognita esse de illismet existentibus in domo
præfatorum Iugalium interemptorum, & fa-
cta etiam confrontatione cum illis repertis
penès Pasqualinum Costam ad Curiam dela-
tis, vnum ex ipsius Cauannæ Socijs, præsertim
cum parte catenæ aureæ penès ipsum existẽ-
te, cùm ea reperta penès Cauannam, realitèr
constitit de identitate, quæ maximoperè ope-
ratur contrà dictum Cauannam, non so-
lùm respectù bonorum apud ipsum reperto-
rum, & derobatorum in d. domo, verùm etiã
respectù socialitatis, & participationis, ac præ-
29 meditationis dd. homicidiorũ; Cùm in Iure
compertum sit, bona derobata reperta penès
aliquem, maximè attenta mala qualitate per-
sonarum, facere indicium ad torturam respe-
ctù furti, *iuxtà* latè *tradit. per me in vot. Crim.
4. à nu. 12. & 13.* impresso *post tract. ad l. vnic.
Cod. si quis Imperat. maledixer. Grammat. cons.
Criminal. 14. Iul. Clar. in prax. Criminal. §. fin.
quæst. 21. num. 41.* & pluribus relatis, fundat
Donat. Anton. de Marin. nouissimè *in obseruat.
ad decis. Regent. Reuerter. Reg. Camer. Summar.
30 Neap. dec. 207. tom. 1.* & si credendum est *Me-
noch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. num. 7.
& seqq.* firmanti posse imponi pœnam ordi-
nariam, quando iuncta mala qualitate, & fa-
ma illius, penès quem res furata reperta fuit,
concurrat aliqua alia coniectura, vt puta,
quando res teneretur in abscondito, quæ om-
nia cùm hic concurrere viderentur, absque
scrupuli labe, attenta immanitate dd. delicto-
rum, nõ ab re Ego existimarem, opioionẽ *Me-
noch.* posse practicari, ex quo *Menoch.* in suis
tractatibus non fuit homo vulgaris.

Octauum

31 Octauum indicium oritur ex pluribus men-
dacijs substantialibus prolatis per d. Cauan-
nam, & præsertim circa noctem commissi de-
licti, qui interrogatus vbi obdormiuerit, re-
spondit obdormiuisse in domo Sanctini Sche-
nodi, & tamen per depositionem d. Sanctini,
& eius vxoris contrarium fuit assertum, &
propterea de dicto mendacio remanet con-
uictus, & consequenter dicitur indicium suf-
ficiens ad torturam, *ex doctrina Bart. in l. fin.
num. 3. ff. de quæst. Boss. de indic. num. 36. & 38.
Mandos. ad Roman. cons. 4. num. 3.* Maximè
32 concurrentibus adminiculis, *Iul. Clar. quæst.
21. vers. mendacium, Menoch. de præsumptionib.
lib. 2. quæst. 89. nu. 67. Thesaur. decis. Pedemon-
33 tana 24. num. 2.* & multò magis quia di men-
dacium est circa substantialia, nempè ad ex-
cludendam Fisci intentionem probatam circa
illius existentiam in committendis præfatis
facinoribus, *Iul. Clar. quæst. 21. vers. mendaciũ,
Bertaz. cons. 213. Farinac. quæst. 52. num. 11.
34 lib. 2. tit. 5.* Licèt *Gabr.* dixerit *in cons. 183.* vt
non sufficiat esse circa substantialia ad inferẽ-
dam torturam, sed existimet sufficiens ad tor-
turam, vt tantùm sit prolatum animo fallen-
35 di Iudicem; Cùm mendacium dicens præsu-
matur esse in dolo, in puncto *Menoch. de præ-
sumptionib. lib. 5. præsumpt. 3. num. 53. Anton.
de Ball. variar. lib. 1. tit. de indic. quæst. 16. num.
6.* in puncto *Thomas Grammat. cons. 17. nu. 9.*

Alterum mendacium pariter circa substan-
tialia deducitur, quòd cùm fuerit ipse interro-
gatus, vbi illo sero potum, cœnamq. sumpse-
rit, respondit, cœnasse domi Stephani Borræ,
& tamen ex depositione d. Stephani, & eius
vxoris, hoc expresse negantium, contrarium
apparet, & sic callidè, ac dolosè præsumitur
negasse veritatem, de qua postmodum fuit
36 conuictus: Vndè ratione mendacij, ac dolo-
sæ machinationis remanet contra d. Cauan-
nam comprobatus dolus, *per textum l. 1. ff. de
dol.* cum alijs *per Roland. cons. 49. num. 22. lib.
1. Menoch. cons. 439. num. 32. lib. 5. Gratian. di-
scept. foren. cap. 955. num. 12. cum plurib. seqq.*
37 & quòd ob hoc solùm possit torqueri, dixit
*Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29. num.
3. Clar. in sua prax. §. final. quæst. 25. vers. sed
pone.*

Confouetur etiam calliditas, & machina-
tio d. Cauannæ, ex quo cùm fuerit interroga-
tus, an cognosceret dictam Margaritam So-
rorem d. Francischini, respondit, eam cogno-
scere, & illius esse amore captum, dum illam
intendebat in vxorem ducere, pro quo ma-
trimonio perficiendo fuit mediator ille ribal-
dus Pasqualinus Costa. Interrogatus postindè
quo in loco Ciuitatis existeret d. Margarita,
negatiuè respondit, quòd quantùm inuerisi-
mile sit, patet Lippis, & Tonsoribus; Dùm
illam cognoscebat, & de ea amore erat accẽ-
sus, cùm illam in matrimonium habere inten-
38 deret, & qui inuerisimile dicit, imaginem fal-
sitatis præsefert, & dolum includit, *ad tradit.
per Surd. cons. 61. num. 38. lib. 1. Farinac. de fal-
sit. quæst. 153. num. 176. Vermigliol. cons. 353.
num. 10. & cons. 171. num. 25. Rot. Rom. decis.
137. num. 3. par. 2. diuers.* & ex hac sola inue-
risimilitudine redditur incontrouertibilis do-
39 lus in ipso Cauanna, qui dolus simpliciter est
sufficiens ad inferendam torturam, vt suprà
probant prædicti *DD.*; Tantò magis quia à
principio d. Cauanna interrogatus super eius
confessionibus extraiudicialibus extitit sem-
per negatiuus, posteaq. confessus respectiuè
super maiori parte contentorum in dd. con-
fessionibus, quod multùm vrget ad ipsum con-
uincendum.

40 Non omitto tamen considerationem circa
trepidationem, titubationem, & pallorem, ac
suspiria eiusdem Cauannæ in eius constitutis
adnotata, quæ omninò sufficiunt ad torturã,
etiam per se sola, *iuxta tradit. per Innocent. in
cap. quoniam extrà de probat. Bart. in l. de mino-
re §. tormenta ff. de quæstionibus vers. plurimùm,
Angel. de malefic. in verb. fama publica quæst. 12.
Curt. sen. cons. 41. in fin.*

41 Ex quibus omnibus non est dubium, quin
appareat, resultari plenissimam probationem
ex tot indicijs simul iunctis, *ad Glos. singular. in
l. 3. §. eiusdem ff. de restitut. Rainer. in l. 2. ff. eod.
42 tit. Calcan. in cons. 109.* propter illud vulgatũ
dictum, *Si non prosunt singula, multa iuuant*;
43 Quod quidèm procedit nè dum ad torturã,
verùm etiam ad condemnationem in pœnam
ordinariam, *ex doctr. Bart. in suo tract. de quæ-
stion. in fin. Bald. in l. si quis ex argẽtarijs in princ.
ff. de edend. Abb. & Canonistæ omnes in cap. cùm
causa de testib. DD. in l. admonendi ff. de iureiur.
Alex. cons. 150. vol. 5. Gram. decis. 11. num. 16.
& 17.* Maximè quia vnumquodq. ex præfatis
indicijs est sufficiens ad inferendam torturam,
44 & ex multis indicijs, etiam diuersæ speciei, re-
sultat plena probatio etiam ad condemna-
tionem capitalem, *ex tradit. per Bart. in l. 1.
Cod. de superexaltationib. lib. 12. Bald. in l. exci-
piuntur 14. per illum text. ad Senat. Consult. Sil-
lanian. Glos. in l. 2. in princip. in verb. legitimis
de excusat. Tut. Hippolyt. Riminald. cons. 175.
nu. 29. lib. 2. Ludouic. de Alferijs cons. 143. lib. 1.
45 diuers. Criminal.* & quòd in ista materia suffi-
ciat illa probatio, quæ inducit Iudicem ad cre-
dendũ, *vt per Socin. cons. 11. lib. 3. Dec. cons. 110.
46 lib. 4.* Probare enim nihil aliud est, quàm in-
ducere Iudicem ad credulitatem eius, quod

 inten-

intenditur, *l. quingenta in fin. ff. de probat.* cum
ſimilibus *Bart. in l. admonẽdi col. 4. de iureiurãn.*
Bald. in l. nõ hoc in fin. Cod. vnde legitim. & quòd
47 plura indicia coniungantur in Criminalibus
ad puniendum Reum in pœnam ordinariam
delicti, in puncto *Ludouic. à Peguer. decis. 17.*
per tot. vbi ſic deciſum refert *in Senat. Cathalon.*
48 Cumq. ex proceſſu ſcateant contrà d. Ca-
pannam ſupradicta indicia Iuribus roborata,
nempè ipſius Conſtituti geminata extraiudi-
cialis confeſſio coram pluribus teſtibus ad
eius præſentiam confrontatis; Inuentio penès
ipſum partis rerum furatarũ, earumq. identitas
probata; Ipſius Rei fuga à præſenti Vrbe manè
diei immediatè ſubſequenti delictis præfatis;
Latitatio eiuſdem poſtquam appulit ad eius
Orã; Aſſociatio in itinere cũ ſupradictis eius
Socijs; Aſportatio per ipſum raubarũ deroba-
tarum de domo præfati Aurificis id facto;
Publica vox, & fama formiter probata; Men-
daciaq. & inuerisſimilitudines, falſæ reſponſio-
nes, ac contrarietates in eius Conſtitutis pro-
latæ, & ex tot delictorum complicatione, ſci-
licèt proditorij, infanticidij, parricidij, & rau-
bariæ, quæ fuit cauſa eorum interemptionis;
Certum eſt non tantùm oriri indicia indubi-
tata, ſed veram, plenam, ac concludentem
probationem ſufficientem ad condemnandũ
ipſum pœna ordinaria delicti, *iuxta dicta per*
Bald. in d. l. excipiuntur 14. ff. ad Senat. Conſult.
Sillanian. & in terminis hæc omnia compro-
bando firmat *Merlin. Pignatell. controuerſ. fo-*
renſ. lib. 1. cap. 64. num. 17. 18. & 19.
49 Quapropter ſupradicta indicia ſimul iun-
cta, ac præcipuè inſpecta cauſa delicti, certum
eſt, quòd reddere debent animum DD. VV.
Sereniſs. ad ita credendum, quòd res aliter ſe
habere non potuit, niſi prout ex indicijs ſuprà
cumulatis, & eius extraiudiciali geminata
confeſſione, ac etiam iudiciali; & hoc ideò
ſufficientia omninò eſſe ad pœnam mortis
imponendam, *iuxta doctrinam Bald. & Salic.*
in l. vlt. Cod. de probat. quam ſequitur *Angel. de*
malefic. in verb. fama publica col. 3. verſ. an ve-
rum Indicium, & in puncto *Io. Andr. ad Specu-*
lat. tit. de probat. §. videndum reſtat num. 19.
verſ. 13. in lit. D. in verb. ſolent. idem *Angel.*
vbi ſup. in verb. compararunt dd. Inquiſiti col. 4.
Abb. in puncto *conſ. 113. incipien. tria ſunt*
50 *col. 1. in princ. lib. 2.* vbi ait, indicia, quæ val-
dè vrgent, plenam facere probationem; Et
51 indicium indubitatum, *ſecundùm doctrin. Bald.*
Rubr. Cod. de probat. dicitur plena rei demon-
ſtratio per ſigna ſufficientia, per quæ animos
cuiusq. in aliquo tanquam exiſtenti vero ita
conquieſcit, vt plus inueſtigare non curet, &
ſequitur *Bcun. tract. de indic. & tortur. quæſt. 1.*
prima par. num. 3. Boer. deciſ. 164. nu. 1. & ſeqq.
Capyc. Latr. deciſ. 163. par. 2. Regens Rouit. de-
ciſ. 63. num. 2. & ſeq. Bellamer. deciſ. 688. num.
14. verſ. 4.
52 Ideòq. Sereniſs. DD. nullum dubium in
animis veſtris eſt concipiendum, quin d. Ca-
panna pœna ordinaria ſit condemnandus, vt
in ſpecie *per text. in l. ſi qui adulterij Cod. de*
adulter. Marſil. in prax. Crimin. §. diligentèr nu.
21. verſ. & vltrà prædicta, Carrer. in prax. in l.
obſeruare curabit Cod. quor. appellat. non reci-
piunt num. 505. verſ. ex quorum omnium dictis,
Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 270. num. 8. &
caſ. 279. num. 3.
53 Vltrà quam quod ſumus in delicto occulto,
& de nocte commiſſo, quod difficilis eſt pro-
bationis, ad cuius probationem propter ſui
ſpecialitatem etiam teſtes inhabiles iungun-
tur ad effectum imponendi pœnam capitalẽ,
Grammat. deciſ. 42. num. 4. & conſ. 17. num. 14.
& conſ. 455. num. 11. Apoſtil. ad Roman. conſ. 7.
lit. D. Burſat. qui alios refert *conſ. 243. nu. 16.*
54 *Socin. Iun. conſ. 32. num. 22.* & propterea in
ipſo plenè probando ſufficiunt coniecturæ, &
præſumptiones, *iuxta text. in l. Lucis Imperator*
ff. de legat. 1. Boſſ. tit. de delict. Grammat. conſ.
37. num. 14. & 15. Clar. §. fin. quæſt. 20. Farin.
quæſt. 26. num. 84. Cenall. commun. contra com-
mun. quæſt. 937. Abb. in cap. afferte num. 6. de
præſumpt. Sarmient. lib. 1. ſelectar. interpretat.
cap. 1. num. 5. ad fin. optimè *Valenz. conſ. 28.*
nu. 2. 3. & 4. & num. 13. vol. 1. Felin. in d. cap.
afferte num. 10. verſ. 4. limitatur de præſumpt.
55 qui docent ex violentiſſimis præſumptioni-
bus poſſe deueniri ad pœnam ordinariam de-
licti imponendam, *Menoch. de præſumpt. quæſt.*
97. num. 38. & conſ. 31. num. 25. lib. 1. & de
communi teſtatur *Gomeſ. in l. 80. tauri nu. 50.*
56 ea ratione, quia in delictis occultis præſum-
ptiones loco probationis habentur, *Grammat.*
vot. 3. Amendola ad Præſid. de Franch. deciſ.
372. num. 1. Thor. in ſupplem. deciſ. Regn. verb.
ſodomia fol. 605. S. Felic. deciſ. 391. num. 4. Pater
Fragoſ. de Regimin. Reip. Chriſtian. par. 1. lib. 3.
diſput. 12. num. 53. & 56.
Inſupèr, Sereniſſimi Patres, eſt aduerten-
dum, quòd ſumus in delicto atrociſſimo, & ſi
dici poteſt plus quàm atrociſſimo, cùm aga-
tur de Infanticidio, Sororicidio, Proditorio,
ac furti delicto, licèt vnico tempore commiſ-
ſis per dictos Reos, in quibus, & in vnoquoq.
illorum licitum eſt Iura tranſgredi, & Aduo-
catis audientiam denegare, & quò magis ho-
mines abſtineant, ſeruanda eſt legum ſeueri-
57 tas; Cùm delicta magna, & enormia, ac in-
ſolita committi, exigant pœnas inſolitas, *In-*
nocent. in cap. 1. de conſtitut. Afflict. in cap. 1.
verb.

verb. condemnat col. 4. vers. item quærant tit.
58 *quæ sint regalia*, & Iudices in dd. casibus habent latissimum arbitrium, *l. 1. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Grammat. decis. 86. num. 8.*
59 *& 12.* Attento maximè quia tantum facinus fecit orto maximum scandalum in Ciuitate, & propterea cùm res sic mali exempli, & Reipublicæ perniciosa, & damnosa, multa permittuntur in iudicando, etiam contrà Iuris terminites, vt latè fuit per me fundatum *in Ros. nostra Ianuen. vot. 17. num. 103. 104. & 105.* impresso *post meum tract. ad l. vnic. Cod. si quis*
60 *Imperat. maledix.* vbi fuit dictum, quòd pœna, etiam arbitraria, valeat extendi vsque ad mortem, stantibus circumstantijs grauantibus delictum, *ex Clar. quæst. 38. vers. sed quæro, Rimin. Iun. cons. 328. num. 16. Farinac. quæst. 17. num. 35. & quæst. 18. num. 63. & seq. Caualc. de Brach. Reg. par. 4. nu. 26.* qui dicit, talem opinionem esse Euangelicam, & absq. dubio sequendam.

Quibus sic se ità habentibus, & in propatulo Serenis. Senatui Ianuensi per me in voce pariter expositis, dicente pro Reo admodùm Excellenti D. Hieronymo Rhodino tunc temporis Pauperum Aduocato, qui pro miserrimo Reo multa adducebat pro temperanda atrocitate præfatorum delictorum (licèt inanitèr) Toto in contrarium, iure meritò, obstrepente sententiam eodem Serenis. Senatu, qui cùm in negotijs peragendis summa cum maturitate procedat, pro illa sessione nō fuit
61 capta resolutio: Verùm cùm *D. Iesus Noster* maleficos viuere non patiatur, vt habetur *in Exod. 22. & in cap. Rex debet 23. quæst. 5.* & singularitèr notat *Guglielm. de Benedict. 2. par. repe. cap. Raynutius in fin. lib. 9. & Boss. de Repub.*
62 *cap. 9.* ait, sanctiùs esse malos interfici, quàm vniuersam Rempubl. perturbari; Ex quò cor-
63 rectione malorum placatur Deus Omnipotens, *cap. si quos, cap. est iniusta, cap. si ea 23. qu. 4.* & ad iram prouocatur, cùm mala differuntur puniri; Die sequenti Reus ipse vocare fecit Excellentis. Io. Baptistam Centurionum olim Serenis. Ducem dignissimum, & tunc assistentem Deputatum per eundem Serenis. Senatum in d. causa, occasione ipsum alloquendi de negotio admodùm releuanti, & expetito à me consilio, an illi esset indulgendū, consului esse non solùm vtile, sed etiam pernecessarium d. Reum audire; Quo confestim executo, d. miserrimus Reus totam facti seriem cum omnibus suis circumstantijs iuxtà contestationem illi factam secūdùm superiùs in meo voto enarrauit, & communicato mecum quid indè esset faciendum, dixi esse supersedendum per Serenis. Senatum in resolutione dictæ causæ; Indèq. d. Reum cum iuramento esse denuò constituendum, & iteratò omnia per extensum per ipsum esse deponenda, prout ità de more fuit executum, & ab eodem habita confessione cum omnibus qualitatibus resultantibus ex voluminoso processu fabricato, denuò illi assignato breui termino defensorio (attenta manu Regia in similibus casibus per d. Serenis. Senatum concedi solita) & nihil releuanti deducto per eundem Pauperum Aduocatum pro dicto Reo, sententia fuit executa in hunc modum, videlicèt, dictum Reum esse trahendum per loca solita Ciuitatis ad caudam muli super curru aliquantulùm eleuato, & ferro candenti esse inurendum vsque ad locum patrati delicti, ibiquè postmodum esse amputandam manum dexteram, indèq. paulò longè esse suspendendū; Ità vt anima à corpore separaretur, illumq. exindè quatripartiri, & ad portas solitas Ciuitatis in propatulo poni, ad hoc vt in aliorū transiret exemplum, ex quò magis homines se abstineant à malis patrandis.

Andreas Censalius I. C. & Consultor Delegatus.

ARGVMENTVM.

An stante emphyteusi acquisita à Primo Acquirente pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, eaq. supposita fideicommisso masculino condito per eundem Primum Acquirentem, masculus simul, & hæres, per intermediam personam descendens à columnello d. Primi Acquirentis, excludat fœminam ab eodem Primo Acquirente ex alio columnello descendentem, sed illius non hæredem; & an Primus Acquirens valeat præiudicare compræhensis in Inuestitura, nè dum in emphyteusi hæreditaria, sed etiam ex pacto, & prouidentia.

SVMMARIVM.

Emphyteusis si acquiratur ab aliqua persona pro se, & hæredibus masculis, & fœminis in ea inspicitur primus

prima radix. num. 1. Declaratur num. 2.

Primus Acquirens præsumitur se conformare voluisse cum Statuto loci. num. 3.

Fæminæ successio intrare nequit, nisi in defectum omnium masculorum, stante Statuto fæminarum exclusiuo, etsi agatur de emphyteusi tàm hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia. n. 4. & 5.

Primus Acquirens non solùm in emphyteusi hæreditaria, sed etiam ex pacto, & prouidentia præiudicare potest comprehensis in Inuestitura. num. 6.

Emphyteusis hæreditaria requirit, quòd succedere volens in ea sit hæres siuè immediatè, siuè mediatè Primi Acquirentis, absq; eo quod requiratur, vt sit hæres vltimi possessoris. num. 7.

Emphyteusim hæreditariam quis non consequitur, nisi sit hæres, cum sola sanguinis qualitas non sufficiat. num. 8.

Hæredes, & successores vocans non censetur vocare descendentes, nisi sint hæredes, præsertim si præcedat verbum genericum Hæredes, & persistimus in dispositione hominis non habente qualitatem hæreditariam, ad exclusionem carentis dicta qualitate. num. 9. 10. 11. & 12.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Emphyteusis.

Consilium LV.

REquisitus pro veritate, an stante emphyteusi acquisita ab vno pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, ea supposita fideicommisso masculino per eundem primum Acquirentem condito, masculus simul, & hæres per intermediam personam descendens à Columnello dicti primi Acquirentis excludat fœminam ab eodem primo Acquirente per alium Columnellum descendentē, sed illius non hæredem.

1 Re maturè discussa, & considerata, cēseo dictam fœminā omninò excludi; Tùm quia simplicitèr loquendo, quando emphyteusis, prout hìc, est acquisita ab vno pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, inspicitur prima radix;

2 Adeò vt respectu primi Inuestiti omnes censeantur ex vnica linea, & donec extant masculi descendentes ab vno filio, excludunt fœminas descendentes ab alio, licèt respectu transuersalium inter se videantur esse in diuersa linea, *ad textum expressum in cap. 1. de eo qui sibi, vel hæredib. suis, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 36. & lib. 23. tit. 34. num. 15. 16. & 17. Menoch. cons. 974. num. 1. & seqq. Rot. apud Cancler. decis. 623. num. 1. & 3.* & illam opinionem indubitatam dicit *D. Altograd. cons. 25. num. 14. vers. tamen quando cum seqq. lib. 1.*

3 Tùm etiam quia in Ciuitate ista extat Statutum, vt stantibus masculis fœminæ non succedant, cum quo proindè præsumitur primū Acquirentem se conformare voluisse, *vt dicit Corn. cons. 263. num. 1. lib. 1. Hondod. cons. 12. num. 28. & 29. lib. 1. Altograd. cons. 2. num.*

4 *19. lib. 1.* Vndè fœminæ successio intrare non poterit nisi in defectum omnium masculorū, ità in terminis *Kahalc. de Iur. emphyteut. quæst. 43. num. 3. circa medium, & num. 4. vers. nisi Patria, Decian. cons. 345. num. 12. & 13. lib. 2. & cons. 30. num. 40. & seqq. lib. 3. Hondod. qui*

5 hoc dicit verum in emphyteusi, tàm hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia, *d. cons. 13. num. 28. & 29. & cons. 54. num. 6. & seqq. lib. 1. Fachin. cons. 2. num. 14. & 15. lib. 3. Cornazan. decis. Lucen. 121. ex num. 2. vers. primò quia, Clar. in §. emphyteusis quæst. 32. num. 9. ex doctrina Bartoli* communitèr approbata *in l. si iuris iurandi §. si libertus ff. de operis libertorum.*

Tùm tertiò quia licèt Inuestitura comprehendat fœminas, cùm tamen emphyteusis, de qua agitur, fuerit à primo Acquirente supposita fideicommisso masculino, hinc deducitur, Testatorem vel perpetuò voluisse illas excludere in concursu masculorum, vel saltem intendisse illas minimè admitti posse, nisi in eo-

6 tundem masculorum defectum; Quippè quòd possit primus Acquirēs nedùm in emphyteusi hæreditaria, sed etiam ex pacto, & prouidentia præiudicare comprehensis in Inuestitura, *vt firmat Becc. cons. 56. num. 21. Hondod. cons. 14. num. 37. lib. 2. Surd. decis. 309. num. 16. & 17. & cons. 351. ex num. 24. & seqq. Grattian. discept. foren. cap. 405. num. 1. Rot. decis. 435. num. 18. par. 1. rec. vers. primus acquirens.*

7 Tùm demùm quia dum in Inuestitura legitur facta concessio per se, & hæredes masculos, & fœminas, quæ verba indubitanter faciunt emphyteusim hæreditariam, videtur ex hoc requisita non solùm qualitas descendentiæ, sed etiam qualitas hæreditaria, adest, quòd succedere volens sit hæres, siuè immediatè, siuè mediatè primi Acquirētis, absq; eo quod requiratur, vt sit hæres vltimi possessoris, *iuxta textum expressum in d. cap. 1. de eo qui sibi, vel hæredibus suis,* qui in specie loquitur in feudo hæreditario *Siluanus cons. 30. num. 20. Bursat. cons. 291. ex num. 132. & cons. 295. num. 13. vers. & licet aliqui, Menoch. cons. 104. num. 15. & seqq. Cald. de Iur. emphyteut. lib. 2. qu. 24. num. 22. Peregrin. cons. 30. ex num. 3. & seqq. lib. 2.*

Rot.

Rot. decis. 464. ex num. 6. par. 1. diuers. & apud Vgualer. d. decis. 623. nu. 4. vers. quod dicebatur cum alijs latissimè congestis *per D. Altograd. d. cons. 25. num. 17. vers. respondetur, & nu. 18.*
8 *cum plurib. seqq. lib. 1.* quæ qualitas hæreditaria cum deficiat in D. Clara nè dum respectu primi Acquirentis, cuius non est hæres, neq. mediatè, neq. immediatè, sed etiam respectu viri, qui non ipsam, sed vxorem reliquit hæredem, indubitantèr ex hoc defectu omninò videtur esse locus exclusioni; quicquid aliud dubitari posset, si ipsa succedere prætendens fuisset ab vltimo relicta hæres; vt benè deducitur ex *D. Altegrad. vbi proximè, & num. 28.* & pro hac parte facit etiam auctoritas *Bart. in l. instituenda §. si liberti num. 4. ff. de operis libert.* vbi in specie, quòd non sufficiat sola qualitas sanguinis, & filiationis, vt succedatur in emphyteusi, vel feudo hæreditario, sed requiratur, quod succedere volés sit realitèr hæres.
9 Id quod non solùm est verum attenta natura successionis emphyteuticæ cum qualitate hæreditaria per contractum, sed etiam attenta formula concessionis ibi, *per se, & hæredes masculos, & fœminas,* quippè cùm prius denominentur hæredes, & posteà masculi, & fœminæ, indubitanter videtur requisita qualitas hæreditaria, & dispositio stat restricta ad masculos, & fœminas, quatenus essent hæredes, ità in puncto *Peregrin. de fideicomm. art. 32. ex num. 48. Fusar. de substit. quæst. 339. ex num. 70. & quæst. 340. ex num. 14. Odd. cons. 46. nu. 15. Menoch. cons. 958. in fin.* & hanc esse con-
10 clusionem indubitatam, dum præcedit genericum verbum, *hæredes,* deducitur *per Fusar.*
11 *d. quæst. 340. ex num. 21.* vbi à fortiori hoc dicit verum, dum versamur in dispositione hominis, & multò magis subdit *sub num. 22.* hoc
12 esse admittendum, quando concurrit, sicuti hîc, alius descendens, qui habet istam qualitatem hæreditariam, pro quo est iudicandum ad exclusionem fœminæ prædicta qualitate carentis, & si aliàs ipsa sit descendens, & in inuestitura compræhensa, iuxtà superiùs deducta. Et ità &c. Saluo semper &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Mulier faciens renunciationem, siuè de tempore nuptiarum, siuè antè, dote recepta, nè dum de bonis paternis, sed etiam maternis, fraternis, & quibuscunq. iuribus, & actionibus quomodolibet in futurum competentibus, etiam fideicommissis, seu iuribus succedendi purificatis, seu purificandis, nihil penitùs sibi reseruato, cum Clausulis amplissimis, an, & quando, ipsa non obstante, attento dicto supposito congruæ dotationis, valeat illi contrauenire, maximè data renunciatione solemni, & iurata; & an renunciatio ipsa restringatur ad causas de præsenti, siuè de præterito, iunctis verbis in renunciatione appositis, *Quandocunquè, & qualitercunquè, & quacunque de causa.* Ponderatur doctrina *Bald. cons. 191. num. 3. lib. 2.* prout etiam illa regula, tot esse debent renunciationes, quot sunt hæreditates, quibus renunciatur. Pactum de succedendo, siuè sit affirmatiuum, siuè negatiuum an semper requirat consensum viuentis, licèt renunciatio fuerit iurata cum amplissimis Clausulis, & an, & quando Clausulæ etiam amplissimæ in renunciationibus expositæ sint restrictæ simpliciter ad causas expressas; & ponderatur differentia inter renunciationes factas à mulieribus in sæculo, & illas, quæ fiunt ab ingredientibus in Monasteriū, & explicatur *Statut. Ianuen. tit. de successionib. abintestat.* cum alijs ad materiam renunciationis notatu dignis.

SVMMARIVM.

Renunciatio de bonis paternis, maternis, & fraternis cum iuramento, & solemnitatibus statutarijs valet ad fauorem patris, matris, & fratrum, nec refert, an dos assignata fuerit ante, vel post renunciationem, num. 1. & 2. Licèt filia esset tātùm dotata ex bonis paternis, & renunciauerit etiam dotibus maternis, cùm nihil intersit, à quo mulier fuerit dotata. num. 3. & 5.

Læsio

Læsio considerari non potest, stante congrua dotatione. num. 4.

Mulier renuncians rei debendæ, & sic iuri quærendo, & incerto, aliquidq. accipit, non dijudicatur læsa. num. 6.

Renunciatio iuris futuri intelligitur de iure futuro habente causam de præsenti, maximè accedente generalitate, & vrgentia verborum. num. 7.

Verba proœmij determinant Clausulas sequentes, vnde ad ipsius limites restringunt totam dispositionem. num. 8.

Clausulæ omnes quantumuis amplæ intelliguntur retento themate proœmij. num. 9.

Renunciatio vti strictissimi Iuris operatur, vt vltra expressa extendi non valeat, etiam accedentibus verbis, Quomodocunquè, qualitercunquè, & quacunquè de causa. num. 10. & 11.

Verba importantia renunciationem de iuribus ortis, & quæ oriri possunt, semper intelligenda sunt de potentia iuridica, & non de potentia iniuriosa, & sic comprahendunt dispositionem purificatam, non autem purificandam ex doctrina Bald. cons. 191. num. 12.

Dotationes tot esse debent, quot sunt hæreditates, quibus renunciatur. num. 13.

in Renunciationibus semper spectatur verisimilis Contrahentium mens; Ita quòd sufficiat, vt ea verificetur in aliqua parte. num. 14.

Filia renuncians iuri cuicunq. bonorum paternorũ, & maternorum non intelligitur renunciare alijs bonis, quàm ex dote prouenire valentibus, aliàs diceretur læsa. ibid.

Renunciatio non præsumitur, vbi non subest causa renunciandi. num. 15.

Verba generalissima apposita in renunciatione an, & quando respiciant remissionem iuris succedendi, vel sint cõsecutiua ad successionem iurium ex aliquo fideicommisso purificandorum, exemplificatur. num. 16.

Fideicommisso de futuro an renunciari valeat. ibid.

Verba renunciationis an trahi possint ad successionem abintestato. ibid.

Mulier regulariter præsumitur ignorare ius suum, nec dicitur verisimile in genere renunciare voluisse id, quod in specie non renunciasset. num. 17.

Renunciatio mulieris de hæreditate matris viuentis, & absentis, ac non consentientis, Renuncianti non nocet. num. 18. 19. 20. 21. & 22.

Pactum de non succedendo siuè sit affirmatiuum, siuè negatiuum, semper requirunt consensus viuentis, licèt renunciatio fuerit iurata, & alijs Clausulis amplissimis munita. num. 23.

Renunciationes factæ, etiam dote recepta, per filias fauore parentum, vel fratrum, censentur in dubio factæ ad reddendam pinguiorem fulcitatem circa bonorum, siuè testamentariam, siuè contractualem dispositionem, qua dispositione non sequuta, filiæ succedunt. num. 24. & 25.

Succedentes abintestatò dicuntur habere bona ex tacita voluntate defuncti. num. 26.

Renunciatio censetur inducta à lege in beneficium Renunciantis, non facta dispositione per vltimũ, secùs si recipiens renunciationem decesserit testatus, instituto certo hærede. num. 27.

Verba, attenta subiecta materia, censentur restricta ad causas expressas, non obstantibus quibuscunq. amplissimis Clausulis. num. 28.

Renunciatio de bonis paternis, & maternis cum iuramento valet etiam sinè consensu illorum, de quorum hæreditate agitur, si agatur de renunciatione facta à Moniali ob ingressum in Religionem, vel de illa amplissimis verbis concepta, cadente super hæreditatibus incertarum personarum, in quibus cessat votum captandæ mortis, secùs quando renunciatio, licèt facta de bonis paternis, maternis, & fraternis, verificari non potest, nisi solùm in maternis. num. 29. 30. & 31.

Renunciationes à Monialibus factæ per ingressum in Religionem solent esse magis reales, & abdicatiuæ quarumcunq. iurium, quod secus esse videtur in renunciationibus, quæ fiunt à Nubentibus in sæculo. num. 30.

Renunciatio facta respectu bonorum, & hæreditatis certæ personæ sustineri non potest absq. illius consensu. num. 32.

Cogitare de morte viuentis est iniuriosum. num. 33.

in Renunciationibus semper dicitur color quæsitus, quando generalitas non potest verificari, nisi in vna persona. num. 34.

Renunciatio benè procedit, quando respicit hæreditatem, cuius appellatione veniunt bona, secùs quando respicit bona, quorum appellatione venit hæreditas. num. 35.

Renunciatione facta absente, matre, absq. ipsius consensu, comprahendi non potest eius hæreditas. num. 36.

Renunciatum nunquam censetur iuri de futuro, & si expressè renuncietur, intelligitur renunciatum iuri de futuro habente causam de præterito. nu. 37.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Renunciationis.

Consilium V.

IVxta propositam facti seriem, supposita prò indubitabili exclusione DD. Iacobi patris, & Nicolai, & Io. Francisci filiorum ex prima vxore ab hæreditate D. Barbaræ secundæ vxoris,

ris, & matris D. Augustini, qui ab intestato decessit, & D. Victoriæ nostræ principalis attenta dispositione *Statuti Iauuen. tit. de successionib. abintestat.* ibi, *Omnibus casibus supradictis, in quibus hereditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes respectu successionis in bonis maternis, etiam quòd hereditas materna fuisset adita, præferantur primò fratres vtrinq. coniuncti, & eis non extantibus, sorores vtrinq. coniuncta &c.*

1 Contingit dubitari pro veritate, an præfatæ D. Victoriæ, in qua concurrit qualitas *Statuti* in ordine ad successionem D. Augustini fratris, obstet renunciatio ab ipsa de tempore nuptiarum, siuè anteà facta, dote recepta, nè dum de bonis paternis, super quibus asseruit se congruè dotatam, sed etiam de bonis maternis, fraternis, & quibuscunq. iuribus, & actionibus quomodolibet in futurum competentibus, siuè etiam fideicommissis, & iuribus succedendi purificatis, seù purificandis, nihil penitùs per eandem D. Victoriam retento, seù reseruato cum Clausulis amplissimis, de quibus latiùs in eadem renunciatione.

2 Et quidem re maturè perpensa pro ratione dubitandi videtur dicendum renunciationem obstare; Quia cùm sit effrenata, & facta cum supposito congruæ dotationis, omninò de medio sustulisse censetur eandem renunciationem, maximè cùm renunciatio fuerit iurata, & solemnis, ità in puncto *per text. in cap. quamuis de pact. in 6.* resoluunt ibid. *Franc. in princip. & num. 15. Federic. de Senis cons. 136. per tot. Surd. cons. 395. num. 9. Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 58. Rot. apud Baratt.*
3 *decis. 894. num. 1.* & ibid. *Addan.* vbi subdunt, *nil referre*, an dos assignata fuerit antè, vel pòst renunciationem.

3 Quinimò conclusionem esse veram dato, quòd tantùm filia esset dotata ex bonis paternis, & nihilominus renunciauerit etiam, prout hic, dotibus maternis, tenet *Bald. in l. fin. num. 3. Cod. de bon. quæ liber. Gutierrez. in cap. quamuis in verb. nullam num. 2. de pact. Gallerat. d.*
4 *lib. 3. cap. 2. num. 67.* Quia, stante congrua dotatione, non potest considerari læsio; vt in præcisis terminis latissimè *Merlin. lib. 1. controuers. forens. cap. 5. num. 2. cum seqq. Rot. apud bo. mem. Merlin. inter nouiter impress. decis. 274.*
5 *num. 5. & 6.* quasi hoc casu nil referat, à quo mulier fuerit dotata, vt in similibus terminis *Altograd. cons. 5. num. 34. cum plurib. seqq. lib. 1.* vbi respondet ad metum reuerentialem, & alia, quæ exaduersò adduci possent.

6 Quod eò fortiùs videtur dicendum, quià licèt de tempore renunciatioois viueret Barbara mater, ex quo tamen quoad Victoriam non agebatur de iure iam quæsito, sed de iure quærendo, ac de sola spe succedendi omninò incerta, & euentuali, vt potè dependeote tàm à futura eius bonorum acquisitione, & conseruatione, quàm ab illius dispositione, nulla penitùs quoad eam probabilis læsio considerari potest pro renunciatione, siuè rescissione, siuè nullitate, *ad tex. in l. 1. §. si impuberi ff. de collat. bonor. Aldobrand. cons. 26. num. 119. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. Claus. 9. Glos. vnic. par. 1. nu. 22. & 23. Rot. apud Emin. Ottbobon. decis. 182. num. 11. & 25. inter nouiter impress.* & fuit dictum *in Asculana Renunciationis 22. Maij 1651. §. quià cum de tempore* confirmata *1. Iulij 1652. §. non obstat coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano.*

7 Et multò magis cùm verba in renunciatione adiecta, *Omnibus, & quibuscunq. iuribus &c. nihil penitùs sibi retento &c.* non possint restringi ad causam de præsenti, vel de præterito, sed ratione prægnantiæ omninò comprehendunt etiam causas de futuro, & operantur effectum post mortem parentum, vt in præcisis terminis *Honded. cons. 49. num. 14. & 19. lib. 1. Menoch. cons. 401. num. 9. Mandell. de Alb. cons. 11. num. 17. Rot. decis. 714. num. 1. 6. & per tot. par. 2. recen.* & negotio discusso *post Grisan. ad Stat. Perus. decis. 95. ex num. 2. cum plurib. seqq.*

Sed his non obstantibus contrarium de iure respondendum censeo.

Siquidèm inspecto proœmio renunciationis verba ibi contenta, videntur omninò stare restricta ad dotis, & dotium causam ibi, *Et quantum ipsa D. Victoria petere, & prætendere potest pro eius dotibus, & congrua dote, & sup-*
8 *plementi illarum*; Quippè cùm verba proœmij determinent clausulas sequentes, ad ipsius limites restringunt totam dispositionem, *Ancharan. cons. 180. num. 4. Rot. decis. 569. num. 4. & 6. par. 2. recent. & apud Duran. decis. 48.*
9 *num. 11. & seqq.* vbi etiam *num. 21. & seqq.* subiungit, omnes Clausulas, quantumuis amplas, intelligi retento themate proœmij, *Cancer. variar. par. 3. cap. 15. num. 264. & seqq.* Vndè dum in præsenti concurrit materia præexistens in ordine ad solam expressionem dotis, & insuper natura contractus renunciationis, quæ est strictissimi Iuris, omninò in-
10 terpretatio fieri debet, vt minimè vltrà expressa extendi valeat, maximè cùm fuerit facta ad maiorem cautelam illorum, à quibus dotem recipiebat, *Sim. de Pretis cons. 71. num. 19. Surd. cons. 431. num. 12. 21. & seqq.* egregiè *Eugen. cons. 13. num. 20. vers. cæterùm cum*
11 *plurib. seqq. lib. 1.* & in puncto verborum, *Quomodocunquè, & qualitercunquè, & quæcunquè*

rumque de causa fuit dictum per Rot. decis. 94. n. 6. cum duob. seqq. post Gilian. ad Stat. Perus. & in Bononien. Fideicommissi 22. Iunij 1639. §. vndè non obstant clausula coram bo. mem. Bichio, quæ est decis. 157. à num. 17. par. 8. recen.

12 Et omissis generalibus, pro hac parte facit egregiè doctrina Bald. cons. 191. num. 3. lib. 2. vbi quòd verba importantia renunciationem de iuribus ortis, & quæ oriri possunt, intelligenda sint de potentia iuridica, non de potêtia iniuriosa: & ideò tantùm comprahendere dispositionem purificatam, non autem purificandam per mortem alterius tunc viuentis, de cuius morte cogitare, fuisset iniuriosum, sequitur Ruin. cons. 16. num. 23. lib. 2. & fuit dictum in Vrbeuetana Hæreditatis 24. Iunij 1623. & 22. Martij 1624. coram Patriarcha Manzanedo.

Præterea vltrà materiam, & naturam contractus deueniendo ad verisimilem renunciantis mentem, & verborum proprietatem,

13 supplicatur aduerti, de iure tot debere esse dotationes, quot sunt hæreditates, quibus renunciatur, iuxt. notat. per Castren. cons. 174. num. 1. cum seqq. lib. 1. Ancharan. cons. 39. nu. 2. Dec. cons. 379. num. 14. Amat. Panormitan. resol. 23. num. 14. & 15. Cyriac. controuers. 474. num. 40. Ergò dum renunciatio potest effectum sortiri respectu portionis dotiū ad matrem spectantium, quæ à Renunciante post mortem prætendi poterat, nulla videtur adesse necessitas, eandem trahendi ad hæreditatem maternam, quia sufficit, renunciatio-

14 nem in parte verificari, vt latè comprobat Surd. cons. 431. num 21. & seqq. aliàs repugnaret verisimilis Contrahentium mens, vt nempè pro vna dote remaneat renunciatum iuri cuicunq. bonorum paternorum, & maternorum ex alia causa, quàm ex dote prouenire valentium, quod Renunciantem non intellexisse, præsumitur, & quatenùs intellexisset, diceretur læsa, & posset contrauenire, Ancharan. cons. 39. ex num. 2. vers. sed pro vna dote renunciare, Dec. cons. 179. aliàs 180. ante num. 5. vers. & in isto casu pro vna dote, & cons. 379. ante num. 15. vers. tamen cum ipsa renunciauerit, Rimin. Iun. cons. 670. num. 24. vol. 6. & non

15 præsumitur renunciatio, vbi non subest causa renunciandi, Surd. d. cons. 431. num. 27. lib. 3. & latissimè ad rem nostram Cyriac. controu. 474. ex num. 29. cum plurib. seqq.

16 Et quamuis in eadem renunciatione fuerint post verba generalissima etiam adiecta verba respicientia remissionem Iuris succedendi, nil tamen hoc officit, cùm sint consecutiua ad successionem iurium ex aliquo fideicommisso purificandorum, ibi. Necnon in quocunq. fideicommisso purificato, seù purificando etiam iure succedendi; Vndè quicquid sit, an in fideicommisso de futuro tenunciati valeat, casus tamen noster est extra hanc controuersiam; Cùm agatur de successione ab intestato, ad quam verba renunciationis trahi non possunt, dum illorum quælibet suam specialem retinet causam, siuè in ordine ad dotem, legitimæ supplementum, siuè in ordine ad fideicommissa purificata, vel purificanda, extra quos casus extendi non debent, vt præ cæteris latissimè tuetur Eugen. d. cons. 13. per tot. signantèr num. 8. lib. 1. Cyriac. d. controuers. 474. num. 29. & seqq. vbi hoc à fortiori dicit

17 verum in muliere, quæ regulariter præsumitur ignorare ius suum, nec dicitur verisimiliter in genere renunciare voluisse id, quod in specie non renunciasset, Cancer. variar. lib. 3. cap. 15. num. 154.

18 Cæterùm quatenùs renunciatio, de qua agitur, comprahendere posset hæreditatem maternam ab intestato deferendam, quod negatur indubitantèr, quià de illo tempore fuisset renunciatio de hæreditate viuentis, vtiq. ex defectu consensus Barbaræ matris, cuius hæreditati renunciabatur, nullam à principio habere potuit subsistentiam, ad text. in l. fin. Cod. de pact. ibi, Nisi ipse fortè, de cuius hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accommodauerit, Bald. cons. 437. in princip. & post num. 2. Vasquius de success. lib. 2. §. 18. num. 182. in fin. & num. 191. & 196. cum seqq. Camill. de Medic. cons. 35. num. 2. & 3. & quòd ta-

19 lis consensus debeat esse expressus, firmat Anton. Sola ad Constit. Sabaud. de alienation. bonor. mulier. & minor. Glos. 2. num. 17. & 18. Fab.

20 in Cod. tit. de pact. diffinit. 4. & in terminis, quòd renunciatio facta de hæreditate materna, matre absente, non noceat Renuncianti firmat Cranctt. cons. 42. per tot. & cons. 127. n. 3.

21 vers. 3. respondetur, vbi aduertit, necessarium esse consensum expressum, & cons. 242. in fin. vers. 3. respondeo vbi in fin. dicit, quòd licèt aliqui tentent dicere contrarium, tamen hæc opinio est tutior, & communior, quem post alios sequitur Author damnata mem. ad Alex. cons. 177. per tot. lib. 7. & in addit. ad Dec. citat.

22 cons. 379. vbi subdit, ibi Dec. non tetigisse punctualem rationem decidendi, quæ est illa, quando non apparet, illum, de cuius hæreditate agitur, consensisse pacto de non succedendo, Molin. Iesuita tom. 3. de Iustitia, & Iur. tract. 2. disput. 579. num. 38. vers. quod deniq. Franc. Becc. cons. 74. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 133. ex num. 17. cum plurib. seqq. & conclusionem esse veram, siuè pactum de non succedendo sit affirmatiuum, siuè negatiuum, vt nempè

nempè semper requiratur consensus viuentis,
licèt renunciatio fuerit iurata, alijsq. clausulis
amplissimis munita, *iuxtà tradit. per Adden.
ad Buratt. decis. 894. num. 14. & 15.* cum alijs
longa manu cumulatis *per Marcian. Iun. disputat.
86. num. 11. lib. 2. Rot. in Beneuentana Hæreditatis
17. Martij 1653. §. neq. obstare visum
fuit coram Reuerendiss. D. meo Meltio*.
24 Demùm tales renunciationes præsumuntur
factæ à filiabus fauore parentum, vel fratrum
ad reddendam pinguiorem facultatem
circà bonorum siuè testamentariam, siuè cõtractualem
dispositionem, quòd si ille, ad cuius
fauorem est facta renunciatio, de bonis nõ
disposuerit, & ab intestato decesserit, sicuti
decessit D. Augustinus, quem vti vtrinq. coniunctum,
cæteris exclusis, *Statutum* ad successionem
expresè in concursu aliorum præfert,
vtiq. ex hoc capite renunciatio non videtur
renuncianti nocere, imò habeatur perindè,
ac si facta non fuisset, vt in fortioribus
terminis renunciationis factæ à Moniali, tenet
*Franc. à Pont. cons. 39. ex num. 1. cum seq. lib. 1.
Cancer. variar. cap. 15. de renunciat. ex num. 17.
24. & 41. Paris. cons. 3. num. 27. vsq. ad fin. lib.
2.* nouissimè *Nouar. quæst. forens. 67. per tot.*
25 *par. 1.* etiam quòd talis renunciatio fuerit facta,
dote recepta, *Salicet. in l. pactum quod dotali
num. 5. Cod. de pact. Cancer. vbi sup. nu. 28.
Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 7. cap. 7. num.
25. Rot. decis. 543. ex num. 31. par. 5. tom. 2.*
26 *recent.* & in hunc sensum cùm renunciatio
fuerit stipulata, nedum fauore patris, sed etiã
Barbaræ matris, fratrum, illorumq. hæredũ,
vtiq. ad ipsam, tanquam hæredem D. Augustini
in bonis maternis, vel tanquam ab intestato
succedentem in eisdem bonis, renunciatio
reflecti debebit, sicuti in puncto *Surd. decis.
272. num. 9. Scipio Theodor. alleg. 36. per tot.*
27 signantèr *num. 29.* vbi in specie, quòd non
facta dispositione per Vltimum, illa censeatur
inducta à lege in beneficium ipsiusmet renunciãtis,
quæ vti proximior admitti debet, æquè
ac si renunciatio non fuisset facta, & contraria
procedunt, quando Recipiens renunciationẽ
decessit Testatus, instituto certo hærede, qui
renunciantem excluderet, *Marant. in suis disputationib.
disput. 10. num. 14. in fin. Franc. de
Pont. d. cons. 39. ex nu. 3. lib. 1. Rot. d. decis. 543.
ex num. 20. cum plurib. seqq.* & signantèr *num.
41. par. 5. tom. 2. recent. & apud Emin. Ottbobonum
decis. 10. ex num. 8. cum plurib. seqq.*
28 Nec obstat fundamentum à principio deductum
ex generalitate verborum renunciationis,
de qua agitur: Quia attenta subiecta
materia, verba censeri debebunt restricta ad
causas expressas, non obstantibus quibuscunq.
amplissimis clausulis ex punctualibus doctrinis
suprà cumulatis, & firmat etiam *Paul. de
Castr. cons. 25. num. 1. in fin. lib. 1. Surd. cons. 431.
num. 13. & seqq. lib. 3. Corn. cons. 200. num. 4.
lib. 1. Calderin. cons. 5. de præbend. Alex. cons.
115. num. 1. lib. 5. Becc. cons. 106. num. 41. Rot.
apud Seraph. decis. 658. nu. 2. & apud bo. mem.
Merlin. decis. 22. num. 7. & 8. & post Gilian. ad
Stat. Perus. decis. 94. per tot.* & signantèr *nu. 8.*
29 Non etiam obstat, quòd renunciatio de
bonis paternis, & maternis cum iuramento
valeat, etiam sine consensu illorum, de quorũ
hæreditate agitur, *iuxtà tradit. per Gratian. discept.
forens. cap. 692. ex num. 45. cum plurib.
seqq. & apud Buratt. decis. 366. num. 3. & per*
30 *tot.* Tùm quia præfatæ doctrinæ procedunt,
& in specie loquuntur in renunciationibus factis
à Monialibus ex causa ingressus in Religionem,
quæ renunciationes solent esse magis
reales, & abdicatiuæ quorumcunq. Iurium;
quod tamen secùs esse videtur in renunciationibus,
quæ fiunt à Nubentibus in sæculo, vt distinxit
*Rot. in Romana Fideicommissi de Cosciaris
16. Martij 1648. §. hinc q. infertur coram
Emin. D. Card. Corrado, & in Beneuentana Hæreditatis
26. Aprilis 1655. §. antepenult. circà
med. & §. vlt. in fin. coram R. P. D. meo Verospio*.
31 Tùm etiam quia tàm *Gratian. d. cap. 692. ex
num. 46.* quàm *Rot. apud Buratt. d. decis. 366. ex
num. 1. cum seqq.* loquuntur in casu, quo renunciatio
amplissimis verbis facta cadit super
hæreditatibus incertarum personarum, in
quibus cessat votum captandæ mortis; At secùs
dici debet, quãdo, prout hìc, renunciatio,
licèt facta de bonis paternis, maternis, & fraternis,
verificari tamen nõ potest, nisi solùm in
maternis, cum ab alijs ratione dotis receptæ
Renuncians esset exclusa siuè ex dispositione
32 Iuris, siuè ex dispositione Statuti; Vndè potiùs
in præsenti renunciatio fuit respectù bonorũ,
& hæreditatis certæ personæ, quæ absq. illius
consensu sustineri non potest, & remanet in
robore dispositio *text. in l. fin. Cod. de pact.* vt à
contrario sensu deducitur *per Gratian. & Buratt.
locis suprà adductis*; Adeò vt in hac materia,
cùm cesset ratio incertitudinis, & subsistat
votum captandæ mortis, ex quo cogita-
33 re de morte viuentis est iniuriosum, vt sequendo
Bald. tenent *Ruin.* & alij in secundo
34 fundamento adducti; Ideò semper in renunciationibus
dicitur color quæsitus, quando
generalitas non potest, nisi in vna persona
verificari, optimè *Cagnol. in d. l. fin. num. 59.
Cod. de pact. Rot. apud Buratt. d. decis. 366. nu. 8.*
35 Tùm quia quotquot in contrarium allegãtur,
loquuntur, quando renunciatio respicie

hæreditatem, cuius appellatione veniunt bona, secùs quando respicit bona, quorum appellatione nō venit hæreditas, vt optimè post alios distinguit nouissimè *Donad. de renunciat. cap. 10. num. 16.* Proindèq. cùm tantùm D. Victoria renunciauerit iura sibi competentia super bonis, vel eius renunciatio stare debebit restricta ad subiectam materiam dotis, legitimæ, eius supplementi, & fideicommissi purificati, vel purificandi, iuxtà superiùs dedu-
36 cta, vel etiam in præfata renunciatione facta absente matre, absq. illius consensu comprehendi non potuit eiusdem hæreditas, vt indistinctè esse tenendum monent *Adden. ad Buratt. d. decis. 894. num. 15.* Nec hoc casu possit
37 fieri interpretatio pro extensione renunciationis ad iura de futuro ab intestato deferenda, cùm commodè possint renunciationis verba stare restricta ad illud ius, quod renuncians habuit ex causa de præterito, vel de præsenti, *Cyriac. controu. 292. num. 8. cum seqq.* viden. *Rot. apud Gregor.* & ibid. *Adden. decis. 265. nu. 6. & d. par. 5. tom. 2. rec. decis. 543. num. 27.*

Et in hunc seosum nulla debet fieri distinctio, an renunciatio fuerit vel de iure quæsito, vel de iure quærendo, cùm verba renunciationis, vel expressam sibi præferant causam, vel secundùm subiectam materiam non patiantur extensionem, in quibus terminis non procedunt Iura, & rationes à principio pro dubitandi gratia ponderatæ.

Et ità pro veritate responderi censui &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Iuramentum fidelitatis, attenta *Constitutione Regni diuæ memoriæ*, si intra annum non fuerit præstitum an, & quando præbeat facultatem Emptori recedendi à contractu emptionis feudi etiam Regio assensu roborati. Assensus impetratus à Rege post mortem Venditoris, nulla mortis habita mentione, an dicatur obreptitius, & subreptitius, & an in tali casu Emptor valeat prætendere solutum vnà cum interesse à Venditore, & data reuocatione, & resolutione contractus feudalis, Venditor, & Emptor respectiuè ad quid teneantur. Resolutio contractus an, & quando fiat ex nunc, vel prout ex tunc. Contractus feudalis quomodò contradistinguatur à cæteris contractibus prohibitis. Retentio an detur Emptori, & Possessori rei feudalis vsquequò sibi fuerit restitutum precium vnà cum interesse, non dato dolo ex eius parte, & an nuda detentatio ad illam concedendam sufficiat.

SVMMARIVM.

Iuramento fidelitatis intra annum non præstito, potest ab alterutro ex Contrahentibus reuocari contractus emptionis feudi, etiam Regio assensu roboratus. num. 1. & de ratione ibid.

Assensus dicitur resolutus ob defectum non solemnitatum, nec ampliùs admittitur mora purgatio. num. 2.

Reuocatio alienationis feudi tàm Emptori, quàm Venditori permittitur ob non implementum, & defectum assensuum solitorum continere Clausulas resolutiuas præcisam formam importantes. num. 3.

Assensus impetratus post mortem Venditoris non valet. num. 4.

Assensus superueniens post mortem nil reperit confirmabile. num. 5.

Assensus à Rege præstitus in venditione feudi, putando viuos Emptorem, & Venditorem, sed mortuis existentibus, nihil operatur. num. 6.

Subreptio inducitur, si Principi non fuerit expressum id, quod si sciuisset, vel gratiam denegasset, vel difficiliùs concessisset. num. 7.

Contractus ratione defectuum est nullus, resistente Iure Communi, vel Constitutione. num. 8.

Venditor tenetur ad restituendam pecuniam solutam vnà cum interesse, Emptor verò ad restitutionem fructuum ex feudo perceptorum, facta resolutione contractus. num. 9.

Nullitas, & rescissio quomodò inter se differant. num. 10.

Contractus habetur, ac si non fuisset factus, & interesse non compensatur cum fructibus, sed veniunt vsq. ab initio restituendi, quando titulus reducitur ad non titulum. num. 11.

Reuocatio alienationis, ad hoc vt intret fructuum restitutio, an fiat ex culpa Emptoris, vel Venditoris, non habetur in consideratione, quando alienationis ius assistit, nec resistit, secùs vbi adest iuris resistentia, & committitur in legem, maximè vbi

est

est simpliciter prohibita, sicuti in feudalibus alienatio. num. 12. & 13.

Contractus feudalis contradistinguitur à cæteris contractibus prohibitis, qui prohibentur fauore Tertij, tùm in illis, annullato contractu, succedit obligatio ad interesse, quod secus est in contractu feudali. num. 14.

Ius io, ratione legis resistentis, succedit ex natura rei in cõtractu feudali prohibito ob publicam vtilitatem. num. 15.

Contractus si sit abinitio nullus, Venditor non potest prætendere ab Emptore interesse precij non soluti, sed tantùm fructus feudi, etiam stante contentione, tanquam contractus accessoria. nu. 16.

Compensatio fructuum vnà cum vsuris an, & quando fieri possit ob resolutionem contractus venditionis, vbi consulatur Hodiern. lib. 1. contron. forens. cap. 26. num. 64. num. 17.

Retentio conceditur super feudo, in cuius possessione quis reperitur, donec sibi fuerit restitutum precium solutum cum interesse, præcipuè si ex parte Emptoris non concurrat dolus, sed potiùs bona fides. num. 18. & 20.

Pro Retentione sufficit sola nuda detentatio. n. 19.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Neapolitana Feudi.

Consilium VI.

1 DEcisiuè, & breuitèr quantùm fieri potest procedendo in casu, de quo agitur. Censeo in primis super dubijs transmissis, quòd contractus emptionis feudi, etiam Regio assensu roboratus, si intra annũ non fuerit præstitum iuramentum fidelitatis possit ab alterutro ex Contrahentibus reuocari, attenta *Constitutione Regni diuæ memoriæ &c.* secundùm quam communitèr *DD. Regnicolæ* hoc asserunt etiam licere Emptori, prout in punctò defectus iuramenti fidelitatis, firmat *Anell. de Amat. cons. 69. per tot.* signantèr *ex num. 5. de Ponte cons. 67. ex num. 1. cum plurib. seqq. lib. 2. Carol. Tappia decis. Sacr. Consil. 3. per tot. Rouit.* & alij relati per doctissimum *Donat. Anton. de Marin. quotidian. lib. 1. cap. 123. per tot.* ex ratione, quiâ paria sunt assensum non esse impetratum, ac illum esse nullum ex defectu registrationis, vel iuramenti in tempore non præstiti, quo casu ob defectum solemnitatum assensus dicitur resolutus, nec ampliùs admittitur moræ purgatio, vt firmant omnes suprà adducti *DD.* & alij congesti *per Marcell. Marcian. cons. 37. per tot.* signantèr *ex num. 11. lib. 1.* quibus in terminis Emptoris, qui fecit reuocationẽ ob hoc caput, addi potest nouissimè *Io. Bapt. Hodiern. controuers. forens. cap. 26. num. 1. cum plurib. seqq. & ex num. 20.* vbi ad omnia contraria respondet:

3 Maximè cùm in similibus assensibus semper apponi soleant Clausulæ resolutiuæ, ac præcisam formam importantes, ex cuius non implemento, & defectu non dubitatur, quin reuocatio alienationis feudi permittatur Emptori, qui hoc casu ad imparia non indicatur cũ eodem Venditore, vt optimè *per Hodiern. loc. supr. adduct.* signantèr *ex num. 38. Staib. Iun. resolut. forens lib. 1. resol. 1. per tot.* signantèr *num. 7. 39. & seqq. Capyc. Latr. decis. 43. nu. 19. & 20. de Marin. quotidian. lib. 1. cap. 121. num. 4.*

Ea namquè reuocatio eò magis redditur subsistens, ac tuta, quia, vt supponitur, venditio feudi, de quo agitur, fuit facta D. Duci ab Hippolyta non solùm proprio, sed etiam

4 tutorio nomine filiorum: Assensus verò fuit impetratus post mortem Octauij Vitagliani Ducis Loratini vnius ex filijs, quorum nomine fuit contractum: Vndè tanquam expeditus post mortem alienantis, nulla de morte habita mentione, & absq. nouo consensu hæredis, nullius remanet roboris, & non abstulit facultatem reuocandi vigore *Constitutionis diuæ memoriæ* D. Duci moderno Emptori, sicuti in punctò *Andreas de Isernia in cap. Imperialem num. 15. de prohibit. feud. alienat. per Præsidem de Franch. decis. 620. num. 3. & 13.* vbi *Rouit. in addit. Tappia decis. Sacr. Consil. 12. num. 18. Vincent. de Anna allegat. 66. num. 4.* ex ratio-

5 ne, quiâ assensus superueniens post mortem, nil reperit confirmabile, *Camill. de Medic. cons. 104. num. 19. Merlin. Pignatell. controuers. Iur. lib. 2. cap. 81. num. 17. & 18. Capyc. Galeot. lib. 1. controuers. 1. num. 88. & num. 109. & seqq. Staib. Iun. d. resolut. 1. num. 41. & 42. cum seqq.*

6 *centur. 1.* Quicquid aliud esset, si post tempus assensus fuisset impetratus, viuente illo, cuius nomine est facta alienatio, cùm tunc dicatur durare spes reconualidationis, & eo casu Rex assentiens verisimiliter putat, Alienantes in humanis existere, vt *per Staib. vbi sup. num. 53.* vbi meminit *de Rouit. in pragmatic. 1. tit. de fid.*

7 *memorial. num. 27. & 28.* Quinimò ex taciturnitate mortis assensus remanet etiam obreptitius, & subreptitius, qui proindè contractũ venditionis neutiquam conualidare poterit, ex quo si hoc fuisset expressum, Princeps vel non concessisset, vel difficiliùs concessisset, vt firmant communitèr *DD. in cap. si super litte-*

vis de rescript. Rot. decis. 24. num. 4. par. 5. & decis. 94. num. 61. par. 7. recent. & in terminis assensus in alienatione rei feudalis, Staib. Sen. cons. 95. num. 51. Staib. Iun. d. resol. 1. num. 64. cum plurib. seqq.

Maior tamen difficultas versari videtur in quæstione illa, an legitimè facta reuocatione alienationis possit Emptor pretium solutum cum interesso à Venditore repetere, Adeò vt nec teneatur ad solutionem residui, neq. ad illius vsuras, sed tantùm ad restituendum feudum Venditori cum restitutione etiā fructuum ex eodem feudo perceptorum.

8 Et quidem cùm ex suprà deductis satis pateat, contractum ratione præfatorum defectuum fuisse rectè nullum resistente non solùm Iure Communi feudorum, sed etiam Constitut. Regni Diuæ memoriæ ex tradit. per Camerarium in cap. Imperialem fol. 17. lit. I. de prohibit. feud. alienat. per Federic. Tappium decis. Sacr. Consil. 8. num. 8. Marcell. Marcian. cons. 49.
9 num. 13. & 14. Indè sequitur, quòd facta reuocatione, & resolutione contractus, prout ex tunc, Venditor teneatur ad restituendam pecuniam solutam vnà cū interesse, Emptor verò ad restitutionem fructuum ex feudo perceptorum, in puncto Tappia d. decis. Sac. Cons. 8. num. 7. Marcell. Marcian. d. cons. 49. num. 3. Anna in repetit. Constitution. Constit. Diuæ memor. ex num. 190. & num. 194. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote §. 2. num. 2. & 5. idem de Ponte cons. 25. num. 7. vol. 1. Gizzarell. decis. 29. num. 1. & 2. de Marin. quotidian. lib. 1. cap. 125. ex num. 1. & cap. 149.
10 num. 3. & 4. Quicquid aliud esset, si contractus rescinderetur, prout ex nunc, quo casu præsupponeretur validitas ab initio, quamtamen in his terminis omnes DD. in alienatione feudi, vel absq. assensu, vel etiam cum illo, sed non valido vnanimitèr negant, prout post alios distinguendo vnum casum ab alio, firmat Merlin. Pignatell. controu. forens. cap. 25.
11 ex num. 35. lib. 2. ex quo quando titulus reducitur ad non titulum, habetur, ac si contractus non fuisset factus, & interesse non compensatur cum fructibus, sed illi veniunt vsq. ab initio restituendi, Rot. apud Buratt. decis. 568. num. 17. & par. 1. rec. decis. 693. num. 1. & in Melevitana fructuum 8. Aprilis 1649. §. nec illos prætendere coram Reuerendiss. Dunozetto, & in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij 1650. §. præter quam coram bo. mem. Arguelles.

12 Neq. hic admitti potest distinctio, an reuocatio alienationis fiat ex culpa Emptoris, vel Venditoris, quia hæc tantùm intrat, quando alienationi ius eum assistit, neq. resistit; Secùs autem vbi adest iuris resistentia, & committitur in legem, vt optimè ponderat Surd. cons. 115. num. 9. & 10. vbi hoc indubitatum di-
13 cit, quando simplicitèr est prohibita, sicuti in feudalibus, alienatio ex num. 18. cum plurib. seqq. Speroll. decis. for. Ecclesiast. 152. num. 72. & seqq. par. 2. Rot. decis. 3. num. 30. & seqq. & decis. 213. ex num. 11. & 12. par. 7. recent. Et in
14 hoc contractu distinguitur contractus feudalis à cæteris contractibus prohibitis, quia in illis, qui prohibentur fauore Tertij, annullato contractu, succedit obligatio ad interesse, quod
15 tamen secus est in contractu feudali prohibito ob publicam vtilitatem, in quo euictio ratione legis resistentis succedit ex natura rei, Anna in d. Constitut. Constit. Diuæ memoriæ num. 222. Lanar. cons. 9. num. 17. & cons. 82. num. 12. Rouit. cons. 39. ex n. 8. cum plurib. seqq. lib. 2. Tappia decis. Sacr. Cons. 9. ex n. 10. cum seqq.
16 Hinc Venditor ex eisdem rationibus, nec etiam poterit prætendere ab Emptore interesse pretij non soluti, sed tantùm fructus feudi, vt suprà dicebam, etiā stante conuentione, quia resoluto ab initio contractu, omnes conuentiones, veluti illi accessoriæ etiā corruunt, vt in his terminis Marcian. d. cons. 49. nu. 4. & seqq. de Ponte de potest. Proreg. d. tit. de assens. Regio super dote §. 2. n. 6. & 7. & magis in præcisis terminis Merlin. Pignatell. centur. 1. cap. 50. num. 39. & faciunt deducta per Rot. apud Seraphin. decis. 785. per tot. licèt secùs esset di-
17 cendum, si resolutio fieret, prout ex nunc, in quibus terminis intrare posset compensatio fructuum cum vsuris, ad quarum restitutioné vnà cum parte pecuniæ solutæ tenebitur Venditor ex suprà deductis; Quicquid aliud dici posset, quando fuisset probata culpa Emptoris, quæ tamen in præsenti nunquam probari poterit, cùm re vera Hippolyta venditrix non adimpleuerit solemnia, & per D. modernum Ducem non steterit, quin contractus firmus maneret, cum qua distinctione tolluntur ea, quæ in hac materia in contrarium expendit Hodiern. d. lib. 1. controu. forens. cap. 26. num. 64. cum plurib. seqq.

Vndè cùm supradictæ conclusiones, inspectis facti circumstantijs, benè sustineri valeant,
18 videtur etiam D. Dux fouere bonū ius quoad retentionem feudi, in cuius possessione reperitur, vsquequò fuerit sibi restitutum pretium
19 solutum cum interesse; Cùm ad retentionem sufficiat sola nuda detentatio, Rot. apud Caualer. decis. 446. num. 8. & in Bononien. Fideicommissi de Clauarinis 5. Martij 1649. §. quid ad effectum coram bo. mem. Peutingero, & in præcisis terminis feudi firmat Io. Franc. Marcian. disputat. Iur. 100. num. 21. cum plurib. seqq. Præcipuè quando ex parte Emptoris nō con-

concurrit dolus, sed potiùs bona fides, iuxtà text. in l. si [illegible] S. [illegible] ff. de conditio. indeb.

Et ità &c. Saluo Iure &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Fœminæ non veniunt appellatione descendentium, vbi fit repetitio qualitatis masculinæ per verba relatiua, & an veniant appellatione filiorum; & an, & quando dicantur exclusæ, si Testator vsus fuerit verbis collectiuis. Repetitio masculinitatis non fit in conditionalibus, & an, & quando excludatur, vel admittatur per discretiuam dispositionem, siuè per vnicam orationem, aut per agnationis contemplationem, aut per verba repetitiua, siuè per mutationem personæ, vel per Clausulam *In modum prædictum*. Testator an, & quando præsumatur voluisse excludere fœminas, non data expressione in testamento. Proximitas respectu grauantis, & non grauati qualis attendatur in fideicommisso. Qualitas masculinitatis in vno capite adiecta, an, & quando in altero repetita censeatur, & quid si esset expressa in vltimis vocationibus, num referatur ad dispositiones antecedentes, vbi simpliciter de filijs est facta mentio. Reciproca an, & quando censeatur inducta inter masculos ad exclusionem fœminarum per additionem verborum *In stirpem, & non in capita*, & de alijs ad materiam diffusè tractatur.

SVMMARIVM.

Appellatione filiorum, & descendentium comprehenduntur fœminæ, præcipuè in vocatione vltima. num. 1. & 2.

Dispositionis diuersitas quoad voluntatem Testatoris deducitur ex discretiua loquendi. num. 3.

Fœminæ non dicuntur exclusæ, quando Testator vsus fuit verbis collectiuis aptis comprahendere masculos, & fœminas, & quando voluit qualitatem masculinitatis, illam expressit. num. 4.

Masculinitatis repetitio omninò excluditur à discretiua, si adsint coniectura in contrarium. num. 5.

Filiorum mentio nunquam restringitur ad masculos, quando aliqua subesse potest probabilis ratio. num. 6.

Testamenti pars alteram declarat, quando aliqua subesse potest probabilis ratio. num. 7.

Dispositio secum educens mutationem graduum excludit repetitionem masculinitatis. num. 8.

Repetitio faciliùs admittitur, cùm agatur de vnica oratione, vbi in principio sunt vocati filij masculi, & in fine filij simpliciter absq. masculinitatis mentione. num. 9.

Masculinitatis qualitas non censetur repetita, si versetur in oratione penitùs diuersa in altera testamenti parte apposita. num. 10.

Testator nunquam excludere voluisse præsumitur fœminas, nisi specificè legatur in testamento expressa ratio, quòd bona conseruentur in familia. nu. 11.

Testamentum quando non continet expressam rationem conseruandi bona in agnatione, non præsumitur, Testatorem voluisse excludere fœminas. n. 12

Regula negatiua, quòd qualitas masculinitatis non præsumatur repetita, præualet affirmatiuæ. nu 13. Præsertim in conditionalibus, in quibus talis repetitio non fit. num. 14.

Obseruantia subsequuta multum facit ad dubietatem tollendam in vltimis voluntatibus. num. 15.

Proximior grauato præfertur, stante obseruantia subsequuta. num. 16.

Masculinitatis qualitas in vno capite adiecta, in altero repetita censetur, quando substantia dispositionis in pluribus §§. sit directa ad filios Testatoris, eorumq. descendentes in perpetuum. num. 17.

Interpretatio faciliùs sumitur à dispositione anteriori, quando agitur inter easdem personas, & filios Testatoris. num. 18.

Reciproca censetur inducta inter masculos ad exclusionem fœminarum, si Testator, nominatis filijs, & nepotibus filijs filiorum, & descendentibus ex eis legitimis, & naturalibus, addiderit verba, In stipem, & non in capita. *num. 19. & de ratione. ibid. & num. 20. & 21.*

Qualitas masculinitatis, etiamsi esset expressa in vltimis vocationibus refertur ad dispositiones antecedentes, vbi simpliciter de filijs est facta mentio. num. 22.

Antecedentia faciliùs influunt in sequentia, quàm è contrà. num. 23.

Masculinitatis repetitio inducitur per Clausulam, In modum prædictum, *quæ indubitanter stat relatiuè*

uatiue ad omnes circumstantias suprà expressas tàm respectu graduum, quàm masculinitatis. num. 24.

Fœmina non veniunt appellatione descendentium, vbi sit repetitio qualitatis masculinæ per verba relatiua. num. 25.

Testator excludens proprias filias præbet fortissimũ argumentum ad exclusionem fœminarum. n. 26.

Testator præsumitur se conformare cum Statuto loci. ibid.

Statutum excludens fœminas præsumitur factum fauore agnationis. num. 27.

Statutum exclusiuum fœminarum controuertitur, an præsumatur factum ob solam contemplationem agnationis, vel etiam ob prælationem masculorum, nisi fuerit expressum per Testatorem. num. 28. & 29.

Descendens à fœmina, licèt masculus, non potest dici de linea masculina, quam Testator pluriès repetijt, tantùm ex masculina linea descendentes prædiligendo. ibid.

Masculina linea sæpiùs repetita, magis censetur habitus respectus ad conseruationem agnationis, quàm ad sexus dilectionem, iuncta propriarum filiarum exclusione. num. 30. & 31.

Proximitas respectu grauantis, & non grauati est attendenda in fideicommisso ex veriori opinione, maximè stante Clausula, In stirpes, & non in capita, *etsi verba sint relata ad ipsum Testatorem. num. 32. 33. & 34.*

Repetitio qualitatis masculinitatis non admittitur, quando aliundè non deducitur, quòd Testator fuerit contemplatus agnationem, vel quando non vsus fuit verbis repetitiuis, siuè quando tractaretur de mutatione personæ. num. 35.

Clausula, Donec aliter habueritis in mandatis *æquipollet alteri* Sinè præiudicio habentium meliora, & potiora Iura. *num. 36.*

Taciturnitas regulariter non nocet. num. 37.

Res iudicata allegari non potest, quando ius repugnat, præsertim si sit facta ex præsumptiuis probationibus, nempè negotio veridicè non discusso. num. 38. & 39.

Obseruantia ad effectum admittendi, vel excludendi aliquem à successione, non potest allegari, nisi sit obtenta in contradictorio iudicio. num. 40.

Tribunalia Suprema etiam aduersus sententias, & rem iudicatam non attendunt lapsum temporis, quando constat de læsione, & de causis restitutionis in integrum ratione iniustitiæ. num. 41.

Fœmina semper censentur exclusæ, maximè data superuiuentia lineæ masculinæ, enixè à Testatore contemplatæ, & iuncta præcipuè obseruantia inducta per plures sententias antiquas. num. 42.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Fideicommissi.

Consilium VII.

VIso, ac diligentèr considerato testamento condito ab Illustrissimo Balthassare Lomelino, in quo pluriès filij, & hæredes instituti, vltra alias circumstantias sæpè sæpiùs cum qualitate perpetuæ masculinitatis, eorumq. per lineam masculinam descendentes cognominantur.

Et etiam dispunctis verbis in eodem testamento adiectis ibi, *Reliqua verò loca tria millia pari modo describantur, & describi debeant desuper ipsum Testatorem, & scribantur, & scribi debeant super ipsum Testatorem in alia ratione ex parte cum infrascripta obligatione, videlicèt; Quod dicta loca nullo vnquam tempore vendi, alienari, vel describi possint, sed sic in perpetuum scripta stare debeant, & de prouentibus ipsorum respondeatur, & responderi debeat annuatim, & in perpetuum filijs, & nepotibus ipsius Testatoris, filijs filiorum, & descendentibus ex eis legitimis, & naturalibus in stirpem, & non in capita, & ipsis deficientibus alijs propinquis ipsius Testatoris in modum prædictum.*

Contingit dubitari, an in hac dispositione particulari locorum trium millium verba illa, *Filijs, & Nepotibus &c.* debeant intelligi simplicitèr, vel etiam cum qualitate masculinitatis suprà pluriès expressa; Adeò vt fœminæ possint censeri perpetuò exclusæ in concursu masculorũ, in quibus agnationis ratio, aliaq. per Testatorem superiùs disposita tantùm verificentur.

Et quidem pro veritate prima facie videtur dicendum, in hoc fideicommisso, seù disposi-
tione particulari nullam posse considerari cir-
1 cumstantiam, per quam fœminæ dicantur exclusæ, tùm quia regularitèr appellatione filiorum, & descendentium illæ compræhenduntur, *iuxtà tradita per Decian. cons. 12. num. 4. lib. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 11. Peregr. de fideicomm. art. 25. ex num. 1. Rot. apud Greg.* & ibi *Adden. decis.* 514.
2 *num. 16.* vbi hoc à fortiori dicit verum in vocatione actiua; *& inter rec. decis. 316. num. 1. & 2. par. 1. & decis. 151. num. 2. par. 5.* & latissimè *post Censal. ad Peregr. de fideicomm. decis. 34. num. 2. & seqq.* & signantèr *nu. 4.* Tùm
3 etiam quia attenta discretiua loquendi, ex qua deducitur diuersitas dispositionis quoad volun-

voluntatem Testatoris, vt latè *Surd.cons.* 426. *num.* 1. *& cons.* 554. *num.* 7. *& seqq. Menoch. cons.* 215. *num.* 69. *&* 70. *Adden. ad Gregor.*
4 *decis.* 301. *num.* 18. videtur dicendum, quòd vbi Testator voluit qualitatem masculinitatis, illam expressit, prout fecit in præcedentibus partibus testamenti, quam proindè cùm omiserit respectu horum locorum trium millium, & vsus fuerit verbis collectiuis aptis cõpræhendere, & masculos, & fœminas, vtiq. est dicendum in hac parte fœminas non posse dici exclusas, vt in puncto arguunt *Curt.Iun.cons.* 49. *num.*7. *vers. ex præmissis, Dec. cons.* 13. *num.* 1. *vers. nec obstare videtur lib.* 1. *Gabr.cons.*97. *num.* 28. *ante med. lib.* 1. *Molin. de primog. Hispaniar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 56. *ante fin.* & per
5 hoc argumentum à discretiua omnimò excludi repetitionem masculinitatis, quando non adsunt coniecturæ in contrarium, consuluit *Anania cons.*22. *per tot.* cuius sententiam, tanquam veriorem, & receptiorem sequuntur *Socin. Iun. cons.* 110. *num.* 20. *lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.* 84. *num.* 5. *ad fin. Cephal. cons.* 134. *num.* 41. *& seqq. Surd. cons.* 448. *num.* 22. *& seqq. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.*14. *num.* 10. *&* 14. latissimè *Altograd. cons.* 96. *num.* 35. *lib.* 2.
6 Tùm tertiò quià nunquam mentio filiorũ restringitur ad masculos, quando aliqua subesse potest probabilis ratio differentiæ, vt benè *Rum.cons.*93. *num.*15. *circà med. vers. & hoc præcipuè lib.* 2. *Gabr. cons.* 97. *num.* 6. *lib.*1.
7 ex quo tantùm vna pars testamenti aliam declarat, quando subest eadem ratio, *Menoch. cons.* 220. *num.* 89. In præsenti autem viget disparitatio, quia in superioribus dispositionibus agebatur de conseruatione agnationis deducta ex vocatione filij maioris natu ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis, & descendentiæ per lineam masculinam in perpetuum, at cùm in dispositione ista particulari hæc ipsa considerari non valeant; Quinimò
8 eadem dispositio secum educat mutationem graduum, hoc tantùm sufficit ad repetitionẽ masculinitatis excludendam, vt in puncto dicit *Rot. decis.* 151. *num.*24. *par.* 5. *rec. Adden. ad Gregor. d. decis.* 514. *num.*8. *& seqq. & post Censal. d. decis.* 34. *num.* 4. *&* 5. Cumq. non
9 versemur in vnica oratione, vbi forsitan essent in principio vocati filij masculi, & in fine filij simpliciter absq. masculinitatis mentione, quo casu facilius admittitur repetitio, vt loquuntur, quotquot pro repetitione adduci possunt, vt videre est *apud Valenzuel. cons.* 113.
10 *num.* 33. *&* 34. *lib.* 2. Sed versemur in oratione penitùs diuersa, & per verba aduersatiua ibi, *Reliqui verò &c.* in altera testamenti parte apposita, neutiquam repetita censeri potest præfata masculinitatis qualitas, egregiè *Ioseph Rustic. ad l. cum auus cap.* 10. *num.* 159. *lib.*3. *Cod. de fideic. & per tex. in l. quæ conditio vers. at quæ conditio ff. de condit. & demonstrat. Surd.cons.* 21. *num.*9. *&* 10. *& cons.* 564. *num.* 7. *vers. & vbi hæc sententia, Rot.decis.* 144. *nu.* 3. *& seqq. par.* 7. *rec. & post Censal. ad Peregr. de fideicommiss. d. decis.* 34. *num.* 5. *vers. & hæc*
11 *quidem*, & præcipuè ad exclusionem fœminarum, quas nunquam præsumitur Testator excludere voluisse, nisi specificè legatur in testamento expressa ratio, quòd bona conseruentur in familia, vt optimè arguit *Mantic. de coniect. lib.*6. *tit.* 15. *num.*5. *in fin. Cephal. cons.* 401. *num.* 39. *lib.* 3. *Rot. post Censal. decis.* 34.
12 *num.* 7. Aliàs esset multiplicare præsumptiones, quòd scilicèt voluisset Testator conseruare bona in familia, licèt hoc non dixerit, & voluisset recedere à conclusione Iuris, quòd nempè fœminæ veniant sub vocatione filiorum propinquorum, proximiorum &c. quod non est dicendum, vt optimè *Rot. d. decis.* 151. *num.*13. *& seqq. par.*5. *recent.*
13 Præthereà regula negatiua, quòd qualitas masculinitatis nõ præsumitur repetita, præualet affirmatiuæ, in pũcto *Giouagn.cõs.*82.*n.*128. *lib.*1. & pro exclusione repetitionis, *Bertazzol. cons. Ciuil.* 96. *per tot. Gabr. cons.* 97. *num.* 28. *vers. tamen verior lib.*1. *Paris. cons.*35. *num.* 16. *& seqq. lib.* 3. *Honded. cons.* 57. *nu.* 32. *& seqq. lib.*1. *Castill. controuers. lib.*2. *cap.*4. *num.*27. *& seqq. Barbos. de appellat. verb. signific. appellat.* 99. *ex num.*59. *vers. contrarium; Fusar.cons.*66. *num.* 3. *& de substit. quæst.* 403. *num.*6. *vers. secunda est, Franc.Censal. meus Germanus ho. mem. in obseru. ad Peregr. de fideicomm. fol. mihi* 100. *col.* 2. *vers. ac verò Anania in consil. Venet. im-*
14 *press.* & præsertim in conditionalibus, in quibus talis repetitio non fit, *Fusar. d. cons.*66. *ex num.*5. latissimè *D.Lælius Altograd. d.cons.*96. *ex num.* 35. *& seqq. & num.* 39. *vsq. ad num.* 50. *lib.* 2. vbi vndecim cumulat responsiones pro exclusione repetitionis qualitatis masculinæ, quarum pleræq. ad materiam adaptari posse videntur.

Hæcq. eadem sententia robur accipere videtur, cùm D. Nicoletta fuerit aliàs ad hæc loca admissa ad exclusionem D. Nicolai Mariæ, ex qua proindè admissione tacitè resultat repetitæ masculinitatis exclusio; Quippè quòd
15 in vltimis voluntatibus ad dubietatem tollendam plurimùm faciat obseruantia subsequuta, firmat *Rot. decis.* 185. *num.*3. *par.* 5. *rec.*
16 & consequentèr D. Io. Augustinum ab eadem D. Nicoletta iam admissa descendentem, vti proximiorem grauato, esse præferendum,

dum,

dum, vt in puncto tuetur *D. Altograd. conſ. 92. num. 34. verſ. ſecunda ſublimitatio eſt, & num. 35. lib. 2.*

Sed his non obſtantibus, contrarium de-
Iure reſpondendum cenſeo; Etenim cùm Te-
ſtator in §. immediatè *antecedenti* incipien.
Item loca mille ex prędictis deſcribantur, expreſ-
sè requiſiuerit in Vocatis maſculinitatem ibi,
Et filio maiori natu legitimo, & naturali filiorum
ipſius Teſtatoris filijs filiorum, & deſcendentibus
ex eis per lineam maſculinam in perpetuum &c.
Omninò videtur dicendum, eandem qualita-
tem repetere intendiſſe *in §. ſubſequenti Reli-*
qua verò; Cum hæc oratio non ſtet omninò
diſtincta, & ſeparata à præcedenti, ſed ad il-
lam continuatiuè, & diuerſitas tantùm cadat
in modo, quo prouentus à filijs maſculis, ſem-
per, & annuatim diſpenſari debeant, vt in an-
tecedenti capitulo *Item loca mille*, & in ſubſe-
quenti, etiam in modo, quo de prouentibus
locorum trium millium reſpōderi debeat an-
nuatim in perpetuum filijs, & nepotibus ip-
17 ſius Teſtatoris; Vndè cùm ſubſtantia diſpo-
ſitionis *in vtroque* §. ſit directa ad filios eiuſ-
dem Teſtatoris, eorumq. deſcendentes in-
perpetuum, indubitantèr qualitas maſculini-
tatis in vno capite adiecta, in altero repetita
cenſetur, ità in puncto diſtinguunt *Ruin. conſ. 154. num. 29. conſ. 140. num. 6. lib. 2. & conſ. 168. num. 13. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 90. num. 16. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 112. num. 5. & conſ. 114. ex num. 20. lib. 1. Menoch. conſ. 95. num. 83. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 403. num. 19. Adden. ad Buratt. deciſ. 272. num. 19. verſ. item, Rot. in-*
hac materia amplectitur illam diſtinctionem, vt
quando fit mentio filiorum eiuſdem perſonæ, qua-
litas maſculinitatis repetita cenſeatur, ſecùs au-
tem ſi mutaretur perſona eius, de cuius filijs agi-
18 *tur &c.* Ex ratione quia quando agitur inter
eaſdem perſonas, & filios eiuſdem Teſtato-
ris, faciliùs ſumitur interpretatio à diſpoſitio-
ne anteriori, vt benè *per Surd. conſ. 21. num. 9. in fin. & conſ. 564. num. 7. verſ. & vbi hac ſententia.*

19 Id, quod egregiè confirmatur, attentè con-
ſiderando, quòd *in eod. §. Reliqua verò* poſt fa-
ctam mentionem de filijs, & nepotibus filijs
filiorum, & deſcendentibus ex eis legitimis, &
naturalibus, prouidus Teſtator addidit verba,
in ſtirpem, & non in capita, ex quibus ad exclu-
ſionem fœminarum cenſetur inducta inter
maſculos reciproca, vt in puncto huius Clau-
ſulæ, probat *Decian. conſ. 1. num. 264. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 77. verſ. vbi ob illam Clauſulam, Menoch. de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 59. in fin. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 475. num. 24.* Quià tunc videtur habita ratio
agnationis, licèt hæc non fuerit expreſſa, *Menoch. conſ. 150. num. 68. D. Io. Dexart deciſ. Sardin. 35. per tot.* ſignantèr *num. 5.* vbi ad om-
nia contraria reſpondet, & faciunt tradita *per Rot. in Bononien. Fideicōmiſſi de Turre 14. Maij 1621. §. non obſtat filios filiorum coram bo. mem.*
20 *Card. Fabritio Veroſpio*, uè aliàs Teſtator præ-
ſumatur ſe incontinenti correxiſſe, vt optimè
ad propoſitum ratiocinatur *Buratt. d. deciſ. 272. num. 4. cum ſeqq. & num. 9. verſ. nec præ-*
21 *ſumitur mutatio voluntatis*: & indubitantèr
quando pluriès, prout hìc, eſt facta mentio li-
neæ maſculinæ in perpetuum, *iuxtà* latè *tradit. per Cenſal. ad Peregr. de fideicomm. art. 25. fol. mihi 100. col. 2. verſ. primus eſt in nouiſſ. im-*
22 *preſſ. Veneta*, & in fortioribus terminis, etiāſi
qualitas maſculinitatis fuiſſet expreſſa in vlti-
mis vocationibus, quòd iſta referatur ad di-
ſpoſitiones antecedentes, vbi ſimplicitèr de-
filijs eſt facta mentio, firmat *Dexart d. deciſ.*
23 *Sardin. 35. num. 27. & 28.* & tamen faciliùs
antecedentia influunt in ſequentia, ſicuti hìc,
quàm è contrà, vt benè diſpungit *Balthaſ. Thomaſ. tract. 9. tit. 17. de interpretat. maiorat. cap. 11. num. 16. Caſtill. quotidian. tom. 4. cap. 9. num. 39. & ſeqq. Anton. Fab. in Cod. tit. 6. lib. 15. diffinit. 4. num. 5. in fin.*

Rursùs in vltimis verbis §. *Reliqua verò* poſt
verba, *Et ipſis deficientibus, alijs propinquis ip-*
24 *ſius Teſtatoris*, ſubditur Clauſula, *In modum*
prædictum, quæ indubitantèr ſtat relatiuè
ad omnes circumſtantias ſuprà expreſſas tàm
reſpectu graduum, quàm reſpectu maſculini-
tatis, vt in ſpecie ad inducendam repetitionē
firmat *Peregr. de fideicomm. art. 29. num. 17. Oſaſc. deciſ. Pedemontan. 23. nu. 40. & 41. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 403. num. 39. Caſtill. controuerſ. tom. 5. cap. 117. num. 28.* & de dictio-
nibus *modo, & forma vt ſuprà*, *Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. d. fol. 100. col. 1. verſ. ſed poſtmodum dicit receptiorem*, & generalitèr de
dictionibus repetitiuis *modo, & forma, de quibus ſuprà*, & ſimilibus *Adden. ad Gregor. deciſ. 514. num. 17. in fin. verſic. item etiam. Rota tenuit Adden. ad Buratt. d. deciſ. 272. num. 20.* &
25 quòd deſcendentium appellatione non ve-
niant fœminæ, vbi fit repetitio qualitatis ma-
ſculinæ per verba relatiua, in ſpecie *Menoch. conſ. 1216. ex num. 18. Franc. Redenaſc. conſ. 30. num. 81. & 82. lib. 1. Rot. apud Duran. dec. 300. num. 21.*

26 Accedat *Statut. Ianuen.* excludere fœminas
propter maſculos, cum quo proindè præſu-
mitur Teſtatorem ſe conformare voluiſſe,
ſicuti in effectu ſe conformauit, dum proprias
excluſit filias, quod eſſe fortiſſimum argumē-
tum ad excluſionem fœminarum, optimè de-
ducit

ducis Dexart d. decis. Sardin. 35. per tot. Rot. apud Buratt. d. decis. 272. ex num. 2. cum plurib.
27 *seqq.* ex quo *Statutum* exclusiuum fœminarũ præsumitur factum fauore agnationis, *Becc. cons.* 189. *num.* 59. *Thesaur. decis.* 37. *num.* 5. *&* *decis.* 263. *num.* 1. *Gabr. cons.* 14. *num.* 10. *lib.* 1. *Rot. decis.* 135. *num.* 7. *par.* 5. *rec.* & licèt con-
28 trouertitur, an exclusio fœminarum facta per *Statutum* præsumatur facta ob solam contemplationem agnationis, vel etiam ob prælationem masculorum, prout in puncto huius *Statuti Ianuæ* disputat *D. Altograd. cons.* 62. *num.* 5. *cum plurib. seqq. lib.* 2. Hæc tamen con-
29 trouersia in præsenti est superflua, dum aliundè habemus enixam Testatoris voluntatem pro repetitione masculinitatis, quo casu exclusis fœminis per *Statutum*, & vocatis masculis, quia linea finitur in fœmina, Descendens à fœmina, & si masculus, non potest dici de linea masculina, quam Testator plurès repetijt tantùm ex masculina linea descendentes prædiligendo, vt optimè *per text. in l. pronunciatio ff. de verb. signific.* explicat *Bursatt. cons.* 228. *nu.* 26. *vers. linea namq. Cephal. cons.* 413. *num.* 17. *vers. quartò ego considero, Menoch. cons.* 205. *num.* 18. *vers. secundò accedit, & num.* 38. *Peregr. de fideicomm. art.* 26. *ex num.* 29. *Gratian. discept. forens. cap.* 901. *ex num.* 21. & faciunt egregiè tradita *in Bononien. Fideicommissi de Barberijs* 5. *Decemb.* 1650. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado §. siquidem vers. ipse verò Comes* impressa *post Franc. Censal. in obseruat. ad Peregrin. de fideicomm. in ordin.* 17. *per*
30 *tot.* & quòd sæpiùs repetita mentione lineæ masculinæ, magis censeatur habitus causatiuè respectus ad conseruationẽ agnationis, quàm ad sexus dilectionem, firmat *Castren. cons.* 421. *num.* 3. *lib.* 1. *Crauett. cons.* 113. *num.* 2. *Aldobrandin. cons.* 6. *num.* 47. *Cephal. cons.* 251. *nu.* 49. *Menoch. cons.* 205. *ex num.* 13. *& cons.* 775. *num.* 20. *Gabr. cons.* 116. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2.
31 Iuncta, vt dixi, propriarum filiarum exclusione, quod in specie considerat *Rot. in d. Bononien. Fideicommissi de Barberijs apud Censal. decis.* 17. *num.* 7. *vers. tertiò ex propriarum filiarum exclusione.*

Iuncto præcipuè, quòd idemmet Testator, deficientibus filijs, & filiorum filijs, & descendentibus, voluit responderi alijs propinquis ipsius Testatoris; Quippè cùm hic videatur expressè contemplata proximitas grauantis, & non grauati, & re vera grauanti ad præsens proximior sit D. Nicolaus Maria, D. Io. Augustino filio D. Nicolettæ, remanet sublata omnis difficultas, etiam hac propositione at-
32 tenta; Cùm in hoc casu posset sustineri opinio, in fideicommisso attendi proximitatem respectu Grauantis, non autem respectu Grauati, vt latissimè tuentur *Gratian. cap.* 493. *num.* 19. *& seqq. & num.* 53. *Fachin. controuers. Iur. lib.* 4. *cap.* 85. *Surd. cons.* 31. *num.* 29. *& cons.* 120. *num.* 8. *Cyriac. controuers.* 269. *num.* 2. *D. Altograd. cons.* 65. *num.* 11. *& seqq. lib.* 1. Ad-
33 iuncta maximè Clausula, *In stirpes, & non in capita,* dixerunt *Cephal. cons.* 493. *num.* 46. *&* 47. *Peregrin. de fideicom. art.* 20. *num.* 8. Præci-
34 puè quando verba sunt relata ad ipsum Testatorem, ibi, *Propinquis ipsius Testatoris,* voluere *Decian. cons.* 21. *num.* 2. *lib.* 3. *Gratian. discept. forens. cap.* 493. *num.* 20. *Cephal. cons.* 333. *num.* 7. *Rot. apud Seraphin. decis.* 553. *num.* 6.

35 His positis, non obstant superiùs adducta, quià vnica respõsione tolluntur, vt nempè repetitio qualitatis masculinæ non admittatur, quando aliundè non deducitur, quòd Testator fuerit contemplatus agnationem, vel quãdò non vsus fuit verbis repetitiuis, vel tandem quandò tractaretur de mutatione personæ (quicquid sit quoad mutationem graduum, in puncto *D. Io. Dexart decis. Sardiniæ* 35. *num.* 29. *& seqq.*) vt optimè explicant *Bursatt. cons.* 228. *ex num.* 70. *cum plurib. seqq. lib.* 3. *Adden. ad Buratt. decis.* 272. *ex num.* 19. & fuit dictum *in Spoletana Bonorum* 13. *Aprilis* 1646. *coram Emin. D. Card. Corrado §. quid contraria conclusio* impressa *post Censal. ad Peregr. de fideicomm. in ordin.* 34. *ex num.* 3. *§. quid contraria conclusio.*

Non etiam obstat, D. Io. Augustinum descendere à D. Nicoletta, quæ fuit admissa.

Quià illa admissio non potest sustineri in vim sententiæ, cùm non fuerit dispuncta hæc difficilis controuersia apud Iudices, quales non possunt dici Columnãtes, vel Illustres depositorum Protectores, vt mihi supponitur, & quatenùs posset dici sententia, illius verba sunt restricta ad personam D. Nicolettæ, qua proindè mortua, remanet extinctus effectus suæ admissionis, quæ fuit facta per viam mandati Scribis Columnarum; Ideòq. iuxtà stylum res remanserit in puris terminis primi status, secundùm quem dum iterùm hodiè disputatur de admissione, & ex deductis constat de bono iure D. Nicolai Mariæ, frustrà alle-
36 gatur D. Nicolettæ admissio, maximè dum illa fuit cum Clausula, *Donec aliter habueritis in mandatis,* quæ æquipollet alteri, *Sinè præiudicio habentium meliora, & potiora iura,* quæ cùm hodiè D. Nicolaus Maria deducat apud Iudices, videntur omninò amplectenda, cùm
37 regularitèr taciturnitas non noceat, nec possit allegari res iudicata, quando ius repugnat, *iuxtà doctrinam Bald. in l.* 1. *Cod. sentent. rescind.*

scind. non poss. Fusar. quæst. 622. num. 30. Qui-
38 nimò.& res ipsa iudicata potest semper im-
pugnari ex nouitèr deductis, *Curt. Iun. cons.* 9.
ex num. 6. Nats. cons. 444. *num. 6. vol.* 2. vbi à
39 fortiori hoc dicit verum, quando pronuncia-
tio est facta ex præsumptiuis probationibus,
nempè negotio veridicè non discusso, *iuxtà
doctrinam Alex. in l. sæpè num.* 76. *&* 81. *ff. de*
40 *re iudic.* Nec obseruantia ad effectum admit-
tendi, vel excludendi aliquem à successione
potest allegari, nisi sit obtenta in contradicto-
rio iudicio, *Rot. decis.* 264 *num.* 29. *par.* 6. *rec.*
41 & Tribunalia Suprema etiam aduersùs sen-
tentias, & rem iudicatam non attendunt lap-
sum temporis, quando constat de læsione, &
de causis restitutionis in integrum ratione in-
iustitiæ &c. vt passim seruat *Rot. Rom.*
42 Quinimò in cõcursu istius pronunciæ mul-
tò maius robur habere debebunt antiquæ sen-
tentiæ, per quas fœminæ ab his prætensioni-
bus veridicè fuerunt exclusæ, prout re vera
excludi debebant, stante super existentia lineę
masculinæ, etiam à Testatore contemplatæ, ac
prædilectæ iuxtà *Iura*, ac *doctrinas* superiùs
deductas.

Et ità &c. Saluo Iure &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Dotes traditæ filiabus, viuente patre, an, & quando imputentur in legitimam, si de eis adesset controuersia post patris mortem, & quid si fuerit stipulatum, vt redderentur filiabus, vel earum filijs, num videatur renunciatum *text. in l. dos à patre Cod. de iur. dot.* Legitima an, & quando sit detrahenda à dispositionibus, etiam in causam piam factis, & an ad eam calculandam, donationes poni debeant in cumulo, & an ad istum effectum sit seruandum tempus mortis, vel donationis, & conclusio procedat tàm in donatione, vel alienatione ex titulo lucratiuo, quàm oneroso. *Statutum* Laicorum non ligat Clericos, etsi fuerit conditum tempore, quo Clericus erat Laicus, nisi fuerit specificè approbatum Confirmatione Apostolica.

SVMMARIVM.

Legitima debetur filia, & nepotibus ex filia natis. num. 1.

Legitima est portio portionis hereditariæ, quam quis est ab intestato habiturus. num. 2.

Legitima non debetur illis, à quibus successio ab intestato est remota. num. 3.

Dotes tradita filiabus, viuente patre, imputantur in legitimam, quando disputatio fieret post patris mortem. num. 4. *&* 5.

Filia an, & quando disponere possit de dote à patre tradita ex Stat. Ianuen. *num.* 6.

Dotes censentur omninò separata à substantia patris, & non sunt in legitimam imputanda, si fuerit stipulatum, vt ea redderentur filiabus, cum inducatur titulus tacitus donationis, per quam excluditur legitimæ imputatio. num. 7.

Pater stipulans dotem reddi filia, vel illius filijs, videtur renunciatum dispositioni text. in l. dos à patre Cod. de iur. dot. *num.* 8.

Dotes, qua amplius ad patrem non reuertuntur, & filia habent vti præcipuum, vel earum filij habebunt non ab Auo, sed vti heredes matris, reddunt sufficiens ad imputationem legitima excludendam. num. 9.

Legitima est detrahenda etiam ex bonis ad vsus pios dispositis, & inter viuos donatis. num. 10.

Legitima est fauorabilior quacunq. legitima causa, & ideò non solùm minuitur per huiusmodi dispositiones, sed ex illis quoq. detrahitur. n. 11. *&* 12.

Legitima non est detrahenda à dispositionibus, quando commodè ex alijs bonis deduci valeat. num. 13. *&* 14.

Donationes debent poni in cumulo. ad effectum calculandi legitimam. num. 15. *& an in hoc sit seruandum tempus mortis, vel donationis, & an conclusio indistinctè procedat tàm in donatione, vel alienatione ex titulo lucratiuo, quàm ex titulo oneroso. num.* 16.

Exhæredatio nõ sustinetur, nisi expressa causa. n. 17.

Testamenti impugnatio ex capite exhæredationis prohibetur, reseruata legitima de iure natura debita, & hoc de Iur. Statut. *num.* 18.

Statutum conditum à Laicis non ligat Clericos nullam potestatem habentibus respectu personarum Ecclesiasticarum. num. 19.

Statutum Laicorum, reiecta aliquorum opinione, nõ comprahendit Clericos, licèt fuerit conditũ tempore, quo Clericus erat Laicus, nisi Confirmatione Apostolica fuerit approbatum in forma specifica. num. 20.

Assistat

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Imputationis.

Consilium VIII.

PRo veritate iuxtà propositam facti seriem, an dum D. Camillus Bolognettus masculina prole carens in matrimonium collocauit D. Mariam eius filiam legitimam, & naturalem cum D. Petro Herculano D. Cæsaris filio cum dote librarum ducentarum millium Genuæ, & D. Victoriam alteram filiam cum D. Antonio ipsius D. Petri fratre cum simili dote, & postea nonnullas ingentes donationes fecerit Hospitalibus, & locis Pijs, & tandem condiderit testamentum, & codicillos, in quibus nedum exhæredauit filios q. Mariæ eius filiæ prædefunctæ, sed etiam Victoriam alteram filiam tempore eius mortis viuentē, instituendo hæredes extraneos, possint præfati, qui fuerunt exhæredati aduersùs paternum, & auitum testamentum aliquid prætendere.

Verùm quià ad principalis dubij resolutionem deueniri non potest, nisi pluribus dispunctis articulis, operę pretium erit illos particulariter attingere.

Inspectio Prima.

1 AN in bonis Camilli debeatur legitima dd. DD. Victoriæ filiæ, ac nepotibus *filijs D. Mariæ prædefunctæ.*

Hoc dubium videtur affirmatiuè resoluendum, tàm *inspecto Iure Statutario Reipublicæ Ianuen. tit. de successionib. abintestat. §. si ex defuncto*, quàm *ex dispositione Iuris Communis §. si quis igitur, Auth. de hered. abintestat. veniens*; 2
2 Legitima enim est portio portionis hæreditariæ, quam quis esset abintestato habiturus, *Auth. nouissima Cod. de inofficios. testam.* latissimè *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 1. quæst. 1. ex num. 2. Rot. decis. 15. ex num. 16. part. 4. tom. 2.*
3 *recent.* & illis, à quibus successio abintestato est remota non debetur legitima, *Rot. decis. 415. 424. & 449. part. 4. diuers.* At in præsenti est indubitatum, successionem abintestato Camilli non potuisse spectare nisi ad D. Mariam, & filios D. Victoriæ, vti proximiores, & abintestato succedentes.

Est tamen in hoc aduertendum, an filię, dote recepta, renunciauerint iuribus sibi competentibus, vel competituris super hæreditate paterna, & materna; quià si talis adesset renunciatio, sibi præiudicassent, & aduersùs extraneum in patris testamento institutum, nihil prætendere possent, licèt hæc disputatio magis fieri soleat in ordine ad successionem vniuersalem, quàm in ordine ad legitimam.

Inspectio Secunda.

4 AN in omnem casum dotes datæ DD. Mariæ, & Victoriæ debeant imputari in legitimam.

Hæc inspectio de Iure Communi nullam apud me pro affirmatiua inuolueret difficultatem, intelligendo tamen, quando hæc disputatio, prout hic, fit post mortem patris, vt *per text. quoniam nouella Cod. de inofficioso testamen.* firmant, ibidem *Bocc.* & alij relati *per Borrell. in sua summa decisionum tom. 3. tit. 4. de iur. dot. ex num. 325. Mangil. de imputat. qu. 53. ex num. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. Glos. 1. part. 1. ex num. 121. Franc. Ant. Costa cons. 19. ex num. 48. & cons. 87. ex n. 15. Amat. Panormit. resolut. variar. tom. 2. resolut. 64. ex*
5 *nu. 5.* qui omnes pro indubitato tenent, quod mortuo patre, dos filiæ in vita à patre tradita imputetur ei in legitimam, cum quibus, & alijs conuenit *Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. qu. 8. nu. 1.* & ex professo dispungit nouissimè *D. Io. Dexart decis. Sardin. 23. per tot.* At quià fuit
6 in actu stipulationis conuentum, quòd eueniente casu restitutionis dotium, illę restitui deberent prædictis Marię, & Victorię, & illarum respectiuè hęredibus, vel illis, cui de iure, & forma *Statut. Genuæ* venissent restituendę, & soluendę, & in vim *prædictorum Statut.* dotes reputentur, vt ęs alienum, vt in *Rubr. de falcidia fideicommiss. & legat. §. prædicta portionis, & lib. 5. cap. 4. de petendis dotibus, §. mortuo marito cum duob. seqq.* adeò vt de illis possint cum consensu patris testari vsque ad decimam partem pro causa pia, vt in *tract. de testam. & vlt. volunt. §. filij, & filiæ familias*
7 *cum duob. seqq.* Hinc fit, dotes censeri omninò separatas à substantia patris, proindeq. in legitimam non esse imputandas, vt in puncto dotis traditę cum stipulatione de ea reddenda filię, vt ex ea inducatur titulus tacitus donationis, per quam excluditur imputatio, firmat *Thomas. in suis tractatib. varijs tract. 4. de legitim. tit. 15. cap. 11. ex num. 342. Excellentiss. D. Comes, & Præses Andreol. controuers. 4.*
8 *ex num. 2.* ex ratione quià quotiescunq. pater stipulatus est, dotem reddi filię, vel illius filijs, videtur renunciatum dispositioni *text. in l. dos*
9 *à patre Cod. de iur. dot.* Vndè dotem, quę ampliùs ad patrem non reuertitur, vel filię ipsę

habent vti præcipuum, vel earum filij habebunt non ab Auo, sed vti hæredes matris, quod sufficit ad imputationem excludendam, *Thob. Non. cons. 49. ex num. 4. Surd. cons. 219. ex num. 19. & seqq. Thesaur. decis. 237. ex num. 12. Rot. apud Seraphin. decis. 568. ex num. 6. & apud Duran. decis. 231. ex num. 13. & seqq. & ex num. 16. & 17. cum plurib. seqq.* & in hunc sensum optimè conferunt deducta *per Fusar. de substit. quæst. 497. ex num. 10. & 13. in fin.* & licèt hæc sit opinio admodùm difficilis, & implicata, cùm materia imputationis vt plurimum pendeat, vel ex circumstantijs, vel ex Testatoris voluntate, concurrentibus supradictis, de veritate conclusionis ad imputationem excludendam, non est dubitandum.

Inspectio Tertia.

10 AN quatenus legitima deberetur, veniat detrahenda etiam ex bonis ad vsus pios dispositis, vel inter viuos donatis.

Circà hoc dubium, licèt aliàs ego in consulendo fuerim anceps, & aliquando negatiuã opinionem fuerim sectatus: Tamen in Sacro Auditorio Romano retulit mihi carissimus Germanus frater semper recolendæ memoriæ Ioseph Censalius in Romana Curia primi nominis Aduocatus, quod pro illa obtinere non potuit, ex quo fuit habita pro veriori opinio *Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 21. ex num. 1. cum seqq. & num. 15.* quòd nempè, etiam donata inter viuos in vsus pios debeant poni in cumulo bonorum ad effectum detrahendi

11 legitimã, ex ratione quia legitima est fauorabilior quacunq. pia causa, ideòq. non solùm nòn minuatur per huiusmodi dispositiones *iuxtà text. in cap. fin. 17. quæst. 4. Alexan. cons. 45. ex num. 11. lib. 1. Roland. cons. 39. num. 24. & seqq. lib. 3. Rot. decis. 420. ex nu. 1. par. 4.*

12 *recent.* Sed ex illis quoq. detrahitur *Auth. si qua mulier Cod. de Sacrosanct. Eccles. Bart. in l. si quis ad declinandum num 6. Cod. de Episcop. & Cleric. Alex. d. cons. 45. ex num. 11. lib. 1. Ruin. cons. 57. ex num. 5. in fin. lib. 2. & cons. 140. ex num. 2. lib. 5. Rot. coram Gregor. decis. 539. ex num. 6. & seqq.*

13 Et licèt conclusio limitetur ab aliquibus, quando adsunt alia bona, ex quibus æquè, ac commodè legitima detrahi possit, vt nempè, de illis, & non de dispositionibus sit detrahenda, habita ratione valoris rerum donatarum, & legatarum, vt per *Merlin. de legitim. lib. 2.*

14 *tit. 1. quæst. 10. ex num. 10.* hæc tamen limitatio intelligi debet, quando commodè ex alijs bonis possit fieri deductio, *iuxtà tradita per Gabr. cons. 138. ex num. 6. vers. idcircò necesse lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 700. ex n. 25.*

15 *cum plurib. seqq.* Sed, vt dixi, opinio, quòd tales donationes debeant poni in cumulo ad effectum calculandi legitimam, videtur magis approbata; de quà re etiam *Franc. Censalius* paritèr meus Germanus *in obseruat. ad Peregr. de fideicomm. in impressione Venetà fol. mihi 421. col. 1. versic. decimo septimo obseruo*, vbi etiam,

16 an in hoc sit seruandum tempus mortis, vel tempus donationis, & an conclusio indistinctè procedat tàm in donatione, vel alienatione ex titulo lucratiuo, quàm ex titulo oneroso.

Inspectio Quarta.

AN D. Alexander Clericus vnus ex dictis nepotibus ex Victoria filia præmortua ob exhæredationem de eo expressè, factam nulla expressa causa, possit dicere de nullitate testamenti.

17 Licèt *de Iure Communi* exhæredatio non sustineatur, nisi expressa causa, *iuxtà text. in Authen. non licet, & Auth. ex causa Cod. de liber.*

18 *præterit.* De iure tamen *Statutario* Reipublicę Genuen. *tit. de testamen. & vlt. volunt. §. saluis semper*, prohibetur impugnatio testamenti ex capite exhæredationis, reseruata tamen legitima iure naturę debita; Verùm quià vnus ex dd. Nepotibus Testatoris, scilicèt, D. Alexander, vt mihi supponitur, est Clericus, ideò inspiciendũ, an *sub* præfata *Statut.* dispositione comprætendatur, ità vt tantùm legitima debeat esse contentus, vel potiùs iuxtà Iuris Communis dispositionem, *tanquàm* in *Statuto* non compræhensus possit ex capite exhæredationis non expressis causis, testamentum impugnare.

19 Et quidèm præfatum Clericum non ligari *à d. Statut.* vtì condito à laicis nullam prorsus potestatem habentibus respectu personarum Ecclesiasticarum, est vulgatus *text. in cap. cum Ecclesia S. Maria*, vbi communitèr *DD. de constitut. Salicet. in Auth. cassa num. 24. Cod. de Sacrosanct. Eccl. Roland. cons. 57. ex num. 29. lib. 2. Cephal. cons. 95. ex num. 15. Surd. decis. 20. ex num. 8.* latissimè *Alexan. Sperell. decis. Fori Ecclesiast. 11. ex num. 20. cum plurib. seqq. Bottiglier de successionib. abintestato cap. 1. theorem. 12. ex num. 2.* quicquid dicat *idem Bottiglier sub num. 5. Hodiern. controuers. 7. sub num. 59.*

20 *& Franc. Redenasc. cons. 26. per tot.* vbi quòd debeat attendi principium, & natiuitas illorum, qui sub *Statuto* ortum habent, cuius vinculum postmodum tollere non valeat habitus, vel Clericatus superueniens, hæc enim

opinio

opinio non est vera, cùm ad hunc effectum nō debeat attendi tempus, cùm *Statutum* fuit conditum, sed tempus, in quo eiusdem *Statuti* effectus confertur, & sic tempus delatæ successionis, de quo tempore cùm Alexander iā Clericus reperiretur, dici non potuit, quòd ei fuerit iniectum vinculum *Statuti*, & quòd eius persona illi subiecta remanserit, deficiente confirmatione Apostolica in forma specifica, & hæc est inconcussa opinio *Rot. Romanæ vt in Spoletana Bonorum* 13. *Aprilis* 1646. §. *visa fuit coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado in Roman. seu Ianuen. bonorum Montium* 26. *Aprilis* 1648. §. *nec obstat coram Reuerendiss. Cerro, in Rauennaten. Hæreditatis* 5. *Iunij eiusdem anni* 1648. §. *tamen. Domini coram Emin. D. Card. Otthobono*, quæ est in eius impressis *decis.* 149. *num.* 4. *cum seqq. in Eugubina Hæreditatis* 2. *Iunij* 1651. §. *contraria p. bilominus coram bo. mem. Bichio, & coram eodem in Bononien. hæreditatis* 28. *Iunij* 1652. §. *nec obstat Statutum Bononiæ cum seqq. & in Tudertina successionis* 29. *May* 1652. §. *non obstat, quòd ex dispositione Statuti coram Reuerendiss. Melzio*, vbi optimè ad omnia contraria respondetur. Et ità &c. Saluo semper &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Declaratio Creditoris circà quantitatem, & eius substantiam an, & quādo sit sufficiens, vt indè satisfactionē consequi valeat, remota fraudis suspicione, si Testator demandauerit, vt stetur eius simplici notæ, vel declarationi. Probatio qualis qualis nō censetur remissa à Testatore ad euitandā doli, & fraudis suspicionem, & idem procedit, si fuerit promissum de stando circà administrata simplici dicto Administratoris in ampla forma. *Statuto* disponente, vt stetur Iuramento damnum passi, debet priùs probari damnum datum fuisse, & posteà admittitur declaratio super quantitate, & æstimatione. Declaratur *tex. in l. Theopompus ff. de dot. prælegat.* vbi *Bart.* saluatur ab iniquitate illi impicta *à Rum. cons.* 104. *num.* 8. *vers. & quamuis Bart.* & declarantur *decis. Sac. Rot. Rom. apud Martin. Andr. decis.* 73. *& decis.* 239. *par.* 7. *recent. Statutum* mandans vt vltimæ voluntates intelligi debeant ad literam, prout iacent, & absq. vllà interpretatione, non censetur excludere interpretationem legalem, sed tantùm friuolam, & inanem, & de alijs solidè discutitur.

SVMMARIVM.

Creditoris declaratio sufficit ad comprobationem quantitatis crediti, sed non circà ipsius specificam substantiam. num. 1.

Statutum si disponat, vt stetur Iuramento damnum passi, debet priùs probari, datum fuisse damnum, & postea admittitur illius declaratio super quantitate, & æstimatione. num. 2.

Testator dans facultatem, vt stetur simplici notæ, vel declarationi, non sustinetur, non probata Crediti substantia, tanquam iniqua facultas, & fraudis nutritiua. num. 3. *&* 4.

Promissio de stando simplici dicto, vel Iuramento, seu priuata scriptura alicuius non sustinetur. ibid.

Testator non valet immutare Iurisdictionis formam scilicet, vt Iudici fiat fides ex aliqua specie probationis, ità vt verba Senza proua alcuna *intelligi debeant de probatione formali, plena, & scrupulosà, secus de quali quali. num.* 5.

Probatio qualis qualis neutiquam dici potest remissa à Testatore, ad effectum euitandi doli, & fraudis suspicionem. num. 6.

Promissione facta de stando circa administrata simplici dicto sui fratris in ampla forma, probatio qualis qualis non dicitur remissa. num. 7.

Declaratio commissa Creditori per Testatorem an, & quando sustineatur arbitrio boni viri, & non inducat suspicionem fraudis, super quo declaratur tex. in l. Theopompus 14. *aliàs* 15. ff. de dot. prælegat. & Bart. super eod. text. & l. fin. ff. de prætor. stipular. ac Cin. in l. si quis in conscribendo Cod. de Episc. & Cleric. *num.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. *&* 15.

Debitor quandonam mandare possit, vt stetur declarationi Creditoris, illiusq. fidem sequi, vndè declarantur aliqui DD. & dec. *num.* 14.

Crediti substantia probata, vel circà illius veritatem aliquo

aliquo fumo adducto, Creditoris declaratio admittitur, si fuerit æqua, & verisimilis. num. 16.

Petitione exorbitanti facta, bonus vir arbitrari debet quantitatem. num. 17.

In hæredis perniciem non debet tolerari effrenatum arbitrium, nè sit in facultate Legatarij totam euertere dispositionem. num. 18.

Testator præsumitur voluisse grauare hæredem, quàminus possibile sit, & ideò in dubio interpretatio fieri debet fauore hæredis, maximè quando accedunt verba generalissima. num. 19. & 20.

Statutum si disponat, quòd vltimæ voluntates intelligi debeant ad literam, prout iacent, & absque vlla interpretatione, non censetur exclusa interpretatio legalis, sed tantùm friuola, & inanis. num. 21.

Statutum ne mutatè, & iniquè intelligatur, non debet tàm tenaciter adhæreri literæ. num. 22.

Statuti interpretatio semper censetur præseruata, per quam secundùm subiectam materiam euitantur fraudes, etiamsi opus esset, verba impropriare, habito temperamento iustitiæ, & æquitatis. num. 23.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Ianuen. Legati.

Consilium IX.

VErba testamenti. *Item dichiara detta Testatrice di restare debitrice al Magn. Gio. Carlo suo figlio di più partite, e somme, perciò ordina, e vuole, che li siano prontamente pagate, e sodisfatte nella sua heredità, e beni, secondo la semplice nota, ò conto, che esso ne darà senza proua alcuna, perche essa sà di certo, che non domandarà, se non quello, che realmente hauerà dato ad essa Testatrice, e questa è l' vltima sua volontà &c.*

Hæc, inquam, verba licèt præseferant confessionem debiti per Creditorem declarandi, tamen nè detur occasio eidem Creditori de-
1 linquẽdi, & committendi falsum, intelligi debent non quidem de declaratione circà eiusdem debiti specificam substantiam, quæ aliundè, quàm in confessione probari debet, sed circà quantitatem, ad cuius comprobationem videtur sufficiens Creditoris declaratio, *iuxtà doctrinam Bart. in l. diuus num. 2. ff. de milit. testam. & in l. si quando num. 4. Cod. vndè vi*, vbi
2 quòd si ex dispositione Statuti concessum sit, vt stetur iuramento damnum passi, debeat priùs probari, datum fuisse damnum, & postea admittitur illius declaratio super quantitate, & æstimatione, eandemq. propositionem sequuntur *Cin. & Bald. in eadem l. si quando nu. 4. Dec. cons. 83. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 471. num. 48. Natt. cons. 450. num. 10. & seqq. Rot. apud Cardin. Millin. decis. 12. num. 3.*
3 *& seqq.* & si aliàs diceretur, ista facultas esset indubitanter iniqua, & fraudis nutritiua, quæ proindè absq. probatione substantiæ Crediti sustineri non posset, sicuti non sustinetur promissio de stando simplici dicto, vel iuramento, seù priuatæ scripturæ alicuius, prout reprobando *Bart.* contrarium sentientem, firmat *Ruin. cons. 104. num. 8. vol. 4. Curt. in l. admonendi num. 36. ff. de iureiuran. Innocent. in cap. cum P. Tabellio de fid. instrum. Signorol. de Homod. cons. 133. num. 1. Roman. cons. 204. nu. 4. & cons. 205. num. 3. Decian. cons. 33. num. 110. vol. 1. Menoch. cons. 1. num. 328. Hippolyt. Riminald. cons. 213. nu. 9. vol. 2. Rot. apud Card. Millin. decis. 12. num. 4. & seqq. & decis. 16. nu. 1. vers. assertioni verò, & dec. 21. num. 5.*
4 Et in puncto Testatoris, qui mandauit deberè stari declarationi vxoris, vel alterius, per easdem rationes concludit *Signorol. de Homod. cons. 156. num. 21. & 22.* vbi *in vers. item non*
5 *potest* in specie ponderat, quòd Testator minimè valeat Iurisdictionis immutare formã, quæ est, vt Iudici fiat fides ex aliqua specie probationis; Adcò vt verba illa, *Senza proua alcuna*, debeant intelligi de probatione for-
6 mali, plena, & scrupulosa, secùs de quali quali probatione, quæ neutiquàm potest dici remissa, ad effectum euitandi doli, ac fraudis suspicionem, vt in simili loquendo de liberatione à rationum redditione, firmat *Ruin. cons. 54.*
7 *ex num. 13. cum seqq. lib. 1.* vbi in specie considerat hoc esse verum, etiam quòd fuisset facta promissio de stando circà administrata simplici dicto fratris sui in ampla forma, *Gomes. tom. 1. variar. cap. 12. num. 83. Paris. cons. 21. num. 56. & seqq. lib. 2. & cons. 8. num. 22. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 164. num. 1. Rot. decis. 762. num. 8. par. 2. recent. & coram Gregor. decis. 187. num. 11. & in Romana Relaxationis Transactionis 29. Maij 1648. §. nec enim coram Emin. Corrado, & in alia Romana Redditionis Rationis 27. Iunij 1656. §. quoniam huiusmodi liberatio coram R. P. D. Albergato.*
8 Rursus *text. in l. Theopompus 14.* aliàs *15. ff. de dot. prælegat.* ex quo mouentur contrariũ sentientes, habet varios intellectus, & meritò super propositione *ab illo text.* deducta, quòd nempè Testator mandare potest, vt stetur di-
9 cto vnius, dicit ibidem *Bart. in princip.* quòd multi credunt illũ scire, sed ignorant, vt optimè

mè aduertit *Cyriac. controu.* 444. *num.* 50. 51. *& 52.* vbi subdit, quòd in omnem casum propositio. *ex illo text.* deducta, non possit intelligi extrà causam dotis, de qua loquuntur; Nam illins fauore valet legatum ab vno declarandum, dummodò tamen sit in illius arbitrium collata non substantia dispositionis, quià hæc esset captatoria voluntas, sed quantitas, vt rectè explicat *Magon. decis. Floren.* 7. *num.* 1. *cum*
10 *seqq.* Quatenùs verò *Bart. super d. text. in l. Theopompus, & in l. fin. ff. de prator. stipulat.* negat per iussionem, seù præceptum Testatoris, vt stetur dicto Creditoris, minimè induci suspicionem fraudis, nec declarare debentem inuitari ad delinquendum, iniquè loquitur, vt ait *Ruin. d. cons.* 104. *num.* 8. *vers. & quamuis Bart. l.* 4.

11 Sed si *Bart.* saluare velimus ab ista iniquitate, oportet recurrere ad distinctionem, *Cin. in l. si quis in conscribendo Cod. de Episcop. & Cleric.* vt nempè si mandatum Testatoris, vt stetur dicto vuius, caret suspicione fraudis, & hoc casu sustinetur, & procedat opinio *Bart.* Si verò declaratio ab illo facta sit iniqua, fraudemq. inuoluere valeat, & ità procedat opinio *Cin.* vt nempè hoc casu possit impugnari, saltim ad effectum, vt ad arbitrium boni viri deducatur, sicuti egregiè distinguit *Ruin. d. cons.* 104. *num.* 8. *vers. potest reduci ad arbitrium boni viri, Natt. cons.* 213. *num.* 5. *versic. quod si Creditor iniquè arbitretur, poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, & num.* 6. *&* 7. *& cons.* 450.
12 *num.* 10. *& seqq.* vbi ità etiam conciliat *Cin. & Bart.* asserens declarationem commissam arbitrio Aduersarij quibuscunq. verbis, semper propter suspicionem proprij commodi censeri commissam arbitrio boni viri, *Signorol. de Homod. d. cons.* 133. *in fin. vers. solus quidem videntur dicere, & cons.* 156. *ex num.* 18. *vsq. ad* 23. vbi hinc indè arguit, & pro hac egregia distinctione concludit esse idem in vltimis voluntatibus, prout hìc, & in eisdem terminis est *tex. in l.* 11. *§.* 7. *ff. de legat.* 3. cuius verba benè ad propositum ponderat *Leotard. de vsur. quæst.* 76. *nu.* 3. & signantèr *nu.* 4. *vers. quod & in vltimis voluntatibus, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 15. *& seqq.* & hanc etiam partem fuit secuta *Rot. apud Millin. d. decis.* 12. *num.* 3. *& seqq.* & signantèr
13 *num.* 6. *& decis.* 21. *num.* 4. quodq. hoc casu requiratur etiam iuramentum, firmat *Peregr. de fideic. art.* 33. *num.* 58. *Altograd. cons.* 21. *nu.* 24. *&* 25. *lib.* 1. & fuit dictum in *Romana Legati* 17. *Martij* 1634. *§. secundò visum fuit coram bo. mem. Card. Fabritio Verospio.*

14 Non obstat *decis. Martini Andreæ* 73. *ex nu.* 1. cum alijs ibid. allegatis, quiq. repetuntur in *decis.* 239. paritèr *num.* 1. *& seqq. par.* 7. *recen.* Quià licèt ibi firmetur conclusio, quòd debitor possit mandare, vt stetur declarationi Creditoris, illiusq. fidem sequi, tamen expressè tàm *Rot.* quàm *DD.* ab ipsa allegati supponũt constare de substantia debiti, & tantùm declarationem circà quantitatem, Legatarij arbitrio censeri commissam, vt optimè declarando *Alex. cons.* 54. *vol.* 2. se explicat *Martin. Andr. d. decis.* 73. *num.* 16. *vers. ob incertitudinem ob non expressam certam quantitatem, & vers. tertiò vnus ex Dominis,* vbi subditur, de-
15 clarationem in illo casu fuisse admissam, quià nedùm substantia crediti, sed etiam quantitas constabat ex quodam libro Creditoris; Quippè quòd quando declaratio quantitatis est verisimilis, & æqua, vt suprà dictum est, benè procedit opinio *Bart.* & admittit *Alex. d. cons.* 54. *num.* 5. *vers. & tantò magis prædicta procedere*; Sicuti & paritèr de substantia crediti cõstabat *in decis.* 239. *part.* 7. *recent.* vt videre est *ibid. num.* 16.

16 Adeò vt semper sit verũ dicere, quòd quando versamur in simplici iussione facta à Testatore, quòd stetur dicto Creditoris, nunquàm declaratio attendi debeat, nisi aliundè crediti substantia comprobetur, vel aliquis fumus circà illius veritatem adducatur; Quo sic probato, dùm declaratio circà quantitatem fuerit æqua, & verisimilis, meritò Creditoris assertio admitti poterit, vt egregiè deducitur *ex d. decis.* 239. *num.* 12. *vers. secunda exceptio, & num.* 13. *&* 14. *par.* 7. *recent.* & licèt ibi non fuerit admissa distinctio circà substantiam, & circà quantitatem; hoc tamen euenit, quià verba legati fauore Creditoris erant effrænata, & cum dictionibus, *Quomodolibet, & quomodocunq.* & demonstrabatur substantia crediti, quorum vtrunq. hìc deficit; Nam crediti substantia nullibi demonstratur, & verba in præsenti non sunt effrænata, imò potiùs restricta ad æquitatem, & iustitiam, ibi, *Perche essa sà di certo &c.* Quo casu intrat conclusio,
17 vt facta petitione exorbitanti, bonus vir arbitrari debeat quantitatem, vt benè, præter adductos, declarat *Couarr. variar. cap.* 13. *nu.* 1. *vers. ex qua hac in re reduci potest lib.* 2. & in hunc sensum si benè perpendantur tàm *decis. Martini Andreæ*, quàm aliorum suprà allega-
18 torũ, potiùs faciunt fauore hæredis, in cuius perniciem non debet tolerari effrænatum arbitrium, nè sit in facultate Legatarij totam euertere dispositionem, vt in simili arguit *Rot.*
19 *apud Mantic. dec.* 329. *num.* 5. attento præcipue, quòd in dubio interpretatio semper fieri debet fauore hæredis, quem præsumitur Testatorem grauare voluisse, quo minùs possibile

bile sit, *iuxtà text. in l. si ità scriptum 14. ff. de legat.* 1. *Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6.*
20 *tit. 1. num.* 30. & indubitanter quando non accedunt verba generalissima, prout hic, vt in specie deducitur à contrario sensu *per Rot. il decis. 239. num. 6. par. 7. recent.*
31 Et hæc opinio est nouissima, etiam stante Statuto, quòd vltimæ voluntates debeant intelligi ad literam, prout iacent; & absq. vlla interpretatione, quia non per hoc censetur exclusa interpretatio legalis, sed tantùm friuola, & inanis, vt optimè declarat *Bart. in l. omnes populi num. 65. in 6. quæst. principali ff. de*
32 *iust. & iur.* nec debet literæ ità tenaciter adhæreri, vt Statutum iudaicè, & iniquè intelligatur, *iuxtà tradità per Bald. in l. quicunq. Cod. de seru. fugitiu.* cum alijs *per Moltesperell. cons. 3. num. 30. vers. licet enim*, & semper censetur
33 præseruata illa Statuti interpretatiò, per quã secundum subiectam materiam euitatur fraudes, etiamsi opus esset verba impropriare, habito tamen temperamento iustitiæ, & æquitatis, egregiè *Osasc. decis. Pedemontan. 199. num. 6. & seqq. Rot. apud Buratt. decis. 167. num. 8. & 9.* Ex quibus &c.

Andreas Censalius I. C.

ARGVMENTVM.

Legatum habitationis factum vxori vnà cum filijs an, & quando censeatur per mortem vxoris, vel filiorum extinctum, etiamsi agatur de conditione mixta, seù casuali, aut potestatiuâ, respiciente fauorem vxoris, vel filiorum, & quid operetur, si fuerit conditum per verba, *Nè quid aliud peti, vel prætendi possit ex bonis Testatoris*. Pater si reliquerit plus vni filio, arguitur maior affectus, & dilectio, & non quòd cæteri non sint dilecti, & si prohibuerit, nè vltrà filijs relicta, aliud petere possint, censetur prohibuisse omnes molestias hæredi vniuersali inferendas tàm de iure, quàm de facto. Testator legans pro tempore vitæ Legatarij, vel ponens habitationem in eius voluntate an, & quando censeatur respicere illius tantùm fauorem, & non aliorum, cum quibus demandauerit habitationem. Dispositio an, & quando extendatur ad casum non expressum, & an, & quando expiret tempore finito, & quid si principalitèr contemplet conditionem, & secundariò tempus. Pronomen *Meum* quid importet, & de alijs in discursu notatu dignis.

SVMMARIVM.

Causa legandi mixta non euanescit morte filij, cum quo mater habitare iubetur. num. 1.

Priuatio supponit habitum. num. 2.

Coniectura fauorabilior est sumenda in statu lubrico, & coniecturali. num. 3.

Pater filiorum prouidentiam præ oculis semper habuisse præsumitur. num. 4.

Pronomina Mia, & Miei, *denotant proprietatem respectù disponentis. num. 5.*

Expressa dicuntur in vltimis voluntatibus, quæ ex coniecturis colliguntur. num. 6.

Disposita extenduntur ad casum non expressum, stãte verisimili voluntate Testatoris, qui si de eo fuisset interrogatus, idem verisimiliter disposuisset. num. 7.

Testator præsumitur voluisse ab hærede fieri, quod ipse viuens fecisset, vel esset facturus. num. 8.

Patris odium non deducitur erga filios, quos æqualiter non instituit, dum illis legitimam reliquit. num. 9.

Pater si alteri plus reliquerit, maior benè affectus, & dilectio deducitur, non autem quòd cæteri non sint dilecti. num. 10.

Legatum factum per verba, Sin che lei viuerà &c. *per mortem censetur extinctum, etiamsi agatur de conditione mixta, seù casuali, aut potestatiua, respiciente solùm fauorem vxoris, vel filiorum. num. 11. 12. & 13.*

Testator quando legat pro tempore vitæ ipsius Legatarij, vel ponit habitationem in eius voluntate, & in casu non habitationis onerans hæredem, vt necessaria ad victum eidem subministret, censetur respicere illius tantùm fauorem, non autem aliorum, cum quibus habitationem demandauit. num. 14. & 15.

Dispositio finitur finito tempore, quando in dispositione consideratur principaliter tempus, & secundariò conditio. num. 16.

Dispositio si principaliter contemplet conditionem, & secundariò tempus, per mortem vnius lega-

tum

tum non finitur. num. 17.

Legatum habitationis vnà cum filijs factum vxori principaliter considerata, ea extincta, cessat legatum, præsertim si vxori, & non filijs non fuerit relictum per viam oneris, sed per viam facultatis. num. 18.

Filijs deficientibus, deficit respectù matris ius habitandi, quando in dispositione, ius habitationis continente, sunt contemplati tantùm filij. num. 19.

Vxore extincta, extinguitur ius habitationis respectù filiorum, si in dispositione, onus habitationis continente, est contemplata solùm vxor. num. 20.

Legatum habitationis per mortem remanet extinctum, stantibus verbis temporalitatem importantibus. num. 21.

Pater si filijs probibuerit, nè vltrà eis relicta aliud petere possint, arguitur intendisse probibere omnes molestias hæredi vniuersali inferendas tàm de iure, quàm de facto. num. 22.

Petitio qualibet est reijcienda, sequuta acceptatione, stantibus effrænatis verbis legato adiectis, nè quid aliud vltrà relictum peti, vel prætendi possit ex bonis Testatoris. num. 23.

Legatum conditum cum verbis, Nè quid aliud peti, vel prætendi possit ex bonis Testatoris *censetur includere, & compensare omnem prætensionem. num. 24. & 35.*

Testator censetur minùs grauare hæredem, quàm sit possibile. num. 25.

Hæredis Reconuenti fauore in dubio semper est iudicandum. num. 26.

Iudices promptiores esse debent ad liberandum, quàm ad obligandum, & semper sequi id, quod est minimum. num. 27.

Testator facilè expressisset, si voluisset, quòd filij haberent & legatum, & habitationem post mortem matris, ac etiam in eius vita, si ab illa separatim prætendissent. num. 28.

Legati contemplatio mixta respectù vxoris, & filiorum procedit, quando legatum incipit à conditione, Si habitauerit, *& non à tẽpore* quousq. vixerit; *vel ius habitandi fuerit relictum per viam oneris vxori iniuncti fauore filiorum impuberum, vel quando respectù habitationis legata sunt contemplati ijdemmet filij, secùs quando contemplatio est tantùm fauore Legatariæ per verba temporalia. num. 29. 30. & 31.*

Habitatio vxori relicta cum liberis intelligitur relicta eius intuitu, si in defectum habitationis aliud vxori reliquerit, & non præsupponitur habitatio respectù eorundem filiorum. num. 32.

Verba nisi fuerint diserta ad ipsos filios, dicendo, Si cum matre habitare velint, *vel* Donec habitauerint, *non potest dici in illis fuisse præsuppositum ius habitandi, dum eorum contemplatio principaliter deficit. num. 33.*

Legatum censetur finitum per mortem matris, si fuerit demandata habitatio cum filijs puberibus, secùs cum impuberibus. num. 34.

Habitatio vnà cum filijs puberibus, & rixosis censetur à Testatore relicta vxori, vt eius opera, & authoritate ad meliorem viam reducerentur. n. 36.

Assistat mihi Immaculata Virginis Conceptio.

Camerinen. Legati.

Consilium X.

Viso, & considerato tenore testamenti cõditi à q. D. Thoma Naldo, præsertim in illa parte, vbi Deliæ vxori fuit sub illis verbis factum legatum. *Item lascio per ragione di legato, & in ogn' altro miglior modo, che Delia mia moglie per fino che lei viuerà, possa stare, & habitare in Casa mia assieme con li miei, e suoi figlioli, & lei habbia vitto, e vestito necessario, & in euento, che detta mia moglie non potesse, e non volesse stare, & habitare con li detti miei, e suoi figlioli, lascio, e voglio, che l' infrascritto mio herede sia tenuto, & obligato dare alla detta mia moglie tre rubbia di grano l' anno, noue some di vino, e dieci scudi l'anno, durante sua vita.*

Et etiam considerato, quòd Testator vnum ex filijs hæredem tãtùm vniuersalem instituit, relinquendo cæteris iure institutionis, & pro omni, & toto eo, quod prætendere possent scuta 4500. pro singulis.

Cùm ad præsens contingat dubitari, an mortua Delia Testatoris vxore, valeant duo filij, cum quibus illa habitare debebat, habitationis continuationem in domo Testatoris prætendere, vel potiùs per eiusdem mortem ius illud habitandi remanserit extinctum.

Videtur pro parte filiorum assistere bonum ius; ità vt habitationem post mortem matris
1 prætendere valeant; Tùm quià verba illa, *Possa stare, & habitare in Casa mia assieme con li miei, e suoi figlioli*, non solùm respiciunt fauorem D. Deliæ vxoris legatariæ, sed etiam eorundemmet filiorum, quo casu sicuti si decessissent liberi, legatum habitationis respectu Deliæ non esset extinctum, cùm versemur in casu mixto, *iuxtà tradit. per Dec. cons. 601. nu. 4. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 23. num. 7. vers. necessitas morandi in domo cum filijs non destruit legatum, etiam filijs mortuis &c. Menoch. cons. 146. num. 26. & seqq. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 123. num. 23. Capyc. Latr. dec. 52.*

num.6. lib.1. & ibid. Adden.num.6. Merlin. Pi-
gnatell. centur. 2. cap. 40. num. 39. Arias de
Mesa variar. lib. 2. cap. 5. num. 19. Ità & pari-
formitèr dici debebit fauore filiorum super-
stitum, mortua Delia, ob regulam æqualis
determinationis.
Tùm etiam quià videtur, hoc idem suade-
ri, ex quo Testator in casu, quo vxor non pos-
set, aut non vellet habitare cum filijs, ordina-
uit, ab hærede vniuersali, vt illi necessaria sub-
ministrarentur: Vndè cùm nihil dixerit circà
habitationem respectù filiorum, cum quibus
erat habitandum, præsumitur considerasse
fauore illorum habitationem præexistentem;
2 Cùm priuatio supponat habitum, l. decem ff.
de verb. oblig. Valenzuel. cons. 25. num. 58. lib.
1. & cons. 128. num. 101. & cons. 160. num. 62.
lib. 2. & cùm hæc sit materia coniecturalis, &
lubrica, vt optimè monet D. Arias de Mesa d.
lib. 2. variar. cap. 5. num. 1. vers. porrò, cùm
3 versemur in statu lubrico, & coniecturali,
erat sumenda coniectura fauorabilior, vt nē-
pè legatum habitationis, Delia defuncta, in
gratiam filiorum, quos meos, & suos respecti-
uè nominauit, non censeatur extinctum, iux-
tà tradit. per Altograd. cons. 36. nu. 28. & seqq.
& cons. 50. num. 30. & cons. 84. nu. 55. & seqq.
4 lib. 2. Cùm pater filiorum prouidentiam præ
oculis semper habuisse præsumatur, l. Quintus
Mutius 7. ff. de annuis legat. ibi, Magis enim est,
vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videa-
tur: quod etiam in terminis habitationis opti-
mè expendit Bald. cons. 140. num. 2. lib. 5. de
quo meminit Arias de Mesa d. lib. 2. variar.
cap. 5. num. 13. Aliàs verba illa, Habitare in
Casa mia con li miei, e suoi figlioli, congruum nō
haberent intellectum, quasi quòd intellexerit
Testator, vt hæres vniuersalis, durante vita
Deliæ, & filiorum nullam inferre posset circà
5 habitationem molestiam; Cùm pronomen,
Mia, & Miei denotent proprietatem respectù
Disponentis, vt in terminis ratiocinatur à
Ponte cons. 61. num. 11. & 12. lib. 1.
Accedat, filios istos fuisse institutos tantùm
in scutis 4500. pro quolibet cum conditione,
quòd nihil aliud petere possent: Vndè cùm in
institutione Pater non seruauerit æqualitatē,
cùm primum filium, & istorum fratrem res-
pectiuè hæredem vniuersalem nominauerit,
vtiq. est præsumendum, quòd si in vno illos
grauauit, in alio, nempè in habitatione grati-
6 ficare intenderit: & verba illa, quòd Nihil aliud
petere possint, sunt intelligenda præter expres-
sa, qualia in vltimis voluntatibus dicuntur
etiam illa, quæ ex coniecturis colliguntur, Ce-
phal. cons. 479. num. 12. Altograd. cons. 92. ex
num. 4. & 5. & num. 38. & cons. 96. num. 37. &
7 cons. 98. num. 90. lib. 1. ex quo si Testator fuis-
set interrogatus, an, mortua vxore, filij con-
tinuare possent in eiusdem Testatoris domo
habitationem, verisimiliter affirmatiuè res-
pondisset, & in vltimis voluntatibus hanc re-
gulam esse cæteris firmiorem, est text. in l. Ti-
tius §. Lucius ff. de liber. & posthum. Aym. cons.
98. num. 2. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 19. num.
4. latissimè Adden. ad decis. 632. ex num. 87.
cum plurib. seqq. par. 4. tom. 3. recen. & part. 7.
8 decis. 149. num. 2. Imò præsumitur voluisse ab
hærede fieri, quod ipse viuens fecisset, vel esset
facturus, est text. egregius in l. item legato §. 1.
ibi, assignaturus se viueret ff. de legat. 3. l. cum
ferunt §. nam si viuus, ibi, quod ipse viuus factu-
rus sit, ab hæredibus fieri voluisse intelligitur ff.
de condit. & demonstrat. Castrens. cons. 180. in
1. dub. lib. 1. Sim. de Pratis de interpretat. vlt.
volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 3. solut. 5. nu. 59.
9 Surd. decis. 62. num. 12. Cùm neutiquam pos-
sit deduci odium patris erga filios, quos æqua-
liter non instituit, dum illis legitimam, &
plusquam legitimam reliquit, iuxtà text. in l.
amicissimus in princip. ff. de excusat. Tutor. Cùm
10 ex eo quod alteri plus reliquerit, maior benè
affectus, & dilectio deducatur, non autem
quòd cæteri non sint dilecti, vt egregiè firma-
tur in authen. hoc ampliùs, vbi Cin. Cod. de fidei-
comm. Ruin. cons. 3. num. 15. & seqq. lib. 2. So-
cin. Iun. cons. 71. num. 19. lib. 1. Fusar de substit.
quæst. 468. num. 8. & in terminis filiorum, quì
non in totùm fuerunt exhæredati, dixit Rot. in
Romana Fideicommissi de Cincys 15. Nouembris
1638. §. nec visum fuit subsistere coram bo. mem.
Buccabella.
11 Sed his non obstantibus, contrarium de
iure verius esse censeo, & Primò quia legatū,
de quo agitur, legitur ordinatum per verba
principaliter denotantia tempus fauore D.
Deliæ ibi, Sin che lei viuerà &c. quo casu per
mortem censetur extinctum ius habitationis,
per text. in l. qui concubinam §. vxori ff. de legat.
3. l. illis libertis ff. de condit. & demonstrat. &
12 hoc esse verum, etiam in conditione mixta
respiciente non solùm fauorem vxoris, sed fi-
liorum, firmauit Ruin. cons. 42. num. 2. vol. 1.
13 Vasqu. qui loquitur etiam in conditione ca-
suali, & potestatiua Illustr. quæst. cap. 93. num.
9. & seqq. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 24. nu.
1. & 6. Peregrin. de fideicomm. art. 16. nu. 144.
vers. quando conditio fuit concepta per verba de-
notantia principaliter tempus, M. Anton. Eugen.
cons. 49. num. 28. cum plurib. seqq. lib. 2. Me-
noch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 123. nu. 11.
14 Et ratio est, quià quando Testator legat pro
tempore vitæ ipsius legatarij, illius tantùm
censetur respicere fauorem non autem alio-
rum.

rum, cum quibus habitationem demandauit, vt per eund. Menoch. vbi proximè, & cons. 146.
15 num. 12. Cumq. etiam ex alijs optimè deducatur, Testatorem in hoc legato suæ vxoris principaliter fauorem consideraſſe, & præcipuè, quòd habitatio fuit posita in eius voluntate, & quòd in casu non habitationis onerauit hæredem, vt necessaria ad victum eidem subministraret, vt in specie considerant Surd. de alim. tit. 5. quæst. 4. num. 14. & cons. 98. ex num. 1. lib. 1. Noalis de transmission. cap. 1. num. 207. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 123. & 145. Menoch. cons. 146. per tot. lib. 2. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 123. ex num. 7. cum plurib. seqq. Merlin. Pignatell. centur. 2. cap. 40. num. 36. cum plurib. seqq. Capyc. Latr. dec. 52. num. 4. & 5. Arias de Mesa variar. d. lib. 2. cap. 5. num. 4. & 6.

16 Secundò, quid quando in diſpositione consideratur principaliter tempus, & secundariò conditio; finito tempore, finitur diſpositio, vt in puncto considerando verba, Donec, vel Quousq. vixerit, firmat Sim. de Pratis lib. 4. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dub. 10. nu. 60. cum plurib. seqq. Quicquid aliud eſſet, si
17 Testator simpliciter dixiſſet, Si habitauerit in domo vnà cum filijs, quo casu, quia principaliter eſſet contemplata conditio, & secundariò tempus, per mortem Deliæ habitatio non expiraſſet, vt optimè distinguendo inter vnum, & alium casum, Eugen. cons. 49. num. 27. vers. est ergo meliùs formare quæstionem cum plurib. seqq. lib. 2. Peregrin. de fideic. art. 16. num. 144.
18 Adeò vt fauor legatariæ videatur secum consecutiuè trahere fauorem filiorum, qui respectu habitationis ex suprà deductis non fuerūt principaliter considerati; Ideòq. non mirum si, Delia extincta, ius habitandi etiam cessauerit, maximè cùm vxori ius habitandi, non filijs, non fuerit relictum per viam oneris, vt porè quia filij matris industria indigerent, sed per viam facultatis, & in casu, quo filij iam erant adulti, & consequenter quicquid sit in primo casu, attenta necessitate filiorum, vt mater cum ipsis commoretur, certè tamen in secundo casu ius habitandi eſſe extinctum, videtur aſſerendum, vt distinguendo firmant Ruin. cons. 45. ex num. 6. lib. 2. Eugen. cons. 49. num. 37. & num. 40. lib. 2. Bary de succeſſion.
19 lib. 17. tit. 19. num. 3. & sicuti quando in diſpositione, onus habitationis continente, sunt contemplati tantùm filij, illis deficientibus, deficit respectu matris ius habitandi, vt solidè firmat Eugen. cons. 49. num. 17. & vsq. ad fin.
20 lib. 2. Ita, & pariter dici debebit è conuerso, quando, prout hìc, est contemplatus tantùm fauor vxoris, & non filiorum, iuxtà latè tradita per Beuintend. decis. Bononien. vlt. nu. 2. & seqq.
21 & signantèr num. 5. vbi subdit, quòd stantibus verbis temporalitatem importantibus, habitationis legatum per mortem remaneat extinctum.

22 Accedat, patrem prohibuiſſe filijs, nè vltrà eis relicta quicquā aliud petere poſſent: Vndè arguitur coniectura voluntatis, intendiſſe prohibere omnes molestias hæredi vniuersali forsitan inferendas, & quidem tàm de iure, quàm de facto, iuxtà tradita nouissimè per Francisc. Maria Prat. practic. obseruat. cap. 34.
23 num. 4. & in puncto effrenatorum verborum legato adiectorum, nè quid aliud vltrà illud peti, vel prætendi poſſit ex bonis Testatoris, vt sequuta acceptatione, omninò quælibet petitio reijciatur, firmat Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. num. 37. & 38. quià in le-
24 gato condito cum illis verbis censetur inclusa, & compensata omnis prætensio, optimè Surd. cons. 212. num. 11. & 12. & cons. 516. nu. 4. & 562. num. 8. Bursatt. cons. 48. num. 18. & seqq. lib. 1. Staib. Sen. cons. 8. num. 15. Ex ratio-
25 ne, quià in primis est magis verisimile, quòd Testator censeatur minus grauare hære-
26 dem, quàm sit poſſibile: Secundò, quià in dubio semper est iudicandum fauore hæredis
27 Rei conuenti: Tertiò, quià Iudices propitiores eſſe debent ad liberandum, quàm ad obligandum, & semper sequi id, quod est mini-
28 mum; Quartò, quià facile erat, Testatorem exprimere, si voluiſſet, quòd filij haberent & legatum, & habitationem post mortem matris, ac etiam in eius vita, si ab illa separatim prætendiſſent, quæ omnia in consimilibus terminis ratiocinando deducit Surd. d. cons. 112. ex num. 13. vsq. ad 30. lib. 1.

29 Quibus sic firmatis, non obstant contraria superiùs adducta, & Primùm, quod dicitur de contemplatione mixta respectu vxoris, & filiorum procedit, quando legatum incipit à conditione, Si habitauerit; secùs si à tempore Donec, vel Quousq. vixerit, vt firmant Dec. cons. 601. num. 5. Menoch. cons. 146. num. 26. & 27. Peregr. Surd. Sim. de Pratis, & alij recentiores
30 suprà adducti; Vel etiam contraria conclusio procedit, quando ius habitandi est relictū per viam oneris, vxori iniuncti fauore filiorum impuberum, in quibus terminis procedunt tradita per Eugen. allegat. cons. 49. ex num. 24.
31 cum plurib. seqq. lib. 2. Vel tandem procedit, quando respectu habitationis legatæ sunt cōtemplati ijdemmet filij: Secùs quando contemplatio est tantùm fauore Legatariæ per verba temporalia, vt optimè explicat Beuintend. d. decis. vlt. num. 5. & 6. cum seqq. Arias de Mesa d. lib. 2. variar. cap. 5. num. 2. cum plu-

rib. seqq. qui pariter alios recensendo ad contraria respondet.

32 Ad secundum, quòd Testator in casu, quo vxor non vellet, vel non posset habitare cum filijs, quòd ex hoc præsupponatur habitatio respectù eorundem filiorum; Respondetur, negando assumptum, à contrario sensu, eùm potiùs ex hoc deducatur coniectura, legatum fuisse factum contemplatione eiusdem vxoris, dum in defectione conditionis aliter prouidit, *iuxtà cons. Cuman.* 38. cum alijs *per Arias de Mesa d. lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num.* 7. & dum

33 verba non fuerunt diserta ad ipsos filios, dicendo, *Si eum matre habitare velint*, vel *Donec habitauerint*: Minimè dici potest in illis fuisse præsuppositum ius habitandi, dum eorum contemplatio principaliter deficit, *iuxtà doctrinam Raynutij* à contrario sensu, quam in nostris terminis expendit *Peregrin. cons.* 38.

34 *num.* 10. vbi pariter distinguit inter filios puberes, & impuberes, cum quibus est demandata habitatio, vt primo casu morte matris censeatur finitum legatum.

35 Ad tertium deniq. quòd fauore filiorum latior sit facienda interpretatio, & in dubio pro ipsis sit iudicandum, præsumaturque, hæredem factùrum, quod & ipse Testator verisimiliter fecisset; Cùm non ratio odij, sed minoris dilectionis tantùm illo casu concurrat; Respondetur, hæc omnia procedere, quando non fuissent in testamento adiecta verba effrenata, vt *Filij præter scuta* 4500. *prò qualibet nihil prorsus petere possent*; Quippè quòd si post mortem matris ad habitationis petitionem admitterentur, paternum impugnarent iudicium, eùm habitatio sit in emolumento, super quo, vti in dispositione non expresso, minimè debet prægrauari vniuersalis hæres, maximè post acceptationem testamenti, quo casu arceri debent, stante prædicta Clausula, etiamsi aliàs habitatio in dubio, quod negatur, ipsis fuisset debita, vt firmant *Menoch. Barsatt. Surd. Staib. Sen.* & alij suprà allegati, neq. in hoc fit faciēda vis in maiori, vel minori dilectione,

36 quia hoc idem retorquetur; Cùm sit præsumendum, in tantùm Testatorem intendisse, matrem vnà cum filijs, aliàs puberibus, & rixosis in propria domo habitare, vita eius durante, potuisse, in quantum eius opera, & authoritate ad meliorem viam reducerentur, à quo tamen onere eximere voluisse hæredem vniuersalem, dum re vera apparet, quòd Testator de vxore multùm confidit, ponendo habitationem in eius voluntate, quæ circumstantia in his terminis optimè cōsideratur *per Capyc. Latr. d. decis.* 52. *num.* 4. & 5. *Peregrin. d. cons.* 38. *num.* 13. *lib.* 2. *Emanuel. Cost. lib.* 2. *selectar. cap.* 19. *num.* 1. vbi optimè interpretatur *text. in l. qui concubinam* 29. *§. vxori ff. de legat.* 3.

Et ità &c. saluo iure &c.

Andreas Censalius I. C.

Finis Consiliorum.

INDEX

INDEX RERVM, ET MATERIARVM LOCVPLETISSIMVS DECISIONVM, ET CONSILIORVM

Alphabetica serie dispositus.

A

Absens.

Absolutio.

Accessorium.

Accidens.

Accollatio.

Acqui-

Acquirens.

Acquisitio.

Acta.

Actio.

Actor.

Actus.

de

Adiectus.

Aditio.

Adminiſtratio.

Ædificans.

Æqualitas.

Æquitas.

Ætas.

Agens.

Agnatio.

Alienatio in Prophanis.

Alienatio quoad fideicommissa.

Alimenta.

Amicitia.

Animus.

Apocha.

Appaltator.

Appellans.

Appellatio in genere.

Ap-

Appellatio in specie.

Arbiter.

Arbitrium.

Argumentum.

bene

B

Bannum.

Bona Emphyteutica.

Bona Fideicommissaria.

Bona in Genere.

Bona fides.

Bonus.

C

Caducitas.

Cadu-

Calculus.

Canon.

Carcer.

Carceratio.

Casus.

Causa.

Cessio.

Cessionarius.

Citatio.

Cita-

Ciuilitas.

Ciuis.

Clausula.

De Clausulis in specie.

Clericus.

Cognitio.

Collusio.

Colonus.

Com-

Commoditas.

Commodum.

Communitas.

Comparatio.

Compensatio.

Compromissum.

Computum.

Concursus.

Condemnatio.

Condictio.

Conditio.

Condu-

Conductio.

Conductor.

Confessio.

Confines.

Confitens.

Coniectura.

Coniunctus.

Consanguineus.

Consensus.

Consuetudo.

Contractus.

Contradictor.

Contrahentes.

Contrarietas, & Contrarius.

Contumacia.

Contumax.

Conuentio.

Con-

Conuersatio.

Corpus.

Creditor.

Credi-

Creditum.

Credulitas.

Culpa.

Curator.

D

Damnum.

Datio insolutum.

Datia.

Debitor.

Debi-

De-

Decretum.

Defectus.

Defensio.

Delatio.

Delegatio.

Delegatus.

Delictum.

Descen-

Designum.

Detentio.

Detentor.

Detractiones.

Deus.

Dictio.

Dictum.

Dies.

Dilectio.

Dispositio.

DI-

Dominium.

eam

Dominus.

Domus.

Donatio.

Dos.

Dos

Dubietas.

Dubium.

E

Ecclesia.

Electio.

Emphy-

Emphyteusis.

Emphyteuta.

Emptio.

Emptor.

Enunciatiua.

Error.

Euictio.

Exactio.

Exceptio.

Excussio.

proce-

Executio.

Executor.

Exercitium.

Exhæredatio.

Expensa.

Fa-

Facultas.

Falsitas.

Fama.

Fœmina.

Feudum.

Fideicommissum.

Fideicommissarius.

Fideiussio.

Fideiussor.

Fides.

Filia.

Filiatio.

Filius.

Fiscus.

Forensis.

Forma.

Frater.

Fructus.

Hæres.

Honor.

Hypotheca.

Hypo-

Hypothecaria.

I

Iactatio.

Identitas Bonorum.

Iden-

Identitas Personæ.

Idoneitas.

Ignorans.

Ignorantia.

Illatio.

Illiquidum.

Immissio.

Immissus.

Impedimentum.

Implementum.

Imputatio.

Incendium.

Incidens.

Incolatus.

Indicium.

Inimicitia.

Iniuria.

Innocentia.

Inquisitio.

quo

Instantia

Institor.

Instrumentum

Intentio.

Interdictum.

Interesse.

Interlocutoria.

Interpretatio.

Inter-

Inuestitura.

Iocalia.

Iracundia.

Iter.

Iudex.

Iudex

Iudicium.

Iuramentum.

Iurisdictio.

Ius.

Iustitia.

L

Læsio.

Laudum.

Laudum

Legatum.

Legitima.

Liberatio.

Licentia.

Linea.

Liquidatio.

Lis.

Litis Consors.

Locatio.

Locator.

Locutio.

Lucrum.

M

Maior.

Malafides.

Malus.

Mandatum.

Manutentio.

Manu-

Mati-

Maritus.

Masculinitas.

Masculus.

Mater.

Matrimonium.

Me-

Metus.

Minor.

Mobilia.

Mora.

Mors.

Mulier.

Mutatio.

N

Natura.

Necessitas.

Negatiua.

Nega-

Negligens.

Nepos.

Nigrum.

Nomen.

Nominatio.

Notarius.

Notitia.

Notorium.

Nullitas.

Nulli-

O

Oblatio.

Obligatio.

Obliga-

Obligatus.

Obseruantia.

Odium.

Officium.

Onus.

Opinio.

P

Pactum.

Pactum

Patrimonium.

Paupertas.

Peculium.

Pestis.

Petitio.

Pignorans.

Pignus.

Planta.

Pluralitas.

Pœna.

Populus.

Portio.

Possessio.

Possessio

Possessor.

Possessorium.

Possidens.

Præponens.

Præpo-

Præscriptio.

Præsumptio.

Præstatio.

Precarium.

Præceptum.

Pretium.

Princeps.

Prin-

Principalis.

Probatio.

Processus.

Procurator.

Producens.

Productio.

Prohibitio.

Promissio.

Promittens.

Proprietas.

Prorogatio.

Protestatio.

Prouocatus.

Proximior.

Quasi

R

Ratificatio.

Ratio.

Ratio-

Recognitio.

Recursus.

Redditus.

Referens.

Regula.

Regula,

Repetitio.

Repræsentatio.

Repudiatio.

Res.

Rescriptum.

Reseruatio.

Restaurum.

Restitutio.

Restitutio in Integrum.

Resti-

Reten-

Reuerentia.

Reuocatio.

Reus.

Rota.

Rubrica.

Rusticus.

S

Saluianum.

Saluia-

Sanguis.

Scientia.

Scriptura.

Sen-

Sententia.

Senten-

Societas.

Socius.

Solemnitates.

Solutio.

Soluens.

Spoliatus.

Sponsus.

Statuens.

Statutum.

Statu-

Statu-

Stylus.

Subhastatio.

Subba-

Substantia.

Substitutus.

Succedere.

Successio.

Successor.

Summa.

igno-

Testamentum.

Testator.

Testato-

Testis.

Testis

Timor.

Titulus.

Tortura.

Tractatus.

Traditio.

Transitus.

Transi-

V

Valor.

Variatio.

Vectigalia.

Venditio.

Venditor.

Verba.

Verba in specie.

A

D

E

I

M

N

O

P

Q

R

Vinum.

Vir.

Voluntas.

Vsus.

Vsusfructus.

Vsus-

Vtile.

Vxor.

Circa Varios Doctores, & LL.

A

C

G

L

Maz-

Finis Indicis Materiarum, & totius Operis.



REGESTVM.

††. a b c

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff.

Omnes ſunt Duerniones, vna cum Duernione Frontiſpitij, qui non habet aliquod ſignum; præter c, & Ffff ſunt Terniones.



PLACENTIÆ

In Ducali Typographia Ioannis Bazachij. 1663.

SVPERIORVM PERMISSV.

